

R. 12. 736



PRIMA PARS  
QVADRAGESIMALIS  
IN QVA CONTINENTVR OM-

nes Dominicæ & Feriæ quæ in sacrosancta Ecclesia solent  
decantari, à Dominica in Septuagesima, vsque ad  
Feriam quintam post Dominicam Re-  
surrectionis inclusiue.

Dominica in Septuagesima.

*Simile est regnum calorum homini patri fami-  
lias, &c. Matth. 20.*



**H**ODIE nouam viuendi rationem  
aggredimur. Hodie incipit sancta Ec-  
clesia diuini sponsi sui exequias cele-  
brare. Et ne arbitremur omnia iam  
esse peracta, eo quod filius Dei pro  
nobis mortuus fuerit: ideo nobis pro-  
ponit hoc euangelium, in quo ostendit  
omnes nos esse mercenarios, & vt  
tales cum sudore vultus nostri, diui-  
na ope adiuutos, vitæ æternæ præmiū

nos acquirere oportere. Incipit Euangelium. *Dixit Iesus discipulis  
suis parabolam hanc. Loquitur Dominus in parabolis, vt concordet  
cum stylo, quo utebantur in docendo sapientes in illa regione.  
Chaldei enim Ægyptij, & Palæsthini maximè similitudinibus de-  
lectabantur, quia ad doctrinam memoria retinendam multū con-  
ducunt: nam sicut pecunia in crumena custodita non facile perdi-  
tur: sic etiam sana doctrina sub similitudine reclusa, non tam faci-* simile  
lè à memoria excidit. *Narraliter am.*

Regnum calorum dicitur hęc Ecclesia militans, eò quod sit  
Tom. j. A via

0  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19



PRIMA PARS  
QVADRAGESIMALIS  
IN QVA CONTINENTVR OM-

nes Dominicæ & Feriæ quæ in sacrosancta Ecclesia solent  
decantari, à Dominica in Septuagesima, vsque ad  
Feriam quintam post Dominicam Re-  
surrectionis inclusiue.

2 Dominica in Septuagesima.

*Simile est regnum calorum homini patri fami-  
lias, &c. Matth. 20.*



3 **H**ODIE nouam viuendi rationem  
aggredimur. Hodie incipit sancta Ec-  
clesia diuini sponsi sui exequias cele-  
brare. Et ne arbitremur omnia iam  
esse peracta, eo quod filius Dei pro  
nobis mortuus fuerit: ideo nobis pro-  
ponit hoc euangelium, in quo ostendit  
omnes nos esse mercenarios, & vt  
tales cum sudore vultus nostri, diui-  
na ope adiuutos, vitæ æternæ præmiū

nos acquirere oportere. Incipit Euangelium. *Dixit Iesus discipulis  
suis parabolam hanc. Loquitur Dominus in parabolis, vt concordet  
cum stylo, quo utebantur in docendo sapientes in illa regione.  
Chaldei enim Ægyptij, & Palæsthini maximè similitudinibus de-  
lectabantur, quia ad doctrinam memoria retinendam multū con-  
ducunt: nam sicut pecunia in crumena custodita non facile perdi-  
tur: sic etiam sana doctrina sub similitudine reclusa, non tam faci-* simile

Regnum calorum dicitur hinc Ecclesia militans, eo quod sit



via ducens ad cælum sicut fletus dicitur beatitudo. Beati, qui lu-  
gent, quia est via ad eam impetranda: sic & tribulationum to-  
lerantia. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, &c.  
Et quia Ecclesia semper nos ad cælorum regnum intendit addu-  
cere, & in ea vna illuc reperitur iter, iure optimo hoc illi nomen  
tribuitur, præcipuè cum omnis eius origo & initium à cælorum re-  
gno dimanet, vt dicit S. Ioannes in Apocal. Vidi ciuitatem sanctã  
Ierusalem nouam descendentem de cælo, &c. Atque etiam quia  
omnis conuersatio in ea militantium, in cælis esse debet, vt ait D.  
Paulus ad Philip. de se, suisque socijs loquens: Nostra conuersatio  
in cælis est. Dicit ergo Christus Redemptor noster omnibus, qui  
cælestem desiderantes beatitudinem in hac Ecclesia militanti de-  
gunt: scitote Deum se habiturum esse in retribuenda mercede la-  
borum vestrorum tanquam pater familiã, qui exiuit summo ma-  
ne conducere operarios, &c. Et tandem concludit dicens: Multi  
sunt vocati, &c. Vt intelligatis quomodo hoc sequatur ex eis, quæ  
suprà dixit, necesse est aduertatis quorsum ea dixerit. Accessit ad  
Christum Dominum iuuenis quidam diues studiosissimè dicens:  
Magister, quid faciam vt vitam æternam possideam? Cupio (in-  
quit) saluus fieri. Quid ad hoc faciam? Cui diuinus Dominus re-  
spondit: serua mandata. At ille dixit: Domine hoc iam ego facio:  
sed vellem esse perfectus. Respondit clementissimus Dominus:  
si vis esse perfectus, vade, & vende omnia, quæ habes, & habebis  
thesaurum in cælo. Vt sanctus Petrus hoc audivit, & vidit Chri-  
stum Redemptorem nostrum huic iuueni, thesaurum cæli polli-  
ceri si illas multas diuitias relinqueret, arbitratus est, sibi socijsque  
suis, qui retia tantum vetera reliquerant tantum præmium non  
esse paratum, & idè interrogauit, dicens: Ecce nos reliquimus  
omnia & secuti sumus te, &c. Cui summa veritas respondit: cum  
federit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos iudi-  
cantes, &c. Quia multi erunt primi nouissimi, & nouissimi pri-  
mi. Ac si dixerit: Non tam considerat Deus, quod sibi offertur,  
aut propter se relinquitur nec multum, parum ve temporis quo,  
sibi seruitur, quàm spiritum, quo hæc fiunt. Itaque qui sunt pri-  
mi, qui que videntur multa relinquere, & multa operari non sunt  
coram Deo præstantiores, quàm illi, qui non tanta reliquerunt,  
aut tot dies non seruiuerunt, quia illud tanto spiritu non fecerunt:  
multi enim sunt vocati, pauci verò electi. In hac parabola signifi-

catur

7 catur, quod multi sunt vocati ad Ecclesiam Dei, & multi in illa  
Deo seruiunt, ac præmium æternæ beatitudinis consequentur:  
sed inter hos omnes, pauci sunt seruidi, diuinarumque rerum  
amore, ac desiderio flagrantes.

Vocatur Deus noster in hac parabola pater familiã, vt osten-  
dat seruos suos à se tanquã dilectos filios tractari. Et hic pater ex-  
ijt summo mane conducere operarios. Deum exire est se commu-  
nicare, sicut dicimus Hispanè: [ *Ta salen los arboles* ] cum incipiunt  
ferre flores, virtutemque suam communicare. Itaque Deus nõ di-  
citur exire, eò quod mutetur, quia cælum & terram ego impleo.  
Ierem. 23. Sed dicitur Deus exire, quando eius opera prodeunt,  
quæ ipsum manifestant: sicut dicitis Hispanè. [ *Agora salio in do-  
ctor* ] quia opera, quæ ipse composuit, prodierunt, propter quæ ip-  
sum cognoscimus: sic etiam vocationes, & beneficia Dei faciunt  
ipsum exire, & patefieri, sicut spatium nigrum facit scutum albũ  
in pictura demonstrari. Si habeas scissuram papyream subtilissi-  
mam in pariete albo non cernetur, quia non exit: si verò ipsam  
imponas super pannum nigrum totum eius artificium atque per-  
fectio inspicietur, quia nigrum facit album prodire: sic etiam cũ  
Deus sit lux inaccessibilis, creaturæ quantumcunquẽ pulchræ  
sint, comparatæ tamen cum ipsius altissima & excellentissima  
perfectio sunt informes, faciuntque eum exire & manifestari,  
vt ait Sanctus Paulus ad Rom. Inuisibilia enim eius à creatura mũ-  
di per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, & quia ab initio  
Ecclesiæ vsque ad consummationem sæculi semper Deus præstã-  
tissima in homines contulit beneficia vt eos ad ipsius amorem al-  
liceret: idè dicuntur hæc opera esse Dei exitus. Diligenter ani-  
ma aduertendum est, quod cum hi absque vlla cura in foro starent,  
vocati fuerunt: in quo significatur, quod quamuis homines sint  
negligentes, Deus tamen nunquam nostri obliuiscitur. Dormie-  
bat sponsa recumbens in lecto, & sponsus erat ad ostium sub frigo-  
re, dicens: Aperi mihi soror mea, quia caput meum plenum est ro-  
re. O ineffabilem Dei pietatem, iaces tu in lecto vitiorum tuorũ,  
tũ ipsius, propriæque immemor salutis, & diuina pietas pulsar,  
& clamat ad cor tuum.

Conuentione autem facta, &c. Attendite benignitatem Dei no-  
stri, qui ponit foedera cum hominibus, non vult vt inuiti eius legẽ  
obseruemus tanquam serui. Quando quis habet seruum, & eum

A 2 ad

Apoca. 21.

Philip. 3.

Hier. 23.

simile.

Rom. 2.

Cant. 5.

ad vineam suam mittit, non conuenit cum eo, dicens: hoc tibi dabo, est enim eius seruus, & tenetur ire et si inuitus, quod si nolit, ipsum flagellis cædit, quia eum suis nummis emit, & consequenter omnia eius opera cum eo emit: quod non accidit in homine libero. Quid nos non sumus serui Iesu Christi, eiusque pretioso sanguine empti: ita profecto. Et sic ait D. Paulus. Empti enim estis pretio magno, &c. Si ergo hic tantus Dominus ita inestimabili pretio nos emit, & non corruptibilibus auro & argento: absque ulla mercede nos posset compellere ad suæ sanctæ legis obseruantiam, & pro his quæ iam ab eius munificentissima dextera accepimus, nos posset cogere ad quicquid facere possemus: sic habet verum: sed hæc est Dei pietas ut nolit nisi nobiscum conuenire. Creauit Deus hominem & reliquit eum in manu consilij sui, id est, liberum dimisit. Apposuit tibi ignem, & aquam ad quodcunque uolueris porrigere manum tuam, inquit Eccle. Et ne se in ignem projiceret & in carbonem mutaretur, ei proponit cælestis gloriæ præmia denarij diurni nomine significata, quæ moneta numeri denarij significat uisionem, & fruitionem diuinæ essentia, quæ sic nunc cupatur, quia est præmiū essentialē, quod datur propter obseruantiam decem præceptorum. Quis ergo tanti boni specie ad laborandum in hac sancta uinea non fulcitur?

Est etiam valde notandum in hac parabola, quod exiens Dominus ad conducendos operarios, dixit eis: *Quid hic statis tot a die otiosi?* Manu (ut aiunt) super manum absque ullo labore? quis dubitat quin si quidem hi tota die commorabantur in foro, de aliorum moribus, ac uita loquerentur, atque detraherent? transeunte aliquo: quod vadit, dicerent, quod reuertitur? alij rixarentur? alij uero in uanum iurarent? & non dicit eis: quid statis hic disceptantes de aliena uita, sed, *Quid statis otiosi?* habuit se Dominus sicut medicus qui uisit ægrum & considerans eius pedem tumidum præcipit, ut sanguinis effusionem patiat: hic est medicinae ordo, radici occurrere: sic etiam diuinus hic medicus omnium malorum origini obuiat. Unde oriuntur tot discordia, tot insolentia, tot denique in republica crimina dimanant? Ex lasciuia, otio, & pigritia, ex eo quod in omni tempore alicui operi non intendis: scribit S. Hieronymus ad amicum suum, qui temptationibus cruciabatur, & eum per literas deprecatus est, ut aliquod sibi remedium adhiberet ad euitandas temptationes: cui sanctus: *A mice* (inquit) Rustice semper aliquod

13 quod opus facito, ut te semper inimicus inueniat occupatum, & sic quantumcunque tentaris, nunquam tamen uincaris. O fratres si hoc consilium omnes obseruaretis, quot mala effugeretis: & quanuis ita sitis diuitiarum affluentes, ut aliquo labore uestro non indigeatis, indiget tamen eo conscientia uestra, cum non omnes occupationes uestræ eo debeant spectare ut lucrum acquiratur, & diuitiarum copia augeatur, Si autem Dominus redarguit eos qui non dum erant conducti, quid faceret illis, quos in uinea sua otiosos inueniret? o perditores nefarij, quid me de prædamini, & mea bona ditipitis, dormientes? Christianum otiosum esse, magnum scelus est, eodem enim maior est ruina, quod sublimior est conditio. Maurum esse otiosum non est mirum, sed Christianum, clericum, monachum non esse occupatum: o nefandum scelus. Dicit D. Paulus: Ergo festinemus ingredi in illam quietem, ut ne in idipsum quis incidat incredulitatis exemplum. Hoc dixit postquam affirmauit Hebræos propter incredulitatem non introisse in illam quietem illis toties promissam. Hæc est sententia grauissima & maxime timenda, contra eos qui præmium absque meritis expectant, qui hoc sperat alij est incredulitatis exemplum; uidetur enim sequi quod is promissa præmia non credat, cum ea impetrare non obtinetur. Et qui non festinat & diligenter currit ut ingrediatur in illam æternam quietem, aliquo modo etiam incredulitatis uidetur exemplum, & uidetur suo modo incidere in perfidiam Hebræorum incredulorum, quando tam remissè ea curat, sicque tepidè negligit. Dicitur de sancto rege Ezechia, quod operatus est Ezechias re-

15 stum & bonum, & uerum coram Domino Deo suo: hæc omnia requiruntur ad bonam ueramque uirtutem & æternam iustitiam: illud, rectum, significat in hærentiam quandam Dei uoluntati, circa operationem iuxta hunc articulum: Omnia propter semetipsum operatus est Deus. Et tunc quis potest dici, operari rectum, cum omnia propter Deum operatur: sed non sufficit hoc, nisi quod operetur bonum: si enim occidis hæreticum propter Deum, mortaliter peccas, nisi tu iudicis sis huius iustitiæ executor. Quapropter opus est bonum operari, & cum sana conscientia & propter Deum, & ideò post, rectum, addidit & bonum, & adhuc non illic stetit, sed tanquam concludens posuit: & uerum, significans necesse esse omnia uerè facere & obnixè, & non friuolè, aut fraudulenter. Quando cernitis aliquem cum seruore & spiritu aliquid facere, dicitis hoc

Rom. 12.

simile.

Iob. 4.

Rom. 12.

simile.

verè & studiose fit. Cum verò videtis ipsum frivole & remisse facti-  
ciem, dicitis: hoc non est verum, sed ioculariter fit. Tanquam res  
ex qua nihil emolumentum speratur hauriendum. Ea propter nos  
precatur S. Paulus per misericordiam Dei ut hoc advertamus, di-  
cens: Obsecro vos fratres ut exhibeatis corpora vestra hostiam  
viventem, &c. Iam non offeratis corpora brutorum, sed vosmet  
ipso, non verò aliena corpora, & fit sacrificium vivum. Sunt  
aliqui ita remissi in suis factis, ac si essent mortui: alij sunt ira fla-  
grantes, ut satis ostendant spiritus ardorem, & hi vitam offerunt  
hostiam. Etiam ibidem sic ait: Nolite conformari huic seculo: sed  
reformamini in novitate sensus vestri. Usque adhuc sensus ve-  
stri valde erant seculares, &c. Renouate ergo hos sensus. Hoc  
verbum, reformamini, denotat curam, diligentiamque admirabi-  
lem. Habitatis domum veterem, que quotidie ruinam minatur, ni-  
si quotidie eam reformetis, accurateque restauretis, & modò pa-  
rietes, modò tegulas, modò verò solum, modò ligna reficiatis, iam  
iam procidet, & vos subitus capiet, & interficiet: habitamus do-  
mos luteas (ait Iob.) Necessè est semper accuratissime hos sensus  
renouare, nunc oculos, nunc aures, &c. Sed opus est ut sciatis,  
quòd inter dona Dei annumerat Divus Paulus, vnum ex præci-  
pui, esse spiritum feruentes, hoc est donum perficiens, conservans  
& augens mirum in modum charitatem. Sicut aqua igni apposi-  
ta à se omnem naturalem frigiditatem expellit, caloremque intem-  
peratum recipit, quo feruet ardentissime & sursum desilit: sic cum ani-  
ma, corporis contagione, frigida ad divinum ignem scilicet Deum  
accedit per sanctam considerationem, orationem, & affectum, il-  
li calor (quod est donum Dei) aduenit admirabilis, ex ipso cæle-  
sti igne communicatus, qui eam inflammat ardentissimamque  
facit, & efficit ut supra se ipsam ad perfectissima erigatur. Sed  
proh dolor, quam pauci ad hoc bonum accedunt? O ignis acti-  
vitat, & potentie infinitæ, quando corda nostra concremabis?  
quando consumes has labes & fæces, quibus sumus infecti? quan-  
do nos combures, & nobis applicabis hunc divinum calorem, qui  
nos calefaciat, ardentemque reddat in tuo sancto servitio? O fratres  
mei quandoquid cognoscitis hunc calorem, qui diligentiam pro-  
ducit, donum esse Dei, ab eo diligentissime illum exposcite, no-  
cte dieque orantes, accedite ad hunc divinum ignem, ut hunc effe-  
ctum percipiatis. Ex nostra profecto ignavia & otio patet, quam  
raro

19 raro hoc faciamus. Sed dices: Pater, indignè quidem conquere-  
ris, & homines otij immeritò reprehendis: quando enim plu-  
ra fuerunt negotia? quando plures lites, quam nunc? Ito in pla-  
teas, exi in vias, propera ad tribunalia, & experieris quidnam  
agatur & quanta solitudine homines angantur, verè hi om-  
nes arbitrabuntur se non esse otiosos cum se tot curis, ac labori-  
bus oppressos intueantur: sed nihilominus dico omne illud otio-  
sum, quòd ad animæ salutem nihil conducit. Quemadmodum  
cum videtis pueros occupatos in instruendis casulis luteis,  
& equitando huc, atque illuc in arundinibus diuagantes, ip-  
sos otiosos iudicatis, etsi ipsi sibi videantur occupatissimi. Sic  
cum Deus nos advertat his intendentes, quæ facile corruunt,  
& nihil de animæ salute cogitantes nos toto die vitæ iudicat  
20 otiosos: hæc enim omnia nihil aliud sunt quam luteas casulas  
instruere, quæ cras diruentur, atque in arundineis equis equi-  
tare ad spiritus afflictionem. Quapropter sapientia clamitat in  
plateis: usque quo paruuli diligitis infantiam, & stulti ea, quæ  
sunt sibi noxia, cupiunt. Quod magis hac in re admiraturi era-  
mus, est quod dicit Spiritus Sanctus. Hæc fuit iniquitas Sodo-  
mæ fororistuar, abundantia & otium. Quid speratis, qui habetis  
testes contra vos podia, quæ conteritis, vias quas cursatis, lu-  
dos, quibus utimini, &c. Et (quod magis admiretur) dicitis: Ea-  
mus ad conterendum parum temporis. Advertite quæso, vos  
scitis quid præ manibus feratis? nihil aliud est; quam, vtrum  
in perpetuum in impiorum sedes detrudendi, an ad cælestia  
regna, ut Deo fruamini sitis extollendi. Et nondum litem ad-  
21 uertistis, nec causam perpendistis, processumque vestrum confi-  
derastis & estis otiosi, ac si in perpetuum damnari, cælestemque  
beatitudinem amittere, esset perdere corrigiam calcei. O rem  
perpetuæ amaritudinis lachrymis lachrymandam, qui in foro re-  
gio litigat nunquam defeciscitur: patronum sollicitans, relato-  
remque stimulans, secretarium rogare, non satiatur iudices vi-  
dens, non deficit auxilia quærens, quæ sint sibi utilia. O Iesu  
sacrofancte, quam admirabilis est sollicitudo litigantis, & sæ-  
pè pro nihilo, vel pro re minimè attinente? O animæ negligentes  
ac pigeræ: tam accurate litigatores sollicitant, præsertim cum  
proferenda est sententia & vos, cum causa vestra tantum atti-  
neat, in qua agitur de regno, & tali regno: tam alto sopore  
A 4 dormietis?

dormietis? Exite, exite & sollicitate beatissimam Virginem, & 22  
sanctos Apostolos, rogate omnes sanctos, & agite hanc causam  
diligentissimè. Aduertite vos deuenturos esse in iudicium, vbi  
de omnibus rationem reddatis. Quapropter ne tempus frustra  
consumatis.

Transacto iam die dicit Dñs: *Voca operarios & redde illis mercedē  
suam.* Statim vult operarijs merces reddatur. Sic vos nunc facitis,  
nihil minus. Accedit pauper operarius pecuniæ suæ indigēs. Do  
mine, ponamus rationem inter nos. Ille acriter respōdetis, ac li  
ferius vester esset. Redit iterum pauper mercenarius, & in eū Do  
minus tanquam furentissimus Leo inuehitur, dicens: A bi hinc, si  
iterum petis percutiā te. Ita nobilis? pro mercede flagella reddis?  
sic soluit diabolus seruis suis, iubet eos laborare, sudare, & acqui  
rere, eis promittēs honores & satietatem; merces autē quam red- 23  
dit, est, in inferno eos torquere in æternū. Ecce exemplar tuum.  
Laborauit famulus tuus noctu dieq; , cū verò mercedē exposcit  
& audet queri: dicis, faciam illū flagellis cædi hominē perditum.  
Itaque ne quidem miseri audent conqueri. Arripuerunt filij Dā  
mifero Michæ eius idola, sacerdotē, & quicquid domi erat, diri  
puerant: paruulos, pecora, plurimaq; auro & argento fabricata, &  
quia exiuit proclamans, ad eum reuertuntur, ac si nihil damni illi  
intulissent, dicentes: quid tibi vis? cur clamas? Videte quā parū  
sentiant illatū incommodum: quibus Michas respondit: Tulisti  
omnia quæ habeo, & dicitis: quid tibi est? aiunt illi: Caue ne vltra  
loquaris ad nos, & veniant ad te viri animo concitati, & ipse cum  
domo tua pereas. At ille his verbis, metu perculsus, videns quòd  
fortiores essent reuersus est in domum suam. Ecce, quid inter 24  
vos agatur. Aduertentes enim pauperes, omnia sua, sudores, ac la  
bores suos à vobis diripi vix audent clamare, vestris minis exter  
riti, & vestra tyrannide remanent defraudati. Non huiuscemodi  
est noster Deus, sed peracto vitæ die statim cum mercede fide- bus operarijs occurrit. Quam obrem inuietum animū capiamus  
ad laborandum in hac vinea, quæ est Ecclesia, de qua dixit Esaias  
Dei nomine. In die illa vinea meri cantabit ei, ego Dominus qui  
seruo eam repente propinabo ei: ne fortè visitetur contra eam no  
cte & die seruo eam. His verbis ostenditur, quòd oportet esse præ  
cipuum munus & exercitium eorum, qui in hac Ecclesia militan  
tæ degimus, siquidem ea nuncupatur vinea meri, & hæc illi laus  
attribuitur

Iudi. 13.

Esai. 27.

25 attribuitur. Conuenit igitur vt omnem nostram curam adhibea  
mus ad producendū amorem purissimum & omnis imperfectio  
nis expertem, tam erga Deū, quàm erga proximos: ad hoc enim  
ait Dominus nos custodiri, & ideo affirmat se pluuiam opportu  
nam repente mittere, pluuiam (inquam) suorum beneficiorum  
ac dulcedinis, & nos à se protegi in die prosperitatis, & nocte tri  
bulationis: quòd nisi hunc fructum tulerimus nos his verbis mi  
natur, dicens: Ne fortè visitetur contra eam, id est, quia hunc amo  
rem & charitatem non habuit, ne fortè contra nos hostes exur  
gant, & nos destruant: quòd si his verbis comminatus est Synago  
gā, quo supplicio digni erimus, qui in lege gratiæ viuimus post  
tot tamq; præstantia beneficia accepta? Et tamen de nobis dici  
poterit quod de illis dixit: Vua eorum vua fellis & botrus amarif- 26  
simus. Hæc est igitur fratres causa vt visitetur contra eam, id est,  
vt nos experiamur ita Mauris obsessos ac Turcis totq; hostibus  
oppressos: scilicet, quòd loco amoris, fellis amaritudinem reddi  
mus, quæ à nostris maximis criminibus dimabat: hic est enim  
Dei mos, aliquos peccatores assumere qui sint aliorū carnifices,  
vt per Esaiam dixit, A flur virga furoris mei, in manu eius indig- 27  
natio mea, ad gentē fallacem mittam eū, & contra populū furoris  
mei mādabo illi, vt auferat spolia, & diripiat prædam, & ponat il  
lū in conculcationē, quasi lutū platearū. Ipse autem nō sic arbitra  
bitur, sed ad conterendum erit cor eius, & ad internecionem gen  
tiū non paucarū. A flur vocat hic Dñs regem Syriæ, qui fuit vir  
ga iræ suæ, ipso namq; eiufq; copijs Deus Hebræos flagellauit, et  
si ipse nihil tale cogitabat, nihil enim aliud intendebat, quàm sua  
rum passionum furijs indulgere. Ecce præscriptionem earum re  
rum, quas quotidie pro nostris sceleribus experimur. Siquidem  
nos cernimus tanquam lutum platearum, tot, tantisque hostibus  
attritos. Deus Turcam fulsit, ac tot regnis adauxit, vt eo tanquā  
virga vtatur, qua in nos crudelissimos hos ictus inferat, quibus  
quotidie vexamur. Ipse autem non sic arbitrabitur, non ipse in  
tendit Deo illatam iniuriam vlcisci, sed plura regna acquirere  
conatur, & ad altiore[m] statum peruenire: Dei verò intentio est  
de nobis supplicium sumere huius tyranni, & horum similium  
afflictionibus. Quocirca fratres diligentissimè intendamus iram  
superni iudicis mitigare vitam nostram corrigentes, debitumq;  
fructum reddentes, quod est vinum pretiosum, & intestinus

Deut. 32.

Esai. 10.

A 5

amor.

amot, sic enim finos in officio fuerimus, in nos Deus gratiam suam conferet modo, & postea gloria coronabit, ad quam nos perducet Iesus Mariae filius, qui cum Patre, & Spiritu sancto vivit & regnat in saecula saeculorum, Amen.

## Dominica in Sexagesima.

*Cum turba plurima convenirent, & de civitatibus properarent ad Iesum, dixit per similitudinem, &c. Luc. 8.*



**V**IDENS Dñs noster multitudinē ad se veniētiū, proposuit parabolā siue similitudinē ad ostendendū non omne esse aurum, quod relucet, nec omnes auditores diuini verbi ex eo fructum percipere. Exiit qui seminat seminare. *Narra literā* *vsque ibi:* Hæc dicens, clamabat. Postquā filius Dei proposuit hominē docere viā regni cælorū, heroicus stylus quem nōs suā cælestem doctrinā docendo seruauit, singulare, & eximiū de eo perhibet testimoniu; cum enim nos rusticos & ineptos animaduertet, voluit nos docere secundum sermonē nostrū. Itaq; nostræ abiectio ni sese accommodauit. Si quis ex Flādria veniret, & nos vellet admonere de ijs quæ illic geruntur, si Flandrio sermone vteretur dici posset ei: Dñe attēde quod in casū laboras, sermonē enim hūc nos non intelligimus, quapropter vt intelligaris, opus est vt nostro sermone id loquaris: ea propter filius Dei ne homines possēt dicere se eum nō intelligere, ne ve in eius iudicio possint excusari: noluit nos alloqui angelico sermone, aut sublimiori stylo quā nostrū requirebat ingenium, & sic nobis posuit sua mysteria in similitudinibus earū rerū quas passim manibus cōtractamus, quæ sint claræ ac planæ: & hæc est ferē potissima ratio, quare diuinus Magister noster in parabolis, nobiscū loqui voluit, sub quibus altissima latēt mysteria. Proposuit igitur hāc parabolā agrestis officij agricolæ, ne diu in similitudine moraremur: sed arcanū diuinū, quod sub ea latet, inuestigaremus. Si tibi daretur capsula exteri⁹ mirificè perpolita ibi satiarētur oculi, nec meminisses illam aperire, *vs*

*simile.*

*simile.*

- 4 vt videres pretiosa, quæ intus recondita erant: si verò de illa benè audisti, & foris nihil est præter quā solita munitio & structura in compta, protinus peteres clauē & illā cuperes aperire. Hoc accidit in similitudinibus Enāgelicis & præsertim in hodierna. Et sic statim attulit discipulis desideriu vt sibi patefieret, & diuinus Magister demonstraret, quidnam intus latebat, cum dixerunt: Ediffere nobis parabolam, &c. Eadem claritate prædicarūt postea Apostoli, vt ait S. Pau. de se loquens: Sermo meus & prædicatio mea non in persuasibilibus humane sapientiæ verbis: sed in ostensione spiritus & virtutis, vt fides nostra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei. Verba plena spiritu, virtute, & bono exemplo sunt instrumenta, quibus Spiritus sanctus animas ad se alliciat, quocirca vana Rhetorica non congruit huic negotio.
- 5 Decora columna alabastri perpolitè insculpta non indiget albedine, aut alijs coloribus: ipsa enim picturæ eam deformarent. Sic etiam gemmæ nullam aliam lucem præter suam patiuntur; aliqua sunt quæ cum arbitremini illustrare potius inficietis. Intendite quæ io adamantem, aut smaragdum coloribus illustrare: magnā quidem illis inferetis iniuriam, & potius decolorabitur quàm decorabitur: sic sublimis sapiētia & doctrina sancti Euangelij nō indiget exornari humana Rhetorica nec alio splendore, quàm suo. Picturæ eloquentiæ hominum dedecet illam, esset namque hæc albedo impertinens, & impolita quæ propriū candorē ipsius tegeret, qui quidē est excellens & præstans. Disposuit altissimus Deus vt suū Euangelium prædicaretur, & mysteriū fidei nostræ verbis simplicibus scriberetur grauius, ac sincerissimis sermonibus proferretur, & hæc est diuina quædam eloquentia, nō verò puerilis velut humana Rhetorica. Hoc tamen nō intelligūt filij huius sæculi, qui verborum eloquentiam attentius considerāt, quàm substantiam & rerum veritatem perpendant. In omnibus artibus mechanicis quilibet artifex proprijs vtitur instrumentis, architectus vtitur ferra, dolabra, & alijs instrumentis, faber ferrarius habet limā forcipem, & alia instrumenta; sartor acū, digitaleq; habet: & velut faber ferrarius non vtitur in suo officio acu, sed malleo, & sartor nō malleo, sed acu: sic concionator nō debet vti nisi diuinis verbis & sanctis, quæ sunt mallei, & instrumenta huius diuini mysterij, vt expressè dixit Deus per Hierē. Nūquid nō verba mea sunt quasi malleus cōterēs petras? Si ergo in omnibus artibus

*1. Cor. 2.*

*simile.*

*Hiere. 16.*

artibus mechanicis vnusquisq; artifex suis vtitur instrumentis, 7  
 quare inuestigabit prædicator, gētilitates, & eloquentias vanas,  
 quæ spiritum extinguunt? maledictio grauiſſima data est à Deo  
 Hebræis, & vt arbitror, ad nos peruenit, pro nostris sceleribus il-  
 lud, quod dixit per Isaiam. Ecce Dominator, Dominus exer-  
 cituum auferet ab Hierusalem & à Iuda omne robur panis: non  
 dixit panem, quia doctrinam non abstulit Deus, quia in hac  
 tempeſtate est multo maior quam olim, sed ait, robur panis, id  
 est, quod auferet Deus robur à prædicatoribus, virtutem, bo-  
 num exemplum, sanctam vitæ rationem; spiritum, purorum de-  
 nique verborum subtrahet efficaciam, quibus vsuri sunt in con-  
 cione, vt tam parum fructus afferant sicut experientia compertū  
 est. Et populus meus dilexit talia. Supplicium est Dei, quia ia-  
 ctaste curiosum permittit Deus, vt ea tibi prædicentur: quæ cupis, 8  
 vt nihil aliud percipias, & dicas: nonne vidisti quam facete  
 loquutus est? Heu me miserum, me miserum: non hoc est ro-  
 bur panis, quod alit, sed stipula, non aduertis te nullū granum in  
 domum deportare? quod sicut venisti cum eadem praua inten-  
 tione redis. Oportet te redire effectum paruulum compunctum  
 metu percussum & cum constanti proposito, non remanendi am-  
 pliùs in peccato, & rectè aduertis quantum tibi desit vt sic eas.  
 O pater luminum, illumina pro tua benignitate tam conciona-  
 tores, quam audientes, vt hoc graue damnū animaduertant. O  
 concionatores attendite, precor, pro amore altissimi Dei, quod  
 D. Paulus princeps prædicatorum, inter dona Spiritus sancti an-  
 numerat: qui docet in doctrina. Donū spirituale est populū eru-  
 dire, & donum est etiā Dei bonus vsus huius muneris, quod est in 9  
 doctrina, id est, à Deo reuelata: hic locus est valdè utilis prædica-  
 toribus & populis: vt doceant in doctrina, & si quidem sunt dona  
 Dei, vt vtriq; ea ab altissimo numine instantissimè deposcamus,  
 & ad hoc maximè necessaria est oratio assidua tam concionato-  
 ribus, quam auditoribus, &c.

Vt summus concionator mundi totam parabolam proposuit,  
 cœpit exclamare, dicens: *Qui habet aures audiendi audiat.* O æterna  
 sapientia, ô verbum infinite potentia: quis audiret voces tuas, &  
 diuinas vociferationes? quomodo potuit remanere vestigium  
 obdurationis in his pectoribus, quæ tales clamores perceperunt?  
 Vt igitur cognoscatis quam parum profuerunt illis marmoreis  
 cordibus

10 recordibus efficacissima verba Christi Domini nostri ex Marco *Mar. 4.*  
 colligitur hos omnes ignaros parabolæ & eius sententiæ rediſſe,  
 cum nec minimum quidem verbum intellexerint, nec de ea cu-  
 rauerint: dicitur enim ibi quod cum esset singularis, interrogaue-  
 runt eum hi, qui cum eo erant duodecim, parabolam. Si ergo di-  
 scipuli non intellexerant, quomodo alij intellexissent? Et, si ij,  
 de quibus dixit Sanctus Lucas, cum de ciuitatibus properarent  
 ad Iesum: ineptis auribus fuerunt ad audiendum, & in concio-  
 ne tanquam Banaui fuerunt, quid de vobis fratres charissimi po-  
 test sperari, qui hinc domo venitis, nec ex multis millibus passuū,  
 nec properantes sed pigri, & tepidis cordibus? At potestis respon-  
 dere: si iremus ad fontē qui guttatim manat aqua, velut sublima-  
 toriū necesse esset, vt, qui vellet aquam colligere properaret dilu-  
 11 culo: sed venimus in fontem cuius fluenta nunquam exhauriun-  
 tur, ideo quocūq; modo etsi lenter veniamus, sufficit. Si esset hic  
 diuinus fons, Christus Iesus Dei filius, tanquā Isaac, qui cum be- *Gene. 27.*  
 nedixisset Iacob, & postea accessisset Esau petens etiam benedi-  
 ctionem ei respōdit pater: frumento & vino stabiliui eum, & tibi  
 post hæc fili mi, vltra quid faciā: cui Esau ait: nū vnā tantū be-  
 nedictionē nō habes pater? non sic est noster bonus Iesus, qui mi-  
 nimè poterit exhauriri, nec illi poterūt deesse benedictiones ad  
 omnes, quam obrem non est opus, vt ad hunc fontem festinanter  
 veniamus. Gaudeo fratres vos ita de Deo existimare, sed aduer-  
 tite, quod quamuis ei aqua nunquam desit; poterit tamen vobis  
 vita deesse vt eam queratis; etiam dico: quod venire ita pigrè &  
 (vt videmini) moleſtè, est inepta dispositio ad hauriendam aquā  
 12 ex hoc fonte diuino, qui cupit homines, eius sitientes, & expe-  
 rientia patet quam parum eam sitiamus, cum tam ficci domos re-  
 uertamur. In Esdra legimus cunctum populum, Sanctum Pro- *2. Esdr. 8.*  
 phetam rogasse vt eis legis diuinæ libros perlegeret, quod facien-  
 tem, omnis populus intentissimus audiebat. Flebat enim omnis  
 populus, & amarissimè lachrymati sunt, quod eam non custodie-  
 rint, itaque opus fuit vt sacerdotes eos consolarentur, dicētes: No-  
 lite flere neque contristari. Gaudium etenim Domini fortitudo  
 nostra est, gaudete (aiunt) talem enim habemus Deum, qui nobis  
 ignoscet. Hi cum irent optantes animæ emolumentum, solum-  
 modo quod legem simpliciter prolatam audierunt, hoc sufficit  
 vt compūgerentur, & maximam lachrymarum copiam profun-  
 derent.



derent. Modò verò ita sceleribus delibuti acceditis, & ita somno-  
 13 lenti, vt audita lege, terribilibus minis, diuinis promissionibus,  
 alijsque quam plurimis rationibus, quæ marmoreas quidem sta-  
 tuas possent confringere, ita sicci, sine compunctione, duri, tam  
 alacres, tamque securi, domum reuertimini, ac si fabulam audij-  
 setis. O inferam pertinaciam, ô homines pestilentissimis benefi-  
 cijs deuotos, quis vos in hanc insaniam deuexit, & tanquã in sta-  
 tuas conuertit? super vos incidit maledictio, quam hodie dixit  
 summa veritas. *Ceteris autem in parabolis, vt videntes non videant, &*  
*audientes non audiant.* Terribilis maledictio est, vt nec credât, nec in-  
 telligant, quod sibi dicitur. In Gene. dixit Loth generis suis: Sur-  
 gite, & egredimini de loco isto, quia delebit Dominus ciuitatem  
 hanc: & visus est eis quasi ludens loqui. Permissio fuit diuina  
 vt arbitrarentur eum iocari vt etiam comburerentur, tales enim  
 14 illi forsitan erant, quales & incolæ illius perditissimæ ciuitatis. Ex  
 his exemplaribus colligetur, fratres charissimi, quàm necesse sit  
 Deo humiliter supplicare vt corda vestra illuminet, & peculia-  
 ri auxilio vos adiuuet, cum ad audiendam prædicationem accedi-  
 tis, vt faciebat Dauid, dicens: Defecit in salutare tuum anima mea,  
 & in verbum tuum super speraui. Defecerunt oculi mei in elo-  
 quium tuum, dicentes: quando consolaberis me, quia factus sum  
 sicut vter in pruina. Domine anima mea defatigata defecit spe-  
 rans in tuo diuino remedio, & maximè speraui, quod mihi polli-  
 citus es, oculi mei defessi sunt, dicentes: Deus quando consolaberis  
 me? quid? oculi loquuntur, quia dicit Dauid, oculi mei dicentes:  
 loquuntur quidem. Sic enim Deum oraturi sumus vt lingua, &  
 oculi sic cælo sint affixi, manusque ita erectæ & omnes sensus in-  
 15 tenti, vt omnes clamare, & exposcere videantur. Ita catulus sub  
 mensa famelicus omnibus corporis sui membris cibum videtur pe-  
 tere. O sancte Dauid, quare tam efficaciter Dei auxilium conten-  
 disti? quia factus sum sicut vter in pruina. Vter, qui est ad acrem,  
 pluuia, & gelu, ita pice coarctatur, vt quamuis ad foramen mul-  
 ti aspirent: nequeant tamen illum relinire & ampliari, vt possit  
 ingredi liquor quo imbuendus est, quousque parumper igni ap-  
 plicetur, & calore reliniatur & amplietur, & liquor dispositio-  
 nem reperiat ad ingrediendum: hoc significat Dauid illis verbis:  
 Quia factus sum, &c. Etsi Domine homines mihi inflant, prædi-  
 cationibus, admonitionibus reprehensionibusque suis, non suffi-  
 ciunt

Gene. 19.

Psalm. 113.

Sensibile.

16 ciunt ad regelandam animam meam quæ est arcta, & peccati fri-  
 gore rigida. Sed tu Domine ignis immensæ efficaciz, & soli iusti-  
 tiz ipsam regela, & amplia, eamque ab omni iniquitate abstrahe,  
 vt tuorum donorum ac gratiarum liquore possit adimpleri.

Coepit diuinus Magister parabolam exponere, dicens: *Semen*  
*est verbum Dei.* Quia semen in se fructum virtualiter continet &  
 præcipuus fator, qui exiuit ad ferendum hoc semen fuit ipse Iesus  
 Christus filius Dei, qui vt illud seminaret sanguine sudauit. O di-  
 mine agricola, qui ad excolendum agrum boues non quesisti: sed  
 perfractis, & laceratis humeris tuis aratrum crucis imposuisti.  
 Sed est valdè dolendum, quòd cum tam peritus esset fator, & se-  
 men tam fructiferum triplex illi accidit infortunium. Pars enim  
 feminis in via cecidit, &c. O verbum sanctum quare nullum  
 17 effectum producis? quia excidis in via. Terra itineris dicuntur  
 homines positi in occasionibus, qui sunt iter absque vallo, quod  
 quilibet potest conterere, homines absque timore Dei, qui oc-  
 casiones non fugiunt, sed potius directè eas inquirunt. Quan-  
 do Dina filia Iacob exiuit ad videndos agros Sichem vt in illis  
 delectaretur, arbitrata est, ibi præter foeminas esse neminem,  
 cum tamen essent homines etiam: & ita virginittatis thesau-  
 rum amisit. Sic multæ foeminae exeunt domo, arbitantes so-  
 las mulieres se visuras esse, & postea vident homines, & tales,  
 qui sufficiunt ad eas perdendas. Quod si hoc accidit ijs qui ex-  
 eunt cum bona intentione, quid erit illis, qui ad nihil aliud  
 exeunt, quàm ad quærendam iniquitatem; Dixit Deus He-  
 brais. *Exod. 19.* Cauete ne ascendatis in montem neque tangatis fines il-  
 18 lius, omnis qui tetigerit montem, morte morietur. Mirabile  
 quidem est Deum præcipere ne digito quidem tangatur mons,  
 & omnis qui tetigerit morte moriatur. Et causa est, quia intel-  
 ligit Deus nostram naturam, scitque quòd si ponatur in occa-  
 sione statim labitur, & ideo non solum præcipit ne montem  
 ascendant, sed ne illum digito attingant, sciebat enim, quòd  
 postquam digito tetigissent, manu etiam tacturi erant, & po-  
 stea pede, & paulatim tandem fore, vt ascenderent ad montem  
 ad intuendam maiestatem Dei quam tunc soli Moyse manife-  
 stare volebat. In his omnibus significauit, quòd obijciens sese  
 quis occasione, obijcit se initio omnis inobedientiz. Verbum  
 diuinum, quod cadit in homines huiusmodi, postquam cecidit

Gen. 34.

Exod. 19.

dit & auditum est. *Venit diabolus & illud ab eorum cordibus extra-19*  
*hit, ne forte illi credentes salvi fiant.* Perpendite diligenter, quod  
 non ait Dominus, Dæmonem auferre verbum ab intellectu, vel  
 à sensibus. Parum enim refert diabolo quod verbum diuinum  
 per aures ingrediatur, lingua proferatur, & intellectu imagi-  
 netur, nisi radicatus cordi per affectum affixum sit. Sæpè potius  
 illud in memoriam homini reuocat cum vult peccare, vt grauius  
 delinquat: sic, cum vellet Euam decipere, illi in mentem reuo-  
 cavit præceptum Dñi, dicens: cur præcepit vobis Dominus, &c.  
 Ne fortè postea ignorantiam, obliuionem ve prætenderet. Itaq;  
 quod maximè intèdit, est verbum auferre & delere ne diu in cor-  
 de tuo maneat, & eius amore capiatis. Quamobrem fratres mei,  
 diligenter curare debemus, diuina verba in intimo cordis nostri  
 recondita conseruare: sic faciebat Dauid cum dicebat. In corde 20  
 meo abscondi eloquia tua vt non peccem tibi. Quod valdè ama-  
 mus, in corde locamus, & ibi repositum non possumus obliuioni  
 facile tradere. Diuinæ legis & Dei sermonum sumus ardentissimi  
 amatores, hoc est enim illum in corde reponere. Hoc modo etiam  
 percipiebant diuina eloquia illi, quibus scribebat D. Paulus, di-  
 cens: Epistola estis Christi ministrata à nobis, & scripta non atramento,  
 sed spiritu Dei viui, non in tabulis lapideis, sed in tabulis  
 cordis: itaque verba beati Pauli, & Iesu Christi in intimo cordis  
 scribebant & illa in eorū animis asidebant, ipsiq; eorum amore  
 tenebantur.

Secūda pars cecidit inter lapides; & hi sunt, qui exteriori aspe-  
 ctu sancti apparent, interiùs verò pleni sunt odijs, similitate & du-  
 ritie: hos plorabat D. Paulus, dicens: Cauteriatam conscientiam 12  
 habètes. Hac metaphora denotat, quod quemadmodum illa pars  
 carnis quæ est cauteriata, manet dura & insensibilis: sichi om-  
 nem spiritualem sensum amiserunt. Quando aliqua tabes est ob-  
 durata apponi solet illi aliquid blandimenti vt molliatur. Si fen-  
 titis fratres tabefacta corda & obdurata, curate eis mollities appo-  
 nere & Deum rogare vt corda lapidea à vobis auferat. Mentere-  
 uoluite tormenta, verbera, & vulnera, quæ dulcissimus Iesus pro  
 vobis perpeffus est: & si hoc non sufficit recordamini durissima  
 tormenta quæ vos in inferno manent: recordamini quantum  
 propter peccatum amittitis, visionem, scilicet, & societatem bea-  
 tificam Dei, qua in perpetuum fruituri essetis, O quam admirabi-

lia

22 lia & efficacia vnguenta hæc: miserū cor, quod his non mollescit.

Tertia pars cecidit inter spinas. Spinæ vocat Dominus diui-  
 tias, quæ animam icunt, stimulant, & angunt: quod si vobis non  
 videntur spinæ eo quod voluptati nunc sint, non miror, nam qui  
 spinas manicis ferreis colligit quantumcunq; vepres acuti sint  
 non ei nocebunt: sic etiam cor indutum auaritia & ambitione  
 coopertum non sentit molestias, & sollicitudines, quas terrena  
 omnia secum afferunt, non enim eas molestias existimat, sed nō  
 ideò desinūt esse spinæ. Et tu ambitiose, & auare, es rubus quidā,  
 qui lanam ouium ad te accedentium apprehendis & tonsas de-  
 mittis, & sæpè excoriatas, & plerunq; mortuas. Verum sæpè  
 contingit, vt cum pastor diligens aduertit in aliquo amœno pa-  
 bulo rubum esse ouilis lanæ plenum, iratus torrem arripiat, & eū

23 spinis applicet, vt concrementur. Tales sunt hi potentes, qui pau-  
 peres affligunt, & modò vineas, modò domos ipsorum diripiūt,  
 quousque eos omnibus suis spolient. Sed diuinus Pastor cum ha-  
 rum iniuriarum, quibus miseri afficiuntur, non obliuiscatur: quā-  
 do minus arbitrati fuerint eos in æternum comburet. Scriptum  
 est enim, potentes potenter tormenta patientur. Euellite ergo  
 hos vepres, & abstrahite has sollicitudines, & curas inanes si vul-  
 tis, vt verbum diuinum vobis proficiat: terra bona. *Hisunt, qui in*  
*corde bono & optimo audientes verbum, &c.* Corde bono, sunt homi-  
 nes bonæ indolis, benè morati, quod ad salutem animæ requiri-  
 tur: & non solūm habēt hoc ex natura, sed optimo, id est, sunt ho-  
 mines virtutibus exornati, & bonis moribus imbuti: in his tan-  
 quam in terra optime disposita verbum Dei radices agit, & fru-

24 ctum afferunt in patientia. Hoc dicit, quia ad ferendum fructum  
 opus est patientia. Ideò D. Paulus appellat verbum Dei, verbum  
 crucis: hoc illi nomen tribuit, non solūm quod annuntiat nobis  
 salutem humani generis per crucem factam fuisse, sed etiā, quia  
 idem verbum secum affert crucē, & docet grauiā & molesta ope-  
 rari, ad quæ necessaria est patientia: sicut qui seminat sudat & la-  
 borat, nec ilicò fructum percipit, sed patienter fert, sperans se suo  
 tempore collecturum esse: vt ait D. Paulus de Abraham, qui lon-  
 ganimitè ferens adeptus est repromissionem. Ob hanc causam,  
 cum S. Ioannes vidit multitudinem illam spirituum beatorum,  
 quam dinumerare nemo poterat; & interrogauit Angelum, quæ  
 nam esset gens illa: cui Angelus respondit: isti sunt, qui venerunt

Tom. j. B ex

Gene. 2.

2. Sal. 118.

2. Cor. 3.

1. Tim. 4.

simile.

simile.

simile.

Sap. 6.

1. Cor. 1.

Hebr. 6.

Apoc. 7.



ex magna tribulatione & lauerunt stolas suas in sanguine Agni: 25  
non erāt omnes martyres: multi enim ibi erant & confessores, &  
virgines, & alia plurima sanctorum genera, & non meminit, nisi,  
quia venerunt ex magna tribulatione, qui patienter tulerunt om-  
nes aduersitates, quæ illis obiectæ sunt: alia multa virtutum ope-  
ra executi fuerant, sed voluit eos ea virtute nuncupare, quæ ad  
omnes alias est necessaria. Dominus illam nobis (quæ ipsius est  
misericordia) concedat: vt cum ea cælesti gratia comparata ad  
æternæ beatitudinis fructum percipiendum peruenire mereamur:  
ad quam nos perducatur Iesus Mariæ filius, Amen.

## Dñica in Quinquagesima.

*Assumpsit Iesus duodecim discipulos suos secreto.*

*Eccl. Luc. 18.*



**I**n hoc verbo, secreto: nos diuinus Magister docet,  
quo secreto nostras sanctas intentiones exequi, &  
quibus eas reuelare debeamus. Si Deus in corde  
tuo inserit vt mundum relinquant, & aliquam perfe-  
ctā viuendirationem amplectaris, id viris Apосто-  
licis, & virtute præditis communices. Cato Cæforius affirmabat  
triū se pœnitere, quotiescunque ea cōmittebat. Primū erat mari  
navigare, cum posset terra iter facere. Secundum, quod diem ali-  
quem otiosum præterisset. Tertium, quod arcanum suum ali-  
quibus detexisset. Fuluius Romanus reuelauit vxori suæ magnū  
arcanum, quod ei dixerat Imperator, ipsa verò cum retinere il-  
lud non potuisset, atque ad Imperatoris aures deuenisset grauitè  
Fuluium puniuit, ipse verò diffidens proposuit, vt se interficeret,  
quod cum coniugi dixisset, illa respondit: Meritò te hoc suppli-  
cio punies, siquidem post tot annos leuitatem meam non exper-  
tus es, quod si expertus fueras, quia ei filius es. Verū et si tu prior  
in culpa fuisti, ego in pœna prior esse volo: & hæc dicens, se in-  
terfecit, & post eam vir eius. O quot, et si non moriuntur morte  
corporali, spiritali tandem interitu pereunt, & in maxima peri-  
cula deueniunt, aut magnas virtutes non exequuntur, eo quod  
cordis sui secreta, quibus nō debuerant, reuelarint. Quocirca et si  
omnibus

3 omnibus amicos vos esse oportet, paucos tamen secretarios, &  
cordis vestri quæstores conuenit habere: vt docet Spiritus San- *Eccles. 6.*  
ctus, dicēs: Mille pacifici sint tibi, consiliarius autem vnus de mil-  
le, &c. Arcanum igitur tam secretum, quod Dominus discipulis  
reuelauit, fuit, se ire Hierusalem ad crucifigendum. *Eccle. ascendi-*  
*mus Hierosolymam.* Mori voluit Hierosolymæ, quia nullibi potuit  
necessaria nequitia reperiri ad crucifigendam summam probita-  
tem quæ in Christo erat, præterquam ibi. Quia inuidia nullum  
inter dispares locum habet, sed inter eos, qui, suo videri, sunt æqua-  
les. Homo dissolutus, & vitæ immoderatus, non solet cum eo cō-  
petere, qui in perfecto sanctitatis gradu degit, nec abiectus & de-  
bilis cum potentissimo contendit. Perfectio Christi Redempto-  
ris nostri tanta fuit, vt nullis malè videri posset præterquam ijs,  
4 qui sanctitatis speciem præ se ferebant: eius potestas, ita miracu-  
lorum admiratione confirmata erat, vt necesse esset maxima po-  
tentia, quæ ei auderet opponi: & quia Hierosolymis erant homi-  
nes ita superbi, & (vt sibi videbantur) sapientes & malitia pleni,  
vt sibi persuadere possent cum hoc summo bono cōpetere: ideo  
illuc eius mors orsa est, ibique Christus Iesus, nostri amore victus  
vitam pro nobis voluit relinquere. Secundo mori ibi voluit, vt  
patientiæ suæ magnitudini faueret: iniuriæ enim publicæ, & in  
locis honestis maiorem exigunt patientiam, quam secretæ, aut  
in locis priuatis acceptæ.

Cum ergo de sua morte Dominus noster ageret, est valde no-  
tandum quomodo statim subdidit: *Et tertia die resurget.* Et hoc fe-  
cit vt responderet calumniæ, quæ ei posset obijci. Ad hoc intelli-  
5 gendum necesse est illa verba B. Pauli, intelligere: Dicit enim, vt *Roma. 5.*  
quid enim Christus, cum adhuc infirmi essemus, pro impijs mor-  
tuus est, & statim inferiùs ait: Cum adhuc peccatores essemus,  
secundū tempus Christus pro nobis mortuus est. Et inferiùs ait:  
Cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filij  
eius. In his quatuor verbis nobis ponit Sanctus Paulus quatuor ti-  
tulos miserimos, scilicet, infirmi, impij, peccatores, & inimici.  
Vt intelligentes significationes horum nominum cognoscamus  
quales simus, cum in peccatis existimus. Infirmi, significat debi-  
litate in quam incidit homo per culpam, quia amittit robur ani-  
mæ, quæ est gratia, quæ animā corroborat, & aliquomodo parti-  
cipem facit Dei omnipotentia, vt ostendit idem Apostolus, cū

B 2 dixit:

Ephes. 5.

dixit: Omnia possum in eo, qui me confortat, & sic nos monuit, 6  
 Confortamini in Domino & in potentia virtutis eius. Et sic homo sine virtute & gratia est debilissimus, & quocunque ietu huc, atque illuc attrahitur. Impij dicuntur quia non habent illam debitam obedientiam, & humilitatem erga diuinam voluntatem: tenetur namque homo subijcere se diuinæ voluntati tanquam regulæ infallibili, & nostrorum actuum moderatrici, & qui voluntatem suam diuinæ præfert, præcipue in his, quæ attinent ad religionem dicitur impius. Dicuntur peccatores, quia operantur contra rectitudinē mentis suæ ac rationis, & cum homo in omni culpa ab hac rectitudine recedat, dicitur peccare in rationem innatam. Et hoc significat, quod S. Paulus dixit: Omne, quod non est ex fide, id est per fidelitatem rationis illuminantis & docētis peccatum est. Appellantur inimici, quia veræ amicitiaē leges violāt, 7  
 quas Deo debent seruare. Et cum tales effemus exaggerat Beatus Paulus, quod pro nobis mortuus est, & quod hinc ad nostrum propositum pertinet, est, quod loquens de hac sancta morte toties hinc repetit Apostolus hoc verbum; secundum tempus quod ad idem propositum dirigitur: ad quod dixit Dominus noster: Tertia die resurgam. Et opprobrium, quod cum eo euitatur, est respondere ad illud, quod poterat dici: Prudentia, quæ animæ est oculus docet, minus pro pluri in periculo ponendum: dare quod valet mille pro eo, quod valet duo, non est prudentia. Opponens igitur Iesus Christus verus filius Dei vitam suam, (quæ etiam in quantum hominis est, quod sit vita humanitatis vnitæ cum diuinitate excellentior est omnibus creaturis) imò (vt ait S. Thomas. 8  
 Gratia hominis iusti maioris est pretij, quam totus terrarum orbis) pro redēptione nostra: posuit quod est maius, pro eo, quod est minus, quod iuxta supra dictum videtur imprudentiæ factū.

Ad hoc dubium responder D. Paulus, quod absolutè non daret Dominus noster Iesus Christus vitam suam pro humana salute, nisi eā recuperaturus esset: sed dedit illam secundum tempus illis tribus diebus tantū. Et ad eandē difficultatē respōdēns hinc affirmat summa prudentia, & æterna sapientia, Tertia die resurgā. Pensate diligētē super omnia fratres mei, quomodo hic fidelissimus amicus noster cum ageret de suis ignominijis, eam tā copiosè refert, gloriosam verò resurrectionē vno verbo claudit. Idem reperietis apud Euangelistas, qui tam breuiter huius sanctissimi Domini.

9 Domini honores comprehenderunt vt dictu sit admirabile: venarent lætitiā, & cantum, qui in eius natiuitate excitatus fuit vno verbo cōprehendūt, dicentes: Facta est cū Angelo multitudine militiæ cælestis laudantiū Deum, & dicentiū: Gloria in altissimis Deo. Illum tam admirabilē Regum aduentum breuissimè narrant: & procidentes adorauerunt eum. Ineffabilem transfigurationem vno verbo etiam scripserunt: & transfiguratus est ante eos. Triumphantem ascensionem, quam paucis verbis mundo manifestarunt: Et Dominus quidem Iesus assumptus est in cælum. Et non amplius. Ad eius verò passionem enarrandam ira calamos ampliarunt, vt nec clauos, nec spinas, nec verbera, nec alapas prætermiserint: quod si quid siluerunt, fuit vt illud fidelium contemplationi relinquerent. Et alia multa blasphemātes, dixit vnus, in his plurima recludens, quæ prudentes & religiosi 10  
 possunt contemplari in omnibus his ostenditur nobis immensus amor, quo dulcissimus filius Dei pro nobis passus est, & quod hæc omnia tanquam honorificentissimum triumphum & amplissimam gloriam æstimat, & de his agit, & copiosissimè vult agatur, vt cognoscamus quantum ei debeamus. O dulcissime Iesu, suauissime hominum amator, ad eò pro eis mori gauisus fuisti: vt nō modo velis quod passionē tuam prædicemus; sed si quid ex tua diuina clementia impetrandū est, vis vt petatur per crucē & passionem tuam, per mortem & sepulturam tuam. Voluit hic purissimus & ardentissimus amator noster, vt in sua Ecclesia essent sanctę quædam coniurationes, quibus ipsum ad nos allicere possemus. Per virginales lachrymas tuæ sanctissimæ matris, per sanctam mortem tuam libera nos Domine: nōne (videri nostro) hæc stultitia est? Si hinc esset aliquis sanctę Inquisitionis sententia dā- 11  
 natus, & ab eo aliquid petiturus esses, & diceres: Domine per illā calumniam, qua Pincia affectus es, terogo vt hoc mea causa facias. O sancte Deus magna hæc amentia videretur. Domine per illas contumelias, quas perpessus es cum per vias publicas in opprobrium trahebaris. Ah, fratres ex hoc profecto colligetis, quantum huic optimo Domino debeamus: qui præcipuum titulum honoris sui hunc esse duxit: scilicet, quod pro nobis passus fuerit, Ac sic non est dementia, sed potius infallibilis amoris signum, Velle Deum vt his illum coniurationibus excitemus, est vt dicitis familiari vestro per vitam rei potius tibi dilectæ: Sic est di-

cere Deo per mortem & passionem tuam. Ideo dicit. S. Paulus in verbis quæ superius explicuimus: commendat autem charitatem suam Deus. Modo volo explicare hanc considerationem Sancti Pauli: si essent duo amici, quorum alter maximum delictum commisit, & cum lateret iam prope esset vt in manus iudicis incideret: accipiens verò alter amicus eius vestes, à iudice comprehenderetur qui innocentem capite damnaret, si postea delinquens eum videret per vias publicas ignominiosè tractum, & eius vicem non doleret, præsertim cum ipse, amici mortis fuerit causa, quo corde esset tam duro? si verò non solum non doleret, sed per viam post eum vociferans iret, & non hoc solum, verum carnifices excitaret, vt illum vehementius contorquerent: si autem his omnibus nondum contentus se carnificem faceret, in eum violentas inferret manus, amicus verò patiens eum intueretur, & ipse patientem videret, & si patiens crimen detegat se possit liberare, & alium cõdemnare, & tamen tacet & alterius delictum soluit ne ille pereat, non omnes hoc exemplum mirarentur? Is vtique es tu peccator, & ego, & omnes: & nedum minima ex parte res vt acta est declaratur: hoc autem ita se habet, & hæc consideratio non est mea, sed Sancti Pauli: quia tu quantum ex te est, modò illum crucifigis & alios excitas vt crucifigant, siquidem eos ad ludendum inducis, ad delectationem moues, & vindictam illis persuades & vt alia multa crimina committant compellis. Et pro eo qui hoc facit passus est Christus Iesus summum bonum nostrum & hoc est cum adhuc inimici essemus. Sed secundum tempus quia tertia die resurgam.

Est etiam dignum maxima consideratione: videre quòd non sinit Dominus noster patientissimus in vno labore, sed gradatim ex vno in alterum progreditur. Tradetur, illudetur, flagellabitur, crucifigetur. Facit gradus pœnarum, per quos ad mortem descendit ad hominis miseri salutem: homo contra non in vno peccato sinit sed gradus etiã facit peccatorum, vt descendat ad infernum. Qui ponit pedes super pistillum, positum in principio scalarum: difficillimè retinebitur, quin vsque ad finem procidat, & caput infringat. Vita peccatrix & sceleribus coinquinata, sunt scalaræ ad descendendum in infernum, & occasio peccati est pistillus. Malum officium, malus modus viuendi, mala conuersatio est quid labile, velut pistillus: ponis in eo pedes & ad malum munus

simile.

simile.

munus affectum applicas & mala familiaritate delectaris: difficile erit te non præcipitari per has scalas vsque in infernum. Graue malum est te occasione obijcere, & vni peccato aditum patefacere, cum enim in hoc sis, vix contineri poteris quin in alia plura incedas, vt enim dicit Diuus Paulus, peccatum operatum est in me omnem concupiscentiam: peccatum id est semel operatum hoc facit animam labi. Videte in filiis Iacob, qui ex inuidia, in odiũ fratris sui descenderunt & ex odio in contumeliosa verba deueniunt, ecce somnizator venit & postea rabiosa morte voluit eum interficere: vt rabie & fame in lacu pereat & postea (dicit sacratu textus:) sedentes vt comederent panem. Attendite duritiam cordis tyrannorum: postquam tam immanem & horrendam crudelitatem patiarunt, accedunt ad conuiuium tanquam gaudentes malo, quod fecerant. Hoc facis tu infelix peccator, qui postquã tot insulta commisisti, tam lætus & securus manes, & ad mensam sedes, & in lecto recumbis tam quietus, ac si contra Deum aliquẽ lignum, vel marmoreum peccauisses, qui nec videt nec intelligit. O immanem amentiam! ô maledictam cæcitatẽ! ô cæli, ô terra, ô creaturæ insensibiles obstupescite tanta insensibilitate. O fratres cordis mei per viscera Dei vos rogo vt vestri ipsorum misereamini, & ne in tam crudele præcipitium deueniatis.

Cum Dñs noster Iesus Christus iter faceret cū illa turba, dicit sanctũ Euangeliũ quòd, Cũ appropinquaret Hierico, cæcus quidã cæcus qui erat propè viã vt audiuit tumultũ venientiu, interrogauit propinquo: qui nã hic est tumultus? cui responderũt, venit maximus ille Propheta: maximus ille Iesus Nazarenus; ille maximus prædicator. Tũc cœpit exclamare dicens: Iesu, filij Dauid, &c. Et increpabant eum vt taceret. Impediebat enim eos quòd nimis diuina verba, quæ cælestis Magister in itinere dicebat, audirent. O quã necesse esset modò increpare multos, qui per vias vociferantur, & perturbant seruos Dei, qui sunt in suis angulis & sacrijs in oratione, & qui in huius ipsius Domini conuersatione cõmorantur. Iam propter coniuurabat sponsus filias Hierusalem dicens: A diuro vos filiz Hierusalẽ per capreas, ceruosq; cãporum ne suscitetis, neq; euigilare faciatis dilectã donec ipsa velit. A diuratur per bestias irracionales ac si significet, peiores esse bestijs, qui ita vociferantur & seruos Dei impediunt, quod non faciunt beluz quæ si rugiunt, sunt in montibus, vbi nemini officiant. Sed

Roma. 7.

Gene. 39.

Cant. 3.

*Psalm. 16.**1. Cor. 3.**1. Ephes. 5.**1. Iudic. 16.**simile.*

quid erit, si vociferationes, quas extollunt, sunt turpes & immundæ, quibus aerem corrumpant, quanto magis aures famulorum Dei ut hoc malum fugeret dicebat David: Ut non loquatur os meum opera hominum propter verba labiorum tuorum ego custodiui vias duras. Opera hominum. Sic accipitur hic homo, ut, Nonne homines estis, id est, carnales & peccatores? Et horum opera, ne proferri quidem debent, ut Beatus Paulus dicit: Omnis immunditia nec nominetur in vobis. Ut me continerem (ait David) ne loquerer verba iniqua, quia tu præcipis Domine asperis exercitijs occupabar, & appetitui duris intendebam. Per hoc significare volo fratres, quod si essetis poenitentes, & asperè corpus vestrum tractaretis, non efficeremini deprauationis vestræ præcones vestris metipsis linguis. Hic cæcus, quia erat iuxta viam adeptus est salutem: quod si procul esset non audiret tumultum, nec sciret, quis pertransiret, & ita, quod adeptus est, impetrare non posset. Maximum bonum est si quidem non est in via, cum sis cæcus iuxta iter esse per quod transit Deus. Quod sis cæcus, commorans in peccato sacra scriptura affirmat. Ambulabunt cæci, quia Domino peccauerunt. Nemo sufficeret ad alligandum Sansonem tanquam iumentum, nec ad molam posset cogere nisi prius oculos euulsiſſent: quis putas frater te ad molam deuincit, & compellit ut mundo, & eius abiectioſi seruias, nisi, quod habes cæcitatſis capitiſm? non sufficerent compedes ad retinendum accipitrem in pertica, nisi capitiſm tegetetur, quidcunq; videret, nisi hoc velaretur, eum faceret reuolare, etiam cum periculo lacerandi se. Putas ne diabolus posse vincitum te in vno vitio retinere quin fugeres, aut delectationum compedes sufficere, ut in tam periculoso statu quietum te reddant, nisi quod es cæcus? Non profectò. Ideò quod prius facit diabolus & peccatum, est mentem obcæcare. Peccator ergo cæce accede propè iter. Prædicationes audire, libros sanctos legere, cum seruis Dei conuersari. Hæc est via, quæ præterit Dominus, accede ad eam, de his age, etſi in peccato sis & hinc expergiscetur cor tuum ad proclamandum & exorandam misericordiam à Deo. Et confide quia audieris tanquam cæcus hic: quem cum audisset bonus Iesus stans inſiſit ad duci ad se. Et cum accessisset cæcus ad Dominum Iesum Christum, dixit ei mitiſſimè. *Quid tibi vis faciam?* O benedictus talis Deus. Benedicte

dicta talis clementia, Benedicte sit Domine mi lingua tua, & os tuum, quo tam gloriosum verbum locutus fuisti. Eia peccator, vide quomodo te expectat Dominus & pius Iesus, misericordig vocibuste vocans, vide illum sic stantem in illa sacrosancta hostia ad tuam salutem. Si daretur Cain in inferno comoranti hæc libertas, quid faceret? Si Absalon, aut alius ex damnatis tantam libertatem haberet, quantam tu habes ad implorandam misericordiam, quomodo eam implorarent? quid igitur facis miser? ingredi in petram, & abscondere in fossa humo à facie timoris Domini, & gloria maiestatis eius. Confuge ad petram Christum, recludere in eius diuinis vulneribus, sicut delinquentes solent quærere latebras vbi solent latere, aut solèt confugere ad domum alicuius potentis, qui eos tueatur. Confuge ad sanctissimam humanitatem, quæ diuinitatis est domus: hic protegèris à terribili iustitia gloriosæ maiestatis. Vis aut non vis? quid expectas? Dic cum cæco, Domine ut videam: & adiura eum per eius mortem, & per amorem, quo passus est: quia hoc est mysterium, quod hic reuelatur, quod cum Dominus de morte sua ageret petit cæcus visum, & impetrauit. Sed pro dolor, nos è contrà facimus, quia modo cum agit sancta Ecclesia de morte sui sponsi sacratissimi magis obcæcamur. Si reperiretur paterfamiliàs ita sollicitus boni filiorum suorum, & augendi diuitias, qui cum ad hunc finem, ali quò iter faceret, & cum præteriret aliquam ciuitatem: cumque alter ac erat crederetur, à iudice teneretur & vapularet: & tandem suspenderetur, si hic per literas certiores faceret filios suos, si verò ipsi, quo die literas acceperunt, nullum dolorem ostenderent, sed parui facientes id, ad ludum & conuiuium properarent, quid de tam impijs filijs diceretis? O Rex cælestis. Pater noster tam sollicitus, qui ut primogenituram tuam adangeret, vias asperas redemptionis cucurrit, & alius, ac erat existimatus, necromanticus enim, & tumultuosus, & populorum concitator dicebatur, flagellatus, crucifixusque est. Scribatur (ait hic missimus Dominus,) epistola ad filios meos, & narrentur illis omnia, quæ mihi contigerunt, cum eis seruirem, & hæc epistola illis legatur. O Euangelium Dei, quod est epistola Patris nostri Iesu Christi, hæc nobis hodie legitur: tu verò peccator audita epistola de morte patris tui, hinc exis, ut eas ad nimis edendum, ad ludendum, & ad alia plurima impertinentia faciendæ: quid speras homo pro tali ingratitude?

simile.

titudine? hodie et si cæcus esses visum debuisses recuperare; & factis cōtra, quia multo plus obcæcaris. Quò potest amplius hominū nequitia peruenire? Aduertite ergo fratres mei, quia ad refræ-  
*simile.* mandā dissolutionem horum dierū nobis proponit Ecclesia hoc Euangelium. Cū inflammatus est ardētissimus ignis postquā multa aqua illi iniecta est, & parietes sunt iam diruti: cū aduertitur nihil sufficere ad illum extinguendum, sed potius ipsum magis incitari, vltimum remedium est afferi sanctissimum sacramentum: sic videns sancta Ecclesia ignem edendi, bibendi, iocandi, & personarum qui hoc maxime tempore concitatur, qui, nec verbi diuini aqua potest extingui, nec parietum dirutione, quæ est propinquorum & amicorum mors, protrahit Christum crucifixum, illudum & mortuum, cum vocibus, vt videat, si proderit. Vtinam sufficiat hoc. Ego heri hoc cōsiderabā, Vah qui tu multus? quæ voces, & sonitus? quæ letitia, & quare? reportarunt ne Christiani aliquam victoriam de infidelibus? Reducti sunt heretici, conuersa sunt aliquot regna ad fidem Domini nostri Iesu Christi? non, sed quia Christianos vocat Deus ad pœnitentiam, volunt prius tradi diabolo, ne postea, eam possint facere vt debent. Pudeat vos fratres mei tantæ perturbationis, recolligimini cum consideratione earum rerum, quæ in hoc Euangelio aguntur: vt Dominus vobis gratiam suam largiatur, qua gloriam consequamini, ad quam nos perducatur Iesus Mariæ filius, Amen.

### ¶ Feria Quarta Cinerum.

*Cum ieiunatis nolite fieri sicut hypocritæ tristes,*  
*&c. Matth. 6.*

**V**OLENS Deus educere populum suū à crudelissima Egypti captiuitate, apparuit famulo suo Moyse, & hoc negotiū cum eo egit, vt hæc Hebræis nuntiaret, & cum rege Pharaone de libertate ageret. Vir sanctus videns quam laboriosum & difficile munus sibi committeretur, dixit Deo: Non credent mihi, nec audient vocem meam, sed dicent: non apparuit tibi Dominus. Nec populus (inquit) credet te apparuisse mihi, nec rex Pha-

Exod. 4.

rao

2. rao me aliquid æstimabit. Deus vt Moyse fidem faceret illos suis verbis credituros esse, tria illi signa dedit ad approbationem sui mysterij, inter quæ vnum fuit, quòd aquam in sanguinem cōuerteret. Aliud excellentius beneficium intendit Deus in nos conferre in hoc sancto tempore, quòd vt abstraheret nos à peccati captiuitate & tenebris, & mittit concionatorem qui vobis hos bonos nuncios afferat, & iter patefaciat, quo ex hac miserissima seruitute exitur, & præcipit vt in executione sui officij, aquas intendat in sanguinem vertere. Aquæ sunt populi, vt in Apoc. Aquæ multæ, populi multi, &c. Hæ aquæ in sanguinem, & pœnitentiam, & in viuam memoriam mortis Iesu Christi commutandæ sunt. Et quanquam officium, hoc est, difficile & laboriosum, & quod timeat exequi: excellentissimus quisq; tamen con-

3. fortari debet his verbis, quæ dixit Dominus ad Moysem. Ego ero tecum & inferius: Ego ero in ore tuo. Hac spe incipimus prædicatores plerumque orantes Deum, vt adimpleat promissionem, quam fecit, cum dixit. Dabo vobis os & sapientiam. Non modo hoc rogabat Beatus Paulus, sed fidelibus commendabat, vt feruentissimè à diuina Maiestate peterent, dicens: Per omnem orationem & obsecrationem orantes omni tempore in spiritu, & in ipso vigilantes in omni instantia & obsecratione pro omnibus sanctis, & pro me: vt detur mihi sermo in apertione oris mei, cum fiducia notum facere mysterium Euangelij, pro quo legatione fungor in cathena ista; ita vt in ipso audiam prout oportet me loqui, &c. Vah quæ tantæ exaggerationes? Necessarissimum negotium oportet esse, quòd prædicator habeat venustatem & robur,

4. vt sine humano timore prædicet, & syncerè veritates annuntiet: quando quidem Sanctus Apostolus tam exaggeratè: & tot verbis commendat, vt orent, & supplicent omni tempore, & cum magno spiritu, vt sibi cōcedat Dominus audaciam: quando os suum aperuerit, vt reprehensionem non dissimulet, & admonitionem mundo necessariam explanet. Vnum quodq; verbum ex eis, quæ B. Apostolus supra dixit, est dignissimum magna consideratione, & omnia nobis seruiunt, vt nosmetipsos qui sumus prædicatores excitemus ad ea petenda, quæ ipse rogabat, qui non tot dona, quot hic diuinus vir, accepimus: vobis auditoribus cōmendantes, vt eadem cura, qua ipse volebat nobis faueatis.

Apoc. 17.

Exod. 3.

Exod. 4.

Iphes. 6.

Ex supradictis patet officium nostrū esse cōvertere aquas quæ sunt

sunt, populi, in sanguinem pœnitentiæ. Ob hoc nobis proponit  
 sancta Ecclesia hoc sacratum Euangelium, in quo noster diuinus  
 Magister Iesus Christus nos monet dicens: *Cum ieiunatis nolite fieri  
 sicut hypocritæ tristes, &c.* Non prohibet hîc Dominus noster Iesus  
 Christus verâ tristitiam, quâ pro peccatis habere debemus: sed  
 fictam hypocritarum maceriem vetat, & siquidem omnes pecca  
 uimus, rationi consentaneum est: vt hac vera tristitia afficiamur,  
 qua afficiebatur D. Paulus, vt illis tam notabilibus verbis expref  
 sit, dicens: Veritatem dico in Christo Iesu, non mentior testimo  
 nium mihi perhibente conscientia mea in Spiritu sancto: quo  
 niâ tristitia mihi magna est, & continuus dolor cordi meo: opta  
 bam enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis,  
 qui sunt cognati mei secundum carnem. Attendite, quot iura  
 mentis nobis affirmat magnam & continuam tristitiam cordis  
 sui, quando dicit per Iesum Christum: per conscientiam meam,  
 & per Spiritum sanctum; verum dico. Hoc primum ex hoc pos  
 sumus haurire, quod iurare res maximè necessarias non solum  
 non est peccatum, sed est actus maximæ reuerentiæ, & adoratio  
 nis latræ: & idè ex se meritorius. Secundo declaratur tempus,  
 & status, in quo Sanctus Paulus optauit anathema esse, videtur  
 enim durum affirmare, quod sanctus ita diuino Iesu Christi  
 amore captus desideraret ab eo separari, & sic absque statuto tem  
 pore: præcipuè cum summopere desideraret arctissimè huic di  
 uino sponso vniri.

Cumque hoc desiderio maximè torqueretur, vt dixit ad Phi  
 lipenses, Propter Christum omnia detrimētum feci, & arbitror  
 vt stercora: vt Christum lucrificiam, & inueniar cū illo. Perpen  
 dite attentissimè illud: inueniar cum illo. Quomodo ergo com  
 patitur, vt in tali conditione ab illo summo bono cuperet segre  
 gari? Legimus quidem, post eius conuersionē illum orasse, & co  
 gnatorum suorum conuersionem optasse: nunquam verò le  
 gimus, eum à Christo separari desiderasse: vt dixit ad Romanos.  
 Fratres voluntas quidem cordis mei, & obsecratio ad Deum fit  
 pro illis in salutem. Quapropter dicendum est iuxta sensum ma  
 ximorum Doctorum, & præsertim, Diui Hieronymi super  
 epistolam ad Romanos, hæc verba: Optabam ego, &c. Referen  
 da esse ad tempus ante eius conuersionem, & sic narrans affectū,  
 quo fuit in Iudaismū, & Hebræos, & zelū traditionū paternarū,  
 propter

Rom. 9.

Philip. 3.

Rom. 10.

D. Hierony.  
super epist.  
ad Rom. 9.

8 propter quod tantopere nomen sanctum Domini nostri Iesu  
 Christi persequebatur: affirmat se cupere anathema esse ab eo, &  
 idè perpendit S. Hieron. quod dixit: Optabam ego anathema,  
 &c. In præterito non dixit, opto nunc: sicut etiam ad Galat. di  
 xit: Audistis conuersionem meam aliquando in iudaismo, quo  
 niâ supra modum persequebar Ecclesiam Dei: & sic hîc dicit,  
 quod desiderabat, vt illic, quod persequebarur: vult dicere ita se  
 pertinacem esse in illa affectione, vt diceret: O vtinam mihi non  
 accidat, quod alijs Hebræis contigit: qui ad Iesum Christum cō  
 uersi sunt. Vtinam ego ab eo, eiusque doctrina semper abhor  
 ream: vt defendam cognatos meos, eorumque legem, & statum.  
 Et propter hoc tantum peccatum, tamque abominabilem infide  
 litatem, ait modo post conuersionem se maximè contristari: &  
 9 continuo, & intrinseco cordis dolore affici. Qui enim verè Deum  
 amat, in dies magis ac magis contristatur, quod in tam bonum  
 Deum, ac Dominum peccauerit. Ad imitationem igitur Beati  
 Pauli consentaneum est, vt curemus habere veram tristitiam, &  
 non fictam, & cum ipsa ieiunemus, & corpora nostra mortifice  
 mus, & cum ieiunio multas virtutes cumulemus, vt hodierna epi  
 stola monet: Sanctificate ieiunium, &c. Vt sit ieiunium sanctū,  
 scindite corda vestra: hoc enim querit Deus. Arbitramini, eò  
 quod sitis tot horas ieiunantes, Deum magnopere delectari, vt  
 fame pereatis? non, sed potiùs vult vos bonos esse, & ad hoc insti  
 tuitur ieiunium.

Hoc autem difficilius est, & quasi impossibile, scilicet, mala  
 consuetudine expoliari, non dico esse impossibile, sed difficilli  
 10 mum: & hoc significauit Hiero. Si mutare poterit Æthiops pel  
 lem suam, & pardus varietates suas, & vos poteritis benefacere,  
 cum didiceritis malum. Etsi Æthiopem frices omni sapone Va  
 lentis, & omni aqua maris illum laues, niger tamen manebit: etsi  
 Tigris quæ multicolor est, millies tonfa fuerit, eisdem cum co  
 loribus lana remanebit, & si habes canos, & barbam radis, vt eos  
 dissimules: post octo dies statim apparebunt, & statim radices  
 proferunt. Malus mos est mala radix, quæ inclinatur ad opera, ex  
 quibus ipsa germinata est: & dicere malè morato, vt consuetudi  
 nem mutet, est ei præcipere aliquid, quasi impossibile, id est, dif  
 ficillimum. Quocirca dixit Aristoteles, Consuetudo est altera na  
 11 tura, id est consuetudo & natura, eandem habent facultatē  
 quam ob-

Gala. 1.

Hiero. 13.

Arist. dome  
mo. & remi  
nisc. c. 2. &  
7. ethi. c. 10.



quamobrem deberemus diligentissimè cauere in initio malorum, ne in malæ consuetudinis tyrannidem deueniremus. Serua te modò hoc principiū mihi, ad quod postea dicturus sum. Anima & corpus sunt multum dispares, tam in essentia, quàm in operationibus: anima enim est spiritualis, at verò corpus materiale, & grauidum, & quod anima vult corpus renuit. Cum igitur hæc duo ita sint tam disparia inter se se, quæ est causa quòd est inter ea tanta amicitia? quod si anima est tristis, corpus arefit, si verò est leta, corpus est pulchrum & hilare, si corpus valet anima lætatur, & è contra. Denique nec anima à corpore, nec corpus ab anima vel let recedere, quid tam familiaria hæc duo reddit? consuetudo diurnæ societatis: anima enim nunquam alibi fuit, nisi in corpore, nec corpus aliquid aliud cognouit, quod se animaret præter animam: & idè tam intrinsecus se diligunt.

*simile.**Roma. 3.**Roma. 7.**simile.*

*D. Thom. 1.  
2. q. 74. ar.  
ti. 3.*

Ex hac mutua beneuolentia solet animæ maximū detrimentū procedere. Habes amicū, qui rogat te vt ipsum comiseris, ne eius amicitia renunties, vadis cū eo, & ille committit aliquid criminè, cōtingit, vt propter amicū, tu in patibulo suspēdaris: hoc miseræ animæ succedit. Quapropter D. Paulus dixit: si secundū carnē ueritis, moriemini; si sequimini, quod caro exposcit, mortuos vos iudicabit, quia ipsa vt plurimū animā ad iniqua ducit. Et hoc etiā sensit S. Paulus, cū dixit: Non est bonū in carne mea. Quid dicis Apostole gloriose? uideris philosophiæ regulas ignorare. Probitas & nequitia in uolūtate sitæ sunt, corpus verò expers est rationis & uoluntatis, ut a cæcis bonos habeat, quare ergo cōquere ris? Si uideretis hominē in uia maximo uulnere percussum, esset ne bonū, culpam in gladiū cōferre, & dicere, O quàm malus gladius, quàm atrox uulnus intulit illi hominē? nō profectò; quia eni- 12  
fis non fuit in culpa, sed homo, qui eū direxit, ut aliū percuteret. Sensus exteriores de se non habent bonitatē, vel malitiam moralem, nam hoc est in anima: quare ergo dicis, nō est bonum in carne mea? In his omnibus significat, quòd carnis deprauatio & rebellio nō inclināt animā ad bonū aliquod. Hinc affirmauit S. Tho. quod peccatū est in parte sensitua, & uocat peccatū, defectum, quē habet corpus, quòd se ad terrena & illicita inclinēt: etsi malæ inclinationi mala additur cōsuetudo, maxima uolentia & labor est necessarius, ut ab ea abstrahatur. Canis solitus ire ad necatorū ad lambēdū cruorē vix flagellatus poterit cohiberi, quin illuc  
cate

14 eat: sic ad reddendū castum & abstinentem, luxuriosum & edax corpus, opus est ieiunij, disciplinis, cilicij, ut ita miseram animam ad perditionem non ferat. Fingunt poetæ: quòd luctans Hercules cum Gigante Anteo filio Terræ, quotiescunq̄ illum humi prosternebat, assurgebat Gigas nouis viribus contra eum: & ratio erat, quòd uidentem Terram filium suum humi deiecit, cum nouo auxilio illi occurrebat. Aduertens Hercules hoc, dixit: non sic esse debet, si enim sæpe hunc humi deicio tot viribus in me insurget, ut me superet: & sic eum à Terra sustulit, & ita brachijs coarctauit, ut animam ab eius corpore abstraxerit, & Gigas superatus manserit. Quod ex hac fabula possumus elicere, uerissimè est, quòd si in hoc luctamine, quod est inter animam & corpus, anima patitur corpus in terram incidere, & humi iacere edens, bibens, dormiens, & delicijs circum- 15  
datum, semper nouas vires contra eam recuperabit, quibus ipsam perdat: remedium igitur est illud à terra tollere, fame, siti, ac pœnitentia, &c. Vt Diuus Paulus dicit: Mortificate membra uestra, quæ sunt super terram. Ista membra, quæ tam terrena fertis, tamq̄ fortia propter terrā mortificate ea, ne animam occidant. Piscis ille, qui cum sub aqua esset, uolebat Tobiam interficere; à fluuio deductus debilis remansit. Aufer carnem tuam, ac sensualitatem ab aquis uoluptatum, & experiēris, quàm cito mortificetur: si enim caro tua sub ipsis est, uiuum te uellet deuorare. Quòd si mihi non vis credere, incipe frater aliquos dies agere pœnitentiam. Filium Prodigum fames ad domum patris sui reduxit: sic te fames & ieiunium per ostia Dei Patris tui introducent.

*simile.**Coloss. 3.**Tob. 6.**Luc. 15.**simile.*

Sed quæretis: si tam necessarium est ieiunium, quare non dixit Dominus, ieiunate; expressè præcipiens? Dicite: si uidetis domibus uestris ignem applicatum, & eas undiq̄ cernitis inflammari, expectabitis, ut præcipiatur uobis, quòd aquam iniiciatis? non profectò: uosmetipsi curam habetis. Tam accenso igitur sensualitatis igne, conscientiaque uestra tot partibus æstuante, & corpore uestro in carbonē ignis conuerso: uos qui hæc sentitis & perditionem uestrā cernitis, quāuis ieiunij præceptum non esset: ipsa tamē naturalis admonet ratio, ut aquā infundatis, abstineteis, & ieiunetis: & idè Christus Dñs noster hic præsupponit tāquā necessariū nos debere ieiunate, & nos docet modū, sancta quoq̄  
Ecclesia

Ecclesia statuit sub præcepto tempus, in quo hoc ieiunium potissimum fieri oporteat. Maximam affert admirationem, quod de sanctis legimus, abstinencia, cui se dederunt; & poenitentia quam egerunt: tu vero es debilis, infirmus, quod dolet tibi caput. Deus autem omnia conspicit, & quamuis sit, ut tu dicis, tamen oporteret te confortari.

Deut. 20.

Præcipiebat Deus, ut quando filij Israel exirent ad bellum contra hostes suos appropinquante iam prælio, cum iam dimicare vellent; duces per singulas turmas audiente exercitu proclamarent: Quis est homo, qui ædificauit domum nouam, & non dedicauit eam? vadat, & reuertatur in domum suam, ne forte moriatur in bello, & alius dedicet eam. Quis est homo, qui plantauit vineam, & nondum fecit eam esse communem, & de qua vesci omnibus liceat? vadat, & reuertatur in domum suam. Res certè mirabilis. Præcipiebat Deus præconio declararetur, ut qui aliquibus negotijs essent impediti, domos suas reuerterentur, illic postquam tam longum iter confecerant, totque ac tantos labores fuerant perpessi; & nolebat, ut declararetur statim, quãdo exercitus conflabatur in suis proprijs patrijs. O Domine quorsum volebas, ut hi tam magnis itineribus ad bellum irent, si ante prælium eis, ut reuerterentur, præcepturus eras? volebat Deus, etsi illi conuenientia habebant, ut aliquid tamen ex se facerent, & promptam obedientiam præstarent: postea verò eis præcipiebatur, ut reuerterentur, quamuis nollent. In hoc ostenditur, quod quantumuis tenuis, & impotens quis sit, quantum ex se est debet curare ut bene operetur, & virtutis opera comprehendat, & ea incipiat ex se ipso. Alij debent te impedire quin facias, & tu inuitus opus institutum debes relinquere: & sic ex tua parte facies, quod debes, & Deus tuam bonam voluntatem acceptabit.

Dicit vterius: *Cum ieiunatis nolite fieri sicut hypocritæ tristes.* Omnè hypocrisim & fictionem fugite, ne bonum opus hoc malo contaminetis. Tu autem cum ieiunas, unge caput tuum. In hoc significat, quod opera nostra bona debent esse aliena ab omni face, & contagione, & omni bona circumstantia comitata. Sicut aurum ex natura sua est optimum, & pretiosum commistum tamè cum ferro vilescit, sed cum lapidibus pretiosis plus valet, & pulchrius manet: sic bona opera comitata malis circumstantijs valorem suum amittunt,

simile.

mittunt, & bonis circumstantijs coniuncta precium acquirunt. Et cum ieiunium sit opus optimè coniungi debet bonis circumstantijs, tanquam margaritis, sicuti sancta intentione, ut fiat propter unum Deum, qui videt in abscondito, sicut eleemossina. Et ideo dicit hic, ut thesauros in celo, & hoc ieiunium omnifecè oportet esse purgatum, & præcipuè hic exprimit, quod ab hypocrisi debet esse alienum, quod est tantum malum ut dicat D. Paulus, hypocrisim esse proximam quandam dispositionem ad heresim. In nouissimis (ait) temporibus discedent quidam à fide. Et quo itinere? in hypocrisi, & hypocrita est simillimus Satanæ, qui transfiguratur in Angelum lucis, cum sit tam obscura caligo: sicut est qui cum sit malus, vult videri bonus. Et ut magis exaggeret, ut hoc malum fugiamus, cum dixisset in plurali: cum ieiunatis, dicit postea in singulari; Tu autem cum ieiunas. Fiebat enim cum Deus prædicabat, quod & nunc fit, scilicet, quod cum prædicator aliquod vitium reprehendit, cubito inuis vicino tuo, dicens: *[O que mano dio el predicador a fulano]* Dicunt, qui hoc Euangelium audiunt: o quam reprehendit Iesus Christus filius Dei hypocritas, & illos Phariseos. Aduertens Dominus, quia illud, quod de te dicit, tu alij attribuis, redit in singulari, dicens: *Tu autem cum ieiunas.* De te dico, qui verba mea in alios conijcis.

Res maximè necessariæ sunt, quas Dominus noster Iesus Christus in hoc Euangelio nos docuit. Ieiunare enim ieiunium sanctificatum, cum lachrymis, planctu, & cordis contractione, & omnes thesauros nostros in celo collocare, & cum ipsis cor reponere: sunt res, quæ ad saluationem nostram maximè conducunt, vel potius e quibus nostra salus dependet. Et ut nos ad earum executionem incitet, utitur sancta Ecclesia hac ceremonia: scilicet, frontibus nostris cinerem apponit, & dicit: Memento homo, quia cinis es. Præcipiebat Deus, ut peracto sacrificio vacæ rubræ, quæ pro peccato offerebatur populi, cinis eius seruaretur: colliget autem vir mundus cineres vacæ multitudini filiorum Israel in custodiam, & in aquam aspersionis. Quare Domine hos cineres iubes colligi: nunquid ad candificandos pannos? Non, sed ut ex eis fieret lauatorium cum aqua, ut omnes irregulares, qui res mortiferas, & immundas tetigerant, hoc unguentum attingentes mundi fierent. O maximum mysterium. Hoc lauacrum illos aptos reddebat, ut possent templum ingredi. Quid faciet

Tom. j.

C

ciet



ciet anima irregularis per peccatum mortale, vt mundetur, & ad altare Dei accedat? Scitis quid? recordetur, se esse cinerem, & ad hoc lachrymarum aquam coniungat, recordans; quod hodie, vel cras, in tremendo Dei iudicio se videbit. O quam bonum vnguentum, ô quam suavis Angelorum aqua, qua mundatur anima, quæ tetigit res immundas, & mortiferas. Eia homo vide, quid heri tetigeris, vide quid manus, quid os, quid oculi: quid denique tetigerint aures? Aduerte qualem te reddideris, quam immundum, contaminatum, & mortuum. Recordare tui, vt ere hoc diuino remedio considerans si modo te mors arriperet, quid esset de te, aut quid faceres? hæc cognitio aditum aperit ad Deum.

In triumphis Romanorū Imperatorū, semper ponebatur homo vilissimus in curru cum Imperatore, qui triumphantē cauilla<sup>24</sup> tionibus afficeret. (vt Hispanè dicitis) [*Te dieffe vexamē.*] Ne ille tot honoribus condecoratus in superbiā efferretur. Aduerte te Gentiles absq; Dei cognitione, quos modos quærebāt, vt humiliarentur. O Christianorū maxima confusio, qui sumus orthodoxæ fidei lumine illustrati, & sancti Euangelij sapiētia docti, nec tamē minimum quicquam nostri dedecoris verbū possumus tolerare? Ideo sancta Ecclesia diligentissimè quæsiuit hunc modum lutandi, & dedecorandi nos vocās nos lutum & cinerem, & nos admonens, vt recordemur quod lutū & cinis sumus. O efficacissimum remediū ad nostrum bonū, quod dicatur tibi iuueni perpolito, tibi Domine pulchræ, tibi primario viro & potenti, tibi doctissimo & eruditissimo: lutum & cinis estis. Vnde in Psalmo septuagesimo quinto, nostra translatio dicit: Cogitatio hominis confitebitur tibi. Altera translatio dicit: Superbia hominis confitebitur tibi. Dicitis Hispanè, [*Fulano, es de altos pensamientos.*] Spiritus altos gerit. Et hi homines magnæ cogitationis, superbi, & elati; cum minus existimant Dei permissione, incidunt in febrim, vel proci-<sup>25</sup> dit à tecto tegula percutiēs eos, & in instanti ferè vitam amittūt, & eorum cogitationes & inanis gloria perit: & sic paret Deū esse potentissimū. Ideo est gloria Dei cum proci- dit in sepulchrū Rex potens, siue princeps, aut nobilis quis, & egregius vir, aut iuuenis vanus, &c. Et horum superbia, quis sit Deus egregiè confitetur. Et reliquæ cogitationis diem festum agent tibi. Dicit vltimus: Qualis manet domus Magnatis? Vxor vidua, filij eius orphani, eius

Psal. 75.

26 eius bona, vineæ, & agri, omnia, quæ orsus est, & acquisiuit, & suis cogitationibus comprehendit. Omnia hæc sunt reliquæ, quæ remanserunt, vt tibi diem festum celebrēt Domine Deus meus. Videntes enim domos inhabitatas, & derelictas, & primatū absq; possessore dicimus: Ah summi Dei potestas, quomodo omnia euenit: modus loquendi est communiter, hodie fiunt pompæ & honores funerales [*Defulano.*] Est mēdacium, quia ipso die celebrantur honores Dei, quia manifestatur Deus super omnes creaturas præpotentissimus esse, & eius potestas & honor ostenditur, & nostra vilitas & abiectio aduertitur, nobisq; declaratur quam parua fides sit huius sæculi rebus adhibenda. Moabitides maximè confidebant in muris mirificè instructis ex coctis lateribus. Præcepit Deus prophetis vt eos admonerent ne coctis lateribus<sup>27</sup> fiderent: his qui lætantur super muros cocti lateris, loqui mini plagas suas. Sic sancta Ecclesia homines admonet, quod qui suis viribus, & iuuentute, & secularibus rebus nituntur, in cocto luto confidunt: omnium rerum exitus animaduertite. Quapropter peccatores, ludite iam; delectamini, deambulate: tempus enim veniet, cum omnia persoluetis. O fratres in Christo Iesu non ita sit, profint vobis hæc sanctæ admonitiones, ne patiamini, vt ipsæ vobis in carnifices conuertantur, quibus crudelius in inferno torqueamini, quod ipsis non vfi fueritis.

Isai 26.

Vnum ex maximis verberibus, quibus Deus Pharaonē afflixit, fuerūt Ciniphes omnis puluis terræ versus est in Ciniphes per totā terram Ægypti. O admirabilis Dei potentia, tangens Aarō vnā partem pulueris, totus puluis in tota terra Ægypti conuersus est in Ciniphes. Posset profecto Deus facere vt omnis terra in leones, pardos, vel dracones conuerteretur: sed noluit nisi eos tam paruulis & vilibus creaturis ad maiorem eorum confusionē & ignominiam compungere, & extimulare. Et est valde notandum Deum hanc maledictionem eis immisisse absque vlla præuia admonitione, cum in cæteris prioribus Pharaonē semper exhoratus fuisset: sed misit eā repente & improuisam, quia cum toties eum admonuisset, & ille emendam protestatus fuisset, non solum Deo, & hominibus mēritus fuerat cum se non correxisset, sed potius peior redditus erat. O fratres quoties Deus vos cōminatus est, & flagellauit, & vos emendam prope fuistis: & (vt dicitis) [*Abuelta de cabeça*] In eadem vitia, & peiora quidem reinci-

Exod. 8.

distis? O Christe vitæ Redemptor, animarumque nostrarum amor dulcissime, quoties hos fratres meos intus & foris tuis ictibus tetigisti; & inspirationibus, laboribusque eos visitasti, nec tamen eis aliquid istorum profuit? Aduertite ergo fratres, quia repente comprehendet vos Deus, ut per Matthæum dixit: Veniet Dominus, qua hora non putat, & diuidet eum. O quam durum & asperum verbum, quia mittet tibi Deus maledictionem ciniphum, morsuum, & rabiei, ut in inferno lacereris maxima compunctione, consideras occasionem, quam prætermisisti, & quod pijs Dei admonitionibus non vsus fuisti. O quot passim videtis subita morte arripi, & in malo statu interire? quot cernitis in lectulis suis moriones somnoque sopitos qui ignorat se mori? Supplicia sunt Dei in poenam rebellionis præteritæ: quapropter sanctis vocationibus vtamur, penitentiam agamus nunc quando possumus, & in nos Deus suam gratiam conferet, qua gloriam consequamur: ad quam nos perducatur, &c. Amen.

### ¶ Feria Quinta post Cineres.

*Cum intrasset Iesus Capharnaum, accessit ad eum Centurio, &c. Matth. 8.*

*Luc. 7.* **SANCTVS** Lucas narrans hanc historiam, dicit hunc Centurionem multos viros primarios misisse, qui Dominum Iesum Christum Redemptorem nostrum rogarent, ut veniret ad sanandum eius seruum: sed Sanctus Matthæus hæc omnia prætermittit, & dicit, quod ipse Centurio accessit ad eum. Beatus Augustinus dicit, eum per deuotionem iuisse cum socijs, quos misit. Itaque vtrūque est verum: Abierunt enim illi homines nobiles corporalibus passibus, & iuit Centurio spirituali progressu. Voluit Spiritus sanctus, ut Euangelistæ in hoc differrent: ut nobis ostendatur maioris esse pretij paucos passus spirituales, quam multos corporales. Et dicere S. Matthæum, quod accessit Centurio: est dicere plus valuisse eius deuotionem, & citius Centurionem ad Deum peruenisse spiritualibus passibus, quam alios corporalibus. O quam nos omnes hic Centurio reprehendit, qui cum esset Gentilis domique suæ remaneret, citius ad Iesum Christum accessit. Furaxis, & non vis restituere, habes turpem societatem, & non vis dimittere.

3 demittere: scito frater quod et si in templo, & Iesu Christi domo sis, plus tamen ab eo distas, quam cælum à terra separatum est. Ideo dixit David: Euntes ibant & flebant mittentes semina sua, venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos. Dicens, quod euntes ibant, qui cum lachrymis saluationem suam curant, & quod postea earum fructum percipient, declarauit aliquos esse, qui euntes non eunt, & incedentes regrediuntur: qui vadens in templum cogitat quomodo foeminam illic videbit, & ea quæ nihil pertinent, hic ambulans reuertitur. Illa mulier, quæ deuote vestem Domini tetigit, cum fluxum sanguinis patiebatur: solum illum tactum iudicauit Christus Redemptor noster, dicens: quis me tetigit? et si multi alij eum attingebat suis corporibus nec ideo suis tactibus impetrauerunt, quod illa bona mulier adepta est. Quando tu egrotas, & rogas sacrificia offerri, & alios pro te Deum orare, & tu in lecto sine patientia iaces quasi vipera, cui nemo potest seruire, nec Dei, nec animæ tuæ memora ris: quid tibi prodest? fac frater sicut Centurio, qui alios misit, & ipse in spiritu & deuotione iuit.

Ieroboam rex, qui ita iniquus fuit, ut non modò ipse esset idolatra, verum & alios idolatrare faceret, cum filium haberet ægrum, iussit Regine uxori suæ, ut iret ad prophetam Dei Ahiam: ut cum eo ageret de hoc morbo. Iuit Regina alterius formam accipiens, & ut primum Prophetæ limen tetigit, ait illi Ahias: Ingredere vxor Ieroboam, quare aliam te esse simulas? ego missus sum ad te durus nūcius. Vade, & dic Ieroboam, &c. Et non fuisti sicut seruus meus David. O metuendum Dei iudicium! It ipsa et Regina, & pedestris, longissime, maxima cum anxietate ac molestia, & postea tam asperum, & amarum responsum ei Prophetæ reddidit Dei nomine. Causa fuit, quia hæc regina corporalibus tantum passibus iuit, nec detestata est idola, quæ venerabatur. Relinquitte fratres idola, facti enim estis idolatram adorans vnusquisque; voluptatem suam; & quæcumque libet: si vultis salutem à Deo, opus est, ut relictis idolis, & peccatis, pie & deuote accedatis, ut gressus sint spirituales: & est etiam necesse cum attentione sitis. Petis aliquid à Deo aliud cogitans, scito te non esse in Ecclesia, nec cum Iesu Christo, & aliquo modo illum non tangere siquidem iste deuotionis non est tactus; & sic dicitis alicui, qui sensus habet diuersos ac remotos: tu Domine non es hic. Si scribes non attendit quod facit, scribe mille mendacia, & mille lituris pa  
Tom. j. C 3 pyrum

*Psal. 123.*

*Luc. 8.*

*3. Reg. 14.*

*simile.*

pyrum inficiet, si architectus non attendit ad opus quod operatur, percutiet saepe manus suas, nec aliquid perficiet, quod proficit: si pictor non aduertit quod depingit, & in illo imaginatur, quid faciet, quod luceat, & sit perfectum? Denique nullum officium et si vilissimum potest bene fieri sine attentione: & siquidem vnu ex dignioribus, & excellentioribus officijs est, cum Deo agere, & coram diuino conspectu orare: manifeste sequitur maximè necessariam esse attentionem, & animaduersionem. Ideò B. Paulus dixit: Nam si orè lingua, spiritus meus orat, mens autè mea sine fructu est. Quid ergo est? orabo spiritu, orabo & mente: anima vacua attentione, & lingua orans, quid proderit? Accessit igitur hic Centurio in spiritu ad Dominum, vt peteret salutem puero suo, dicens: Domine puer meus iacet in domo paralyticus. Quotquot legimus ad Christum Redemptorem nostrum accessisse ad petendam auxilium, illud sibi, vel filijs, aut fratribus legimus petijisse: hic solus seruo suo petit, & quo affectu, & charitate? Sic vos oportet facere fratres mei, nam sic docet D. Paulus, dicens: Domini quod iustum est & æquum seruis præstate. Quid iustius est, quàm morderi ei, qui in seruitute tua in morbum incidit. Per Isaiam ait Deus verba quædam notatu dignissima. In loquela enim labij, & lingua altera loquetur ad populum istum, cui dixit: Hæc est requies mea, reficite lapsum, & hoc est meum refrigerium. Hic promisit Deus, & designauit Apostolorum prædicationes, ad quas diuersæ illis linguæ concessæ fuerunt, qui omnes in vna & eadè doctrina cõcordarunt, & summa illius est: Reficite lapsum, &c. Perpendite diligenter illa verba: Hoc est meum refrigerium. Ac si Deus esset, qui laborè & necessitatè pateretur. Benedicant tibi oēs cæli Hierarchiæ, & sancti qui sunt in terra extollant gloriã tuã, ô fidelissime hominũ amator, qui labores & ærũnas eorũ sic sentis, vt refrigeriũ, quod eis sit, dicaste accipere. Si ergo consentaneũ est, vt defessos refrigeretis, quanto magis eos, qui in seruitute vestra defatigati sunt? omnia agètia naturalia hæc cælestè doctrinã ostendunt, quæ prius agunt in propinquiora sibi: si calefacit ignis, si frigefacit aqua, si scindit gladius, si diuidit ferra prius in partes propinquiores, & postea in remotiores agunt. Sic debetis vos facere, beneficia & dona prius domesticis, & postea extraneis sunt largienda.

Esse dominos: & seruos introductũ est in orbe propter peccatũ. Dixit Deus primis partibus: Dominamini piscibus maris, & volatilibus

9 volatilibus cæli & bestijs terræ, non autè dixit: dominamini hominibus, si enim nõ esset peccatũ, nõ esset seruus nec subditus. Et sacra Scriptura nõ meminit de seruis, nec dñs vsq; ad tẽpus Noe, cũ iniecit maledictionẽ pro illa inobediẽtia facta, dicens: Maledictus Chanaã seruus seruorũ erit fratribus suis. Hic est primus locus Scripturæ, in quo fit mẽtio de seruitute: & siquidẽ per peccatũ factũ est, vt alij dñi, alij serui essemus. Omne enim est pœna, & quod tibi opus sit seruo, & illi necessarius dominus. Curemus, vt hæc pœna sit nobis occasio meriti, & erit si dñi sunt clementes & grati, seruisq; suis in necessitatib; fauẽt: & serui, fideles obediẽtes, humiles & diligẽtes. O quã diuinas normas ponit D. Paulus dominis & seruis, dicens: Serui obedite dñis carnalibus in timore, & tremore, in simplicitate cordis vestri: sicut Christo, nõ ad oculum seruientes, quasi hominibus placẽtes, sed vt serui Christi faciẽtes voluntatẽ Dei ex animo cum bona voluntate seruientes sicut Domino & nõ hominibus: sciẽtes quoniã vnusquisq; quodcũq; fecerit bonũ, hoc recipiet à Dño, siue seruus, siue liber: & vos dñi eadẽ facite illis remittẽtes minas, scientes, quia & illorũ & vester Dñs est in cælis, & personarũ acceptio non est apud eũ. O diuina verba, singula perpendite. Primũ cũ timore & tremore: non sufficeret vnum? cur adhibet duo? hoc dicit, quia cum reuerẽtia & animæ tremore, & corporis trepidatione oportet eos seruire, exteriorem etiam humilitatem, & reuerentiam ostẽdentes. In simplicitate cordis sicut Christo. Mirabile profecto. Vult D. Pau. vt serui, dominis ministrent tanquam Christo cũ sinceritate: & quandoquidẽ Christus nõ vult vt sibi seruiatur nisi cũ bonis operibus: non obtemperent serui dominis suis in peccatis: Dicit Dominus tuus. Defer hanc epistolã tali foeminæ, cuius tu scis illũ esse amatorem: minimè facias, sicut Christo. Dicit domina ancillæ suæ: tace, tu sola, & ego, actalis vir hoc sciat: aduerte, quod si dixeris, te occidam, ne obtẽperes, sed potius dic ei. Ecce ancilla hic sum, ego ero martyr, tu verò impudẽs & mala foemina cognoscẽs. Habet alijs ancillã, & vult eã deflorare, ait illa: vide dne quod Deũ offendis. O canis (inquit ille) ego te emi, & es mea: tu es diabolus per imitationem, ne obedias quãuis te interficiat, & eris martyr. Dicit Dominus, si hũc aliquis accesserit, dic me non esse domini mentiturus sum? Ego (inquit) præcipio. Nihil mea refert: nequaquã faciam. Non quasi hominibus placentes, sed vt serui Christi.

1. Cor. 14.

Coloss. 4.

Isai. 28.

Gen. 1.

Anima dverte esse iudicium, & arctissimam rationem, & Dominum tuum non posse ab inferno te abstrahere.

Et vos domini nolite seruos vestros propter vos Deum offendere, nec iniurias vestras ulcisci, nec eis precipiatis vt vestris turpibus appetitibus indulgeat ne illos cominimini, remittentes minas, facite sicut hic bonus Centurio, eorum salutem curate, & multo diligentius animarum suarum saluationem, quod si nolint corrigi, dimitte tales seruos, ne cum alienis peccatis contaminemini. Dicit quis, tot annos mihi seruerunt, quomodo eos nunc dimissurus sum? quia erit opprobrium meum. Dicit domini, nunquid vos habetis plus honoris, quam Deus? non profecto. Habet autem Deus multos seruos in mundo, qui ei diu seruerunt, qui si eum offendunt a sua gratia expellit illos, quod si nolint ab illis culpis mortalibus cohiberi, eos in infernum derudit. Et tu, quia seruus tuus tot annos tibi seruiuit, quantumuis turpis sit, domum tamen tuam vis ipse totam inficiat, & quia est seruus tuus, non vis eum iudices supplicio afficiant. A dverte, quod haec omnia super te pluet. O quam hoc est lachrymabile, tam parum diligentiae adhiberi in curandis seruis a vulneribus animae, & a corporalibus morbis! si sunt peccatores, dicitis: ego non sum eius parochus, episcopum habent, si infirmatur mittitis eos in hospitale. O belluarum inhumanitatem! Quid est peioris conditionis seruus, quam mula tua, & quam equus? Si aegrotat equus, venient qui curent eum, & omnia consumantur vt fanetur: si infirmatur seruus ducatur ad hospitale, quaerit sibi remedium.

1. Reg. 30.

Nunquam audistis, quod rex Dauid inuenit Aegyptium humi prostratum, & cum quaereret quis esset, respondit: puer Aegyptius ego sum, seruus viri Amalechitae: dereliquit me autem dominus meus, quia aegrotare coepi nudiustertius: quando valebam, utebatur me dominus meus, modo vero cum me videret aegrotantem dereliquit me hic solus. O Deas & quot similes huic Amalechitae sunt in hac regione. O Amalechitae ethnici & infideles, quia seruus aegrotare coepit, eum derelinquitis. Aliter faciebat nobilis hic Centurio, qui dicebat: *Iacet in domo mea Paralyticus.* Non in hospitali, nec in ostio, sicut Lazarus. Hinc fratres deferte istud in cogitationibus vestris, cor dulce, & viscera blanda & benigna in domesticos, & alienos, praesertim qui estis nobiles. Quam nobilis & egregius erat hodiernus hic vir, & habes dominum. Nam ipse dixit: *Habes sub me milites.* Dignitas autem & imperium non impediunt seruitutem Dei. Si enim nobilius

lex

lex est regi suo fideles se praebere: quanto magis erit Deo fideles se prestare? Respondit clementissimus Iesus. *Ego veniam.* Quid? quare Domine dixisti Regulo: vade, filius tuus viuit; huic vero dicit: *Ego veniam?* quia veniebat Dominus vt homines ad moneret, ne sint personarum receptores, & nihil aliud praeter virtutem magni faciant, vt intelligant serui Dei quod quantumque vilibus vestimentis induentur, si ad eius diuinam clementiam confugiant, non repellentur ab eo. Deus non recipit personas, sed corda. Non videtis quo modo deferatur ab Ecclesia sacrosanctum Domini nostri Iesu Christi corpus ad domum pauperis & viduae: sicut ad regem & reginam? Comoremur hic paululum: & faciamus stationem, vt inam frequens hic esset omnis populus vt de hac personarum acceptione agerem. Habet faber aluenum, (qui vulgo dicitur, *ablaje*) properate, (inquit iudex) auferte tabulas & comburite sellas, ipsumque in carcerem detrudite. Habet faber concubinam, iniicite in vincula. O praearicator! & vis iuris seruetur formicis & non Elephantibus, qui sunt brachio forti? Spiritus sanctus hortatur cupidos gubernandi: vide quid facias homo. Noli quaerere fieri iudex, nisi virtute valeas irrumpere iniquitates ne forte extimescas faciem potentis & ponas scandalum in agilitate tua. Attende homo qui maxime angeris vt virgam iustitiae habeas qualiter dicas. Heu discedite hinc, ecce enim ego adsum. Vide miser quia est iudex aeternus, in cuius manus deuenturus es. Quid ergo respondetis coram hoc Domino, qui vocatus ad domum Reguli noluit ire, & ad hunc seruum visitandum ipse se inuitauit? o pater, ille est valde potens & poterit mihi maxime officere. Dicit iudex: *constitutus vt timeat, an vt timeatur?* Multi eunt ad venationem, qui cum videant feras, prius illi belluas, quam ipsae venatores fugiunt, & sic cum ad agitandum irent exagitati redeunt. Sic ambitiosi munera expetunt, ad quae non habent aptitudinem existimantes se alijs dominaturos, & ab alijs metuendos esse: & tamen ipsi alijs succumbunt, & a quibus reuerendi erant, eos ipsi reuerentur. Dicebat Deus quis est homo formidolosus & corde pauidus? vadat & reuertatur in domum suam: homo timidus ne eat ad bellum, huic detur colus, & neat, es tu ita pusillanimis, non ergo te decet hoc officium, desine virgam: ne pergas in infernum cum ea. Dixit Moysi Deus, provide de omni plebe viros potentes & timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiam; & con-

Eccle. 7.

simile.

Deut. 20.

Exod. 18.

fitue ex eis tribunos &c. qui iudicent populum: ò diuina verba: ò si characteribus aureis essent scripta autè oculos eorum, qui meritis, & officijs alios præficiunt, & eorum, qui præficiuntur. Hoc primum hic Deus commendat, vt sint potentes, & magnanimi non vero pusillanimes, deinde subdit, timentes Deum, & quare Domine mi, statim non respondiſti, quod dicere potuiſti? quare non dixiſti, sanetur? sed: *Ego veniam & curabo eum &c.* Leproſo autem statim dixiſti, volo, mundare, non huic vero. Hoc fecit, quia aliter non detegerentur margaritæ, quæ in Centurionis corde latebant, humilitas eius ac fides, probitas ac benignitas nõ pateferent. Perſpicuum erat Deo, quod in hoc homine erat, sed medicinam distulit vt nos eius ore prolatum illud audiremus, cum dixit: *Domine non sum dignus &c.*

*Nam & ego homo sum sub potestate constitutus &c.* Sicut ego meis maioribus obtempero, & inferiores mei mihi obediunt: sic ego credo & fateor omnia tibi obedire tãquam vniuersali Domino. Quapropter si tu imperas morbo, vt recedat, sufficit vt dicas, absque eo quò ingrediaris in domum tam indigni hominis, ac ego sum. Hæc sunt verba quæ prolata fuerunt eò quòd Dominus medicinam distulerit. Qui ab hoc diuino fonte aquam voluerit haurire hæc vasa debet deferre: scilicet, fidem, spem, benignitatem & humilitatem. Audiens autem Iesus miratus est. ò Christe æterni patris infinita sapientia quid miraris? tu ignorabas illud futurum esse? cum quis miratur, illud est quòd euenturum esse nesciebat quòd si sciret minime miraretur. Miratur Deus vt nos miremur, & recordemur, hunc hominem gentilem talem habuisse fidem, & humilitatem: & siquidem nos hanc non habemus pudore cõfundamur. Magister antequam ad lectionem accedat optimè scit quid lecturus sit, recte illud intelligit: sed quando perlegit in cathedra miratur valdè quòd ipsemet dicit. Vt quid hæc omnia latebant te hæc antea? quare ergo nũc miraris? vt ea discipuli pluris estimet, & eorum memòrijs magis infixæ maneat. Hoc stylo vsus est cælestis hic Magister vt hæc virtutes Centurionis magis impressæ manerent in cordibus eorum, qui Deum sequuntur, quicquid feruire profitemur.

Dicit vltorius: *Non inueni tantã fidem in Israel.* O quãta laus ab ipſius Dei diuino ore! quãtũ cõfutus manet hic error, eorum qui affirmarunt bellum non posse geri contra Orthodoxæ fidei hostes

*simile.*

21 stes, quia sunt verbera quibus Deus nos affligit. Nam si hoc esset verum nec in infirmitatibus medicamenta quæri liceret nec tempore famis quæri aut emi triticum, & alia ad vitæ humanæ sustentationem necessaria: quam falsa hæc omnia sint, colligitur ex eo quòd Deus eos laudat, qui in afflictionibus à sua diuina manu missis remedium quærunt, velut hunc Centurionem & alios, de quibus in sancto Euangelio fit mentio, & quia hunc ducem, qui constitutus erat ad vindicandam regionem illã ab hostibus Christus Dominus noster non reprehendit nec præcipit vt officium deferat: & Sanctus Lucas affirmat venisse ad gloriosum Baptistam milites & quòd interrogabant eum dicentes: quid faciemus & nos? & ait illis, neminem concutiatis, nec iniuriam faciatis, & 22 sontenti estote stipendijs vestris quos non reprehendit quòd militiam sequerentur cum ipsi interrogarent, quid facerent ad æternã vitam consequendam. Et si priuatus quisquẽ occasionem habet ad defendendum pallium suum, si quis vult arripere: quantò maiori ratione potest Rex regnum suum ab hostibus tueri, qui omnibus viribus sanctæ Ecclesiæ euersionem perniciemque intendunt? Etiam cernitur in hoc Ceturione quantum à veritate abhorreat, qui aiũt in bello nullum posse esse bonum, & hoc falsò sentiẽtes qui hodie militantur ludunt, iurant, seseque periurant, diripiunt & interficiunt, virgines deflorant, nuptas iniurijs afficiunt: monasteria & loca sacra deprædantur, & post omne vitiorum genus currunt, ac si famelicum equum effrænatum in ordeaceam farraginẽ demitteretis. O homines demẽtes, & sine Dei timore quid 23 agit fides in mentibus vestris? quã parum eius magisterio vtimini? nõ sunt profecto hæc vitia militiæ, nec ipsa talia secum affert, cum vita in ea ita periclitetur, & mors tam propinqua imminet, sed sunt vitia malorum Christianorum, qui in bellum se cõferunt. Ecce hunc Gentilem, qualis erat in ipsis occasionibus, quas vos habere dicitis: pudeat vos tales esse, & cum pudore poenitentiam quærite & non modo militibus, sed omnibus nobis exemplo sit hic optimus Eques: ab illo pietatem & misericordiam addiscamus & cum fide, atque humilitate, qua ipse ad nostrum altissimum Deum accessit, accedamus, vt nos ad poenitentiam recipiat, in nosque gratiam suam, & postea gloriam conferat. Ad quam nos perducatur Iesus Mariæ filius Amen.

*Luc. 13.*

*simile.*

Feria

## Feria sexta post cineres.

*Audistis quia dictum est antiquis, &c. Matth. 5.*

*Eccle. 32.*

**P**ossem ego hodie sequi cōsiliū sapientis quod dicit: ubi auctor non est non effundas sermonem. Acturus enim sum de præcepto, cui minus obeditur, quàm omnibus, quæ sunt in Euāgelio; & videtur sermonem effundere; de eo agere. Sed non ideo veritas & sinceritas Euangelij patitur: vt eius leges silentio prætermittantur. Nam quando homines eò miseriarum deueniāt vt eas omnino contemnant; ostendetur Deum probitati & misericordiz suæ respondisse: homines verò secundum turpissimos, ac flagitiosissimos mores suos fecisse. Lex est quam dicit Dominus:

*Audistis, quia dictū est antiquis, &c. Ego autem dico vobis, &c. Quæ lex*

*Eccle. 13.*

est ita peripicua, vt eadem natura illam nos doceat, quia & bruta animantia habent naturale instinctum amandi sui similia: vt spiritus sanctus dixit: omne animal diligit sibi simile. Voluit tamen hoc Deus præcipere, & ita opus fuit, vt rescicerentur incommoda, in quæ natura nostra per peccatum incidit, quæ ita perditare mansit, vt hac destructione ita homines peruerſi fuerint, vt in tantum errorem inciderint, sicut fuit dicere, odio habebis inimicum tuum. Quicunque error in fide est maximum malum, quia tollit fundamentum totius religionis Christianæ, cui innititur spes & charitas: sed si error in fide talis est, vt morum deprauationem afferat, est adhuc periculosior, vtamque enim potentiam inficit, scilicet intellectum & voluntatem, & efficit, vt homo iniquitatis viam tanquam licitam currat. Exemplum ponit Sæctus

*1. Tim. 6.*

Paulus eorum qui circa avaritiam errant dicens, conflictationes hominum mente corruptorū, & qui veritate priuati sunt existimantes quæstum esse pietatem. Loquitur de quibusdam hominibus, qui eò corruptionis deuenierant vt avaritiam sanctitatem esse iudicarent. Ex quo apparet quæ periculosa nostra sint secula, cum errores hæreticorum huius temporis ferè omnes sint circa morum deprauationem. Olim ferè omnes hæreses erant de rebus attrahentibus ad intellectum; si persona filij æqualis erat patris, &c. Sed hæreses huius temporis plurimæ sunt de voluntatis deprauatione circa sanctos mores & diuinas leges, quæ profunt ad inflammandam animam in diuino amore: sic error circa inimi-

4 inimicos est valde periculosus, quia charitatis est deprauator: & licet modo hic error in Christianorum mentibus non sit; satis mali est quod sit præctica, & eius exercitium in voluntatibus. Vt ergo nos ab hoc tanto malo abducatur (ait Dominus.) Ego autem dico vobis: diligite inimicos vestros. &c. Vsq; super iustos & iniustos. &c. Vt nos moueat ad obseruantiam huius celestis præcepti, & vt ex animo, opere & verbo inimicos nostros amemus. nobis patre nostrum celestem in exemplū proponit, qui tā bonis, quā malis beneficiis cōfert. Illud supernum bonū incarnationis verbi diuini, quare tantū dilatū esse arbitramini? certè fuit vt operaretur quousq; omnes essent peccatores: vt D. Paulus ait, conclusit enim, id est permisit cōcludi De<sup>o</sup> omnia incredulitate, vt omnium misereatur; & statim vt hæc verba protulit exclamauit, illa diuina exaggeratione dicēs: o altitudo diuitiarū sapiētiz & sciētiz Dei; quā incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Merito certè tunc exclamauit considerans ineffabilem Dei pietatem, qui cum omnes essent peccatores & penè omnes infideles: tunc illis sui infiniti amoris maiores flammæ ostendit: quando indigniores erant, qui amarentur: & hoc vt eos ad eius amorem inuiteret; & vt inuicem sese amarent. Hoc etiam elegantissimè adnotauit idem Beatus Paulus, vbi suadens infidelibus vt conuerterentur, (ait illis), qui fecit caelum & terram, mare & omnia, quæ in eis sunt; qui in præteritis generationibus dimisit omnes gentes ingredi vias suas, & quidem non sine testimonio semetipsum reliquit benefaciens, de caelo dans pluias & tempora fructifera, implens cibo & lætitia corda eorum. Permisit Deus vt omnes essent mali; sed non ideo sui ipsius & sui amoris testimonium illis non dedit: multa in eos conferens beneficia, & multa bona temporalia illis donans, vt hac via illos ad se alliceret. Itaque videtur temporalibus bonis sole, pluijs, &c. plus malis, quā bonis fauere: siquidem plerumque mali plus temporalium rerum, quā boni possident: & aperte hoc significat Dauid dicens: Inimici Domini mentiti sunt ei; & erit tempus eorum in secula: & cibauit illos ex adipe frumenti & de petra melle saturauit eos, id est inimicis suis, qui nullam ei fidem seruant vitam protendit, & melioribus fructibus terræ illos alit: & amicos qui eum per montes sequuntur, panibus hordeaceis & frigidis piscibus inuitat. Qui hæc animaduertit, marmoreus quidem erit nisi blandiatur, & concii-

*Roma. 11.*

*Act. 14.*

*Psalm. 8.*



cōcitetur ad imitandū hūc cęlestē patrē. Etia maximē te cōmoue  
bit ad obseruationē huius legis, oculos in hanc vniuersi machinā  
conijcere. Si enim diligēter aduertis, reperies omnes creaturas ni  
hil aliud intēdere, quā vt ex inimicis amicos faciant: quid flāma  
vorax intendit, nisi viridia ligna sibi contraria in se conuertere,  
& vnum quid secum facere? quid aliud expetūt arbores cū hu  
more in terrā sugunt, quā ipsam terram sibi contrariam in suā  
propriam substantiam conuertere? & in arborem reddere? quid  
aliud prætendit sol, nisi tenebras sibi contrarias destruere, & om  
nia lucida efficere? quid intendunt stomachi omnium animan  
tium nisi in carnem & suam substātiā quicquid edunt conuer  
tere? herbam, paleam, porra, cepas, & quæcunque alia quantum  
cunque contraria comedant in carnem curant conuertere. Qua  
re ergo tu homo rationis capax & consilij id non facies, quod fa  
ciunt & cætera insensibilia, & rationis expertia? Contemplare  
sanctos Angelos Dei ministros, vide quam solliciti sint vt ratio  
nes quarant, quibus peccatores ad se attrahant & siquidem tu  
speras inter Angelorum choros ingredi, incipe iam nunc Ange  
lorum munus exequi: modos & artes inuestiga vt inimicos tuos  
ad te attrahas. Quod si hæc omnia te non mouent, commouere  
saltem videns quod præpotentissimus Deus cui omnis rationa  
lis creatura plurimū debet: absolutē hoc tibi imperat dicens: *Ego  
autem dico vobis: Id est præcipio. Christiano nihil plus opus est quā  
quod sciat Deum aliquid velle, etsi difficillimum, in arduis enim  
vult diuina Maiestas nobilitatem & virtutem hominis experiri,  
& eius animi magnitudinem cognoscere. Ideo sancti Prophetæ  
huic infallibili verbo in suis prophetijs innixi sunt, vt passim di  
xerint: hæc dicit Dominus: quasi dicāt faciendum est, quia dicit,*  
& præcipit Dñs. Hoc fulciebatur Dauid ad ardua & difficilia cō  
prehendenda cū dicebat: propter verba labiorum tuorum ego  
custodiu vias duras. Quando Deus præcepit Moy si vt serpētem  
cauda comprehenderet dixit ei: Apprehende caudam eius fugie  
bat Moy ses rem tam metuendam & horribilem, vt colubrū. Et si  
mulac Deus præcepit vt comprehendar eum cauda, etsi difficile  
erat statim fecit. Videte obediētiā Moy si, qui vno verbo, quod  
Deus præcepit illi caput submit, manū extēdit, & cauda colu  
brū apprehēdit, etsi grauissimū illi videbatur, sibi tamen metip si  
vim intulit, & cū manu arripiēs vidit eisse virgā. Sic iusti propter  
Dei

*Psal. 16.*

*Exod. 4.*

70 Dei præcepta difficillimas res aggrediūtur. Potēs autē est Deus  
vt tabificas & venenosas res in dulcedinē obediētib⁹ cōmutet. O  
Iesu, quā asperum & horribile erat præcipere, vt serpēs cauda  
apprehēderetur: quid Dñe inimicum meum ego cōplectar, & cū  
blanditie illum alloquar, tam mordacem colubrum, quiq; tam  
horribile venenum ore vomit, cū sit res quam ego tantum ex  
ecror: ita. Sic enim ego volo. Et aduertite, quod non modo serpēs  
Moy si non obfuit, verum illi fuit in arma, quibus Dei offensores  
destruxit, & maximam coronam adeptus est. Amplectere frater  
inimicum tuum & cernes quā non sit inimicus sed virga. Arri  
pit pater virgam vt filium suum puniat, videbis puerum, qui  
non in virgā sed in patrē oculos conijcit, manibus tamen erectis  
& metu percussus vultum patris sui intuetur vt eius furorē toto  
suo conspectu mitiget. Eia fratres oculos conijcite in eternū pa  
trem, attēdite quod inimicus vester est virga, qua hic iustissimus  
pater vos cedit & punit, genua flectite, manus extollite: & patris  
aspectū intuemini, vt velti misereatur, iramq; suā mitiget. Hęc  
est hominum amentia; in virgam oculos conijcitis & nō in patrē,  
inimicos intuemini qui vos persequuntur, non autē Deum, qui  
hoc permittit, Christum etiam saluatore mundi iussit pater per  
cuti: percussum à Deo vocat & te etiam percuti iubet, sinens vt  
homines te flagellent, nec tamen tu hæc consideras. Attenti⁹ in  
Deum oculos conijciebat Dauid cum dixit, Pro eo vt me dilige  
rent detrahebāt mihi. Ego autem orabam. O si aliquantulum de  
Deo cognosceretis, quomodo hoc facere ad disceretis. Sed omnes  
vestræ cogitationes sunt in virga. O quis hanc virgā infringeret!  
O quis hunc hostem destrueret ab eo supplicium sumens! virgam  
hanc frangamus, hostem hunc nostrum euertamus. O terribilē  
inaniā! quid? Deest ne Deo alia virga? atq; etiam loco huius que  
ret lignū crassum, quod infringere nō possis, queret hostē fortē, a  
quo tibi cauere minime possis, litigabas cū homine vili, & abie  
cto, suscitabit Deus ahū potētem & diuitē aduersus quē minime  
possis præualere. Quapropter esto patiēs quādo Deus te verber  
at virga sua, & illā amplectere siquidē virga Dei est. Concitauit  
diabolus Chaldęos & Sabęos, vt omnia bona Iob diriperēt, cū fa  
cultate Dei, volebat enim dē mō, vt Iob arbitraretur Chaldęos di  
uitias suas iustulisse, nō verō Deū: & sic in illos irasceretur. Iob  
autē, patrē & nō virgam aspexit dicens: Dñs dedit, Dñs abstulit  
sicut

*simile.*

*Isai. 53.*

*Psal. 108.*

*Iob. 1.*

Esa. 10.

sicut Domino placuit ita factum est, sit nomen Domini benedictum. Nec Chaldei, nec Sabai, nec daemones sunt, sed virge, quædam Dei. Væ autem illi, qui est instrumentum iræ Dei. Ideo cū Deus, vocauit regem Syriæ virgam furoris sui, dixit: væ Assur virga furoris mei, id est. Væ Regi Syriæ, quæ ego assumpsi in instrumentum, & virgam concitationis mee. Postquã populum suū rebellem hac virga flagellauerit, ipsum etiam regē puniet, ideoq; inferius dixit Esaias: & erit cū impleuerit Dominus cūcta opera sua in monte Sion, & in Hierusalem, visitabo super fructum magnifici cordis Regis Assur, & super gloriã altitudinis oculorū eius. Ego (inquit) puniam opera superbiæ cordis Regis Syriæ & elationem oculorum eius, postquã eo vsus fuero tanquã virga ad affligendum populum meum. Quocirca non oportet tyrannū letari, quod potestatem habuerit nocendi proximis suis, cū omnia & ipse suo tēpore soluturus sit & afflicto, etiã rationi cōsentaneū est, vt persecutorum suorū misereantur, & maxima dulcedine, & amore cordium suorum eos intendant, ad cognitionē tyrannidū suarum inducere: ne in tantam Dei indignationem incidãt: & ad hoc, & complementum huius diuinæ legis, non sufficit vt inimicos corde & visceribus amplectamur, sed ideo postquam dixit: *Diligite: Addidit: Benefacite his qui oderunt vos.*

Inter bona, quæ inimicis vestris potestis facere minima sunt, eos alloqui familiariterq; tractare. Qui vero nē verba quidē illis vult præstare, quod est minimū omnium bonorū, quæ alia eis bona faciet? Quod si te excuses dicēs: inimicus meus est homo male familiaritatis, nolo ab illo cōtaminari sua conuersatione, bonū est, nihil aliud à te petitur quã vt cū illo loquaris, eūq; sicut proximum tractes, ea tamē cautione, ne tibi obsit. In Gen. legitur quantū expetiit, S. Iacob vt pacē haberet cū Esau, & quomodo omnes modos possibiles quæsiuit, quousq; eã adeptus est, la. hrymis, orationibus, donationibus, & humiliationibus. Impetrata autem pace noluit eius conuersationē, eò quod esset vir iniquus Esau: qui terti gerit piçē inquinabitur ab ea nec hoc illi dixit, sed quæsiuit optimam occasionem ne cum eo iret dicens: Nosti Domine mi quod paruulos habea teneros, & oues & boues foetas, mecū: quas, si pl<sup>9</sup> in ambulãdo fecero laborare moriētur vna die cūcti greges: præcedat Dñs meus ante feruū suū, & ego sequar paulatim vestigia eius: videte prudētiã doctã ab spiritu sancto: quã occasionē inuenit

Gen. 33.

Eccle. 13.

16 nit tam rationabilem, vt cum eo non iret & ab eo segregaretur. Sic vos debetis consentaneas occasiones querere, vt à malis recedatis: ita vt ipsi non scādalizentur. Vt nos incitent ad executionē huius tam sublimis virtutis nobis proponit diuinus Magister præmium mirabile cū dicit. *Vt sitis filij patris vestri, qui in caelis est.* O mortales, quorum pectora dignitatum sitis diuitiarumq; fames exagitat properate festinanter: ecce patet via ad impetrandum honorē, & vtilitatem simul (vt Hispanē dicitis) [*Todo en vn saco.*] Si diligitis & benefacitis inimicis vestris filij Dei eritis: equis maior est honor? quod si estis filij Dei eius hæredes eritis, & quæ maior vtilitas esse potest? Quare ergo tantorum bonorū cupiditate non inflāmamini? quare non incitantur corda vestra ad tā sublimes diuitias acquirendas? pro honore & vtilitate, quæ cras finiatur omnibus vos periculis offertis, & ad hæc ita frigidi estis? O terribilē cecitas! ò Deus immēse claritatis clarifica horum cæcorū mētes, nē tantū bonū amittant vt est esse filios tuos, & tui cælestis regni hæredes. Nullum alium locū fratres mei reperietis, vbi Dñs Iesus Christus dixerit nos Dei filios futuros esse: præter hūc. Cū enim antea dixit. Beati pacifici nō dixit: quoniã filij Dei erūt: sed quoniã filij Dei vocabūtur, hūc autē dicit, quod erūt. Videte qualē charitatē dedit nobis pater vt filij Dei nominemur & simus. O quantā multitudinē diuitiarū perdimus quia nō facimus, quæ hūc nobis præcipiuntur. Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem Dñi nostri Iesu Christi: dicebat B. Paulus, ex quo omnis paternitas in cælis & in terra nominatur, &c. vsq; ibi: vt possitis cōprehendere cū omnibus sanctis quæ sit latitudo, & lōgitudō & sublimitas & profundū. Tanquam rē necessariissimam deprecabatur D. Paulus in stātissimē æternū patrē vt in nos hoc præstātissimū beneficiū cōferret vt magnas in charitate radices ageremus, vt in ea fundati possemus, quæ sit latitudo cōprehendere. Sāctus Augustinus super hūc locū dicit sic: latitudo charitatis vsq; ad inimicos. Deprecatur etiã, vt impetremus quæ sit lōgitudō; vt eã vsq; in finē habeamus: ac si aliqua tibi illata fuerit iniuria, memēto aliquādo tibi beneficiū aliquod datū fuisse, & ita nō frāges filū amoris, quæ eius est lōgitudō. In Deute. dicebat Deus; nō abominaberis Ægyptiū, quia advena fuisti in terra eius. Hic locus multos argutē reprehēdit, qui cū à proximis suis multa acceperint beneficia, si postea semel ab eis offendātur statim acceptorum beneficiorū obliuiscuntur

Matt. 5.

1. Ioan. 3.

Eph. 3.

Aug. super

episto. ad

Eph.

D. Tho. 2. 2.

q. 25. ar. 8.

Deut. 3.

Tom. j.

D

tur



tur. Nè odio habeas (inquit) Ægyptios, quanuis faciāt tibi, vel se-  
cerint aliquot mala, attende quòd multa in te bona còtulerūt, &  
cū illūc descendisti benignè te receperunt: & in tempore maxi-  
mæ famis te aluerunt, & in optima deniq; terra tibi habitationē  
dederūt. Hoc significat, quia in terra eius aduena fuisti, rogat am-  
plius S. Paulus, vt profundū charitatis impetremus, id est, quod  
amem<sup>9</sup> eos corde, opere & veritate, vt monet S. Ioānes in sua cano-  
nica, filioli nō diligam<sup>9</sup> verbo neq; lingua, sed opere & veritate. Fi-  
lioli mei quos intimo amore cōplector sic amate, &c. Nō vult sig-  
nificare, quòd nō sint verba nostra mitia, & lingua nostra suavis  
erga proximos, sed quòd non omne ibi sistat nostrī amoris nego-  
tium nisi quòd ex intimo cordis nostri procedat, & pijs operibus  
manifestetur. Aliqui sunt, qui affirmāt se amare, & ignoscere: sed  
vt primū minima offertur occasio, tūc exit quod intus latebat, ac 20  
illū amorē verū & profundū nō esse apparet. Sicut in fornace car-  
bones, qui mortuū videntur cū primū folles inflant statim scintil-  
las, & igneas à se immittunt flammās: ita etiā qui viscera habent  
odio flagrantia, & se amare simulāt: si minimo flatu pertingūtur,  
aut minima sibi offertur occasio, tā accēsū ignē furorēq; ostē-  
dunt, vt plūs diaboli quam homines esse videantur. Deprecatur  
etiā, vt charitatis sublimitatē consequamur, nè contenti simus re-  
missio amore, sed per multos gradus ad eam charitatis altitudinē  
ascendamus, quam filij Dei necesse est habeant. Filij estote Dñi  
Dei vestri: nō vos incidetis, &c. Videte quā efficacissima ratio hęc  
fit ne te cōtamines, nec alteri alteros lædamus, sed vt nos inuicē ar-  
dentissimo amore complectamur; scilicet, cōsiderare nos tam bo-  
ni patris esse filios. Sanctus Tobias iunior dixit sponse suæ filij 21  
sanctorum sumus: non debemus ita cōiungi sicut gētes, quę igno-  
rant Deum: nō modo in hoc sed in omnibus oportet, nos illos ex-  
cellamus. Dicit etiam S. Paulus: cū omnibus sanctis, quia omnes  
sancti in charitate perfecti esse curauerunt & in amore inimicorū  
maximè se exercuerunt. Et ita cū dixit: spectaculum facti sumus  
mundo, Angelis, & hominibus: addidit causam, quia vsq; in hęc  
horam esurimus, sitimus, colaphis cædimur, & sustinemus, blas-  
phemamur, & obsecramus. Mirabile hoc est opus & merito dicit  
S. Paulus admirationem, & spectaculum esse, bonū pro malo red-  
dere, & quod, afflictus, calūniatus, & iniuria affectus oret, & perse-  
cutori suo benedicat. Et est valdè notandū, quod ait: mūdo & ho-  
mini-

22 minibus, & siquidē hanc diuisionem fecit sequitur quod per mū-  
dū intellexit hic res insensibiles, quæ est magna exaggeratio: ac-  
si diceret non modo Angeli & homines patientiam charitatēq;  
nostram, qua persecutores nostros diligimus admirātur, sed etiā,  
& cælū, terra, lapides, elemēta & omnes alię creature insensibiles  
sua insensibilitate videntur obstupescere, naturæ que suæ limites  
transgredi. Non contentus est S. Paulus desiderare, vt in hac virtu-  
te sanctos imitemur, sed vltterius processit dicens: scire etiam  
supereminentem scientiæ charitatem Christi. Vt nobis conce-  
dat æternus pater imitationem supereminentis & ineffabilis cha-  
ritatis scientiæ Iesu Christi: quemadmodum enim immensura-  
bilem habuit scientiam, sic habuit etiam & charitatem, & illa in-  
flammarus primam lectionem in cathedra sanctæ crucis legens  
23 dixit: pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. O Christe LUC. 23.  
humanæ vitæ Redemptor, dulcissime nostrarū animarū Amor,  
quarē Domine mi, non misereris membrorum tuorum, quæ ita  
sunt lacerata, & disuncta? & miseret te inimicorum tuorum, qui  
adhuc non sunt conuersi? non deprecaris æternum patrem, vt do-  
lores tuos mitiget, & exoras vt peccatoribus parcat. O Dñe, lex  
præcipiebat vt delinquens dentem pro dente, pedem pro pede,  
oculum pro oculo, vitā denique solueret pro vita: quarē ergo tu  
ô Maxime Redemptor noster crucifigētibus tuas diuinas manus,  
alias largiris, obcæcātibus tuos sacratissimos oculos, alios præbes,  
& inferentibus tibi mortem, tu vitam præstas? O charitatē inau-  
dito inflammatam amore! ô supernam orationem! ô petitionē  
nouam, in orbe nunquam auditam! Pater ignosce illis, quia nes-  
24 ciunt, quid faciunt. Non te regem voco, vt eos opprimas, non do-  
minum vt affligas, non iudicem, vt condemnes; sed patrem te, vo-  
co patrem (inquam) voco quod est nomen pietatis vt eorū mise-  
rearis. Pater eterne ignosce illis, pluris enim esbimo animarū earū  
vitā, quā meā corporalē mortē. Parce illis pater mi sati<sup>9</sup> est enim  
& iustus vt pluris facias charitatē, qua ego pro illis morior, quā  
iniquitatē, qua ipsi me crucifigūt. O pater sancte dimitte illis si-  
quidē ego, qui sum iniuria affect<sup>9</sup> quicquid ad me attinet ignosco  
quare & tu pater mi quòd ad tuā iustitiā spectat nō dimittes? ô pa-  
ter infinitæ clemētię parce illis, quia cū primū dixero: cōsumma-  
tū est, finicda est lex vetus, & introducēda lex gratię, & est disseta  
neū. [*Que en ley de gracia aya de gracia y en ley de amor aya rācor.*] Dimit-  
te illis  
D 2

te illis pater æterne. Siquidem in deserto. Harã cuncto populo Iu-  
daico pepercisti, quia Moyses & Aaron tibi obtulerunt, qua-  
rè modò non ignoscas, siquidem ego non thus, sed me ipsum cru-  
cifixum tibi offero: ò pater clementissime vide hoc corporis mei  
thuribulũ vndiq; perforatum & laceratum, ex quo nõ fuimus, sed  
copiosissimè exiit sanguis. Per hũc sanguinem, per hæc crudelif-  
sima vulnera, per has pijsimas lachrymas, per hæc atrocissima  
tormenta, per hãc durissimam mortẽ, denique per ardentissimũ  
amorem, quo omnia hæc patior, te exoro amantissime pater: vt il-  
lis velis ignoscere. O diuine Magister quàm saluiferam doctri-  
nam in vltimo vitæ tuæ termino nos doces! sed vñ illi, qui eam  
non didicerit, & sequutus fuerit. Quis deinceps fratres mei in suo  
pectore odium audebit recondere? quis iam os aut linguam habe-  
bit ad expostulandam iniuriam, aut ad querẽdum coram iudice? 25  
Per viscera pijsima huius cælestis Magistri, & per illam supernã  
mãfuetudinẽ, qua pro nobis in cruce mortuus est vos rogo humi-  
liter antesomnes prostratus, vt in hũc mitissimũ agnũ oculos cõ-  
ijciatis, & ad eius imitationem omnes iniurias dimittatis, & pacẽ  
cum fratribus vestris componatis: non enim accessistis ad tracta-  
bilem & accessibilem ignem & turbinem, & caliginem, & procel-  
lam: &c. sed accessistis ad sanguinis asperionẽ, melius loquentẽ  
quã Abel, ait S. Paulus. Nõ accessistis ad illa fulmina, tonitrua, &  
fulgura, quæ visa & audita sunt quãdo Moy si data est lex: sed ac-  
cessistis ad effusionẽ sanguinis Iesu Christi, qui clamat, & omni-  
bus peccatoribus veniam deprecatur. Ad hanc accessistis, siqui-  
dẽ in eo baptizati estis: & oportet vos facere sicut ipse facit, & ve-  
niam postulare inimicis vestris: non sicut sanguis Abel, qui vin- 27  
dictam & supplicium petebat. Quòd si dicitis: sunt hæc leges in  
seculo videlicet eũ qui alapã alteri impingit, ligno esse percuen-  
dũ, qui autẽ ligno percutit morte afficiẽdũ, quas nisi obseruaue-  
rimus infames & dedecores reputabimur. O miseri homines, quis  
vos tã immanis captiuitatis reddidit seruos? Dicite; in hora mor-  
tis vestre iudicãdi estis à Deo his legibus, an suis? suis profecto. Er-  
gò facite vos surdos legibus Sathanæ, & dissimulate huic sæcula-  
ri vanitati, ac si illã nõ intelligeretis. Quia spiritus sanctus ait: pre-  
tiosior est sapientia paruaq; gloria ad tempus stultitia. Hic sapiẽ-  
tia & gloria sunt in ablatiuo: stultitia vero & parua in nominatiuo.  
Itaque sic ordinandum est: stultitia parua ad tempus est pretiosior  
sapien-

Hebr. 12.

Gene. 4.

Eccl. 10.

28 sapientia & gloria idest prudentissimum est aliquando hominẽ  
stultum se simulare. Iniurias tolerare, & omnibus contumelijs  
surdescere, & obmutescere maior sapientia est, quã homo cogi-  
tat. Sic enim coram Deo diuina gratia impetratur, qua & cælestis  
gloria comparatur, ad quam nos perducatur Iesus Mariæ filius, qui  
viuit, & regnat per infinita sæculorum sæcula. Amen.

## Sabbatho post Cineres.

*Cum sero esset factum erat nauis in medio mari, & ipse  
solus in terra: & vidit eos laborantes in remigando.  
Marci. 6.*

**N**A R R A T sanctus Marcus, quòd peracto insigni miracu-  
lo quinq; panũ, Christus statim coëgit discipulos suos ascẽ-  
dere nauim, dum ipse turbas expediebat. Notabile verbũ est hoc,  
coëgit: ac si vim inferret eis. Difficillimè enim ab eius sanctissi-  
ma societate recedebant. Ita eum ardentè diligebant. Vnum ex  
maioribus malis, quæ sunt in mundo est nos tam facilè à Deo  
recedere, & tam parũ eius absentiam sentire, malum signum.  
Videmus enim quã grauitè ab eo segregamini, quem ex ani-  
mo diligitis: & quã alacriter peccatis & à Deo separamini. Maxi-  
mo animi affectu conqueritur de hoc malo Deus per Hierem. di-  
cẽs: Nunquid solitudo factus sum Israel; aut terra ferotina? quare  
2. ergò dicit populus meus, recessimus; nõ veniemus ultra ad te? Nũ-  
quid seruisse mihi foit desertũ arare, aut sterilẽ agrũ excuare,  
quod nihil prodest nisi ad confringenda brachia absque vilita-  
te? Nõ profecto. Quare ergò tam sine causa à me recessistis: & ita  
alacres estis quòd id feceritis, vt non ultra ad me reuersuri sitis?  
Et addit Dominus dicens: nunquid obliuiscetur virgo ornamen-  
ti sui; aut spõsa fasciæ pectoralis suæ? populus verò meus oblitus  
est mei diebus innumeris. O diuina exaggeratio? forsità obliuif-  
cetur virgo quæ desiderat nubere, ornamentorum, quibus ada-  
ptatur: aut nupta non memorabitur fasciæ, qua præcingitur vt vi-  
rosuo placeat: nõ equidẽ. Cũ igitur (dicit Dñs) ego sim decus, &  
ornamẽtũ animarũ vestrarũ, & cordiũ vestrorũ pulchritudo & cõ-

Hier. 2.

Tom. j. D 3 post.

positio: quare mei obliuiscimini tam innumerabilibus diebus? <sup>3</sup>   
 maximum malum / non sic faciebant hi sacri Apostoli, siquidem   
 in hoc verbo significatur eorum corda euelli, cum à diuino Ma-   
 gistro separarētur. Alij dicunt, quod illud: coëgit, significat quòd   
 Dominus noster Iesus Christus illos cōpulis: molestè enim ab il-   
 listurbis recedebant, cum adhuc nō essent perfecti spirituales, &   
 adhuc humana conuersatione delectarentur. Sed cum Deus eos   
 educaret, vt Ecclesiæ essent principes: illos vult ab omni occasio-   
 ne abstrahere, & sic in nauiculam iubet eos conscendere. O quot   
 mala euitaremus si parentes, Magistros, amicos, aut socios ha-   
 beremus, qui cum nos aduerterent mundanis conuersationi-   
 bus deditos, omnibus possibilibus modis nos cogerent, vt   
 eas relinqueremus. Proponens sacra scriptura, causas ob quas   
 Deus mundum diluuiò demersit, vnā illarum fuisse affir-   
 mat, quod, videntes filij Dei filias hominum quòd essent   
 pulchræ, acceperunt sibi vxores ex omnibus, quas elegerant.   
 Per filios Dei intelliguntur hîc homines sancti, quales erant filij   
 Seth. Per filias hominum intelliguntur filiæ Cain, & licet essent   
 sancti illi homines, videntes tamen & conuersantes cum mulieribus   
 corrupti sunt: & sibi vsurparunt illas quæ iam alijs locatæ   
 erant. Quauis sanctus quis sit si cum mulieribus conuersatur   
 eius sanctitas non diu perseuerabit: sicut hi qui filij Dei   
 vocabantur, & propter paucam custodiam oculorum suorum, in   
 tantum præcipitium deuenerunt: vt totius orbis submersio-   
 nis causa fuerint. Non solum Christus Dominus noster eos   
 separauit, & in nauim conscendere impulit: sed vento etiam &   
 tempestate eos circumdedit, & cum iam propè essent vt in   
 diffidentiam inciderent in quarta noctis vigilia illis occurrit.   
 O notabilis res, homines ita dilectos Deus ab aliorum conuersatione   
 abstrahit, & inter fluctus maris constituit, quasi significans   
 inter maiores furias, ac impetus maris non ita homines periclitari,   
 vt in medio sæcularium deliciarum: ideo fratres mei cum vos   
 vento marique obfessos videritis cognoscite hoc à diuina Dei   
 prouidentia constitutum esse. Felicitas superbos nos reddit,   
 aduersitas verò plerunquæ humilitatem nobis affert: ideo   
 multum nobis profunt hæc tempestates. Si es debilis aliquo   
 membro, aut alio corporali morbo laboras, & medicamentum   
 tibi venditur, quod centū aut ducentis nummis æstimatur, il-   
 lam

Gene. 6.

4

5

Simile.

6 lam pecuniam bene consumptam iudicas: itaq; vt à corporali in-   
 firmitate libereris, non dubitas omnem tuam substantiam amitte-   
 re: & vt à calūnijs eripiaris, gaudes corporales labores perpeti va-   
 dens & rediens ad lites agitandas cum sudore tuo & detrimento   
 pecuniæ tuæ. Quare ergo non gaudebis vt ad animæ salutem diu-   
 itiarum detrimento patiantur, & corpus tribuletur, siquidem vide-   
 mus hac via Deum maiores amicos suos duxisse? & ita Sanctus   
 Paulus dicebat: In omnibus tribulationem patimur, sed nō angus-   
 tiamur. Aporiamur, sed non destituimur. Persequutionem pati-   
 mur, sed non derelinquimur. Humiliamur, sed nō confundimur.   
 Deijcitur, sed non perimus. Semper mortificationem Iesu Chri-   
 sti in corpore nostro circūferentes, & vt vita Iesu manifestetur in   
 corporibus nostris. O admirabilem animum, & inuictam fortitu-   
 dinem Sanctorum afflictorum! sed mirabilius auxilium Domini,   
 quicquid in tribulationes ducebat, vt laboriosissima & patiensissima   
 diuini Magistri vita in afflictis & tribulatis sanctorum discipulo-   
 rum corporibus illucesceret? inter hæc verba Diui Pauli difficilli-   
 mum est illud: Aporiamur. Aporiamur est verbū Græcum, quod   
 significat: Vsq; ad vltimum fatigamur, sed non derelinquimur.   
 In necessitatem nos Deus adducit, sed non nos deserit. Vt patet   
 in hodierna sancti Euangelij lectione, quia eos in tempestatem   
 intulit, & illis statim occurrit. Ita bonus est Deus, vt omnes labo-   
 res simul non immittat, sed eos diuidat, vt nos illos facilius tole-   
 remus. Sic etiam discipulis suis paulatim labores misit prius ipsos in   
 maximam tempestatem immisit: sed erat ipse cum illis cum in   
 mari dormiebat, & tunc non erat tantus labor cum tam bene so-   
 ciatu essent. Postea tanquam homines qui in virtute proficie-   
 bant, in aliam tempestatem illos induxit, cum ipse abesset: &   
 hæc laboriosior fuit, & ideo in illa magis timuerunt. Ecce quo-   
 modo labores immittit secundum subiecta. Horologium quod   
 habet rotas suas & necessarium artificium, si illi proportionata   
 pondera apponantur, progredietur ordinatissimè, quòd si pondera   
 abstrahas, non progredietur, sed statim inordinabitur: sic   
 homo est horologium, quod confecit supernus ille artifex ex imio   
 quodam artificio, & in eo omnes necessarias rotas humanæ vitæ   
 posuit, quæ sunt potentia, sensusque animæ & corporis: hoc ho-   
 rologium cum ponderibus, maximo ordine procedit, cum labori-   
 bus, tentationibus, &c. Desinentibus tamē ipsis statim quiescit, &

2. Cor. 4.

Mat. 8.

Simile.



inordinatur. Attendite, Dauid, cum eum Saul per montes per-  
 queretur, quam bonus, & ordinatus incedebat: ablati tamē pōde-  
 ribus, ablati tribulationibus, videte qualis fuerit. Cū filij Israel fa-  
 tigarentur in Ægypto clamabāt ad Deū, ita vt dixerit Deus Moy-  
 si: Vidi afflictionē populi mei in Ægypto, & clamorē eius audiui  
 significans in hoc voces illorum afflictorum ad cor suū perue-  
 nisse, in deserto tamē cōstituti Manna & coturnicibus satiati quid  
 fecerint, perpendite. Quid tam lōgē properamus? animaduertite  
 quid vobis ipsis quotidie contingat. Cū vos paulisper afflictos  
 videtis, quā solliciti estis, quā frequenter in cælum oculos, &  
 cogitationes attollitis, & Deum assiduō rogatis? ablata autem affli-  
 ctione quales remanetis? quid est hoc? nisi quod cū primum ho-  
 rologio subtrahuntur pondera, statim inordinatur. Erat quidam  
 Monachus in deserto valdē tētatus, & perrexit ad senē quendam  
 & ei laborem suum dixit: quem vir sanctus interrogauit. Vis vt  
 Deum exorem, vt hanc tibi auferat tentationem? respondit tenta-  
 tus: Non. Sed vt me adiuuet quō eam tolerare possim. Bene cogno-  
 scebat hic seruus Dei tentationum pretium, laborumque valorem  
 considerabat. Sed quemadmodum pondera oportet proportiona-  
 ri rotis & magnitudini molis horologii, ita dicit S. Paulus: Fidelis  
 autem Deus, qui non patietur vos tentari supra id, quod potestis:  
 sed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt possitis sus-  
 tine-  
 re. Hoc est quod dicebamus Deum paulatim discipulis suis labores  
 adaugere, prout in virtute proficiunt: quod significauit Deus in il-  
 lo mirabili fluuio quem vidit Ezechiel, in quem ingrediens San-  
 ctus Propheta, dicit primum sibi aquam ad talos peruenire: dein-  
 de ad genua, postea ad pectora, postea tandem affirmat se non in-  
 uenisse in illo vbi aiteretur, & sic mergebatur. Hic est stylus que  
 seruat Deus in omnes suos, vt quo plus in suo seruitio proficiunt,  
 eo altiores & profundiores laborum aquas experiantur. Est enim  
 decus altissimæ Maiestatis tales habere amicos, qui pro nulla re  
 (etiam difficillima) eum deserant. Vult Deus vt animaduertatur  
 quantum illum ames, & quantum sanctitatē diligas. In hoc enim  
 cognoscitur, quod pro nulla difficultate Deum ac virtutem relin-  
 quas, & licet peccatoribus tormenta & labores non desint, si cum  
 ipsis non exeat a peccato, & ad meliorem vitam se se recipiant,  
 erunt tanquam perdices, quas prius in prunis calefacis vt postea  
 melius assentur. Hic eos calefacit Deus, laborum prunis, & quia  
 hac

Exod. 3.

simile.

I. Cor. 10.

Ezec. 47.

simile.

12 hac Dei admonitione non vsi fuerunt, postea in igne eterno cru-  
 delius exorciabuntur.

Est etiam maxime considerandum quod dicit Evangelium, sci-  
 licet, quod, *Vidit discipulos suos laborantes in remigando, erat enim ven-  
 tus contrarius eis.* Ipsi quantum ex se poterant, animabantur. Et in-  
 hos, qui omnem, quam poterant diligentiam adhibebant, Deus  
 oculos conijciebat: hos intuetur Deus, & his occurrit. Timidi, &  
 pusillanimes qui in laboribus & contradictionibus defeciscunt,  
 & deficiunt, nec se ad tolerandum incitant, hi non sunt digni di-  
 uino auxilio. O quot sunt hodie in orbe huiusmodi qui in pri-  
 mo conflictu & contradictione de in cæcis manibus, tentationibus  
 tanquam superati succumbunt. Vegetius de re militari affirmat,  
 quod qui habitant in calidissimis regionibus vbi sol nimis eos  
 13 comburit, etsi tales sagaces & artificiosi esse possunt, magnanimi  
 tamen & robusti esse nequeunt. Animi enim magnitudo & ro-  
 bur à magna sanguinis abundantia dimanat, & in his est omnino  
 sanguis exiccatus, & comminutus nimio solis ardore. Vita secu-  
 laris est terra, nimio solis concupiscentiæ ardore concremata, de  
 qua dici potest quod dixit Ecclesi. Tripliciter sol exurens mon-  
 tes & radios igneos exufflans: sicut hic sol materialis inflammans  
 terram, mane & meridie, & vespere illam exiccantem & inflam-  
 matam relinquit: sic triplex ardor, scilicet, in, auaritia, & Inxu-  
 ria, miseram animam comburunt, quibus flammis humor spiri-  
 tualis consumitur, & gratiæ deuotionisque spiritus attenuatur ijs,  
 qui secularem vitam degunt, & ita exanimes & debiles manent,  
 vt ne minimis quidem tentationibus & laboribus resistent. O  
 24 æterne Deus quam miserabilis est visu, pusillanimitas filiorum  
 huius seculi, qui ex nulla re sciūt reportare victoriam. Ecqui sunt  
 hic cognoscuntur sicut incolæ illarum calidarum regionum, qui in  
 capillis cognoscuntur & in colore: sunt tortis & crispis crinibus,  
 nam præ nimio solis ardore non possunt extendi, & sunt nigri  
 sicut carbones. O miseri peccatores, quorum hæc sunt insignia, &  
 exterius cognoscitur, quales vos interioris sitis, cogitationes, quæ  
 sunt animæ capilli vertus se inefinatæ, omnia in suam vtilitatem  
 reflectuntur. Nihil aliud cogitant, nisi quomodo edant, in quibus  
 delectentur, quomodo in amplissimos dignitatis gradus efferan-  
 tur, &c. De his dicit S. Paulus: Omnes quæ sua sunt, querunt; non  
 quæ Iesu Christi, & exterioris apparentiæ, & colore interiorum



Vegetius.

Eccle. 43.

simile.

Philip. 2.

Thre. 4.



miseriam demonstrant. Denigrata est facies eorum super carbones, nigriores sunt carbonibus. Rectè dicit, nigriores, quia carbones in ignem reducti, conuertuntur in prunas: hi verò in tribulationibus constituti nigrescunt, & magis ac magis frigescent. Hi nigri carbones, sunt qui aduersis ventis nesciant remigare: sed se tentationum procellis submergi patiuntur. O iusti, quibus est gratiæ humor & sanguis, animum, animum recuperate, confortamini ad remigandum, quia bonus Iesus vos eernit, & in intuitu est Deus. A dextris est mihi ne commouear, & sic delectatur videns vos remigantes, & cum aduersitatibus reluctantes, vt quando in terra venti deessent, de cælo Angelos mitteret, quibus cum lucetamen exerecretis: vt misit vnum Iacob venienti ex Mesopotamiâ qui cum illo luctaretur. Mysterium quoddam est in Isai. ad hoc propositum loquens de his qui ituri sunt ad habitandum cælum, dicit: Dicam Aquiloni, affer mihi filios de longinquo, id est, da mihi filios tuos, qui habitant cælum. O res dictu admirabilis! ita ne futurum est quod ex Aquilone prodeant filii in cælum? De Aquilone sic legitur; ab Aquilone pandetur omne malum: sed quod ipse filios afferat ad cælum nunquam audivimus, non? Modo igitur auditis. Aquilo est diabolus. Quòd ergo hic filios Deo dicitur admirabile est. Potius expectetur illum die noctuque nihil aliud curare, quam vt animas in infernum detrudat: hic igitur quomodo dabit filios Deo? Dico quòd diabolus suis laqueis & tentationibus facit, vt aliqui ad cælum sanctiores ascendant. Vultis hoc videre? quis fecit vt Egas S. Andream torqueret? quis fuit in causa vt B. Laurentius & alij sancti cruciarentur? diabolus. Ergo labores à dæmōnia acquisiti sunt in causa, vt sancti Martyres in cælum ingrediantur. Hac de causa Dominus non occurrit statim his tribulatis vt maiorem acquirerent coronam. Si Deus tibi statim non auxilietur, ne deficias, quia quarta noctis vigilia, quæ est propè mane suis discipulis subuenit, sic faciet tibi cū minus arbitratus fueris.

Sed aduerte quòd dicit S. Euangelium, quòd cum veniret Dominus ad occurrendum eis, ambulabat super aquas maris, ac si terra esset solida. Illi putauerunt phantasma esse. Ecce quid quotidie agatur. Egrotas, & ingreditur monachus vt te visitet; dicunt statim tui, phantasma est. Heu ne huc ingreditur, quia expauescit infirmus, & timore morietur. O cæci, pusillanimes non intelligitis



18 ligitis hoc, quia non est nisi Iesus Christus, siquidem venit in suo nomine, vt ei salutis consilia præbeat, vt eius animæ medeatur, vt eum ab spirituali tempestate, qua opprimebatur, abstrahat.

Cum discipuli sic tribularentur, eos Dominus confortauit, dicens: *Confidite, ego sum, nolite timere.* Beatus Matthæus hanc ipsam historiam exponens, dicit; quòd simulac Sanctus Petrus hanc vocè audiuit, statim clamauit: Dñe si tu es, iube me venire ad te, &c. Tã ardenti desiderio tenebatur cum Iesu Christo cõmorãdi. Vt horam qua cum visurus erat iam appropinquare nimia cupiditate exoptaret. Malebat esse cū suo bono Magistro in fluctibus maris, quàm sine illo in naui cõmorari. Ait illi Dñs: Veni, & illico magno cū animo & fiducia, hoc verbū audiens se in mare coniecit, & quatenus spem habuit dignam, & verbo Dñi filius est, per 19 medios fluctus securus ibat, sed quia cõcitatus est aer, incepit trepidare & dubitare; qua propter iam aqua illū non potuit sustinere, & iã penè mergebatur, sed cum clamaret, dicens: Dñe saluū me fac. Extendit clementissimus Iesus manū suã, & eū sustinuit ne mergeretur, & ait illi: Modicæ fidei quare dubitasti? Significans in hoc quod causa ob quam demergebatur erat, quia non habuerat fiduciam: O rem mirabilem, ante miraculū credidit S. Petrus se posse à Dño super aquas sustineri, & cum hac fide se mari commisit; & in medio miraculi aduertens quomodo super aquas cureret, ibi dubitauit, vbi minùs erat dubitandum. Solet plerunq̃ humana natura in rebus fortibus & excellentibus victoriam reportare, & in minimis deficere. Videbitis hominem, ita magnanimum, vt leonem trepidare faciat, & qui cum vrsis præliabitur, 20 & postea quælibet musca eum fatigat, & quolibet calore deprimatur. Videte illam columnam cæli D. Paulum qui tot infortunia cucurrit, & à tot calamitatibus victoriam reportauit, & postea vnâ tentatione concussus dicebat: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Nota est omnibus magnanimitas illius patris pœnitentiæ Helicæ qui Deum rogauit ne plueret quousque ipse aliter rogaret. (Sic enim sibi videbatur tunc expedire) cui Deus hoc concessit: petijt à Deo vt mortuo vitâ restitueret & impetrauit. Et vt legitur tertio Reg. Cum hic propheta in animo regis A cab morte condemnatus esset irrevocabili sententia, propter maledictam Tezabel prophetarum necatricem iussit Deus huic sancto viro vt appareret in cõspectu Regis

Mat. 14.

Rom. 7.

3. Reg. 18.

Regis Acab. Tunc abiit sanctus terribili audacia & comparuit coram conspectu Regis, venitque Acab in occursum Elia, & cum vidisset eum ait: Tu ne es ille, qui conturbas Israel? & respondit seruus Dei animo virili (vt Hispanè dicitur, [ *En sus barbas* ] Non ego turbavi Israel sed tu, & domus patris tui, qui dereliquistis mandata Domini, & sequuti estis Baalim. Ego (inquit) seruus sum Dei & non conturbo nec concito regnum: tu es qui illud euertis & scandalizas & domus patris tui & facis vt maledictus & excōmunicatus adorans deos falsos & fictos. Denique hic Propheta Dei fortitudine ita virili pectore fuit, vt omnes falsos prophetas interficeret. Quo peracto Deum rogauit, dicēs: Domine tempus est vt dissoluantur cataraetæ cæli & pluat, & factū est ita. Videatur vobis hic homo validus & constans? Audite ergo paululum. Comminata est illum mala Iezabel, & cœpit trepidare & tremere, & per mōtes & colles fugit, & in deserto subter vnam iuniperum fatigatus, sedit, & cœpit sicut fuit animæ suæ vt moreretur, & ait: Sufficit mihi Domine tolle animam meam, neque enim melior sum quam patres mei. Quid Propheta? nullercula te trepidare facit? ubi est animus & constantia tua? O Dei inuentiones, quibus vijs suos ducit. Ne vermiculus de se aliquid existimet, sed humilietur: permittit Deus vt qui antea maximos labores validissimo pectore pertulerat, postea in paruis & vilibus rebus deficiat. Etia hoc fecit: ad nostram doctrinā, vt licet maximas ab spiritualibus hostibus victorias reportaueris, & ex maximis tentationibus victor euaseris ne te securum existimes, parua enim tribulationes sufficiunt ad te prostrandum & sic semper cum timore viuas, à Dei diuino gubernaculo pendens. Etiam hoc permittit, vt quando te à paruis tentationibus superatum videris, cognoscas, quod si magnas superasti ex eius potentia hoc processit, & non ex tuis viribus, & sic magis glorifices supremam illius maiestatem, maiori contemptu & humiliatione tua. Aduertite etiam ad hoc, quod contigit Moyse, vt scribitur in Num. cui iussit Deus, vt aquam de petra educeret, & quo tempore illam voluit, percutere, dubitauit dicens: Audite rebelles & increduli, num ne petra hac poterimus aquam eijcere? quod sic loquutus est, suam incredulitatem ostendit, quando enim in Aegypto tanta miracula operatus est Dei imperio, nunquam sic loquutus est, sed omni cum fiducia adimplebat, quod Deus illi præceperat: non dicebat, num poterimus,

ranas

24 ranas educere de fluuio? & sic de alijs, sed absolute obtemperabat. Et ideo illic in eodem capite reprehensus est ipse & eius frater Aaron à Domino, dicente: Quia non credidistis mihi non introducetis hos populos in terram, quam dabo eis. O rem stupendam, quod homo per quē Deus tot miracula operatus est, & qui ita Dei omnipotentiam & eius verba expertus fuerat, in re tam leui modo diffideret, ac deficeret? vt attēdatis vtrum iure optimo dixerit S. Paulus. Qui se existimat stare, videat ne cadat. Humiliemur ergo fratres mei in conspectu diuinæ Maiestatis, instantissimè eum oremus, vt non modò nobis bene incipere, sed etiā in incepto vsque ad finem & consummationem vitæ perseuerare concedat. Qui enim perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit. Perseuerantibus enim glorię corona præbetur, ad quam nos 25 perducatur Iesus Mariæ filius, Amen.

1. Cor. 10.

## Dñica I. in Quadragesima.

*Ductus est Iesus in desertum à spiritu, &c. Matth. 4:*



R I V S Fuit Iesus Christus Dominus noster baptizatus, postea ductus est ab Spiritu sancto in desertum: super hoc vobis volo dicere re valde necessariā. Contingit aliquibus peccatoribus securos esse quia orant, quia ieiunant, quia aliquas lachrymas corā Deo effundunt, & denique quod aliquod bonum operantur. Et est verissimū quod interim non proponunt vitam corrigere secundum statum suum, & cum Deo verè & fideliter non agunt, hæc quies conscientię & cordis mollities omnes sunt falsæ, & non ex Deo. Vt enim dicit Iob, quæ est spes hypocritæ si auarè rapiat, &c. vsque ibi, nūquid poterat in omnipotente delectari? & oratio eius est mendax, quia proprium orationis est falsam iustitiā labefactare. Ideò in Prou. dicitur: Iustus in principio orationis accusator est sui. Experiētiā certam habemus, quod lux primū manifestat vniuersiuiusque figuram: ex quo aperte patet, quod qui se non agnoscit hic defectus suos nō intelligit, sed potius se ipsum iustificat, quia nō accessit ad Deum in veritate & æquitate Christiana. Nam sicut dicit S. Ioannes: Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt vllæ.

Iob. 24.

Prou. 18.

1. Ioan. 2.

Etiam



Apoc. 3.  
Hebr. 12.

Etiam est catholica veritas nos à Deo, pro sua infinita misericordia tanquam filios à Patre tractari. in Apoc. Quos amo, arguo & castigo. Et ad Hebr. Flagellat autem omnem filium, quem recipit. Tãquam filijs vobis offert se Deus, quia si extra disciplinam estis, ergo adulteri & non filij estis: quã dulcia verba sunt hæc bonis, siquidem se Deus illis offert tanquã patrem, & quã amara iniquis, quando quidem illis veritas patefit, illos non esse filios Dei. Si ergo officiũ boni patris est, filio suo defectus demonstrare, & ipsum corrigere: certũ est igitur orationem eius, qui ex oratione tranquillus & consciẽtiã quietus exit, mendacẽ fuisse & nõ veram, qui in confessione scrupulũ habet rerum leuissimarum, & valde communiũ etiam viris probis, & alios defectus satis notabiles præterit. Accusat se quòd indeuotẽ orauerit, & nõ habet scrupulũ ambitionis, à qua possidetur, & petitionis secularis, quã habet, desiderij officiorũ, & rationũ, quibus ea expetit, quòd aliũ plus nõ æstimet, quã credit se illo in re sua posse, vt, & hypocrisis ac fictionis, inuidiã, & murmurationis de eo, qui secũ cõperit aliquid, odij, quod habet in illũ qui in sua præfẽsione sibi non fauit, & qui ipsum nõ laudat, & quòd curat eũ abijcere, & quòd tumultus & seditiones cõcitet, & eas sequatur. Et cum multis ex his imperfectiõibus contaminetur, quieta & tranquilla conscientia viuit, & sic diuina recipit sacramenta, prophanam, ac remissã degens vitam: quid de hoc dici potest, nisi quod eius oratio, cordis blandities, & satisfactio omnes sunt diaboli fraudes & incantationes? Si enim fideliter ac syncerẽ ad eum qui est lux accederet, suã ei figuram demonstraret, & qui est pater misericordiarũ, & Deus totius consolationis, eas imperfectiõnes in intrinseco cordis eius reprehenderet, vt saltem conscientie morsibus cruciatus remedia quæreret. Quapropter vos oro per sanctissimũ baptismũ, & per virtutes quæ in illo infundũtur, & per Spiritum sanctum, qui eas cõmunicat, vt Christiana æquitate attendatis, quòd qui ita se iustificatos putabant, vt domũ Pilati non intrarent, (quod ad maximum esset peccatũ veniale) ipsi non habuerunt scrupulũ, dicentes: Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissimus eum: nec cum dixerũt maximis vociferationibus: Crucifige eũ: nec cũ populo persuaserũt vt peterẽt: Nõ hunc, sed Barabbã. Atq; iterũ rogo vt animaduertatis, quòd ij qui peccatũ iudicãrũt triginta argẽtos in ærariũ publicũ mittere, non habuerunt scrupulũ emendi sanguinẽ

5 sanguinẽ tã perfecti, atq; iustitiã cõsummati viri. Ipse enim qui eũ tradidit veritate cõpulsus hoc cõfessus est, dicens: Peccaui tradens sanguinẽ iusti. Cui ipsi respõderũt: Quid ad nos? tu videris. Quamobrẽ fratres mei valde timeamus & attendamus, quòd affectus & proprius amor tantũ apud humanũ cor valẽt, vt efficiãt, qd bonũ appareat malũ, & e cõtra. Quocirca non nobis metipsis fides est adhibẽda, sed vnusquisq; vitã suã moderetur secundũ vitã Iesu Christi: hoc enim est mediũ prædestinatũ à Deo, vt ait S. Paul. ad Rom. Quos præsciuit & prædestinavit cõformes fieri imaginis filij sui, & sic animaduertet quid sibi desit. Ad hoc dicamus cũ deuotione, illud Psal. Illumina oculos meos ne vnquã obdormiãt in morte, id est, ne cõmorãs in peccato illud nõ sentiã, tãquã qui dormit, & sic cũ ipso tutus sim. Etiã frequẽter in ore feram<sup>9</sup> illa notabilissima verba Dauid. Deus me<sup>9</sup> illumina tenebras meas. Psal. 128. Hęc omnia dixi occasione illius verbi. Tũc in quo incipit cap. 4. S. Matth. *tunc ductus est Iesus.* Tũc quãdo iã baptizat<sup>9</sup> fuerat, abiit in desertũ ad ieiunãdũ, orandũ, & lachrymãdũ pro nostris sceleribus, docēs nos in hoc, qd omnia nostra ieiunia, & orationes, ceteriq; virtutis actus in bona cõscientia & puro corde oportet fundari: aliter enim ædificium erit erectũ super falsum fundamentum. Ait igitur: *Ductus est Iesus ab spiritu in desertum.* In eremum ducit plerũque Spiritus sanctus electos suos. In hoc manifestatur qualis sit voluntas eorum, qui ab spiritu Dei possidentur. Illi in quibus diuinus spiritus dominatur, sic cælestium rerum contemplatione capiuntur, & ita seorsum de eis agere desiderant, vt quicquid eos ab hac sancta conuersatione possit abstrahere, ab illo magis abhorreant, & accuratiũs fugiant. Pruna accensa quæ in sinu est, impossibile est, quod carnẽ non comburat, & vestes male olere faciat: sic non potest Spiritus sancti ignis commorari in anima, absq; eo quòd eam Dei desiderio flagrare faciat, & exteriora & secularia fastidire. Quãdo id, quod edius de se bonum est, & tamẽ vobis amarũ, & lutũ sapere videtur, signũ est, quòd in vobis humorũ nimia abũdantia est: sed postquã res vt sunt sapitis, signũ est, quòd crassi humores consumpti sunt, & naturalis virtus incipit prædominari. Christianũ, cui Deus amarus, & cælestia videntur sine sapore, verisimile est à spiritu diuino multum abesse: sed postquam res sanctæ vobis id quod sunt, incipiunt sapere & seculares vanitates, etiam id quod sunt vobis sapiunt, magnũ est indicium

Matth. 23.

Rom. 8.

Psal. 12.

Psal. 128.

simile.

simile.

Exod. 3.

indiciū præsentia Dei in hac anima. Dixit Deus Moyſi: Ego 8  
 ero tecum, & hoc habebis ſignum, quòd miſerim te, cum eduxe-  
 ris populum meum de Ægypto, immolabis Deo ſuper montem  
 iſtum. In hoc cognoſces Deum eſſe qui loquitur tecum, & te ad  
 hoc negotium mittit: quòd quando exieris cum populo meo de  
 Ægypto, offeres Deo holocauſta ſuper hunc montem. Hoc ſig-  
 num illi dat, quia eſt maximum ad cognoſcendum vtrum anima  
 exierit iam ab Ægypto, & fideliter cum Deo agat: animaduere-  
 rere, quòd ſacrificiorum uſum commutat. Antea ſacrificabas  
 Idolis in Ægypto, modò verò iam in deſerto immolas Deo. Vt  
 ſicut antea honorem adorabas, pecuniamque & ſeculares digni-  
 tates, ludum, ſenſualitatemque venerabaris, & propter hæc Ido-  
 la Deum omnino obliuiſcebaris, nunc horum omnium anima  
 obliuiſcatur, & eorum ſaporem amittat, ſolumque Deum ſapiat: 9  
 ipſe enim ſolus ſaturat, & huic ſoli ſe commendat, cum hoc Do-  
 maino ſe conſoletur, cum hoc lætetur, illi amoris ſui, curarum, deſi-  
 deriorum, cogitationumque ſuarum offerat ſacrificium. Renuit  
 conſolari anima mea, dicebat Dauid, & rationem reddit, quod  
 mundanis rebus ſe non conſoletur. Memor fui Dei & delecta-  
 tus ſum, delectabatur enim in rebus diuinis, idcirco in caducis  
 & mundanis conſolationem recipere renuebat. Hæc eſt volun-  
 tas verorum ſeruorum Dei, & apud me non ſunt multum ſancti,  
 amici platearum, & qui multis negotijs ſe tradunt: hæc enim in-  
 teriorem Dei conuerſationem diſtrahunt. Sanctos, qui gaudent  
 eſſe in populis ſoliorum amicos cupidos in regijs commorandi,  
 non multum ſecuros iudico. De aliquibus hominibus dicebat 10  
 S. Paulus. Habentes ſpeciẽ quidem pietatis, virtutem autem eius  
 abnegantes ex his enim ſunt, qui penetrant domos. Conditio ve-  
 rorum ſanctorum non eſt ea, ſed ſic Deum ſapere, & eius familia-  
 ritate tantoperẽ delectari, vt omnem humanam conuerſationem  
 cupiant relinquere, & in ſpeluncam ſe immittere, ne hoc Dei  
 confortium amittant, quòd ſi ab hac intima conuerſatione ali-  
 quando recedunt: hoc propter proximorum vtilitarem faciunt.  
 Sanctus Hieronymus in eremo plorabat diſtractionem cogita-  
 tionum ſuarum. S. Baſilius in ſolitudine conquerebatur, quod  
 nedum ibi à ſe ipſo poſſet liberari: & ſunt multi qui perfectiores,  
 quam hi volunt exiſtimari, cum tamen homines eos videant in-  
 ter maximos fluctus, tumultus, & ambitiones terrenas immiſſos.

Dicit

Pſal. 76.

2. Tim. 3.

Hieron.  
Baſilius.

11 Dicit vltorius: *Et tentaretur à diabolo.* Quia fortiter à diabolo  
 tentandus erat: idẽ ſe in deſertum contulit. Voluit vt tentatio-  
 nes ibi eſſent, vbi minor eſſet occaſio, vt haberent effectum:  
 quia tentationes futuræ erant gulæ, inanis gloriæ, & cupi-  
 ditatis, voluit ſolitudinem eligere, vbi non eſſent cibi, qui appe-  
 titum inuitarent, non homines qui ipſum laudarent, non deni-  
 que pecuniæ quæ ad cupiditatem inuitarent. Hoc autem non  
 pro ſe, tam ſecurus enim in ciuitate erat, quam in deſerto, ſed fuit  
 ad noſtram exhortationem, quia in tentationibus diaboli; quod  
 potiſſimum poſſumus eligere remedium, eſt occaſionem fuge-  
 re, aduertentes quàm callidus ſit hic hoſtis, qui etiã in deſerto  
 vbi non erant niſi lapides, ex ipſis lapidibus tentationem pro-  
 trahit, quid faceret vbi eſſent occaſiones? Perpendit ſacra Scri-  
 ptura, quòd quando Deus introduxit filios Iſrael in terram  
 promiſſionis, non duxit eos per viam terræ Philitiim, ſed cir-  
 cum duxit per viam deſerti, quæ eſt iuxta mare rubrum: ſi enim  
 ſe hoſtibus obſeſſos viderent, viamque patefactam aduerterent,  
 vt in Ægyptum reuerterentur, facile redirent. Duxit ergo eos  
 per viam maris rubri, vt cum in medio eſſent mari, & ſe ſine poſ-  
 ſibilitate redeundi cernerent, vltorius progredere, etiam ſi  
 per medios hoſtes eſſent tranſituri. Remedium eſt approbatum  
 & traditum à ſanctis, quòd nos à periculofis rebus abſtrahamus,  
 vt adueniente tentatione nos inueniamus ineptos & ſine poſſibi-  
 litate ad indulgendũ ei, licet velimus: & ſic facilius homo eã ſupe-  
 rat, & in virtute progreditur. Qui eſt vbi luditur, facile ludendi  
 13 tentatione capietur. Qui cum forminis conuerſatur, facile cum  
 venerit tentatio, ab illa vincetur, ſiquidem præ manibus habet  
 occaſionem, &c.

*Cum ieiuaſſet.* Vna ex virtutibus, quibus diabolus potiſſi-  
 mum implicatur, eſt ieiunium: quia ſubtrahit ab eo iurisdic-  
 tionem, & eam paulatim dat Deo. Dicebat Dauid: Quod 14  
 eſt remedium vt me diabolus non inueniat? Reſpondet: Operui  
 in ieiunio animam meam, &c. Venit diabolus ad te, & non inue-  
 nit: eſt totus coopertus & conſumptus ieiunio. Maxima ſunt  
 commoda, quæ ex ieiunio hauriuntur, tangit ea alma mater Ec-  
 cleſia in præfatione Miſſæ loquens cum Deo, & dicẽs: Qui cor-  
 porali ieiunio vitia comprimis, mentem eleuas, virtutem largi-  
 ris & præmia. Et vt ieiunium ſit bonum, & ſicut decet, vna ex

Tom. j.

E

præcipuis

Exod. 13.

Pſal. 68.



præcipuis conditionibus, quæ ad illud requiruntur, est: vt cibus sit moderatus, vilis, & appetitui iniucundus, & ingratus. Et quod sit istius rei pretium, adnotauit Sanctus Hieronymus in epistola ad Eustochium de se ipso scribens: Cum multos annos, domo, parentibus, sorore, cognatis, & (quod his est difficilius) consuetudine lautioris cibi propter regna cælorum me castrassem, Hierosolymam militaturus perrexi. Quem locum quando primum legi, valde miratus sum, diuini viri tale verbum legens, quod difficilius illi fuerit, à lautis cibis abstinere, quam diuitias, propinquos, patriam, vnamque quam habebat sororem relinquere, quæ omnia in mundo pretiosissima solent reputari, cuius rei ratio est quia hæc citò obliuioni traduntur; sed opiparos cibos quotidie caro expetit, & idcirco tam pauci sunt abstinentes, & qui ieiunent sicut decet. Quapropter dicebat S. Theodoretus, quod verum ieiunium est perpetua indigentia, vt ita homo prandeat, vt tota die sit famelicus & debilitatem sentiat. Verum, significat ibi, perfectum, perfecti ieiunantes curant in quantum possunt hunc diuinum Magistrum imitari, qui quadraginta dies integros in illa aspera solitudine commoratus est. Illic dormiebat optimus Iesus in nuda humo, absque lodicibus, & absque tegumento vlllo, supposito lapide capiti. O Domine quis poterit numerare labores, quos illic perpeffus es in medio hyemis ad frigus, & pruinas, ventis ac tempestatibus concussus? O Deus æternæ Maiestatis, quis in illa solitudine te reperiret, aut quis in tua sancta societate vna die esse mereretur? O quis videret tuam feruentem orationem, in qua dies noctesque consumebas semper pro prædestinatis Patrem rogans? O quis lachrymas tuas ac suspiria intueretur, quæ pro hominum salute fundebas? prius Domine in deserti lachrymis nos abluere voluisti, quam in cruce sanguine lauare. Discite o filij Adæ ex hoc diuino duce quomodo præliaturi sitis, vt victoriam reportetis. Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, dicebat Dauid. Lachrymis, orationibus, asperitate, solitudine, ieiunioque pugnate, & experiemini quanta cum victoria euadatis. Recolligite vos his diebus in vestris sacrarijs, ne gotia expellite, à malis consuetudinibus separamini, ad hoc enim sacrosanctum hoc tempus institutum est, &c. Heu quantum est hic plorandum propter quod tam raras victorias à Dæmone reportamus, atque ita tristi sumus.

Hieron.

Theodore.

Psal. 143.

Dic

17 Dic vt lapides isti, &c. Dicunt nonnulli, quod hic Christum Dominum tentauit diabolus, vt de Deo murmuraret, quasi irridens fiduciam & fidem quam in illo habebat. Dic vt lapides isti, &c. Quasi dicat magnam curam habet Deus de te, cui seruis, & propter quem in hac solitudine moreris, qui alium victum tibi non præbet, præter lapides. Et cum ipse dixerit in tuo baptismo te filium suum esse, in quo sibi bene complacuit: manifestè patet illum nunc te fefellisse, nec te talem habere, cum nullam curam de te habeat, quin aliter quid tibi ad vescendum det, animaduerte: ego enim nihil video præter lapides, & siquidem nihil aliud tibi dat, dic vt lapides isti panes fiant. Hæc omnia nihil aliud fuerunt, præter quam Iesum Christum inducere, vt de Deo detraheret, atque de eius prouidentia: liberet nos Deus à tali têtatione, aut saltem ne in illam incidamus, quod deueniat quis ad detrahendum de operibus Dei. Ingens malum. Etiam est maximum malum illorum famam lædere, qui in terra sunt loco Dei, qui sunt ecclesiastici, & religiosi, hoc enim omne est esca apta, vt ignis Lutheri inflammetur. Mos est enim hæreticorum religiosorum vitas, habitus, ceremoniasque mordere, & de eis semper maledicere. Ignis quem auditis in illis miserrimis regionibus inflammarî applicatur maximè huic fomiti, & esca detractionis ac murmurationis de seruis Dei. Atque ideò hæc est vna ex maioribus têtationibus Dæmonis, curare vt maximus murmurator sis: ex maximo enim detractore solet maximus effici hæreticus. Alij communius dicunt diabolus hæc verba dixisse, vt cognosceret; vtrum esset Iesus Christus verus Deus, & ideò illi dixisse: Dic vt lapides isti panes fiant. Modus est enim Dei in operando, dicendo, & imperando, vt patet in Genesi, vbi dicitur, quod dixit Deus: Fiat lux, & facta est lux, &c. Valdè notanda est astutia Sathanæ, quomodo incipiat à rebus humilibus & paruis, vt illac aditū reperiat ad maiores, vt patet hoc in loco, vbi apertè cernitur, quod prius quam Dominum nostrum Iesum Christum tentaret vanitate, cupiditate, ac idololatria, ei suasisit vt lapides in panem conuerteret. Ideò D. Paulus nos admonet sic: Non circumueniamur à Sathana, non enim ignoramus cogitationes eius, id est, vt nos seruemus, & diligenter caueamus ab obsessiõibus, & circumuentionibus diaboli ne comprehendamur & deiciamur ab eius calliditate & astutia, quæ (vt Dauid affirmat) difficillima est intellectu.

Genes. I.

2. Cor. 2.

Psal. 12.

E 2 Parau-

Parauerunt (inquit) sagittas suas in pharetra, vt sagittent in obscuro rectos corde. In obscuro (inquit) quia curat Dæmon tentationes abscondere, ne tentationes videantur; nec aliud ipse expetit, nisi vt parum sibi aditum patefacias, vt hac via omnino te destruat. Quapropter ne passum quidem in anima vestra illi detis, quem si dederitis, ille nihil plus desiderat. In Gene. 39. ne perspicue ostenditur, quomodo Sathanas iustum plurimis tentationibus circumdet, nisi enim hac tentatione illum superauerit, saltem illa aut alia tentatione possit vincere. Patet: vix Sanctus Ioseph ex vna tentatione euaserat, vt fuit, à fratribus suffocari, cum iam aliam maiorem ei diabolus parabat, & fuit quod iniecti Domina oculos in Ioseph, quod eius Domina illius amore coepit inflammari. Quid hanc vocas maiorem tentationem? etiam. Iusto enim maior tentatio est hæc, quam altera. Verum est quod alius iniustus diceret: O foelix ego, qui post tantum laborem inueni amantem me, & mihi beneficientem. Inueni Dominam potentissimam, quæ de meo honore sicut de suo curam habet. Iustus autem non considerat hoc, sed contra non ignoramus cogitationes eius. Diaboli astutias intellexit, & quod in alia tentatione in periculo eum posuit amittendi vitam: & in hac intendit eius animam perdere, ac corpus, & quicquid haberet, destruere conatur. Hucusque eius prohibitio illum domino suo acceptum reddebat, & gratia Deo iucundum faciebat: modò verò omnia simul ei volebat arripere: & facere vt Deum & homines amitteret, scilicet, vt peccans, animam suam occideret, & per adulterium, corporalis ei vita adimeretur. Ideò Sanctus Petrus dixit: Circuit quærens quem deuoret, &c. Totum volebat absorbere. Et licet tanta fuerit tentatio, & non solum semel, sed sæpè ac multis diebus: Sanctus tamen iuuenis constanter ei restitit. Quantumcunque arbores sint magnæ, & fortes, si multis ictibus percutiantur, aliquando tandem in terram prociidunt; & guttæ aquæ molliis, durissima cauant saxa: quanto igitur magis tentationes mollem carnem cauabunt? quæ est, vt dicit Iob: Nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea ænea est: in carne tamen honesta illius sancti iuuenis nihil impressæ sunt. O Dei potentissima gratia quos effectus in iustis facis, omnia possum in eo qui me confortat, dicebat Sanctus Paulus: Sic hic iuuenis Ioseph, ita diuina gratia munitus erat, vt non modò superatus,

23 superatus non fuerit, verum intenderet dominam suam vincere, & eam optimis verbis conuertere, qui dixit ad eam: Ecce Dominus meus omnibus mihi traditis, ignorat quid habet in domo sua: &c. Præterte quæ vxor eius es: ac si diceret, Aduerte ò domina, quænam sis, es enim coniux Ducis generalis Regis, & cum tu sis tam nobilis matrona, non licet tale committere: & non hoc solum, sed & peccatum exaggerauit, dicēs: Quomodò ego possum hoc malum facere, & peccare in dominum meum? Videte prudentiam iusti, quas rationes inuestiget ad alliciendam eam ad bonum, &c.

Accedit ergo tentator, & sentiens Dominum famem habere, dixit ei. *Dic vt lapides isti panes fiant.* Quia cum dolo & superbia accessit, non impetrauit quod petijt. Accede tu frater mi humiliter 24 hæc eadem verba dicens, & pro sua clementia hoc tibi concedet. Lapidus sunt persecutiones & labores, quibus nos dæmon & homines mali lapidant. Hos conuertit sanctissimus filius Dei in panem dulcedinis, sicut lapides Beati Protomartyris Stephani, de quibus dicit Ecclesia: Lapidus torrentis illi dulces fuerunt, & sic vt tormenta aliorum sanctorum Martyrum, quæ suauissima reddidit Deus. Quos morsus affligebat Sanctus Paulus in laboribus, velut in dulcissimo pane, cum diceret: Gloriamur in tribulationibus, &c. Et Dauid etiam, qui dicebat: Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die, ac nocte. Lachrymæ propter Deum effusæ; sunt panis mollis: etiam sancta exercitia & virtutes sunt velut lapides. Sic Ecclesiast. dicitur: Quam aspera est nimium sapientia indoctis hominibus, & non permanebit in illa excors. Quasi lapidis 25 virtus probatio erit in illis, & non demorabuntur projicere illam, sicut pondera magnorum lapidum sunt exercitationes virtutis aggredientibus illam: & ideò pigri & pusillanimes virtutis pondus non possunt tolerare, sed statim illud à se projiciunt. Hos igitur lapides conuertit noster pijsimus Deus in panem suauissimum illis, qui iamdiu virtutem exercuerunt. Accede ergo charissime frater, cum magna cordis æquitate & profunda humilitate, & pete à Deo vt lapides isti panes fiant: sicut ipsos iam conuertit in panem alijs seruis suis vt in omni bono possis perseuerare.

Scriptum est: Non in solo pane viuit homo. Omnibus tentationibus respondit: Scriptum est. Sancta Scriptura muniendus est vir iu-

stus, vt non modò nō vincatur, sed etiam vt tentationem superet. 24  
 Ecquid arbitramini esse sanctam Scripturam citare ad resisten-  
 dum tentationibus, præter quam diuinam voluntatem in ipsa ex-  
 pressam allegare; quando sese vobis aliquid offert, consulite diui-  
 nam voluntatem, quæ in sacris literis expressa est, & perpendite  
 vtrum sit contra eam, an non, quòd si contra eam fuerit, ei resisti-  
 te vsque ad mortem. Hæc est præcipua ratio ad resistantiam, sci-  
 licet, esse contra Dei voluntatem, & hæc sunt meliora, ac magis  
 meritoria arma, quibus possumus muniri. Et sic Diuus Paulus ad  
 Ephes. 6. Ephes. scribens tentationes & concussus diaboli, (cùm dixit:  
 Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed  
 aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tene-  
 brarum harum, quòd non solum luctamur aduersus sangui-  
 nem & carnem, qui sunt hostes debiles, sed etiam aduersus alios  
 potentiores hostes, qui sunt dæmones.) Addidit statim, ar-  
 ma designans, quibus præliaturi & restituri sumus, dicens: Pro-  
 pterea accipite armaturam Dei, &c. Et concludens posuit vlti-  
 mam & præcipuam armaturam, & gladium spiritus, quod est  
 verbum Dei. Hinc colligetis, quàm debiles sint nostræ resi-  
 stentiæ, cùm non confugimus ad Dei voluntatem, in sacris scri-  
 pturis explicitam. Ne ergo dicas frater: Nolo peccare, ne forte  
 honorem amittam, ne in morbum incidam, ne vè in infernum  
 detrudar: quia etsi hoc non sit malum, non tamen est principa-  
 lis ratio quæ te à peccato debeat abstinere: sed illud præcipuè  
 te absteineat, nolle Dei voluntati contradicere, & desiderium  
 firmum quæ ac stabile propositum viuendi semper sub diuina  
 obedientia. *Non in solo pane vivit homo.* Deus non habet tam strictam  
 potestatem, vt absque pane hominem alere non possit: qua-  
 libet re Deus hominem potest alere. Quapropter non om-  
 nem tuam curam adhibeas in pane acquirendo, sed studio-  
 sissimè cura, vt huic potentissimo Deo placeas, qui quacun-  
 que re te potest sustentare. O quot curas & anxietates homo  
 à se expelleret, si in corde suo hanc infallibilem veritatem pro-  
 poneret.

Vista hac rætatiõe: *statuit eū supra pinnaculū tēpli.* Et licet ibi nō po-  
 tuerit caput Ecclesie, qui est Christus Redēptor noster superare,  
 nūc tamē curat extollere multos ex eius mēbris ad sublime Eccle-  
 siæ, vt inde maximā ruinā faciant. Et quemadmodū de Deo dicit  
 David:

29 David: Suscitans à terra inopem, & de stercore erigens paupe- *Isal. 112.*  
 rem. Sic etiam diabolus vult in hoc Deum imitari, licet dispa-  
 ri intentione, & multos infimæ conditionis sublimat, & illos  
 cum principibus populi Dei collocat. Et hæc est differētia, quòd  
 ij, quos Deus extollit, sunt sub pinnaculo; habent status & di-  
 gnitates super se, sicut graua onera, illi verò, quos extollit dia-  
 bolus, sunt super pinnaculum, id est, sunt super dignitatem &  
 prælaturam, quia eam non acceperunt, nisi, vt in illa requie-  
 scerent, & sic dicit alter: Ego quadraginta annos Regi seruiui,  
 & in eius seruitute vitam, omnem quæ meam substantiam con-  
 sumpsi, & nunc præfecit me huic episcopatu, vt iam aliquan-  
 do quiescerem. *Quis vnquam tale vidit, aut audivit pastorem  
 ad dormiendum? O quàm terribilis fraus, apertè apparet, quòd  
 30 te diabolus sine meritorum scalis extulit.* Quos Deus sublimat,  
 meritorum, virtutum quæ gradibus ascendunt, & habent præla-  
 turam cum assiduo laboris exercitio adimplentes, quod admo-  
 nebat Sanctus Paulus Episcopum Timotheum. *Ministerium. 2. Tim. 4.*  
 tuum imple, &c. Officium implere, est prædicare, Ecclesias  
 visitare, de clericis rationem habere, elemosynas dare, omni-  
 bus denique esse virtutis exemplum. *Iterum assumpsit eum, &c.*  
*Hæc omnia tibi dabo si cadens adoraueris me.* O quot in hoc Sathanam  
 imitantur, dicentes: Hoc tibi dabo si Deum offendis, qui iudi-  
 ces, aduocatos, scribas quæ largitionibus corrumpunt, vt iustitiam  
 peruertant, qui dona focminæ promittunt, vt eam deflorent, O  
 vos miseros, quibus rebus poteritis animæ vnus incommodum  
 refarcire? quæ plus valet quam vniversus mundus. *Time te fra-  
 31 tres Deum, ne in tantum scelus incidatis.* O quam terribilibus  
 verbis & minis hoc exaggerat sanctus Iob, & peccatores com-  
 minatur, dicens: Gigantes gemunt sub aquis, & qui habitant cum *Iob. 26.*  
 eis, &c. Si Dæmones, qui sunt gigantes fortissimi, tormentis in-  
 ferni oppressi gemunt, quid facient eorum ministri & imitato-  
 res, qui tam fortem naturam non habent? Quapropter nihil aliud  
 facite, quàm alios ad peccandum inducere, & illic experiemini  
 quid agatur: & licet robusti sitis, nulla ibi fortitudo eisdem tor-  
 mentis potest resistere.

*Hæc omnia tibi dabo, &c.* Omnes quatuor orbis partes ei osten-  
 dit, Videamus Sathana quomodo probabis tu vniversum orbem  
 esse tuū, & te posse illū dare cui libuerit? Nihil amplius superest

simile.

nisi dicere: hec omnia tibi dabo: Hic ostenditur, quam parum nos 32  
diabolus aestimet. Si piscante piscatore tot pisces hamo occurre-  
rent, vt nudo ipsi & detestato adhererent, nō dubitaret piscator ite-  
rum atque iterum eum sine esca immittere: sed magna cum fidu-  
cia eum iniiceret: sic etiam diabolus ita consuevit homines sine  
cibo piscari, vt nudum hamum immittere non dubitet; tot enim  
in eum incidunt, vt superuacaneū esset, tentationes operire. Ideo  
hic nihil illius interfuit, vt mēdax reperiretur; & sic absolutē di-  
cit: Omnia sunt mea, ea ego tibi dabo, tanquam iudicans Domi-  
num nostrum Iesum Christum purum hominē, qui fortasse deci-  
peretur, sicut alij homines nudato hamo decipiuntur. Si homines  
sibi persuaderent diabolum illis posse regna dare, quid in eius fer-  
uitute non facerent? si pro nihilo, tot insulta committūt, quid pro  
regno facerent? Qua facilitate Iesus Christus alias tentationes su- 33  
perauit, hanc etiam vicit.

Decedente Sathana summa cum confusione: *Accesserunt Ange-  
li & ministrabant ei.* Ibi videretis Angelorum chorus, qua diligen-  
tia sicut famuli eius mensam circuibant, eique accuratissimē mi-  
nistrabant. Accede ergo, o anima mea ad illud sacrum conuiuiū,  
& reliquias, quæ ex illa diuina mensa excidunt, diligenter collige:  
contemplare Regem cælorum pallidum, debile, frigore, aere-  
que perstrictum, famelicum, in nuda humo prostratum, super pe-  
tram sedentem, & inter choros Angelorum summa cum mode-  
stia manducatem considera. O quis ibi esset, o quis sacrosanctum  
illud ac tam continens videret conuiuium. Commorare ibi o ani-  
ma mea per memoriam, quandoquidem præsens ibi esse nequi-  
uisti. Deprecare hunc sanctissimum Dominum, vt te ad miseri- 34  
cordiam ibi recipiat, sicut & peccatricem Magdalenam suscepit.  
Accedamus omnes, fratres mei, tempus enim victoriæ aptissi-  
mum est ad recipienda beneficia præstantissima, ea speremus ab  
hoc Domino, quæ sunt munera gratiæ, qua impetratur & glo-  
ria: ad quam nos perducatur Iesus Mariæ filius, qui cum Patre &  
sancto Spiritu viuunt & regnant in infinita seculorum secula, Amen.

FERIA

Feria. II. post Dñicam. I. in Quadragesi.

*Cum venerit filius hominis in Maiestate sua & om-  
nes Angeli eius cum eo, &c. Matth. 25.*

**TIMOREM** dicit Spiritus sanctus totius boni esse initiū  
timor Domini fons vitæ, vt declinet à ruina mortis. Fons ad *Prou. 14.*  
consequendam vitam, & ad fugiendam mortem est timor. Ideo  
admonebat Sanctus Paulus ad Philip. scribens cū metu & tremore *Philip. 2.*  
veltram salutem operamini, cum metu animæ, & tremore cor-  
poris. Ratio huius veritatis digna est, quæ notetur & cōsideretur,  
spiritus humanus cum fide formatus, est tanquam medium con-  
stitutum inter voluptates peccatorum & pœnas quæ pro illis fe-  
rendæ sunt. Voluptates tãquam præsentis, & breues considerat,  
pœnas verò vt futuras & æternas animaduertit. Voluptates eum  
attrahunt, timor autem pœnarum ipsum deterret & facit regredi  
si eas consideret adiutus à fide. Et hoc est, quod ad literam dicit  
Sanctus Paulus de Moyse quòd fide elegit magis affligi cum po-  
pulo Dei, quàm temporalis peccati habere iucunditatem. Perpē-  
dite, quod dicit: elegit, cum ob oculos per considerationem habe-  
ret voluptates & pœnas, potius voluit affligi, quam delicias se-  
qui. Ideo Ecclesiasticus timorē laudans dixit: Timor Dñi, gloria, *Eccles. 1.*  
& exultatio, & lætitia, & corona exultationis. Mirabile est vide-  
re effectus, quos hic dicit Ecclesiasticus à sancto timore dimanare,  
& inter eos præcipu⁹ est, quòd timor sit corona exultationis. Co-  
rona magnanimis solet tribui, non autem timidis. Hinc colligetur  
quantæ magnanimitatis sit, Deum timere, siquidem Deum timē-  
tes, coronati euadunt, corona exultationis. Quàm copiosè remu-  
nerat Deus timores, qui pro se tolerantur: magnum est ergo gau-  
dium & lætitia, quæ proficiscitur ex timore Dei, qui est corona  
exultationis. Quòd tam necessarius sit timor, curauerunt sancti  
Prophetæ ab Spiritu sancto edocti, tot ac tã terribilibus minis il-  
lū cordibus hominum affigere, & in eorum visceribus insculpere.  
Quã terribilis cōminatio est iniquis illa Sophoniæ, & erit in tem-  
pore illo: Scrutabor Hierusalē in lucernis, &c. Si enim Hierusalē *Sopho. 1.*  
ciuitatem sanctam tam accuratē Deus scrutaturus est, quid faciet  
Babyloniæ? si iustus qui tam sanctè ac piè vixit, tanto rigore exa-

E 5 minan-

*Esaï. 30.*

minandus est, tamque arcto iudicio est iudicandus, quid erit de  
 dissoluto & vago, cuius tota vita fuit quædam confusio? Etiam  
 nos Esaïas intendit terrere, illis tam asperis verbis, præparata est  
 enim ab heri Tophet: (id est infernus) à rege præparata, profunda  
 & dilatata. Nutrimenta eius ignis & ligna multa: flatus Do-  
 mini sicut torrens sulphuris succendens eam. Tophet locus erat  
 propè Hierusalem, vbi solebant projici cadavera, & aliæ immun-  
 ditæ, & similitudine illius loci fætidæ, & abominabilis pœnis in-  
 ferni explicat. Dicit ergo: Vallis illa profunda inferni, quæ est in  
 corde terræ præparata ab origine mundi, per potentia illius æteri-  
 ni regis, tam ampla vt possit capere tot tamque innumeros con-  
 demnatos, qui sunt ligna, & multitudine qui in æternum illo  
 igni concremandi sunt, & flatus Dei erit tanquam sulphuris tor-  
 rens qui illum suscitabit. O horribile & metuendum verbū, quis  
 est lapis qui te audit, & in lachrymarū flumina non conuertitur?  
 quod ira Dei & eius iustitia in æternum insufflabunt ne vlla vn-  
 quam tempore tormenta illa extinguantur, aut comminuantur.  
 Super hæc omnia obstupescere facit quod ait Beatus Petrus Apo-  
 stolus: adueniet autem dies Domini vt fur: in quo cæli magno im-  
 petu transient, elementa verò calore soluentur. Cùm igitur hæc  
 omnia dissoluenda sint: quales oportet vos esse in sanctis conuer-  
 sationibus & pietatibus, expectantes, & properantes in aduentu  
 diei Domini, per quem cæli ardentes soluentur & elementa ignis  
 ardore tabescent? Nouos verò cælos & nouam terram secundum  
 promissa ipsius expectamus, in quibus iustitia habitat. O Deus  
 infinite maiestatis, pertuā ineffabilem clementiā te deprecor, vt  
 nobis intellectu & sensum præbeas, quo hæc sancti Apostoli no-  
 bis verba proficiāt. Hoc primū nobis hīc dicitur, quod dies iudi-  
 cij vt latro adueniet. Quia latro si ingreditur domū vt furetur, &  
 fortè inuenit dominū vigilantem, cū magno decoro & vrbanita-  
 te eū alloquitur & veneratur. Sic vltimus dies & mors est bonis,  
 qui vigilāt & in gratia sunt. Honorificentissimè benignissimeq;  
 eos tractat: illis verò qui in peccati somno negligentes & non pæ-  
 rati commorantur, est valdè terribilis, ita vt eos in infernum sepe-  
 liat sicut latro cū inuenit dominum dormientem eum occidit,  
 & illius bona diripit. Secundò dicit cæli magno impetu transiēt:  
 elementa verò calore soluentur. Terra autem & quæ in ipsa  
 sunt opera exurentur, ex his igitur ita metuendis infert Beatus  
 Petrus

*simile.*

7 Petrus dicēs: cum igitur hæc omnia dissoluenda sint: quales oportet  
 nos esse tam terribilem diem expectantes, quam sanctas oportet  
 esse nostras conuersationes? &c. Et postea concludit: propter  
 quod charissimi expectantes, satagite, immaculati & inuolati ei  
 inueniri in pace, & Domini nostri Iesu Christi longanimitatem  
 salutem arbitramini. Omnia hæc sunt verba dignissima maxima  
 consideratione: primum magnā habet emphasim. Propter quod,  
 siquidem omnia concremanda sunt, caute ne in perpetuum cō-  
 buramini: licet inter pœnas maxima sit carere beatifica Dei vi-  
 sione, quæ est bis infinita, cū quia nos infinito bono priuat, tū  
 quod sit infinite durationis.

Hanc tamen non multum timent mali, quia non contemplan-  
 tur quod bonum amittant, & ideo Sanctus Petrus non tantum de  
 gea agit, quantum de igne, per quem proponitur ante oculos pœ-  
 næ ignis æterni, hanc enim cū hīc quasi experiamur magis noster  
 ret. Dicit vltius vt magnificiamus longanimitatem Domini no-  
 stri Iesu Christi vt hoc tempus quod nobis concedit, & pœnitentiam  
 expectat, arbitremur singulare beneficium quod in nos con-  
 fert, ad nostram salutem & remedium: quod peccasti heri, nec  
 statim aperta est terra, quæ te absorberet. Quid faceres frater si te  
 mors comprehenderet (vt Hispane dicimus) [*Conelhurto en las ma-  
 nos?*] O quam singulare beneficium nobis facit Deus, sperans nos  
 ad pœnitentiam nisi fortè nostra culpa, hoc bonum nobis in ma-  
 lum conuertatur: cū hac occasione non vfi fuerimus. Ideò Da-  
 uid dixit, Nisi conuerfi fueritis gladium suum vibrauit, arcum  
 suum tetendit & parauit illum. &c. Vfus est hīc Spiritus Sanctus  
 hac metaphora, ad significandum, quod sicut in arcu quod sagitta  
 magis regreditur, postea eò maiori impetu exit, & maius infert  
 vulnus: sic quanto plus Dei iustitia detinetur pœnitentiam expe-  
 ctans, si hac longanimitate non vfi fuerimus, tantò postea crude-  
 lior erit ictus supplicij eius.

Hæc omnia fratres mei dixi, vt per ea maximum Dei timo-  
 rem concipiatis, siquidem timor est fons vitæ & salutis (vt ini-  
 tio diximus) sed (vt vobis verum fatear) me ipsum admiror quo-  
 modo hæc tã terribilia, & Dei terribiles comminationes referens,  
 apud me manserim, vt quod cum verbis animam simul, sanguinē  
 & vitā non effuderim? Quo modo hæc dicimus, & audimus, & tã  
 quā insensibiles lapides remanemus? quod si nobis timorem non  
 intulit

intulit quod hucusque diximus, ut amur saltem eis quæ nos dominus docet in sancto Euangelio. *Cum venerit filius hominis &c.* Ante aduentum Domini, concrematis iam omnibus, erit illa vniuersalis resurrectio mortuorum, & omnes quasi territi & timore percussi resurgemus. Non enim videbimus terram sicut antea, nec fluuios, aut arbores, nec apparebunt aues, aut animalia, omnia quæ antea erant, combusta inueniemus. Certè nescio hoc dicere, & vellem ut alius diceret, quo ego in foramen aliquod me immitterem, deterret enim me huius rei cogitatio, & de ea loquens perterritus sum. Quis audebit ibi caput extollere? cum cuncti ibi sint scientes ad quid vocati fuerint, in cælum suspicient, & dicit Sanctus Matthæus quod tunc apparebit signum filij hominis in cælo, & tunc plangent omnes tribus terræ. Quod videbunt cum sic in cælum aspicient aduentare vexillum illud sanctæ inquisitionis, crucem illam sacrosanctam in qua Christus affixus est, & tunc plangent omnes tribus terræ, non autem tribus cæli, quia tribus terræ sunt peccatores terrestres. Erit enim genus quoddam desperationis, cum non videant in illa cruce illa misericordie brachia extensa, nec sacratissimam virginem iuxta crucem prospiciant, quæ pro eis intercedat. O miser peccator quid facies sine patrono? quid anima tua maximis sceleribus onerata sentiet, quum non videat in cruce vulnera, quibus eius crimina operiantur, nec sanguinem, quo eius labes aspergantur? dixit Deus Moy si refer virgam Aarõ in tabernaculum testimonij, ut feruetur ibi in signum rebellionis filiorum Israel. Sic crux summi sacerdotis Christi apparebit illi in signum & confusionem rebellionis malorum. Quemadmodum enim regula metimur lapidè ut eius rectitudo aut disparitas videatur: sic sanctissima crux erit ibi regula qua nostra opera summus artifex Iesus Christus metietur. O miseros nos, & quæ paritas reperietur inter nostros cibos, voluptates, & opera, cum illis, quæ summus Magister mundi in cruce tanto amore & charitate operatus est! ô quæ anxietates, qui gemitus, qui planctus ibi erunt? quænam lingua est, quæ illos queat explicare? videntes turbabuntur timore horribili. Illi ita lachrymantes, ait S. Matth. quod videbunt filium hominis vententem in nubibus. Quod videbunt filium virginis cum magna Maiestate aduenientem, & cum illo omnes Angelos celestes Tunc maximum planctum & ululatum extollent (ut dicit

San-

S. Ioannes in Apoc.) sicut solent extollere mulieres ululantes in funcribus filiorum charissimorum, & dicent montibus & rupibus: cadite super nos, & abscondite nos à facie sedentis super thronum quâdo venerit dies magnæ iræ eius: super quod dicit D. Augustinus, quod maius tormentum erit malis furorem vultus Domini tolerare, quam cruciatus infernales perpeti. Perpendite diligenter verbum illud: dies magnæ iræ eius. Magnæ iræ eius dicit, quia licet Deus sæpe iratus fuerit, & se furore concitatum præbuerit (sicut in supplicio Angelorum) & in diluuiis, & cum Sodomitis, ac etiam cum Aegyptijs, &c. solummodo dies iudicij dicitur dies magnæ iræ Dei, omnes enim illæ iræ non fuerunt tantæ quanta erit illa. O quam iratum eum ostendit Esaias, dicens: Dominus sicut fortis egredietur, sicut vir præliator suscitabit zelum, vociferabitur, & clamabit super inimicos suos confortabitur, tacui semper, filii, patiens fui, sicut parturiens loquar dissipabo & absorbebo simul, &c. O quæ verba tam horribilia! ô bone Iesu decus & splendor animarum nostrarum quis te vidit tanquam mitissimum agnum, & quis modo patientiam tuam in peccatores considerat, quid sentiet videns te suscitantem zelum tuum, & honorem tuum, qui à malis ita oppressus fuit, propugnans? ô quàm files modo Domine tot adulteria, tot homicidia, tot periuria, &c. Quomodo terra non aperitur, quæ nos sorbeat; an existimatis Deum hoc non animaduertere? animaduertit quidè, & licet modo taceat, aliquando tamen silentium rumpet, & vindictam sumet de iniurijs tantæ Maiestati illatis. Quum præterirèt Hebræi in terram promissionis, exijt Amalech, ut eis contradiceret, & post quadringentos annos dixit Deus Sauli: Recensui quæcumq; fecit Amalech Israeli, quomodo restitit ei in via cum ascenderet de Aegypto, & his dictis præcepit ei ut iret ad sumendum supplicium ex eis. Putarem (credo) illi quod iam Deus tyrannidis, & crudelitatis suæ non meminerat. Sed decepti sunt, quia cum minus arbitrati sunt, tunc poenas soluerunt: sic faciet tibi, quando sicut vir præliator suscitabit zelum suum. O quæ exaggeratio! sicut vir præliator ait. Quâdo incarnatus est venit sicut rex ad nuptias: uenerunt nuptiæ agni, &c. Apocalypsis, mitissimus & valde pacificus: sed tunc ueniet sicut vir præliator cum zelo & furore, ut orbem euertat, omnibus creaturis armatus. Armabit creaturam ad uisionem, &c. Sapiens, & vociferabitur, & clamabit. O Deus

&amp; quo-

Matt. 24.

Num. 17.

Sap. 5.

Matt. 24.

Apoc. 6.

Augusti.

Esai. 24.

I. Reg. 15.

Apoc. 19.

Sap. 5.



& quomodo nos non obstupescit hoc verbum? O quomodo rugiet Iesus Christus quasi parturiens, & nos ita sumus modo sine sensu & cogitatione harum rerum & ita securi, ac si esset aliqua poetarum fabula. *Et congregabuntur ante eum omnes gentes.* Quid erit videre ibi illos Darios, illos Alexandros Cæsares illos, ac potentissimos Romanos Imperatores? Dispari vultu eos videbimus ac fuerunt hñc. Quid fuit vidisse eos in hoc sæculo, & illic intueri?

*simile.*

Præterea quæ dicit Dominus: *Quod separabit eos ad inuicem, &c.* Vt vnusquisque sit in loco decenti. Quando habent capitulum commendatarij, assident secundum antiquitatem & merita vnus cuiusque; videbitis esse commendatarium senem & pauperem ad dexteram magni Magistri, & dux, aut comes, aut alius princeps ditissimus assidet in infimo loco, quid hoc est, nisi quod ibi datur loca, suo ordine, & moderatione? sic igitur erit in illo capitulo generalissimo iudicij. Videbitis pauperem piscatorem iuxta Magistrum maximum Christum, Imperatores vero & potentes sæculi in abiectis locis cum daemonijs. Couertet tunc bonus Iesus vultum lætissimum ouibus suis & dicit illis dulcissima illa verba: *Venite benedicti, esurij, &c.*

*Iacob. 2.*

quanto iure D. Iacobus dixit: Superexaltat autem misericordia iudicium, id est, quod in illo examine misericordia superior est iudicio, aut (vt clarius loquar) quod misericordia de iudicio triumphat. Quia quos iudicij seueritas posset opprimere, & euertere eos misericordia liberat: allegans coram patre misericordiarum, dignum esse misericordiam, qui in proximos misericordia usus est. Ideo

*Euchimius?*

Euchimienus comparat misericordiam oleo, quo luctatores vnguntur ne possint apprehendi; sic misericordia linitos non poterit diuina iustitia comprehendere: sed in illis adimplebitur promissio Domini: Beati misericordes, quonia ipsi misericordiam consequentur.

*Gregorius N. 2. 285.*

Quapropter Gregorius Nicensus acutè comparauit Deum cum lucido speculo quod talem tibi vultum præbebit, qualè tu habes, talè inuenies Deum in iudicio, qualè tu in hac vita te præbuisisti. Si habuisti vultum misericordie, tunc etiam tibi Deus ostendet: si fuisti crudelis etiam Deus seuerus se ostendet in te. Non est commutatio in speculo, sed in imaginibus, quæ ei obijciuntur: ita hñc, sicut dixit

*Psalm. 17*

David, loquens cum Deo: Cum sancto sanctus eris, & cum perverso peruersus: cum benignis benignus eris, & cum crudelibus durus eris. Dñe quare non dicis eis: accipite regnum pro martyrij, quæ per-

passi

passi fuistis? quia tot annos vitam in arctis religionibus duxistis? quia cum multa puritate & castitate vixistis? &c. Sed plus æstimas opera misericordie? eo liberalior est Deus, nullumque bonum sine mercede relinquit, sed in hoc voluit significare, quod si pro operibus misericordie (quæ sæpissime fieri facillimè possunt) tantum præmium tribuit, quid pro martyrio reddet, pro patientia in magnis laboribus, & iniurijs? pro multis annis consumptis in sanctis religionibus, in asperitate vitæ, in perfecta continetia, in obedientia & in alta diuinarum rerum contemplatione? &c.

Tunc dicit his, qui à sinistris eius erunt. Tunc etiam vultum conuertet ad impios, sed non sicut iustis, irato aspectu, oculis, vt dicit scriptura, scintillantibus, & sublimi voce, quam cælum & terra audiet, & illo ore, quo toties te ad poenitentiam vocauit & vt ad se accederes inflammavit, hoc igitur ore, incipiet dicere: *Discedite à me maledicti patris mei: in ignem æternum.* O vtinam altissima Dei pietas nos in cognitionem huius terribilis sententiæ faceret venire, *Discedite* (dicit). Hæc est maledictio, qua B. Paulus malos comminatus est dicens: si quis non amat Dominum Iesum, sit anathema Maranatha. Hoc nemè Maranatha est vocabulum Syriæ, quod significat; quomodo Dominus noster adueniet. Vult dicere Sanctus Paulus: quod si quis non amaerit Dominum, ac redemptorem nostrum Iesum Christum sit excommunicatus, & segregatus ab eius diuino conspectu, cum venerit in iudicium. Ecce quomodo nunc Dominus hoc adimplet dicens: *discedite.* O animæ quæ ex illa ciuitate Dei eijciendæ estis, de qua tot bona audistis, miseris vos, quibus non contigit videre faciem Dei, quam non satiantur videntes Angeli.

*1. Cor. 16.*

Reddet rationem, quod eos sic deijciat ac despiciat: *Esurij enim & non dedistis mihi manducare, &c.* Deinceps fratres mei irascimini & estote crudeles in pauperes, siquidem videtis quæ iratum inueniant hi Deum, pro eodem scelere. Cauete, per viscera huius pijsissimi Dñi à tanto peccato. Ab inopie ne auertas oculos tuos propter iram, ait Dominus. Mirabile est, quam honorati sint diuites & potentes, vsque; & passiones naturales eos reuerentur. Cum tu maiori furore concitatus sis, cum ira ardentior es, si transit aliquis princeps aut Dominus potens, statim mitigaris & quasi statua efficeris, quia conspectus illius fuit velut aqua, quæ hñc ignem extinxit. Pauperes autem nihili facitis, ac si non essent homines,

*Eccles. 4.*

aut

aut essent lapides, itaq; aurum, argētum, metalla mortua aestima-  
 tis, & non homines. Hi non sunt homines sicut & illi? quid plus  
 habent illi, quā isti? vestitū, aurū, &c. O terribilē cæcitātē aurum  
 & vestitum, & non hominem ad imaginē Dei creatum aestima-  
 tis? & quia pauper aliquā elemosynā à te petit, & verbis assiduis  
 te rogat, ira inflammatis & quasi leo efficeris. In Mattheo dicitur  
 quòd cum Dñs esuriens accederet ad ficulneā, & nihil in ea præ-  
 ter folia inueniret, ei maledixit, & statim exiccata est. O Christe  
 superne Magister patiētiae, & quid habet culpæ ficulnea? quia vt  
 S. Marcus affirmat nō erat tēpus ficorū. Si nō est tēpus ficorum,  
 quomodo eos dabit ficulnea? Hoc fecit vt significaret quid inter  
 pauperes & diuites futurū erat in mūdo. Accedit Christus fame-  
 licus in pauperibus suis ad domū diuitis, & nō inuenit in eo nisi  
 folia ficulneæ, quæ sunt asperissima, & exasperantia velut lima, ver-  
 ba dura, & amara, & quoddā dicere: Abi hinc otiose & vagabūde  
 ad laborandū. Sic igitur maledictio quam Dñs intulit ficulneæ,  
 non fuit ficulneæ, sed vt ostēderet quid de te, ò immanis futurum  
 esset, quia eris maledictus, sterilis, sine potestate impetrandi salu-  
 tē in sempiterna læcula, sicut ficulnea sicca, quæ nō potest fructū  
 ferre. Talem inuenies Deū, qualem ipse te inuenit: tu in paupe-  
 res durus, Deus in te durus, sicut ex his verbis patet. Quod si ijs  
 qui charitatis opera non exequuntur, talis poena dabitur, quid  
 erit pro latrocinij & homicidij &c. Diuinus illē Dñs pro sua  
 æterna clemētia, quādoquidē illi placuit his supernis & salutife-  
 ris admonitionibus nos præuenire, nobis earum cognitionem &  
 sensum cōcedat vt amodo nobiscum metipsis rationē ponamus,  
 & aobis per poenitentiam medeamur, ne simus ex infelicibus si-  
 nistris, sed vita innocente, sicut mansuetæ oues à dextris colloca-  
 mur, & gloriæ benedictionem recipiamus ad quam nos perducet  
 Iesus Mariæ filius Amen.

### ¶ Feria III. post I. Dñicā in Quadragesima.

*Cum intrasset Iesus Hierosolymam commota est vniuersa  
 facinorosa &c. Matth. 21.*

**V**T PRIMVM Ingressus est Dominus Hierosolymam  
 statim in templum perrexit patris sui. In quo nos docuit vt  
 quan-

1 quando vadimus in aliquam urbem ad agendum aliquod nego-  
 tium, quod prius facere debemus, est confugere ad templum ad  
 agendas diuinæ Maiestati gratias, quia nos ab itineris periculis  
 eripuit, & cum supplicare vt nos dirigat & doceat in illis negotijs  
 agendis. Vt omnia fiant iuxta sanctam eius voluntatem, dicatur  
 totum Euangelium vsque ibi: & dixit eis: scriptum est &c. Dicit  
 S. Ioannes narrās alium casum similem huic, quòd flagellante Ie-  
 su vendentes & ementes in templo: recordati sunt discipuli eius,  
 quia scriptum est: zelus domus tuæ comedit me. Hunc zelum  
 Domini diuinitus declarauit Spiritus Sanctus in Canticis dicēs:  
 pone me vt signaculum supra cor tuum, vt signaculum super bra-  
 chium tuum, quia fortis est vt mors dilectio, & dura sicut infernus  
 æmulatio. A similauit dilectionē morti; quemadmodum enim  
 2 mors amantes & odientes eam, amplectitur; sic diuinus amor ad  
 amicos, & inimicos extēditur. Nihil aliud ames corde tuo (ait Do-  
 minus) nec opere, aliud principaliter quæras, præter me. Amore  
 tuum, quia tam forti amore te diligo sicut mors, quia sicut mors  
 omnes mortales amplectitur; ita ego omnes diligo. Tā plenus ze-  
 lo amator sum, vt zelus meus sit velut infernus: quia quemadmo-  
 dum infernus omnes quos recipit fortissimē torquet: sic hic meus  
 amor & zelus me cruciat. Audi ò anima Christiana rem quandā  
 (humano videri) incredibilem, quam tamen dicit Deus qui men-  
 tiri nō potest, quod eius zelus est durus veluti infernus. O diuina  
 exaggeratio! ostendit in hoc, quòd si Deus posset torqueri, zelus  
 & amor suus erga nos, ipsum velut infernus cruciaret & sic, in quā  
 3 beatissima anima locus fuit recipiendæ tristitiæ sicut habuit noti-  
 tiam peccatorū omnium, quæ in toto orbe ab initio cōmissa sunt,  
 cōmittuntur, & committētur, sic summa pro cunctis tristitia affe-  
 ctus est, Quod nec humana nec Angelica mēs potest cōprehēde-  
 re. Huius zeli, aliquo modo, particeps erat B. Paulus, cū dixit: emu-  
 lor enim vos Dei æmulatione, despondi enim vos vni viro virgine  
 castā exhibere Christo, id est, discrutior, nisi virginē castam ex-  
 hibebatis Christo. Terribile patior tormentū, aliquo modo simile  
 illi quod saluator meus passus est, & illud ego patior, vt vos boni-  
 ficis & omnino vos seruituti ei tradatis. Et alibi clari⁹ hoc expref-  
 sisse apparet, vbi postquā, humano videri, in eis erudiēdis mag-  
 nas & salutare doctrinas, omnē spiritus sui vigōrē, vitāq; totā cō-  
 Tom. j. Fumpse-

Ioan. 2.

Cant. 8.

2. Cor. 11.

2. Cor. 8.

sumperat: cū tamen nō desisteret in ipso celestis quidā ignis inflā-  
 4 mārī, & eis proficiēdi arderet desiderū: prorupit tandē dicēs:  
 os nostrū patet ad vos ò Corinthij, cor nostrū dilatātū est; nō an-  
 gustiamini in nobis. Quid significat: os nostrū patet ad vos ò Co-  
 rinthij? Metaphora sumpta est ab eis, qui magno calore æstuan-  
 tes, apertis oribus aērē intendunt colligere, quōd viscerū suorū ar-  
 dorē possint refrigerare. Sic sanctus Apostolus proximorū amo-  
 re accensus & desiderio salutis ipsorū ardens, sic tamen ardens, vt  
 nec continuū exercitum docendi eos, nec labores, quos propter  
 hoc ferebat, nec verbera, nec carceres: nec naufragia, &c. ardorē il-  
 lū extinguēt. Et cū hęc omnia nō sufficerēt, os suū aperiebat tā  
 quā desiderans pro illis plura pati: & ideo dicit: os nostrum patet  
 &c. Quasi dicat: adhuc optam<sup>9</sup> pro vobis maiora perpeti, vt amo-  
 ri nostrō satisfaciamus: & eūdē ardorē cupiebat in alijs suis disci-  
 5 pulis incēdere, ideoq; subdidit statim dicēs, eādē autē habentē re-  
 muneratōnē (tā quā filijs dico) dilatamini & vos: id est, eandē cha-  
 ritatē & zelū habere & vos, nō solū erga me, sed in omne genus  
 humanū; vt habuit Magister noster. Dñs, qui cor suū rosum, & la-  
 ceratū habebat zelo sancto honoris æterni patris sui, & vtilitatis  
 animarū, & hoc zelo eijciebat omnes vādētes & emētes &c. [*A  
 pueros aqotes.*] *Eiecit eos de tēplo.* Et prius quā eos flagellaret, fleuerat  
 super illos in introitu Hierusalē. Hęc duo nesciūt homines cōmi-  
 fcere. Si amat & plorat nesciunt punire, quos diligūt, si verō pu-  
 niūt nō possunt lachry mari, nec eorū misereri, quos puniūt, sed  
 tyrāni & incōpāsibiles efficiūtur. Nō sic faciūt, qui diuino spiri-  
 tu sunt pleni ad hoc propositū vnā rē notate cōsideratu dignissi-  
 6 mā. In Gene. dicitur, qd cū vidisset Sara filiū Agar ludētē cū filio  
 suo dixit ad Abrahā: eijce ancillā hanc, & filiū eius &c. Quis nā  
 esset hic ludus: non legitur. Certum tamē est non puerilem ludū  
 fuisse, quia S. Paulus eū vocat persecutionē. Præcepit ergō Deus  
 Abrahę, vt hūc filiū suū Ismaelē domo eijceret, & licet (vt textus  
 ait) durē acceperit hoc Abrahā, quia asperū & durū illi visum est:  
 surrexit tamē manē, vt id exequeretur. Perpēdite obedientiā in  
 re tā aspera. Sed hoc modō ad nostrū propositū irinet: quod di-  
 cit textus quod tollēs panē & vtrem aque, imposuisti scapulis eius,  
 tradidistiq; puerū & dimisit eā. &c. Homo ita diues & potens, qui  
 tātas elemosynas pauperibus largiebatur, quiq; ex sua familia  
 exercitū cōflare poterat, quo quatuor reges euertēret, nihil aliud  
 filio,

Gene. 21.

Gala. 4.

7 filio, legitimeq; vxori (et si ancillā) dat præter parū panis, & vt rē  
 aquæ, nec saltē illis iumentū dat, super quo illū portēt sed vt rē il-  
 lum miseræ coniugis humeris imponit. Dico quōd sic eos tracta-  
 uit, quia mater, & filius erant rebelles, & sic ne fortē propter abū-  
 dantiā deteriores fierent, sed potiūs labore corrigerētur, ita cū eis  
 egit & est valdē notādum, quod hęc omnia ipse met faciebat: in  
 quo magnoperē validū Abrahę pectus splēdet. Ecce ingenium  
 feruorū Dei, qui et si valdē amant, & tenerē sentiūt, & lamētātur,  
 cū suppliciu de aliquo sumunt, nō ideo sinē rigore puniūt, quan-  
 do necessitas postulat. Ego vobis affirmo, quod si multi in orbe  
 essent Abrahę, nō tot essent iuuenes dissoluti & perdit. Idē illu-  
 xit in sancto Moyse, cū populus Israel in deserto in idololatriā  
 incidit, quas preces Deo obtulit, vt eis parceret: quot lachrymas  
 8 pro illis effudit: postea vero videretis eum sicut leonem furentē  
 magnamq; illorum stragem facientem. Bonus Chirurgus plo-  
 rat scindens pedem filio suo, plorat & scindit, nec quod ploret de  
 scindere, nec quod scindat desinit plorare. Cælestis hęc est  
 doctrina vt inā diuina maiestas eā in cordibus vestris imprimat:  
 vt sciatis quomodō cū filijs vestris vos gerere debeatis, & cū sub-  
 ditis vestris, qui estis prælati, & iudices, & quomodo seruos ve-  
 stros, illi qui eos habetis tractare debeatis, & quomodo filias ve-  
 stras & famulos gubernaturi sitis qui estis patres familias: vt in om-  
 nib<sup>9</sup> malorū filū frāgatur, & in bonis vltiūs semp pgregiamini  
 Anima duertē dum est, quod, quando primū Dñs puniuit eos,  
 qui in tēplo illa irreuerentiā vrebantur, eis dixit: *Domus mea domus  
 orationis vocabitur: vos autē fecistis illā domū negotiorum.* Et quia emē  
 9 dari noluerunt, ideo Christus Dñs noster grauiūs eos modo re-  
 prehendit dicēs: *Vos autē fecistis illā speluncā latronū.* Qui enim se  
 mel leniter correctus nō emendatur, rationi cōsentaneum est vt  
 grauiori supplicio afficiatur. Antē eos negotiatores vocauit, mo-  
 dō verō latrones nūcupauit, & hoc stylo vtitur etiā plerumq; no-  
 bis cū: sed parū pdest. De quo cōqueritur De<sup>9</sup> dicēs: si cōtuderis  
 stultū in pila, quasi ptyfanās feriēte, desup pilo, nō auferetur ab  
 eo stultitia eius. Grana hordeacea (hoc enim significat ptyfana)  
 si sunt humida & ea vis in pila mollire quo pluribus iētibus mol-  
 lis, eō plus obtūdūt & fiūt velut massa: quod nō esset si essēt sic  
 ca, sed duobus iētibus paleā à se expellerēt, & in puluere cōuerte-  
 rētur. Homines pleni concupiscētia, & humidi carnalibus vicijs,  
 F 2 quō

simile.

Prou. 27.

simile.

quò acrius à Deo percutiuntur, eò deteriores, & turpiores efficiuntur, illi verò, qui nò sunt tā corrupti minimo ictu percussī, cortices & paleas imperfectionis à se eiciunt, & in puluere reducuntur, morientem suam considerantes rerumque exitum animaduertentes, ex infirmitate enim & ex quouis alio labore bonā considerationē sibi ipsis eliciunt. Si hic labor tam intolerabilis mihi efficitur, quid sient æterna illa tormenta? si ita facerēt mali, nō Deus labores laboribus nobis adderet, nec nos ita cōpungeret: vt videatur nihil iam esse quod non sit doloribus affectum, vt ipse per Esaiā maximo affectu dicit: v̄ gēti peccatrici, populo graui iniquitate &c. super quo percutiam. vos vltra addentes prauaricationem: omne caput languidum, & omne cor moerēs, à planta pedis vsq; ad verticē non est in eo sanitas. Ecce quo modo cōqueritur, quod nullū fuit ex suis benignissimis verberibus percipiamus. Sed ita scelera sceleribus superaddentes, malis nostris omnia Dei supplicia superare videamur. V̄ genti peccatrici (inquit) populo obdurato, pertinaci, iniquitatibus rebeli, super quo iam, aut quo supplicio vos afficiam, si quidem semper estis prauaricationem prauaricationibus addentes. Ac si diceret: iam nō inuenio supplicium, quo vos nō punierim, vos autē semper noua reperitis scelera, quibus me offendatis. Ego vos puniui fame, peste, bello, auferēs diuitias, honores, salutem, filios, puniui vos in regibus, in sacerdotibus, in populo, & nō emedamini, sed potius peiores facti estis: in quo ergo iam tādē puniam? quia verbera atque supplicia mea frustra emitto. In quibus verbis videtur illos cōminari, & nos in illis deterrere illo summo supplicio, & maiori omnium que in terra sunt, quod est non deferere, & manum suam à tam iniqua gēte 12 abstrahere. Etiam est valde notandum quod dicit S. Iuanes, & cum fecisset quasi flagellum &c. fecit quasi flagellū, quia flagella huius vitæ cōparata verberibus futuri sæculi, sunt quasi flagella.

*Augusti.* Quod adnotauit B. Augustinus declarās illa verba S. Pauli, quasi morientes, tanquam nihil habentes, quasi tristes. Morrē, famem, paupertatē, tristitiā, omnia vocat, quasi liberet nos Deus à verberibus, fame, & laboribus inferni, illi enim sunt veri labores, & hoc est mysteriū quare S. Ioānes dixit quia nō est inuētus script⁹ in libro vitæ, missus est in stagnū ignis. Stagnū ignis vocat infernū & nō fluuū, vt significet, quid intersit inter labores hui⁹ mūdi, & labores inferni: grūnas huius sæculi vocat sacra scriptura flumina cū dicit.

Esai. I.

*Super.*  
*Psalm. 48.*  
*2. Cor. 6.*  
*Apoc. 20.*

13 dicit aqua multæ non poterunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam; quia sicut aqua fluminis, omnes labores huius vitæ prætereunt, & licet labores tui non transire tibi videantur, deciperis: quia quanuis quiescant, consuetudine tamen minuuntur, quia labores callos efficiunt, & sic leuius in diestolerantur: in inferno autem nunquam minuuntur, quia ibi non faciunt callos, & hoc est peculiare miraculum, quod Deus facit in damnatis, vt postquam ibi commorati fuerint mille annos, ita teneri, & recentes sint in laboribus tolerandis, ac si modò ingressi essent. Et ideò infernum vocat stagnum, quia retinentur labores & nō prætereunt: at verò in hoc sæculo labores sunt velut aqua fluuiales, post turbidas enim veniūt & claræ. Si hoc fratres me ante oculos ferremus, non per vitia & iniquitates 14 tam laxi habenis curreremus. Dignū est certè hoc, quod sanguineis lachrymis lachrymemur, quia cū hoc credatis, tamē incautè & negligenter viuitis. Non potes hic dētis dolorem tolerare: quo modo ergo tot tantosque ac tam æternos dolores, in inferno tam tenerè audes perpeti? O pater luminum illumina nunc nos, vt hoc sentiamus.

Cant. 8.

Dicit vltius: *Domus mea domus orationis, &c.* Ex hoc verbo, & ex zelo quem Dominus noster Iesus Christus hic ostendit, colligitur respectus & reuerentia, qua omnia sacra loca colere debeamus. Vnum vobis volo dicere ad hoc propositum, vt sit nostra confusio. In primo Reg. dicitur, quod quando Philisthæi, arcam Domini captiuam duxerunt, eamque in Dei sui 15 Dagon altari collocarunt, ingredientes crastina die manē inueniunt Dagon iacentem in terra coram arca Domini, caput autem Dagon & duæ palmæ manuum eius abscissæ erant super limen, & cū caput & manus Idoli super templi limine iacerent, dicitur quod propter hanc causam non calcant sacerdotes Dagon, & omnes qui ingrediuntur templum eius, super limen vsque ad hodiernum diem. Tanta reuerentia venerantur Idolum, vt maxima veneratione dignum iudicarent locum, quem Dagon tetigerat: ita vt nec ipsi postea locum illum tangere auderent. O quam acriter hic reprehendimur; si quidem tam irreuerenter ea loca tangimus, in quibus tam particulari modo Deus habitat. Quare non verecundamur? quare non confundimur audientes cultum, & venerationem, qua gentes loca

1. Reg. 5.

Sathanæ dicatâ honorant? & videntes summam irreuerentiam, qua Ecclesias nostras vero Deo consecratas tractamus? quid extra templum facitis, quod in eo non faciatis? illic mentimini: hîc etiam mentimini: illic detrahitis; hîc detrahitis: illic intuemini, & desideratis quæ non licet: hîc etiam: illic committitis corporalia adulteria, hîc mentalia perpetratis. Filij ergo Adæ quid de seuera Domini manu pro tanta profanitate, quam in locis sanctis exercetis, recipere speratis? O fratres per reuerentiam illius altissimi Domini, ibi commemorantis, & per amorem, quo tam mirum artificium inuenit, vt nobiscum remaneret, vos rogo, & iterum atque iterum summis precibus exoro, prostratus coram vobis singulis, ne tanta irreuerentia in tantum, actam bonum Deum & Dominum vtamini: sed cum primùm ingressi fueritis loca sancta, vos examinatis in verbis, gestu, actibus, sensibus animæ quæ omnibus potentij. Ne sit quid in vobis ingratum, & displicens diuinæ Maiestati, quia, etsi hoc in omni tempore, & loco oportet fieri, multò magis necesse est vt hîc fiat, siquidem est hæc domus orationis, ad erigendam ad Deum mentem & cor ad cælum extollendum.

Etiam ex hoc verbo sequitur, quòd viri Ecclesiastici sunt ministri orationis, siquidem & domo Dei administrant, quæ est domus orationis: & ex hoc apparebit quales eos esse oporteat, primum quâ abstinentes, cû ordinariū eius munus sit orare. Intellectus autem hominis saturati cibus, est velut oculi delicatissimi, & nimis tenues in domo plena fami. Experimini vnusquisque in vobis: postquam satiatus est, ad quid prodest? est homo, postquâ satiatur, veluti iumentū (si ita dici potest) nā intellectus per quem a ceteris animantibus distinguimur, latet in angulo, lachrymantibus oculis propter nimios humores, qui ex stomacho ascendunt, & cupit à corpore longissimè abesse. Quid tunc hic intellectus potest perspicere? aut quam orationem potest habere? idè dicebat Dauid humiliabam in ieiunio animam meam, & oratio mea in sinu meo conuertetur quasi dicat, consumptus inedia, Deo preces offerebam & percepi fructus pretiosos orationis meæ. Quia hæc clausulam: oratio mea in sinu meo conuertetur: sic declarat Sanctus Theodoretus: pro precibus meis recepi postulata à Deo & illud: humiliavi in ieiunio animam meam, significat: comprimere in ieiunio naturales passiones animæ meæ. Et sic

*simile.*

*psalm. 34.*

*Theodo.*

19 sic Sanctus Dauid animam suam præparabat vt eius oratio Deo grata esset, ad eò, vt sine fructu non remaneret: sed valde locupletatus propter eam. Oratio enim ieiunio commissa manicas, sinusque implet. Idè et si secularibus & laicis dici possunt illa verba quæ dixit Deus Hieremiæ Ioachim filio, Iosij Regis Iude: pater tuus nunquid non comedit & bibit & fecit iudicium, & iustitiam, tunc cum benè erat ei? qui cum esset rex, & delicijs affluens iuxta statum suum, voluntatem Dei faciebat, & quod debebat officio suo, & benè erat eius anime, & corpori. Benè conuenit vita virtutibus ornata, cum statu regio, & equestri conditione &c. quia cum bona, & lauta mensa, cumque molli lecto, si facis iudicium & iustitiam, poteris saluus fieri: hoc enim petit Euangelium Dei ab hominibus huius conditionis. Ecclesiasticis vero, qui sunt ministri domus Dei & orationis, non tantum conceditur. Etiam quia sunt ministranti ministerij, tenentur magno perè esse casti, & non diuertere huc atque illuc. In Leuitico præcipiebat Deus quòd sacerdotis filia, si deprehensa fuisset in stupro, & violasset nomen patris sui flammis exureretur. Et in Exodo iubeat: Si seduxerit quis virginem necdum desponsatam, dormieritque cum ea: dotabit eam & habebit eam vxorem. Si pater virginis dare noluerit, reddet, pecuniam iuxta modum dotis, quam virgines accipere consueuerunt. Quid fratres? quòd alteram virginem iubet comburi, alteram verò dotari, & in vxorem accipi? Vtraque virginū vnâ speciè peccati commisit, vtraque in stupro deprehensa est, & alteram concremari, alteram verò honorari præcipit & dotari. Quare ergo hoc tantum discrimen? Deus fieri iubet: dicit Dominus: quia violauit nomen patris sui solummodo quòd esset filia sacerdotis, & domum ac honorem patris sui dedecorauerit (hoc enim significat hîc nomen patris sui). Si ergo virginem quòd esset filia sacerdotis (& talis sacerdotij, quòd erat sicut esse nunc quodammodo occisorem animalium & coquum) totum enim eorū munus erat animalia mactare, coquere, & immolare, præcipiebat Deus concremari, quòd in honestatē suā peccauerat: quid erit nūc de sacerdotibus & tã diuini & cælestis sacerdotij, nisi honestissimi sint, & castissimi? spiritus sanctus vos illuminet, o Dñi mei & doceat hæc veritatē cognoscere? & quia statim vt peccatū committitis non cum supplicio occurrit; ne arbitremini illi in obliuione esse vt aliquādo puniatur.

*Hier. 22.*

*Leuit. 21.*

*Exod. 22.*

Dicit ulterius: vos autem fecistis illam speluncam latronum. <sup>22</sup>  
 Vtinam sacerdotes nostri temporis peius non faciant, ac beneficia simplicia, & pinguia vendant, vel illicite commutent. Caute, patres mei, quia sicut malefactor, qui multa crimina patrauit, intendit in locum sacrum confugere: & est dissentaneum, vt illi sacer locus profit, aut in eum recipiatur, sic auaritia delinquens, quæ iustitiæ oculos euulsit, & ipsam cæcam reddidit, mercatorumque atque artificum omnium veritatem deprædata est; efficitque vt mendacia loquantur, & nihil aliud præter dolos in ore eorum reperiat, quæ dominis benignitatem diripuit, vt in subditos tyrannidem exerceant, denique quæ omnes hominum status corruptit. His vero omnibus commisisis ad locum sacrum confugere conatur, & in eum ingredi præterdit, curat Ecclesiasticos velut alios peruertere. <sup>23</sup> Quapropter ei ianuas claudite, ne ad vos ingrediatur: siquidem vos reprehensione digniores essetis, cum sitis Christi Domini, si rem tam maledictam sicut auaritiam recipere. Quorsum seruabit aquam in testis, qui domi habet fontem? qui non habet potest seruare. Quod sæcularis thesaurizet non admiror, eius enim diuitiæ sunt velut aqua cisternæ: & nescit quâdo exhaurientur, & eis indigebit, vt filios suos, familiamque sustentet, quibus concedit Sanctus Paulus dicens: nec enim debent filij parentibus thesaurizare, sed parentes filijs. Ecclesiasticus autem, qui fontem semper manantem domi habet, quem intelligit sibi nunquam defuturum, & tamen nihil aliud curat, nisi vt pecunias accumularet. Ad quid? tuum enim beneficium, fons est, qui quotidie manat. Vt imini ergo ista aqua quantum moderatè & honestè vobis opus est: reliquam vero iuxta voluntatem Dei <sup>24</sup> expédite. Postquam igitur Dominus manifestauerat iustitiam, rigorem, zelumque suum erga domum patris sui, & postquam nos docuerat in hoc zelum, quo nos oportet esse erga omnia sacra & ipsorum puritatem: suam eximiam clemenciam statim ostendit dans illic visum multis cæcis, & claudis, infirmisque plurimis valetudinem præstans: vtinam diuina eius pietas animæ nostræ oculos illuminet, & pedes affectuum nostrorum dirigat vt recte intelligentes obligationes nostras semitas suæ obedientiæ curramus, quousque ad gloriam perueniamus, Ad quam nos perducat Iesus &c. Amen.

¶ Feria

¶ Feria. IIII. post Dñicā. I. in Quadragesi.

*Accesserunt ad Iesum Scribæ, & Pharisei, dicentes: Magister, volumus à te signum videre.*

Matth. 12.

**C**VM Christus Redemptor noster sermonem eximiū habuisset, in quo de hominis reformatione egerat, & de meritis culpæ, & ratione, quæ in finali iudicio reddenda est; de illo verbo tam metuendo, scilicet, de minimo verbo otioso, &c. Et de illa notabilissima sententia dixerat: Ex verbis tuis iustificaberis, aut ex verbis tuis cõdemnaberis: vbi mirificè diuini iudicij æquitatem <sup>2</sup> ostendebat, tam in præmio, quàm in poenis: quæ enim maior est æquitas & rectitudo, quàm hominẽ sui ipsius esse iudicem, & ore suo dicere: Sum dignus condemnatione, aut æterna gloria? Erit enim tunc rationis syn deresis ita perspicax, vt faciat in propria causa iudicium fieri: vt dicit Alexander de Ales. Cùm igitur Dominus res necessarias tractasset, & sufficentes ad quodcunq; quantumuis durū cor deterrendū, tunc, scilicet, cùm deberent trepidare, & ad Dominum conuerti, magis obdurati sunt; & sic accesserunt accuratè, dicentes: *Volumus à te signum videre.* Et dicit Euangelium, quod erant Scribæ & Pharisei Doctores & religiosi. Hoc malum versatur nunc inter multos, qui cum audiunt prædicatorem spiritualem res vtiles, & perstringentes cor, loqui, de illo detrahunt, dicentes: quod non loquitur res subtiles, quando debent conuerti, peruertuntur. Signum reprobationis In libris Regū legitur, quod vt significaret Ionathas Davidi, vtrum gratiam apud <sup>3</sup> Regem patrem suum haberet, hoc illi signum dedit, dicens: Ego descendā in locū vbi tu latebis, & tres sagittas mittam iuxta eū, & iaciam quasi exercens me ad signum. Mittam quoque & puerum, dicens ei: Vade, & affer mihi sagittas: si dixerit puero: Ecce sagittæ iuxta te sunt, tolle eas. Tu veni ad me, quia pax tibi est & nihil mali viuunt Dominus. Si autem sic locutus fuero puero: Ecce sagittæ ultra te sunt. Vade in pace, quia dimisit te Dominus. Verè ita est vt hic significatur. Vultis conijcere, vtrum Pater Domini ac Saluatoris nostri Iesu Christi sit vobis amicus, vtrum apud eum gratiam habeatis? Aduertite an sagittæ, & verba huius diuini

F 5 ni Io-

*Alexan. de Ales. 2. p. 9. 76.*

*1. Reg. 20.*

*simile.*

*2. Cor. 12.*



ni Ionathæ sint iuxta vos; si memoriæ cordiq; vestro infixæ ad-  
 hærent: hoc enim est vnū ex præcipuis signis, ex quibus hanc ve-  
 ritatem poteritis conijcere. Si autem huius diuini Dñi sagittæ nõ  
 perueniunt ad cor vestrū, imò ab eo longissimè abhorrent: malū  
 signum, scilicet, quòd odio estis eterno eius Patri. Et cum hi in tā  
 ta malitia commorarentur, non perueniebant diuinæ sententiæ  
 & doctrina tantæ Maiestatis qualis erat, quam Dominus prædi-  
 cabat, ad eorum corda, & sic tanta cæcitate & vana curiositate ac-  
 cedunt, dicentes: *Magister volumus à te signum videre.* Obstupenda  
 est impudentia, qua isti dicunt: volumus. Qui vult imprimere si-  
 gillum in cæra vt benè imprimatur, prius illam disponit & molli-  
 ficat, & nullus faber ferrū construxit, quod prius in fornacē non  
 immiserit: sic nullus prudens homo necessarium aliquid postu-  
 lat, & alicuius momenti, desiderans illud adipisci, tam à Deo, quā  
 ab hominibus, nisi prius curauerit cor illius, à quo petiturus est  
 blādiri, & beneuolū reddere: vt faciebat David cum dulcissima il-  
 la verba diceret: Tu es refugiū meum à tribulatione, quæ circun-  
 dedit me. Exultatio mea erue me à circundantibus me. Gaudium  
 meū, lætitia cordis mei, confer in me hoc beneficium, siquidē tu  
 es refrigerium meum, & securus portus ad quem confugio quan-  
 do à procellis concutior. Quòd si hoc ita est, videamus quare hi  
 Scribæ & Pharisæi cupiētes impetrare à Iesu Christo filio Dei sig-  
 na, & doctrinæ suæ cōfirmationē, in quo nõ minus quā vita æter-  
 na agebatur, prius non disponūt cor illius, à quo petunt? quomo-  
 do tā parum feruoris & diligentia adhibent in retractanda, quæ  
 illorum ita intererat? Quid hoc erit? quid est cōsuetudo hominū  
 maximam diligentiam adhibere in negotijs, quæ ad secularē ho-  
 norē spectant, & ad diuitias, corporalemq; salutē pertinet: res ve-  
 rò Dei, & quæ animæ sunt necessaria, ita tepidè & negligenter  
 agere, ac si nihil hoc illorū referret. Quādo Dñs præstantissimū  
 illud miraculū operatus est, quòd Lazarū quatrduanū resuscita-  
 uit, aduertētes Pharisæi quòd omnis populus deserta synagoga  
 eum sequebatur, simul conueniunt, diceates: Quid facimus, quia  
 hic homo in multa signa facit. Videte qua diligentia & sollicitudi-  
 ne illud curent, in quo eorum honos (videri suo) & vtilitas ageba-  
 tur, etiam post vinctum Saluatorem nostrum Iesum Christum  
 Cū præles Pilatus eū vellet dimittere, videte qua celeritate, &  
 quibus vociferationibus respondeāt: Si hunc dimittis nõ es ami-  
 cus

simile.

Isai. 31.

Ioan. 11.

Ioan. 9.

7 cus Cesaris. Sic etiā postquā Iesus Christus sepultus est, aduertite,  
 qua cura & diligentia a Pilato petunt, vt sepulchro custodes appo-  
 ni iubeat. Et cū ita in malo feruidi essent, accedunt modo tā  
 remissè, & cum tanta ficitate, ad res tam necessárias ad animam  
 suam: sic sumus nos erga Dei negotia frigidi, & grauidi sicut fer-  
 rum, aut plumbum: in negotijs verò secularibus, sicut carbones  
 ignis ita accensi & inflammati, vt nihil suprā esse possit. Quocir-  
 ca bonum erit, vt Pharisæos præteritos iam relinquamus, & do-  
 lores nostros ploremus: satis enim habemus quid lamentemur. Si  
 mundum circuis, videbis curam & sollicitudinem, qua eius ne-  
 gotia tractentur. Aduertes, quòd homines in lite parui momenti  
 omnia euoluunt, nec literatum inconsultum, nec iudicem incor-  
 ruptum relinquunt, nec dñm, à quo auxilium non implorent,  
 nocte dieq; pernoctantes & laborantes, vt rem tam parux vtili-  
 tatis consequantur, atq; si falsis testibus opus sit eos quærunt &  
 emunt: res verò ad Deū & cōscientiā attinentes, iam videtis quā  
 remissè tractentur. Quæ præparatio ad confitendum? quod con-  
 scientiæ examen? quòd veniunt domo vsq; ad templum peccata  
 sua in memoriā reuocantes, arbitrātur hoc sufficere, vt dicant: Pa-  
 teriam præparatus sum: & sic fit in omnibus alijs rebus spiritali-  
 bus. Aliter, & alio feruore tractabat David res conscientia suæ,  
 cū diceret: Exurge quare obdormis Domine? Exurge & ne re-  
 pellas in finem, apprehende arma & scutum, & exurge in adiuto-  
 rium mihi. Quo spiritu & agonia hoc verbum: Exurge, toties re-  
 petit? supplicans Deum vt ad sibi fauendum concitetur.  
 Dicunt: *volumus à te signum videre.* Displicebant eis signa tam  
 eximia, quæ oculis suis intuebantur, & volebant signa è cæ-  
 lo: digni erant vt ignis descenderet, qui eos combureret: sed cle-  
 mentissimus ille Dominus qui in mundum venit, vt penitus no-  
 tam faceret hominibus clementiam suam, non faciebat prodigia  
 nisi essent simul ad illuminandas animas, & salutem corpori-  
 bus conferendam. In lege veteri operabatur diuina maiestas sig-  
 na supplicij, scilicet, retinebat solem, vt Iosue hostes suos in-  
 terficeret. Pro Moyse fecit miracula in tantum detrimentum  
 Aegyptiorum: diuisit mare vt Pharaonem cum exercitu suo  
 mergeret. Propter Heliam immisit de cælo ignem, qui homi-  
 nes concremaret. Propter Eliseum fecit vt prodiret vrsi, & pue-  
 ros lacerarent qui illum illudebant. Semel solummodo vt scribit  
 Sanctus

Isai. 43.  
Isai. 34.

*los mis fero de  
 tyra bien del  
 māt los que se  
 ya māt que  
 fue se hōbre  
 en el dō capite*  
 Iosue. 10.  
Exod. 14.

4 Reg. 1.  
4 Reg. 2.

Marc. 5.  
Matt. 8.

Sanctus Marcus, & Sanctus Mattheus. Fecit Christus miracu-  
lum in præiudicium aliquorum, & fuit quod erant in provincia  
Genezareth duo homines Dæmonium habentes, qui ita furiose  
in homines inuehebantur, vt nullus ad eos auderet accedere, quo-  
rum vnus habebat sex mille, sexcentos sexaginta sex diabolos  
in se. Ecce quot hostes congregati fuerant, vt miserum hominem  
destruerent, & cum Christus Redemptor noster eos sanaret, &  
ab eis Dæmonia eijceret, dedit eis facultatem vt in porcos ingre-  
derentur. In toto sancto Euangelio non reperitur, quod aliud mi-  
raculum in detrimentum alicuius Christus Redemptor noster  
faceret præter hoc. Aquam in vinum conuertere, panes multipli-  
care, mortuos suscitare, cæcos illuminare, habentes Dæmonia li-  
berare, omnia erant miracula vtilia animis & corporibus: & sic  
cum discipuli ei dixissent: Domine vis dicamus vt ignis descen-  
dat de cælo, & consumat illos: conuersus increpauit illos, dicens:  
Nescitis cuius spiritus estis, filius hominis non venit animas per-  
dere, sed saluare. Semel solum fecit miraculum cum molestia ter-  
tij, & hoc in supplicium mercatorum, qui porcos illos emerant,  
& fuit propter peccata eorum. Ided noluit concedere, quod hi pe-  
tebant, cum quia petebant, cum curiositate, absque reuerentia, &  
fide; tum etiam quia Christus Dominus nolebat facere miracu-  
la, quæ non essent etiam corporibus vtilia, vt supra dictum est.

Sed asperè eis respondit, dicens: *Generatio mala & adultera signum  
queris.* O Christe dulcissime animarum nostrarum magister. Vi-  
deamus quomodo tale verbum à tuo sacro & benedicto ore po-  
tuerit exire? Non es tu, de quo dicebat sponsa, Anima mea lique-  
facta est, vt dilectus loquutus est? Tam dulcia sunt Christe Ie-  
su verba tua, vt de te nobis dixerit Dauid: Diffusa est gratia in la-  
bijs tuis. Quomodo ergo tam durum hinc præbes? quomodo tam  
acria & amara verba loqueris? *Generatio mala & adultera.* Quid  
hoc est tam nouum Domine? quid? Ego dicam vobis, Chirurgus, qui  
vulneri medetur vt bene munus suum exequatur, debet applica-  
re medicamenta iuxta id quod vulnera exposcunt, licet magis in-  
firmo doleant: quod si opus esset aliquam partem carnis scinde-  
re, & id non faceret malus esset Chirurgus. Bonus musicus cum  
vult pulsare lyram, si aliqua chordarum est dissona, clauiculam tor-  
quet & chordam attollit, quousque infringitur, & tunc non fuit  
defectus in musico, sed in chorda: imò vt bonus musicus esset, id  
debit

Ioh. 2.

Luc. 9.

Cant. 5.

Psalm. 44.

simile.

simile.

13 debuit facere, quod fecit: satius est enim chordam abscindi, quam  
dissonantem esse musicam, & illum malum musicum reputari.  
O diuine medice, cælestis chirurgi, musice excellentissime non  
malè facis vocans hos, generationem prauam, quia hoc est appli-  
care medicinam vulnere, & clauiculam reprehensione torquere.  
Quod si chorda per impatientiam frangatur, eius est culpa; minus  
inconueniens est hoc, quam Christum non exequi munus suum.  
Discant prælati, prædicatores, & omnes patres familias grauius  
punire, quando necessitas postulat, nec sint timidi, dicentes: d'indi-  
gnabuntur. Impleam ego officium meum iuxta charitatis & iu-  
stitiæ leges, & si tu indignaberis, & cõfringèris, siquidem tua est  
culpa, tua etiam erit & poena. Generationem prauam eos dicis  
Domine? Nescis quod reputant se nobiles ex progenie Abraham,  
14 & gentem insignis originis, quomodo tu eos vocas generationem  
iniquam? quia omnia peccati prauitate inficiuntur, omnis splen-  
dor, & nobilitas generationis culpa marcescit, & remanet indeco-  
ra. Voluit sanctus Ioannes Baptista Iudæos humiliare, qui se ex  
femine Abraham dimanare iactabant, & vocat eos genimina vi-  
perarum. Non estis filij Abraham siquidem eius opera non imita-  
mini: sed estis genimina viperarum, siquidem venenum cõspui-  
tis. Quid magis lachrymandum, quam quod amittat homo no-  
men hominis, & acquirat nomen bruti, & non solum vnus bruti,  
sed multorum? vt dixit Dauid: Comparatus est iumentis in si-  
pientibus, & similis factus est illis. Non dicit, iumento, sed iumẽ-  
tis: omnes enim immanitates, & defectus animalium sunt in vno  
homine peccatore. Lupi voracitas, leonis crudelitas, viperarum  
15 venenum, &c. Et (vt perpendit Tertullianus contra Iudæos.) Sa-  
cra Scriptura multa nomina brutorum peccatoribus attribuit, ra-  
tione supradicta. Equi amatores & emissarij facti sunt, vnusquis-  
que ad vxorem proximi sui hinniebat. Hoc dicit Hierem. pro-  
pter turpem & effrenatam eorum sensualitatem. Per Ezechie-  
lem eos scorpiones nominat. Et cum scorpionibus erit habitatio  
tua. Iob eos nuucupat dracones. Frater fui draconum. Animadu-  
erte ergo fratres mei, quid deferetis ex viperis & draconibus si ad  
eos accedetis, quia idem reportaturi estis, si cum prauis homini-  
bus coniungi mini. Videte quod vos mordebunt, & animam ve-  
neno inficient. Quamobrem caute ab eis sicut à bestijs caueretis.  
Cum Beatus Ioannes eos genimina viperarum appellauit, dixit  
eis

Luc. 3.

Psalm. 48.

Tertul. ca. 4.

Hiere. 5.

Ezech. 2.

Iob. 30.

eis: Et ne coeperitis dicere: Patrem habemus Abraham: cum tam<sup>16</sup>  
 proterui sitis, pudeat vos nūcupari filios Abraham. Idem ego vos  
 moneo, vt erubescatis, & confundamini bonorum & clarorum  
 parentum filios vocari, cum vos mali sitis, nec eorum bona opera  
 imitemini: religiosi etiam deberemus verecundari patrum no-  
 strorum, atque ordinum institutorum filios haberi, cum fortasē  
 nulla in re eos imitemur. O quam pleno ore dicimus: Pater no-  
 ster Sanctus Dominicus, Pater noster Sanctus Benedictus, Pater  
 noster Sanctus Franciscus, &c. Dicimus in nostro ordine tot fan-  
 cti, & tot martyres fuerunt: tanto maior igitur erit culpa, & con-  
 fusio nostra, nisi eorum vestigia festati fuerimus. O patres mei,  
 patres mei, si filij Abraham estis, opera Abraham facite. In hoc enim  
 totum consistit: curemus esse humiles & modesti, sanctæ oratio-  
 ni, & assidua diuinarum rerum contemplationi incumbentes, &<sup>17</sup>  
 sic patrum, institutorumque nostrorū, & (quod plus est) Dei effi-  
 ciemur filij. Non contentus est Christus Dominus, vocare eos  
 generationem pravam, sed addidit: & adulteram, arguens eos de  
 infidelitate & perfidia, qua plerumque in Deum vsu fuerant. Qui  
 reprehensione dignus est, non semel modò, sed bis, & ter est re-  
 prehendus, vt crebra reprehensione cōfusus in meliorem fru-  
 gem sese recipiat. In Apocalypsi dicit Beatus Ioannes se vidisse  
 Angelos quosdam cum citharis & instrumentis musicis, habentes  
 citharas Dei, & cantantes canticum Agni, dicentes: Magna &  
 mirabilia sunt opera tua Domine Deus omnipotēs, tu solus pius  
 es: & statim his dictis, affirmat illis data fuisse vasa plena iræ Dei:  
 & vnum ex quatuor animalibus dedit septē Angelis, septē phia-  
 las aureas plenas iracundiæ Dei viuētis in secula seculorū, &c.<sup>18</sup>  
 Et audiui vocem magnam de templo dicentem septem Angelis:  
 Ite, & effundite septem phialas iræ Dei in terrā. Vox iubet eos  
 iram Dei super terram effundere. Angeli, sunt ministri Ecclesię,  
 qui ita dicuntur, quòd Angelicam vitam eos agere oportet. De  
 his dixit Sanctus Paulus, quòd foeminae essent opertis capitibus  
 in templo, propter Angelos Dei. Hos igitur Angelos bonum  
 est citharas habere, & musicam dare, vt maximis vobis vocife-  
 rationibus prædicent quanta sit Dei in homines clementia: hic  
 enim est cantus Agni. Verumtamen hoc non sufficit, quia iam  
 non sunt tales homines, quibus Dei misericordia prædicetur: sed  
 ira, rigor, & iustitia illis annuntietur, quia vox dicit: Effundite  
 phialas

19 phialas iræ Dei in terram. Vt suauitas in acerrimam reprehensionem  
 illis cōuertatur, appellado illos malos, & perfidos, Deo,  
 hominibus & sibi ipsis, quemadmodum facit hic diuinus prædi-  
 catorum, & orbis totius Magister. *Non dabitur ei nisi signum Ionæ  
 prophetae, &c.* Hoc est, non dabo vobis signa, quæ petitis, quia  
 hæc essent inutilia: sed dabo signum Ionæ, nam quemadmo-  
 dum ille fuit in ventre ceti tribus diebus: sic erit filius hominis in  
 corde terræ. O quam mysteriosum verbum! Mortem & sepultu-  
 ram vocat Dominus cor terræ. Nam sicut omnia corporis mem-  
 bra à corde reguntur, sic nos mortis & sepulturæ memoria oportet  
 gubernari: hoc debet esse cor gubernans terram, vt regatur  
 & gubernetur, sicut ratio postulat. Si hoc ante oculos ferremus,  
 non tanto affectu res terrestres appeteremus: siquidem eas tam  
 20 molestè sumus relicturi. Sicut viator, qui accedit ad urbem, vbi  
 diuersorium quærit, hic reperit culcitram, illic sindonem, hic cer-  
 uicalem, illic denique reperit stragulum: his autem omnibus summo  
 labore quæsit, adaptatoque lecto, quando vult quiescere, festi-  
 nanter vocatur ad iter faciendum, & necessariò debet exurgere,  
 neque enim aliter potest facere, quàm grauiter surgit, & qua mo-  
 lestia afficitur: O quam ad simile representat hoc, quid in morte  
 agatur, etsi res dissimillima est. O quam miserabilis est in sudore  
 homo; qui cum primum in mundum ingreditur, vel (vt melius  
 dicam) vt ætatem habet ad moliendum & negociandum, quie-  
 tem, diuitias, honores, lectum denique incipiat quærere, in quo  
 requiescat: hic vnum inuenit, quod sibi placet, illic alterum  
 21 inuestigat: hic domum emit, illic vineam maximo labore, & so-  
 licitudine acquirit: & arbitrans se iam lectum præparasse, tran-  
 quillamque viuendi rationem instituisse, cum iam vult quiescere,  
 pulsatur mors ad ostium, & illum confestim suscitatur, vt in aliam  
 vitam iter faciat. O quam afflictionem, molestiam, & amaritudinem tunc sentit,  
 quòd mollem illum lectum relinquit, quem cum tanto vultus sui sudore  
 construxerat. Beatus, qui nihil aliud quærit, nec expetit, quàm quomodo Deo  
 placebit. Quandoquidem igitur frater mi meliori tempore susci-  
 tandus es, & quando magis vita delectabar, ne in his rebus ac-  
 quirendis fatigèris, cogita te hodie, aut cras vocandum esse, se-  
 quere consilium Diui Pauli, dicentis: Festinemus ingredi in  
 illam requiem. Ille est optimus lectus, in quo postquam semel  
 accubueris

[simile.]

[Hebr. 4.]

Apoc. 15.  
v. 16.

1. Cor. 2.

2. Dra.

accubueris, nunquam amplius præcipietur tibi vt surgas, & illum relinquant. A duerte ergo hæc omnia, & te illarum consideratione moderare: hac enim de causa mors cor terræ appellatur. Quia Dominus locutus est de naufragio Ionæ cum Niniuen iret, idè declarauit, quantum ipse sua prædicatione illic profecerit, ad Hebræorum nostramque confusionem.

Et sic dicit: *Firi Niniuitæ surgent in iudicio.* Hoc intelligitur quod iudicabunt per comparisonem, quia dicit Dominus: Accede huc Niniuita, credidisti Ionæ? Respondebit, sic: Et tu Iudæ quare mihi non credidisti, cum ita rationi consentaneum esset? sic intelligitur quod dixit Diuus Paulus: Nescitis quia Angelos iudicabimus? hoc non intelligitur de angelis bonis, sed de malis, quos iudicaturi sumus per comparisonem. Dicemus enim: ô quam digni sunt tormentis, quæ habent, quia cum ego essem oneratus offe, & carne, ignauiaque, me confortauit, & de me ipso, & tot tantisque tribulationibus, quæ sese mihi obtulerunt, victoriam reportauit: ij verò tam parua occasione, ita superati sunt. Ideò digno supplicio afficiuntur, sicut si modo hæc ciuitas ab hostibus obsideretur, & accipientes mulieres arma viriliter propugnaret; adolescentes verò fortes, & robusti absconderent se, & fugerent, quantæ confusioni adolescentibus essent scemina? sic per comparisonem nos debent iudicare Niniuitæ, qui propter prædicationem hominis ignoti sicut Ionæ tam acrem pœnitentiam egerunt. Ingressus est Ionas in illam magnam urbem tanquam homo perterritus, à pisce quodam vomitus, arena inuolutus, luto infectus in littore, vbi eum euomuit, sparsis crinibus, nudato capite, aduena, qui nesciebatur an esset Propheta, an verò aliquis iocator, aut delirus, absque vilo præuio miraculo, vno tantum sermone breuissimo, dicens: Adhuc quadraginta diebus Niniue subuertetur. [*Abi à secas.*] Et absque vlla rhetorica, & tantum effecit, vt dicat diuina historia, quod crediderunt viri Niniuitæ, & prædicauerunt ieiunium, & statim parati sunt ad agenda pœnitentiam. Hic mihi desunt verba, & quod sim ego malus, & non qualis debeam, non in lachrymas totus conuertor hæc dicens, gens infidelis vna tantum prædicatione hominis ignoti audita, absque vlla promissione, vna mina exterriti illi prædicant omnes vnanimiter pœnitentiã, pœnitentiam, ieiunium, ieiunium, cilicium, cilicium, &c. Nobis verò prædicantur decem, & vi-

1. Cor. 5.

simile.

25 & viginti prædicationes, in quibus promittitur æterna gloria, & iterum inferno nos prædicatores, comminantur, & quod proxime peribimus, & hæc omnia non magis cordibus nostris hæret, quam duris lapidibus. Hoc erit iudiciũ nostrum, ô Christiani tã proterui; miserabiles querelas Moyses corã Deo effundebat, dicens: Ecce filij Israel non audiunt me. Queritur Moyses de ingratitude & cæcitate populi, quod in maximas misérias & angustias redactus opem & auxiliũ Dei nollet accipere; & quasi admirans, dicit: Ecce filij Israel. Hæc verba habent emphasim: hi Domine qui sunt populus tuus, & gloriantur se esse filios tuos, hi nõ audiunt me: si essent infideles, esset tolerabilius malum ô quo animi affectu hoc dicit; sic etiam postquam illis legem dedit, dixit: 26 Testes inuoco hodie cælum, & terram, quod proposuerim vobis vitam, & mortem benedictionem, & maledictionem. Elige ergo vitam, vt & tu viuas, & semen tuum, & diligas Dominũ Deum tuum, &c. Ego fratres mei prædicans vobis tot sermones, & toties vos Dei nomine ad gloriam inuitans, & æternis pœnis comminans, non cælum modò & terram testes imploro, sed lapides etiam huius templi, ac pulpitem istum, & ipsi erunt testes contra vos. Aduerte tu infœlix peccator, quod audiens tot prædicationes, tam obstinatus, ac proteruus manes, vt mortem potius æternam, quam vitam infiniti seculi eligas. Lapidum erunt testes contra te. Quando Laban, & Iacob pacis foedus pepigerunt, construxerunt tumulum lapidum, & dixit vnus ex illis: Tumulus iste, & lapides sint in testimonio, si autem ego transiero illum pergens ad te, aut tu præterieris malum mihi 27 cogitans, &c. Hi lapides (inquit) sint testimonium contra illum, qui foedus violauerit. Sic ego dico vobis fratres, quod non modò Niniuitæ, sed cælum, terra, & lapides hi, &c. Omnia debent clamare contra vos in illo metuendo die: siquidem cum sitis Christiani, & populum Dei vos iactetis esse, & tam assidua cæli doctrina erudiamini, in vestris tamen criminibus remanetis, nec commoueri vultis ad pœnitentiam agenda. O fratres mei quam excusationem illa hora afferetis? quid respondebitis, quando horum omnium accusemini? ô quam vos obtumescere debetis, quia omnis iniquitas opilabit os suum, & sicutissimè condemnabimini ad concremandum æternis ignibus. Sapiunt qui talia audiunt? Intelligunt quid hæc verba significant? Arbitran-

Exod. 6.

Deute. 30.

Gene. 31.

Psalm. 105.

tur hoc illorum aliquid interesse? an de alijs dici existimant? <sup>28</sup>  
**O** æternæ Deus infinitæ Maiestatis, doce hos fratres meos: si qui  
 dem rationis participes sunt, vt, quando quidem Catholicæ fidei  
 veritates credunt, hoc ad se pertinere; & de illis dici cognoscant,  
 atque ad te conuertantur, gratiamque tuam illis conferas, qua ce-  
 lestem gloriam valeant adipisci, ad quam nos perducatur Iesus Ma-  
 riæ filius, Amen.

### ¶ Feria. V. post Dñicam. I. in Quadragesi.

*Egressus Iesus secessit in partes Tyri & Sidonis &  
 ecce mulier Chananæ à finibus illis egressa, cla-  
 manit, &c. Matth, 15.* <sup>29</sup>

*simile.*

**Q**UEMADMODUM piscator aduertens, se hinc ni-  
 hil posse piscari, vtilitatis avidus, piscandi que cupidus  
 illuc digreditur. Sic diuinus piscator Iesus Christus Red-  
 emptor noster videns quam parum emolumentum Iudæi ex sua  
 doctrina perciperent, ad gentes recessit. Cauete fratres mei,  
 ne Deus piscatores transferat: sunt hinc tot concionatores, confi-  
 liorum, reprehensionumque virgis piscantes, & vos sacræ do-  
 ctrinæ hamo attrahentes, sui que exempli cibo inuitantes, & ni-  
 hil proficitis. Est equidem valde miserandum, quod pestilen-  
 tissimi amici, & turpissimæ meretricis consilio ardentius homi-  
 nes ducantur, quam concinatorum omnium diuinis admoni-  
 tionibus moueantur. Cauete ne dignè vobis dici possit illud Bea-  
 ti Petri. Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, sed quon-  
 iam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ; ec-  
 ce conuertimur ad gentes.

In hoc itinere ingrediente Christo Iesu gentium regionem.  
*Ecce mulier Chananæ, &c.* Hanc mulierem hodie alma mater Ec-  
 clesia nobis ante oculos proponit, vt pudore confundamur: per  
 Hieremiam ait Dominus ad hoc propositum verba quædam di-  
 gnissima, quæ valdè notentur. Adhuc iudicio contendam vo-  
 biscum, ait Dominus: Adhuc (inquit) post tot scelera vobiscum  
 volo denuò ponere rationem. Possem quidem pauciori-  
 bus

<sup>2</sup> bus vti, & pro peccatis hucusque commissis supplicium de vobis  
 sumere: sed adhuc noua ratione ac iudicio volo cōtēdere, vt meis  
 erga vos beneficijs deuincti me Dominum vestrum amplectami-  
 ni, ne vobiscum manus conferam. Adhuc contendam vobiscum  
 sicut cū ijs, qui me non intelligunt, nec mecum in iudicium volunt  
 conuenire. Transite ad insulas Cethim, ite ad regiones illas, quas  
 nemo habitat, præter immanes belluas, barbaraque nationes.  
 Et considerate vehementer, &c. O quanta exaggeratio; vehemē-  
 ter (inquit) sicut, quod vobis magni interest, diligenterque ani-  
 maduertite, quam viuendi rationem sequantur, & quomodo la-  
 pides illos & sculptilia, quæ colunt summa cum veneratione ve-  
 nerētur, & quot ritibus, ac ceremonijs erga eos vtantur; & atten-  
 dite, vtrum fortè aliqui sint inter eos, qui Deos commutent, al-  
 terna que idola reuereantur: si mutabit gens Deos suos, & certè  
<sup>3</sup> ipsi non sunt dii, cum re vera lignæ marmoræque sint statuae,  
 testes Deus asciscit vt nos confundamur. Videte quàm diligen-  
 ter illi barbari ligna, lapidesque suos colant, & quàm negligē-  
 ter vos æterno Deo seruiatis. Qui nam diligentius ac religiosius  
 hoc faciunt, ipsi, an vos? sic etiam sancta Ecclesia nobis obijcit  
 mulierem infidelem, diuinarumque rerum penitus ignaram, vt  
 eius spiritum, fidem, humilitatem, instātiāque ac studium con-  
 siderantes confundamur. Ideò Dominus ait. Dico vobis, quod  
 multi ab Oriente, & Occidente venient, & recumbent cū Abra-  
 ham, Isaac, & Iacob in regno cælorum, filij autem regni eiicien-  
 tur in tenebras exteriores, quod modò manifestè experimur;  
 multi enim sunt qui cum sudore vultus sui victum acquirunt,  
<sup>4</sup> quos videbitis summa cum reuerentia & religione ad sacrosan-  
 ctum Eucharistiæ sacramentum accedere. Contra verò plurimos  
 presbyteros cernetis, & (quod peius est) religiosos irreuerenter,  
 ac penè extincto deuotionis spiritu hoc ineffabile mysterium ce-  
 lebrare. Experimenti mulierem nuptam, filijs oppressam, virique  
 sui seruitute deuinctam, maximisque laboribus circumseptam, in-  
 ter tot curas ita diuinarum rerum contemplationi deditam, vt di-  
 ctu mirabile videatur, & quæ summa cum contentione opportu-  
 nitatem querit, vt cælesti meditationi vacet: & contra, erit mona-  
 cha omnibus his curis expedita soli sponso Iesu Christo dicata,  
 quæ alijs dissimillimis exercitijs, inutilibusque actibus occupatur.  
 Ad hoc accidere solet vt in vicis, vbi rarò aut nunquā verbum Dei  
 G 2 prædica-

prædicatur, in quibus vnus est clericus, inutilis, dissolutus, ac ferè totius pietatis expers: ibi tamen reperiantur viri Deum timentes, ac foemina summa sanctimonia plenæ, quæ ferè nunquam prædicatione audierunt, nisi fortasse ab aliquo apostata fugituo, qui illac transit: à quibus si quærat, quisnam eos tantum bonum erudierit? cognoscentur, vnum Deum doctorem habuisse, & erunt multi in hac vrbe, qui quotannis eruditissimos ac sanctissimos quosque concionatores audierint, quorum tamen corda ita sint dura, sicca, atque imperfecta, vt dictu sit mirabile, (seu potius miserabile.) Hi sunt, qui iuxta diuinas aquas plantati tanquam salices nullum fructum ferunt. O fratres Deum time, eius supplicia fugite, cauetè ne illæ minæ, quas supra ponit vobis contingant: mittentur, scilicet, in tenebras exteriores. Hæc omnia dixi occasione huius optimæ foeminae, quæ cum esset Ethnica, nec vnquam concionatores audisset, ita disposita, ac prompta ad Deum confugit. Nos verò diuinis monitis instructi, quotidie in virtute deficere, ac regredi videmur. Idem postquam Dominus dixit: Et mittam eis venatores multos, & venabuntur eos. Subdit inferiùs, & reddam duplices iniquitates eorū & peccata, &c. Cum ratione expoposcero à Christiano, quem ego legem meam docui, & cui venatores misi, qui eum attraherent, atque in salutis via constituerent, cumque sanguinem meum ob eius amorem effusum obiecero: tunc eius crimina grauiora apparebunt, cum tot luminaria, atque auxilia ipse perceperit. Hoc significat: Reddam duplices iniquitates eorum, &c.

*Hierem. 16.*

*simile.*

Ecce mulier Chananæa. Ecquis eam attulit? Deus, qui eius præcordia tetigit. Quando quis habet brachium cancre consumptum, ita vt illud præ putredine non sentiat impossibile est illud naturaliter reuiuiscere, & sic medici putrefactam carnem circuncidunt, quod si rogatus vtrum sentiat, respondeat minimè sibi dolere, vltèriùs progreditur abscissio quousque tandem viuam carnem pertingat: cum verò tetigerit, statim clamat: Siste Domine, quia viuam tangis. Sic Deus se habet erga nos, permittit vt diuiti domus comburatur; ait tamen diues: Famulus piger negligenter egit, quia lucernam ibi posuit, & dormiuit; & sic hoc infortunium contigit: sed non, pane meo ille amplius vescetur. Interficit Deus eius filiam, & dicit ille: Ipsa fuit in culpa mortis suæ, quia nullis medicinæ legibus tenebatur, nec se ab aqua poterat continere

8. continere: deambulabat noctu cum viro suo in horto, & ac illi obfuit. Hæc omnia sunt putridam carnem scindere: attingamus ergo viuam, eius primogenitum Deus occidit, qui erat lumen oculorum suorum. Illic clamat: O Domine hæc erat vna spes senectutis meæ, nec alius filius mihi remanet. Cum occideret eos, quærebant eum, & reuertebantur, & diluculo veniebant ad eum. [*En vocandos Dios en lo vino.*] Ibant, & quærebant eum, ac summo manè surgebant ad exposcendam misericordiam. Attendite Pharaonem, qui parum sensit dum Deus illum afflixit, quousque eius primogenitum interfecit, & sic ait Dominus: Adhuc tangam Pharaonem, & Aegyptum, morietur omne primogenitum in terra Aegypti, & statim senserunt. Ecce quis attraxerit ad Iesum Christum hæc mulierem: tetigit enim Deus eius charissimam filiam, vt ipsa fatetur, dicens: Filia mea male à Dæmonio vexatur. O quot infortunia patimur, nec tamen Dei esse verbera nobis penitus persuademus, vt ad ipsum accedamus? Arbitramur enim omnia forte fortuna contingere, sicut illi Philistæi, qui ante oculos perspexerunt Idolum suum fractum, soloque prostratum fortè hoc accidisse existimabant. O stulti, qui cum à Deo torqueamini, fortunæ attribuitis. Si laboras febri, dicis te arietinas carnes heri cenasse, quæ tibi offererunt. Demens (ait Deus) laceravi, & in lectum doloris prostravi te, manus pedesque tuos confregi, nec tamen cognosces Deum fecisse hæc, vt ad ipsum accedas? Quousque illi Philistæi cognouerunt se à Domino vapulare, & affligi, non laboribus liberati sunt. Vtuntur pueri hoc ludo; alter est velata facie, & alter ipsum percutit, & dicunt postea: diuina puer quis te percussit? qui respondit, Petrus. Longè aberras, esto (aiunt) ibi quousque diuines, quis abstulit à te honorem? quis te percussit? hic me iniuria affecit, ille mihi diuitias eripuit. Esto ergo in afflictione, quousque cognoscaste à Deo flagellari, & ab eius manibus labores perpeti. Scitote magnam esse amentiam labores attribue re vlli præterquam Deo. Quapropter cum in ærumna commorati fueritis, ad Deum conuertimini, & non errabitis. Discite ab hac sancta foemina, & simul cum ea proclamate: Miserere mei fili David.

*Psal. 77.*

*Exod. 11.*

*1. Reg. 5.*

*simile.*

Dicebat vltèriùs: *Filia mea male à Dæmonio vexatur, &c.* Quo studio ac diligentia pia hæc mater filia salutem curabat, sic oportet patrem nec edere, nec cum iuconditate quiescere, donec filium



sum à spirituali interitu liberet: Deum debet rogare, summa<sup>ti</sup> que animi contentione diuos deprecari, & Deum timentes orare, vt pro filio suo iniquo, & tumultuoso apud Deum intercedant. Perpendite mulieris studium. Clamaui in toto corde meo exaudi me Domine. Dicebat Dauid: exaudi Domine deprecationem meam, & concede mihi quod posco, siquidem ex intimo cordis mei proclamaui. Hoc autem dicebat, vt ostenderet ad impetrandam à Deo beneficia multum conducere crebram, ardentemque orationem, non vult Deus remissas vociferationes, sed ardentissimos diligit clamores. Quando infirmario curæ est diuturnus æger, cum ipse ob longum morbum remisso suspirio aliquando queratur, audiens infirmarius non curat eum, quia modus ille conquerendi est vsitatus: si verò intensius clamat, statim occurrit, & rogat quid velit: sic Deus, cum multi sint peccatores scelerum suorum febriliter laborantes, qui aliquando remissè clamant, vt corrigantur: vt autem suspirium illud ex intimo cordis non prodit, nihil proficit, nec Deus eorum clamoribus occurrit, quousque mentis ardore insistent, ipsamque studiosissimè inuocent. Quamobrem fratres dilectissimi, si vos, aut filij vestri morbo peccatorum laboratis, petite & ardentissimè clamate, quia statim Deus vobis subueniet. Satis expressit Dauid vehementiam, qua sit orandum cum ait: Os meum aperui, & attraxi spiritum, quia mandata tua desiderabam. Attrahere proprie, est quasi vi allicere, ea igitur contentione Deus rogandus est, vt vi potius, quam sponte attrahi videatur. Ea, quæ vi alliciuntur, violenter solent afferri: & præcipuus finis, propter quem hæc omnia sunt facienda, est, vt conformius ad Dei voluntatem eius præcepta obseruantes viuamus. Ideoque ardoris sui causam reddens Propheta subdidit; Quia mandata tua desiderabam.

*Qui non respondit ei verbum.* O verbum Patris æterni, quare non respondes ei verbum? quis vnquam ipsum verbum vidit obmutescere? o eclipsim miraculosam! verbum eclipsatur silentio, O factum admirabile! Exijisti Domine vt aduocares foraminam hanc, quæ diligenter venit, & quæcunque cupis, exposcit, & adeo durum & illiberalem erga eam te præbes? O celestis lingua, quæ tot mutorum ora aperuisti, quare nunc obmutuisti? o perennis fons clementissime, quare hodie huic mulieri aruisti? in profundo

14 fundo pietatis tuæ pelago, quomodo consolationis gutta desideratur, ei præsertim, quæ tanta egestate premebatur? Vnum, quo homines in hac vita tentari maximè ac perturbari solent, hoc est, quod arbitrantur Deum suas preces non exaudire, & ipsis mutum se, ac surdum præbere, & non alijs. Hoc magnoperè verebatur Dauid, cum dixit: Ad te Domine clamabo tota die Deus meus ne sileas à me, ne quando taceas à me & assimilabor descendentibus in lacum. Et illud, significat ibi causam, id est, quia videtur hic Dauid significare, se timere, ne similis illis fieret, qui in inferno commorantur: si Deus se mutum & surdum in illum præberet, hac tam anxia tentatione poterat hæc mulier cruciari. Sicut, qui sitiens ad fontem pergit, qui perennis esse solebat, cum autem siccum inuenit maximè contristatur, o mulier, quomodo 15 sperabis te ab illo petitionem consequi posse, qui ne verbum quidem (bonorum omnium minimum) tibi dignatur concedere: reuertere domum tuam, ne incassum labores; eia reuertere. Quid? retrocedam? Considerate huius mulieris fortitudinem, quomodo tentationem hanc vicerit, & vbi humano videri apparebat imago maioris desperationis, ibi plena erat spe. Ille namque clementissimus Dominus, qui tacebat, non vt eam despiceret, sed vt pluris faceret, qui que vt ipsa loqueretur silebat, & vt fidem suam apertius explicaret, intra eius cor mirifica imprimebat pignora certitudinis, ne dubitaret, quin commodè apud ipsum negotiatura esset.

*Et accedentes discipuli, rogabant eum.* Hæc est potissima ratio, cur pauperes, & abiecti in hoc orbe despiciuntur, quia non est qui dicat: Dimitte eam. Magnates, virique nobiles, hoc vnum intelligite, munus vestrum non esse vestigalia conducere, ludere, aut deambulare, sed viduas protegere, pauperesque tutari. Si cum inopi desertæque viduæ causa differtur, quod iudices largitionibus non corrumpit: vir primarius iudici diceret: Dimitte eam, non essent tot iniquitates, ac scelera. Quando Deus Esther in sublimem dignitatis gradum erexit, huius rei causa fuit, vt inde Iudæis opitularetur, qui in illis regionibus atrociter vexabantur, & sic Mardocheus nuntiarum illi iussit: In domo Regis es pro cunctis Iudæis, si enim nunc silueris per aliam occasionem liberabuntur Iudæi: & tu, & domus patris tui peribitis, & quis nouit, vt tuum idcirco ad regnum veneris? Quid hinc congruentius poterat

adduci? & aduertite Mardocheū illam minari, nisi afflictos protegerit, cum ipsam, tum etiam domum patris sui à Domino esse euertendam. Quorū ædes nobiliū virorum in his regnis breui tempore solo æquatas cernitis? quæ fortasè perierunt, quod eorū dominum in pauperes illiberales fuerūt. Quamobrem fratres mei vos rogo, vt hoc diligenter animaduertatis, & in pauperibus viduisque defendendis singularem animi magnitudinem, nobilitatem que vestram ostendatis, vt & vos à patre nobilitatum, ac misericordiarum auxilium percipiatis. Respondit Christus Iesus: *Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel.* Vult dicere: Quem admodum ad grauisimum morbum, quem aliqui medici iam curauerunt, nec tamen aliquid efficere potuerunt; quæritur maximus medicus: sic quanquam de cælo descenderim ad omnes curandos tam gentes, quam Iudæos; Iudæis tamen debeo ipse mederi: eorum enim maximum est vulnus, quod nullus ex meis Prophetis, nec omnes simul curare potuerunt. Gentibus, et si sceleribus oppressis, cum non sint tam duræ ceruicis alij prædicatores sufficiunt, discipuli mei ipsis mederi sufficiunt, quibus ego dicam: *Ite, & docete omnes gentes.* Et sic, vna ex potissimis rationibus, quas assignant Doctores, quod Christus Saluator noster ex Hebræis, potius quàm ex gentibus carnem assumere dignatus fuerit, est, quod populus ille tam obdurati esset cordis, vt hoc singulari beneficio illos ad suum amorem alliceret. Gentes (vt experientia compertum est) tanquam humaniores facilius conuersæ sunt. Quare dixit Deus per Dauid: *Populus, quem non cognoui, seruiuit mihi, & filij alieni inueterati sunt, & claudicauerunt, &c.* Gentes quas ego non noui, id est, in quas ego tot beneficia non contuli, vix verbum Sancti Euangelij audierunt, cum statim crediderunt. Filij alieni, id est, alienati à me, mentiti sunt mihi. Ego enim pollicitus sum me illis missurum præstantissimū Prophetam. Et ipsi mihi promiserunt se ipsum audituros, & illi iuxta præceptum meum esse obedituros: vt patet in Deuteronomio; & dixit omnis populus: *A me.* Omnibus quæ dixerat Moyses in nomine Domini, mentiti sunt, quia cum Deus promissis staret, summumque Prophetam filium suum misisset, ei parere noluerunt. Inueterati sunt. Crimina vetera sunt, in Ægypto, in deserto, vbi que claudicauerunt: & quia ita erāt duri, opus fuit illis tam excellenti medico. *O benedictus sit talis Deus, benedicta talis*

Simile.

Matt. 28.

Psal. 17.

Dent. 27.

Dent. 20.

20 talis pietas & clemētia. Diligite fratres tam bonum Dominum, nec vnquam cessetis eum laudare, qui cum in hūc populum tam durum esset irascendus, & penitus gentem illam euerurus, ex ipsa illorum rebellion e occasionem sumit, vt maiora in illos confert beneficia, vt modo dicentē auditis: *Non sum missus, &c.* Vt has oues perditas in sui amorem excitaret.

*At illa venit & adorauit eum, dicens: Domine adiuua me.* Animaduertitis foeminae animum, spem & fiduciam? Quando amici familiares regis aliquid ab eo poscunt, quod tamen non impetrant, quis idem ab ipso rege audeat postulare? quis non deficiat? Hæc verò mulier cum aduerneret propinquos ac dilectos Dei nihil impetrare maiorem animum recepit, & maiorem adipiscendi spem habuit. Passerculus aerē tranans, quando vehemens flat ventus non

Simile.

21 cum sequitur, nec eius spiritu ducitur ne vētus omnes pennas sibi euellat, & sic pereat, sed mitius volat aeris furijs obstans, à vento rostro parum auerso, & ita nullum patitur detrimentum. Sic iusti non patiuntur se persecutioaum procellis duci, quia hoc esset penitus perire, sed semper omnibus periculis resistentes tendūt, quousque desideratam comparant victoriam: vt in hac foelici foemina patet. Videte quod non reuertatur retrorsum, neque deficiat, sed potius nouo quodam mentis ardore vltius prosequatur, dicēs: *Adiuua me, &c.* Vt animaduertit, se, eò quod esset Ethnica aliquo modo à Christi humanitate repelli, ad eius diuinitatē protinus confugit. O Domine (dicebat) licet tanquam filius Dauid præcipue missus non fueris ad saluandas gentes: saltem hoc nō poteris negare te Deum esse, & quatenus Deum, tam gentiū,

Simile.

22 quàm Iudæorum dominari, quapropter adiuua me. Quemadmodum pluuia herbæ nascuntur, & accrescunt, sic tribulatione, ac laboribus salutis augetur auiditas. Cum dixerit: *Adiuua me.* Ostendit etiam ex se aliquid operari, & operabatur profectò, siquidem tanta fide ac spe nitebatur, nec animi contentio deficiebat. Ducit mulio oneratam mulam, & onere oppressa labitur, ipse verò prætereuntem aliquem rogat, vt se adiuuet ad onerandam mulam, & hinc mulio, atque illinc alter mulæ onus imponunt: si mulio recedit, nec alium, quem rogauit vult adiuuare, non est cur dixerit: *adiuua me*, sed impone onus huic mulæ: sic ad animæ salutem corporisque exercitia necesse est duo concurrant: tu enim solus nihil potes: Deus verò solus, etsi potest, sine te non vult, & sic

Simile.

*Psal. 78.* propriè loquebatur hæc mulier, cum dicebat. A diuua me, sic & 23  
 David cum dixit: A diuua nos Deus salutaris noster: non di-  
 cit, salua nos; sed adiuua nos: in auxilio namque semper oportet  
 esse duos. Quod si dicas: Non seruatur decorum si dicatur  
 Deo: A diuua me, deceret ne seruum dicere domino suo: do-  
 mine adiuua me ad arandum, vel ad excauandum? Aliqua  
 sunt, in quibus si seruus diceret suo domino vt se adiuuaret,  
 in impudentiam incideret, velut cum dominus iubet famulo  
 vt equum distringat, siue vt domum mundet, si ad hoc auxilium  
 peteret, dicens: A diuua me, vitium sane non possèt effugere.  
 Alia verò sunt, in quibus auxilij postulatio decora est: vt cum  
 dicit dominus famulo vt de aliquo vindictamumat: tunc si vi-  
 res famuli non sufficerent decorum esset dicere: Domine adiu-  
 ua me. Nullus est dux in Italia, qui à rege auxiliùm non petat 24  
 quando opus est. Cum Deus præciperet Moyfi vt populum  
 duceret, dabat ei Angelum, qui eum comitaretur. Vade de-  
 scende de loco isto tu, & populus tuus, & mittam præcurso-  
 rum tuum Angelum. Cui respondit Moyses: Si non tu ipse præcedas,  
 non educas nos de loco isto. Non (inquit) hæne discedam, nisi tu  
 me comitatus fueris. Non fuit hoc impudentiæ factum, sed dignum  
 potius, quod à Deo iure optimo peteretur. Sic quicquid nobis  
 Deus imperat eius est qualitatis, vt non immerito ab ipso auxi-  
 lium petendum sit: sicut ad obseruantiam præceptorum, & ad  
 eius consilia perficienda necnon ad omnia, quæ absque eius ope  
 conficere nequimus.

*Exod. 33.*

*Qui respondens, ait: Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere  
 canibus. At illa dixit: Etiam Domine. Nam & carelli edunt de micis, quæ 25  
 cadunt de mensa dominorum suorum. O eximiam humilitatem! per-  
 pendite quomodo hoc nomen, canis, in corde eius quieuerit, con-  
 federitque. Ex ipso despectu argumentum ipsa conflat efficacis-  
 simum, quo conuincit Christum Redemptorem nostrum. Nam  
 & carelli, &c. Fateor (inquit) me esse canem, sed tanquam tali ra-  
 tioni consentaneum est, vt tu Dominus, mihi prouideas de reli-  
 quijs, quæ supersunt ex mensa tuæ infinitæ pietatis. Hic est bo-  
 norum hominum mos, vt omnia in bonum conuertant. Si Deus  
 ipsis fauet, fauore induuntur vt Domino seruiant: si abiicit eos,  
 ex ipso despectu spiritum, ardoremque eliciunt, vt ei humilius  
 pareant. Omnia in aurum commutant: tanquam ignis, qui om-  
 nia*

26nia, quæcunque recipit, in se conuertit: diligentibus Deum om-  
 nia cooperantur in bonum. Vinam ab hac muliere disceremus,  
 & nosmetipsi carellos esse non negaremus, nosque accusaremus,  
 quod omnem vitam nostram tanquam bellæ immanes duxerim-  
 us. Vnde Iob, dimittam aduersum me eloquium meum. Quan-  
 do qui est in carcere pro se loquitur, non creditur, sed siquid con-  
 tra se dicit, maior ei fides quam duobus testibus adhibetur. O  
 quantum profuit illud, peccavi, quod dixit David! & illud, nos  
 quidem iuste latronis, & confessio humilitatis, qua usus est S.  
 Petrus dicens discede à me &c. & illud Domine non sum dignus  
 vt intres sub testum meum, profuit etiam & illud: pater pec-  
 caui in cælum & contra te, Omnes hi, quot bona à Deo impe-  
 trarunt propter accusationem, non potuit amplius contineri fons  
 27 clementiæ. O infinitam Dei pietatem, qua clementia incipit  
 ipsam ex tollere, & ei quicquid petit concedere & multò plus di-  
 cens: *O mulier magna est fides tua fiat tibi sicut vis.* Nonne ego præ-  
 dixi, illam Dei moram, mulieri maiori vtilitati futuram? aduer-  
 te quam honorificentissimis verbis illam efferat: quod si depreca-  
 batur vt dæmonium à filia sua expelleret non hoc solum conce-  
 dit, sed ipse apud eius animam manet, quod certe maius est. Vide  
 te vt res diuinæ quauis initia habeant dura, & aliquantulum  
 amara, exitus tamen gratos habent si homines non defeciscunt, si  
 tacent, si patienter ferunt, quia patiens vicit & quod appetiuit fe-  
 cit. Qualis maneret Zacharias ex priori visitatione, quam illi  
 Deus misit, nisi mutus? sed postea patienter passus est, ideo in hæc  
 28 verba prorupit. Benedictus Dñs Deus Israel. &c. Et cū Christus  
 redemptor noster dixit Petro: vade retro Sathana: qua cum acrimo-  
 nia dixit: postea verò quam suauiter dixit: pasce oues meas? &  
 hic Chananæa prius vocata canis, nisi patienter ferret, nõ audiret  
 postea: *Magna est fides tua.* Res verò huius sæculi sunt vice versa: ini-  
 tia dulcia: exitus vero habent amaros. O quam suauiter peccatur:  
 sed quã acriter postea persoluendū est? Qua propter licet primor-  
 dia virtutis aliquantulum vobis aspera videantur, toleranter illa su-  
 stuleritis: & experiemini fratres quã dulcia, etiam in hac vita effi-  
 ciantur: vt eis præ gustu vix satiemi. O verè animarum Magister  
 tu, qui huic mulieri fauisti, vt perseveraret, quousque audiret à  
 tuo diuino ore dulce, illud verbum: *Fiat tibi sicut vis.* Nobis  
 etiam miseris opitulare, vt amodò te saltem quærere incipiamus  
 & ro-

*Roma. 8.**Iob. 10.**2. Reg. 12**Luc. 23.**Luc. 5.**Matth. 8.**Luc. 15.**Luc. 1.**Marc. 8.**Ioan. 21.*

& rogitare, ac ferre discamus, & vt perseueremus quousque tuis 28  
diuinis brachijs nos in cælesti gloria in perpetuum suscipias.  
Amen.

### Feria.VI.post Dñicam.I. in Quadragesi.

*Erat dies festus Iudaorum, & ascendit Iesus Hiero-  
solyman, &c. Ioannis. 5.*

**SUPER** hoc verbum offertur dubium. Est regula prudentiæ, & iustitiæ, vt unicuique secundum dignitatem & merita sua locus concedatur, & non solum hoc cum hominibus, sed etiã cum rebus insensibilibus solet obseruari. Videmus enim, quod margaritæ pretiosæ locus tribuitur in tiara alicuius magni Pontificis, aut in Imperatoris corona quod si margaritæ debitus locus tribuitur quanto magis homini debita sedes est tribuenda? ideo Deus in principio cum tam amœnum illum locum creasset, de quo plantauerat Deus paradysum voluptatis, &c. Et posuit ibi hominem, quem formauerat: quia licet paradysus esset excellentissimus, excellentior tamen erat homo, cui paradysus fuerat plantatus. Cum ergo ex fide habeamus, quod anima maximè prestat corpori prudentia, iustitia, & vniuersa ratio nos admonet, vt huic tam excellenti animæ debitum locum diligentissimè impetrare curemus, quæ quidem cælestis est beatitudo, & cum hoc ita sit ex septem diebus, qui sunt in hebdomada, sex concessi sunt corpori vt in eis necessaria sibi acquirerentur: animæ verò vnus dies datur, ad rem tam arduam tamque difficilem consequendam, sicut æternam foelicitatem? iam si hi dies per medium diuiderentur, & tantum vni, quantum alteri daretur, tolerabile esset. Quod autem hoc sic fuerit cõstitutũ, non à quouis, sed ab ipso Deo patet. In Exodo enim dicitur: Sex diebus operaberis, septimo die cessabis, vt requiescat bos & asinus tuus, & refrigeretur filius ancillæ tuæ, & aduena. Huic quæstioni respondeatur: quod, venæ, vnde corporalia bona hauriuntur, tam vilis sunt metalli, vt quanuis in eis diu laboretur, ita tamen parũ ex illis elici possit vt vix ad humanam vitam degendam sufficiat: venæ autem animæ tam pretiosæ sunt metalli, vt breui tempore ex eis magnæ diuitiæ possint auferri:

3 auferri. Si cui diceretis: vtrum mauius venam auream locupletissimam sex horas excauare, an æream sex menses fodere? responderet, quod mallet in aurea sex horas, quàm in ferrea sex menses laborare, quia plus vtilitatis se percepturum speraret. Corporis mineralia sunt moliri, acquirere, vineas ferere, & domos construere, ad quæ longo tempore opus est. Et est prope nihil, quod hauritur, quia venæ ferreæ sunt. Venæ vero animæ sunt auri purissimi: iudicia Domini desiderabilia super aurum, & lapidem pretiosum multum, & dulciora super mel & fauum: exercitium in obseruatione mandatorum Dei, & virtutum acquisitione, est veluti vena, vnde multum aurum ac margaritæ hauriuntur, breui tempore potest anima locupletari. Quam obrem visum est diuinæ Maiestati plus temporis corpori, quàm animæ tribuere, nec animæ in hoc iniuriã inferri iudicauit. Nedũ 4 Anima talẽ virtutẽ habet, vt laborate corpore exteriùs, magnas ipsa diuitias spirituales possit acquirere, in amando, & considerando.

*Est autem Hierosolymis probatica piscina. &c.* Quando quis vult epistolam scribere magno alicui domino, quærit optimam papyrum, & atramentum, atque etiam aliquando bis aut ter eam scribit vt semel prodeat emendata: si verò ad priuatam quendam hominem scribat nihil curat an papyrus sit mala, atramentum peius, & adnotatio agrestis. Quando Deus creauit mundum non fecit amplius, quàm dicere. Ipse dixit & facta sunt, nullum exemplar fecit: omnia ex prima adnotatione prodierunt. Sed ad redemptionem sicut ad tam excellens opus prius fecit multa exemplaria. 5 Præcipere Abrahæ, vt filium suum sacrificaret fuit exemplar Diuini sacrificij, quod Iesus Christus pro humano genere, oblaturus erat. Manna, quod dedit in deserto fuit signum, quod significauit se daturum esse suum sacratissimum corpus in cibum. Eri gere Moysem in deserto serpentem illum, significauit bonum Iesum in cruce esse extollendum. Ita piscina de qua hic agit sanctũ Euangelium fuit exemplar Piscinæ sacramentalis, quam suæ Ecclesiæ daturus erat: quod est Sanctum Sacramentum penitentia. In quibus omnibus ostenditur quantum nos Deus æstimet, qui viuimus in lege gratiæ quibus tot beneficia contulit insculpta prius in tot exemplaribus. Quid ergo erit si pro his beneficijs Deo gratias non agamus, nec ipsis vtamur? nam si hoc non faci-

mus

simile.

Psalm. 18.

simile.

Gene. 32.

Iosue. 5.  
Num. 21.

Gene. 2.

Exod. 23.

mus quid illa nobis profunt? nisi vt sint atrocissima verbera, quibus, in inferno cruciemur? maximè excellit piscina nosstra, piscinæ illius temporis, quia illa medebatur corpori, hæc vero confert salutem animæ. Sed est sanguineis lachrymis lachrymandum, quòd in illo tempore, vt corpore sanarentur, ex longinquis regionibus Hierosolymam accedebant homines atque ibi multos annos commorabantur, & tandem vnus sanus euadebat: modò verò, cum non sit necesse ire Hierusalem, nec multos passus ambulare, aut multas horas expectare & cum possint sanari omnes & morbis tam periculosi sicut animæ: & tamen non accedamus nisi inuiti, & coacti. O ineffabilem Dei pietatem, ac terribilem cæcitatem miserorum hominum, filiorum Adæ? videtur vobis, quòd si Deus libentissimè non ignosceret, relinqueret peccatorum absolutionem in manu ipsorum hominum? non profecto. Si rex litem ageret cum quadam Academia, in qua lite multum interesset: & diceret: ego committo hanc litem claustro eiusdem Academiæ, & eorum sententiæ volo stare: dicerent auditores: Domine rex in manus doctorum litem committis? non vides illos esse partes, & in suum fauorem cõtra te sententiã laturus esse? quia illi nihil aliud expetunt, & ex his victum acquirunt. In hoc significaret rex se desiderare magnopere illi Academiæ fauere. O æterne Deus, quare non commisisti saluationem nostram Angelo, & eam homini tradidisti? quare hominibus peccatorum suorum sententiã credis? hoc modo omnia dimittentur (Ait Dominus) hoc ego volo, vt confessor poenitentis misereatur, & eius imbecillitatem doleat. Vt cognoscat se esse debilem velut alium, cum videat in quos defectus passim ipse incidat. O benedictus sit talis Deus, & glorificata talis pietas! quare fratres mei nocte, ac die non vociferamur, & tam infinitæ misericordiæ præcones non effici mur? statim vt Christus Iesus Saluator noster resurrexit dixit discipulis suis: accipite Spiritum Sãctum, quorum remisistis peccata remittuntur eis. Ac si diceret: vultis videre dilecti mei quid profuerit passio mea? accipite hanc diuinam respirationem quam vobis per passionem meam promerui ad animarum vitam: quia sicut corpus non potest viuere nisi respiret; sic meum corpus mysticum, quæ est Ecclesia mea non potest viuere sine hac respiratione, & diuino spiritu. Valdè igitur est miserandum

simile.

Ierem. 20.

17 dum, quod cum Deus tam salubrem medicinam in hominum manibus reliquerit, tam pauci ea vtantur. *Erat autem quidam homo ibi triginta, & octo annos habens in infirmitate sua.* Non fuerat illic omnes triginta & octo annos, quos infirmabatur: quia Alexander Papa in quadam epistola, quam misit ad Soldanum, affirmat hunc Angeli descensum ad piscinam non semper fuisse: sed in prima hora Natiuitatis Domini incepisse: eadem nocte, & hora fiebat per singulos annos fortis motio aquæ illius stagni: *Hunc cum vidisset Iesus iacentem, &c.* Ecce fontem vnde huic homini salus dimanauit: visionem scilicet beatissimorum oculorum Iesu Christi Dei nostri. Discite fratres mei vos ponere ante oculos huius boni Domini vt ex omnibus necessitatibus & ærumnis vestris curati euadatis. Discite violentiam vobis inferre, & carnem vestram oneratam & eam licet inuisam ante Deum collocare, & videbitis, quid inde hauriatis. Discite vos facere continuos domus suæ, quia non est possibile quin si debita dispositione accesseritis magna in vos conferat beneficia. Posuit se Moyses multis diebus ante oculos Dei: videte qualis euaserit, quibus radijs, ac splendoribus, vt dicitur in Exodo. Cum descenderet Moyses de monte ignorabat, quod cornuta esset facies eius ex consortio sermonis diuini: quòd ex eius vultu mirifici quidam splendores exhibant, quod in conspectu Dei, & in eius conuersatione fuisset. Quis dedit animum Iacob vt appareret coram fratre suo? antea, cum eius frater paucas vires haberet fugit ab eo in Mesopotamiã. 12 Modo vero cum Esau frater eius est potens, cum iurauerit se à Iacob supplicium esse sumpturum accedit mirifico quodam animo, & audaciter se eius offert manibus. Vnde ergo tantus animus? vidi Dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea. Posui me coram Deo, & cum eo tota nocte luctatus sum lachrymis, & suspirijs, & exiui alio cum pectore, & fortitudine. O frater mi, quare tam pusillanimitas es vt quilibet minimus labor de te victoriam reportet? nisi quòd nescis te offerre vna hora corã diuinis Dei oculis: quòd si hoc faceres vires inde eliceres ad omnes malignos spiritus superandos. O sancte rex Dauid, quomodo cum esses homo pauperculus tanto tẽpore te defendidisti à tam potente rege vt Saule, & in eius regno, & cum magnis copijs, tu autem

Exod. 34.

Gen. 28.

Gen. 32.

Psalm. 24.

autem solus, & derelictus? quomodo? me interrogas? Oculi mei  
semper ad Dominum quoniam ipse euellet de laqueo pedes  
meos. Habeo sydus, in quod postquam oculos conijcio, non  
sunt laquei pedibus meis. Plus valebat vna hora, quam consu-  
mebat David in conspectu Dei, quam cuncti exercitus & astutię  
Saulis. Quam potens est visus Dei, aperte patet in hoc paraly-  
tico cum talem salutem fuerit adeptus: quia tantum bonum im-  
petrauit, vt fuit paululum cōmorari ante oculos Saluatoris no-  
stri Iesu Christi: dicit illi.

*Vis sanus fieri?* Cur Domine hoc illum interrogas? certum est,  
quod volet: quis enim nollet salutem? hoc fecit, vt nobis ostende-  
ret, quomodo peccatorem ad salutem soleat inuitare, semper in-  
sua libertate eum relinquens. Mirabile profecto. Agitur pecca-  
toris vita in tua gratia recipienda, & tu cupis vt ipsam recipiat, &  
exeat à peccato, & rem tam necessariam eius voluntati commit-  
tis? ardet domus hominis nobilis, & hic habet filium quem amā-  
tissimè diligit & cum dormiat filius, accedit pater dicens: vide fi-  
li an velis surgere: quia vita tua maximè periclitatur. Vide quod  
si non vis surgere, concremaberis. O desidiam inauditam. In-  
flammatur domus, & filius est in maximo periculo ardendi, &  
cum sit tam dilectus, vt eum quasi lumen oculorum suorum  
habeat: & tamen dicit vtrum vult, an non vult? velis, nolis,  
porrige manum, quin aliter capillos cedo. Modo in suo arbitrio  
eum sinis? Extrahe illum vi, & per solum voluta, siquidem  
in tanto discrimine versatur. O incommutabilis Deus! Quomo-  
do Domine ardet totus mundus inextinguibili igne, & diro pe-  
iori. Et homines ita sunt soporati, homines (inquam) quos tu  
tantopere diligis, & rem cōstituis in eorum voluntate? velint, no-  
lint, attrahe illos crinibus. Hoc ego non faciam (ait Deus) licet  
eos tantopere diligo & miseri mundi calamitatem, & perditio-  
nem video. Non eos cogam. Qui voluerit, benè: qui vero nolue-  
rit, dolet mihi, sed ipse aliquando lamentabitur, & barbam ipse-  
met dilaniabit, nihil tamen proderit. Contemplare ergo infelix  
peccator Deum misericordiarum tibi dicentem: vis sanus fieri?  
Quid igitur tantæ misericordiæ respondes? ita tui ipsius inimicus  
es, vt tam liberali Dño non consentias? vide quod nisi salutē velis  
& eam ardentissimè expetas nunquam illam impetrabis. Per  
Hieremiā ait Deus animæ: ascēde in Galaad, & tolle resinam vir-  
go si-

Hier. 46.

15 ego filia Egypti, frustra multiplicas medicamina. Sanitas non  
erit tibi. Licet sæpe numero vadas in locum vbi sunt medicinae  
nunquam sanaberis, quia non vis. Non enim tam cōsistit impe-  
tratio salutis in quærendis medicamentis, quàm in voluntate adi-  
piscendi eam. Homo confiteris crimina? etiam. Quia habetur, in  
hoc maxima cura, & in singulis parochijs sunt suæ matriculæ eo-  
rum qui confitētur, & cum nō sit confessio eius nisi propter hoc,  
post quatuor, vel quinque annos ita proteruus est ac si nunquam  
crimina fuerit confessus. Non odit morbum, nec salutem deside-  
rat, frustra multiplicas medicinam, sanitas non erit tibi. Quia de-  
fectus est ex parte tua, dicit Deus: lauamini, & mundi estote. Do-  
mine lauari, est iustificari, iustificare vero munus tuum est: cur  
mihi præcipis vt ego me lauem, quod est dicere vt me iustificē?  
16 præcipio quia licet sit munus meum etiam est tuum, quia ex te  
etiam debet esse adiutoriū, & notate quod non contentus est dice-  
re: lauamini, quod est iustificationis opus: sed addidit: mudi estote.  
Vt perseueretis & mundi permaneat, vt non lauemini, & sta-  
tim coinquinemini: bene intellexistis quid significet illud: *Vis sa-  
nus fieri?* Quapropter necesse est vt incipiatis velle & vos dispone-  
re. Vt globus electri stipulā attrahat, necesse est vt illa sit tenuis  
& adaptata: si enim nimis longa est, aut infecta, non eam electrū  
attrahet. Si vis o peccator vt purissimum electrū Iesus Christus  
te à culpa erigat extenuare & debilitare, & te sicut poteris dispo-  
ne, & sic ipse te extollet.

Respondit pauper ille: *Hominem non habeo.* O inhumanam  
hominum crudelitatem! Quod cum ille tanto tempore iuxta pi-  
17 scinam iaceret nemo illius fuerit misertus, & eū adiuuerit vt ex il-  
la ærumna euaderet. O quam ad literam hoc agitur hodie. Est  
pauper vicinus tuus in lecto claudus, & ægrotus, & fame peris;  
tu vero, qui necessario trāsiturus es per eius ostiū, quia proximus  
illi habitas, nec saltem habes os vt dicas: quid facis ibi amice? nec  
manus porrigis vt illi quadrantē des. Ne detur vacuū in rerū natu-  
ra transgrediuntur creaturæ insensibiles limites suos, & contra na-  
turam suam faciunt, vt est, terram, & aquam sursum ascendere vt  
vacuū adimpleant, cum ergo tot pauperes sint vacui & tā facile  
eos possitis reficere & nō faciatis, certè creaturæ insensibiles vos re-  
prehendūt in hoc: siquidē illæ limites suos trāteunt vt nullū sit va-  
cuū, & vos cū tanto periculo nō sitis obijcēdi id nō vultis facere.

Tom. j.

H

Si vi-



simile.

Si videres filium ducis in hospitio superstragulum iacentem con-  
tagioso morbo laborantem & eum cognosceres; non ne domum  
tuam illū adduceres, & diligentissime curares, sperans patrē eius  
aliquando tibi gratias relaturum? pauper igitur quis est, nisi filius  
Dei? quandoquidem filius Dei dixit: quod vni ex istis minimis  
feceritis mihi fecistis. Si ergo filium ducis propter vtilitatē domū  
tuam affers, hūc non est maior vtilitas? certe ostenditis vos forte  
non credere, quod summa veritas dicit, scilicet, se recipere in se bo-  
num, quod pauperibus facitis vt postea quasi liberalissimus Dñs  
persoluat. Considerate fratres mei, quod dicit Deus ad hoc propo-  
sitū per Esaiā. Frange esurienti panem tuum, egenos, vagosq; in-  
duc in domum tuam, &c. tunc erumpet quasi mane lumentuum  
& sanitas tua citius orietur & gloria Dñi colliget te, id est, esto mi-  
sericors, & quauis sis in peccato per hoc disponeris, & cogno-  
sces peccatū tuū: quia lux cognitionis inrauit in animā tuā quasi  
aurora, quæ tenebras expellit, & sanitas tua, quæ est cōuersio tua  
celerius tibi adueniet, & gloria Dei amplectetur te. Hūc gloria  
Domini significat iustificationem, sicut Diuus Paulus ait, om-  
nes peccauerunt, & egent gloria Dei, id est, quod omnes necessita-  
tem habent vt iustificentur: siquidē omnes peccauerūt: sicut etiā  
ad Romanos: vt ostenderet diuitias gloriæ suæ in vasa misericor-  
diæ quæ preparauit in gloriā. Dulcissimum est hoc verbū: quod  
vocat Deus gloriam suā, iustificationem animæ, & hoc significat  
quod nisi in Deo esset gloria infinita, vnū, quo maximē eius volu-  
ptas augetur, esset animā à peccato deducere, & illā iustificare.  
Vt cognoscatis quā excellēs res sit iustificatio, & quāto studio ac  
diligentia illā quærere debeamus. Atq; vnū, quo præcipuē iustifi-  
catio acquiritur, ait Dñs hūc, esse, vt misericordia in pauperes. Fra-  
ter si te cernis aliquo odio, aut carnali affectu, aut ambitione vin-  
ctum, ac nullam viam tibi videris reperire posse vt hæc mala effu-  
gias vade ad visendos infirmos, visita carceres, &c. assuesce face-  
re opera misericordiæ, & experieris qualis postea efficiaris siqui-  
dem Deus in his verbis id dicit, & non potest mentiri. Dicenti in-  
firmo: *Hominem non habeo*: ait Dominus: *Surge, &c.* siquidē non ha-  
bes hominem, ego ero tuus homo. Quandoquidem tibi homines  
desunt non ego deero tibi, surge, & statim surrexit sanus. O bene-  
dicta sit talis pietas, & tanta potestas! beatus, qui hunc hominem  
quærit in omnibus suis necessitatibus & laboribus. Hic offertur

maxi-

21 maximum dubium quomodo, cum Iesus Christus sit summum  
bonum, summum autem bonum (vt ait Sanctus Dionysius) sit  
sui diffusiuum: intrans vbi tanta infirmorum multitudo commo-  
rabatur coarctatus fuerit ita vt vni tantum salutē conferret? Quo-  
modo Domine, cum sis summum bonum tam illiberalem te præ-  
bes? si ad hanc urbem medicus accederet, qui virtutem haberet sa-  
nandi tot quot manu tangeret, si vnum tantum modo attingeret,  
non esset illa illiberalitas? si cum esset sol in cælo lucidus vni mit-  
teret splendorem suum & reliquum orbem obscurum relinque-  
ret, quis non miraretur tantum portentum? Origenes ait, quod  
causæ vniuersales concurrunt, secundum quod & particulares  
concurrunt. Oportet esse dispositionem in causa particulari. vt  
causa vniuersalis in ea possit operari. Scintilla ignea applicatur  
22 efcæ, & stuppæ, non autem ferro, sol, alibi tigres alibi Leones gignit  
secundum regionum dispositiones. Sic hic diuinus sol, in hoc  
vno operatus est quia fortasse hunc solum dispositum reperit.  
Hic est ille sol, de quo Malachias dixit: orietur vobis timentibus  
nomen meum sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius, & in alis suis  
salutem asportabit. Sumit hanc metaphoram solis, cuius radios  
in omnes partes diffusos vocat alas solis, quæ ferunt salutem,  
quia terræ medentur, ipsam lætificant, ac fructificare faciunt sic  
venit Saluator noster Iesus Christus in mundum plenus alis, vt  
sol, pennis circumseptus, atque miraculosis, salutiferisque operi-  
bus & dicere illum ferre salutem in alis, significat qua velocita-  
te diuinus hic sol, volet ad reficiendas necessitates. O verbum  
dulce, ô verbum iucundum & charitate plenum, quis est lapis  
23 audiens te, qui non mollitur, & in amorem liquefit? quod dica-  
tur animabus: vobis sit Deus homo, & venit misericordijs circū-  
septus, & ipsæ non molliantur: sed super omnia aduertendū est,  
quod dicit: orietur vobis timentibus nomen meum. Nisi habeas  
timorem Dñi, sed es quidā temerarius, & vaxors, ita diffusus, ac si  
non esset Deus quē deberes timere, non mireris si huius diuini so-  
lis radij non pertigerint te: quia ipse natus est timentibus eum, &  
ideo forte remanserunt tot agroti absq; salute, & si Dominus in  
medium illorum fuit ingressus. Aut forte non sanat plus, quam  
hunc, quia alijs non conueniebat tunc salus, quandoquidem om-  
nibus perspicuum est quā necessarij esse soleant morbī, tētatio-  
nes, atq; infelicitates, animarū vtilitati. Hoc significauit Christus

H 2 redem-

Dionys.  
De diuinis  
nomi. c. 4.

simile.

Orige. 3. Pe-  
riarc.

simile.

Malach. 4.

Isai. 58.

Roma. 3.

Roma. 9.

redemptor noster dicens. Beato Petro, Diabolum petijisse facultatem vt illum suosque socios tribularet: & his verbis hoc ostendit: Simon, ecce Sathanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticum. Loqui Deum per hanc metaphoram siquidem agebat de laboribus seruorum suorum fuit vt tolleret scrupulum, qui humanæ debilitati poterat oriri querenti de Deo. Quare cum Sathanas nobis velit obesse, Deus licentiam illi concedit? in hac metaphora ostendit Dominus, quòd in vno & eodem actu expetit diabolus damnum tuum, & Deus utilitatem desiderat. In cribrando enim tritico duo sunt: vnum est euoluere grana sursum & deorsum, & ea inter se excutere, ita vt si sensum haberent illud magno tormento illis esset: alterum est effectus, qui inde resultat, qui est, remanere triticum mundum & cribratum, à puluere, & palea. Prius expetit diabolus, cum petit facultatem nocendi nobis, arbitrans se effecturum, vt peccemus: posteriùs permittit imò vult Deus, vt mundi maneamus ab omni superbia, & vanagloria, & simus humiles, casti, & prudentes, perfectiori virtute, maiori gratia, pluribusque meritis illustrati. Ad hæc omnia profunt, infirmitates, vulnera, & reliquæ aduersitates. Vt hoc significaret, non dixit Dominus: diabolus licentiam postulauit vt nos concenteret, & tribularet, sed vsus est hac metaphora: expetiuit vos ad cribrandum, & hæc potuit esse causa, quare vnum sanans, reliquos infirmos, & laboribus oppressos reliquerit. Non est contentus pijsissimus Dominus dicens ei: surge: sed dicit etiam: *Tolle grabatum tuum & ambula.* Quàm pauca Deus curat! In Iosue dicitur, quòd cum transirent Hebræi per Iordanem, & aquæ in vtrâque partem diuiderentur, sacerdotes, qui portabant arcam fœderis Domini, stabant super siccam humum in medio Iordanis accincti, omnisque populus perarentem alueum transibat. In hoc ostenditur, quantum velit diuina Maiestas vt sua in nos beneficia sint abundantia, integra, & perfecta. Posset facere vt solùm modo aquæ regrederentur, & quòd populus transiret securus: nihil enim intererat vt prætereuntes luto cõtaminarentur. Sed non cõtentus est hoc, verum terram etiam exiccavit, vt non modò non mergerentur, verum nec luto quidem inficerentur. Minimæ enim res nostræ sunt Deo maximæ curæ: sic non solùm huic paralytico salutem cõtulit, verum etiam de eius contritiis ruptisque pãnis curat ne amittatur. Quàm minutim res nostras curat Deus: o quãtũ

debe-

27 deberemus curare vt illi summa cum diligentia seruiamus: quãdotalia sunt beneficia, consentaneum esset, vt & seruitia essent etiam perfectissima.

Fortassis nisi ei diceret: tolle grabatum tuum, saluris voluptas efficeret, vt hic lectuli sui obliuisceretur: cum tam necessaria res sit. Ex hoc colligenus, quam parum cœlestia sentiamus, si enim aliquantulum ea deliberamus, & saperemus, ita præ gaudio nostri obliuisceremur, vt necesse esset quis nobis in memoriam reuocaret vt manducaremus, & dormiremus. Quid arbitramini significasse Deum cum præcepit Adæ vt comederet? Gen. 2. dixit enim ei: Ex omni ligno paradisi comede, de ligno autem scientiæ boni, & mali ne comedas. Vt quid Domine ei præcipis vt comedat: ipse non haberet curam comedendi? Creauerat eum 28 Deus in gratia, tam purum & illuminatum, vt in Deum transportatus, non recordaretur fortasse cibi.

Iuit vir bonus & asportauit lectum suum. Postea inuenit eum Te sus in templo. Illuc nihilominus reuersus est postea, vbi cum tanto labore & ærũna tandiu fuerat commemoratus. In Gen. legitur quòd Abraham erat diues valde &c. & reuersus est ad locum, vbi prius fixerat tabernaculum. Est maximè notandum, quòd etsi locupletissimum se vidit, non ideò sanctus vir superbiit, nec vile tabernaculum contempsit, quòd antea construxerat, in quo habitabat cum pauper esset, sed illuc reuersus est ad habitandum, confitens in maioribus diuitijs se peregrinum esse. Modò verò, vt habetis duo minuta: statim vultis ædificare maximas ædes, & superbiæ nidum construere, vt Deum offendatis, qui vos locupletauit. Reuersus est etiam Abraham ad locum altaris vt vbi antea orauerat, ibi Deo gratias ageret. Itaque quòd factus fuerit diues, nõ ideò superbus, aut minus deuotus effectus est: sed semper eodem modo perseuerauit. Si hunc sanctum Patriarcham diuites nostræ tempestatis imitarentur, non illis diuitiæ nocerent. Sed non ita fit. Imò acquisitis duobus quadrantibus, iam alij effecti estis: nec est qui audeat vobis verbum loqui. Quemadmodum sanctus hic Abraham redijt ad locum paupertatis, in quo antea habitauerat: sic oportet, vt qui se elatum, prosperumque viderit: primordia sua recogitet, & se cognoscat, qualis prius fuerit, & in quas miseriass fuerit reductus, vt debitas gratias omnipotenti Deo agat. Sic enim conditionum mutatione considerata,

Tom. j.

H 3

gra-

gratitudinis spiritus magis accrescit. Ecce hæc omnia effecta in hoc egrotto, quem Dominus in piscina sanauit, prope templum, quomodo reuertitur ad recognoscenda loca, in quibus tot calamitates tulerat ut recordatus erunarum, in quibus antea comoratus fuerat; & considerans salutem, qua modo fruebatur, excitaretur ad agendas gratias maiori cum feruore, & deuotione. Quærite sic fratres mei modos, quibus Deo grati sitis; eique pro acceptis beneficijs gratias agatis. Nam sic disponitur anima ad alia maiora accipienda, & ut semper cum gratiæ incremento proficiat, qua gloria cõparatur. Quam mihi & vobis præstare dignetur Iesus Mariæ filius, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat per infinita sæculorum secula Amen.

Sabbatho post Dominicam I. in Quadragesima.

*Assumpsit Iesus Petrum & Iacobum, & Ioannem fratrem eius, & duxit illos in montem excelsum seorsum, & transfiguratus est ante eos. Matth. 17.*

**L**OQVENS Christus redemptor noster cum discipulis suis, illis reuelauit, quod oportet eum ire Hierosolymam, & multa pati, & occidi. Dicit sibi conuenire, quia cõueniebat nobis. Hæc est phrasıs sacre scripture, quod quãdo agit de aliquo beneficio, quod Deus in homines confert, dicit se ipsum illud accipere: sic enim gaudet homini benefaciens ac si ipse esset genus & illud bonum sibi cõferretur, & sic ipse Dñs dixit: ego sto ad ostium, & pulsos, si quis aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo. Nõ indiget Deus cœnæ: sed quia intrans in animam eam reficit, & illi dat cœnam, ideo dicit se cœnare: quia valde delectatur cõferens illud beneficiũ. Sic dicit hic, sibi cõuenire ascendere Hierosolymam ut patiatur, propter nimiam voluptatem, qua afficitur saluans nos: cum tamẽ magni nostra interesset ut filius Dei pro nobis pateretur. Audiens hoc. B. Petrus a suo diuino Magistro, præ fortissimo illo amore, quo eius apostolicum pectus inflamabatur, dixit illi: ablit a te Dñe nõ erit tibi hoc. O Dñe ne talia dicas, quia aures meæ hæc ferre nõ possunt, nec cor meum potest tolerare. Quid Dñe vultus iste, quem Angeli

3 Angeli intuentes gloriatur, percurietur alapis, & conspuetur: isti tam decori capilli euellentur? hæc tantæ venerationis barba dilaniabitur? hi tam debiles humeri, graui crucis pondere torquebuntur? ablit a te. &c. cui respondit Dominus acerrimè: vade post me Sathana. O ineffabilem charitatem Domini mei Iesu Christi declaratam acrimonia, qua sancto Apostolo respondit! Tantus fuit amor, & desiderium, quod Iesus Christus Dominus noster patiendi habuit, ut eisdem verbis, quibus respondit diabolo, cum ei dixit, ut illum adoraret, modo respondeat sancto Petro dicenti, ne moreretur. Illic dixit: vade Sathana: hic etiam dicit: vade retrò Sathana. Quod maius testimonium potest adduci ad probationem sui diuini amoris? discite hinc frater mi qualiter te debeas habere cum eo, qui pœnitentiam tibi impedit; siue sit amicus, siue frater, siue pater tuus: hunc debes, Sathanam existimare, & eum fugere tanquam dæmonem. Postquam Diuum Petrum sic reprehendit, conuersus est diuinus Magister ad omnes discipulos suos dicens: si quis vult venire post me, abneget semetipsum. &c. ac si diceret, non solum ego passurus sum, verum qui me sequi voluerit oportet etiam crucem suam baiulet, & ne hoc difficile illis videretur, ab illinc sex diebus ascendit in summitatem cuiusdam montis, adducens secum S. Petrum S. Ioannem, & Sanctum Iacobum, & illic detexit illis præmium, quod daturus est sequentibus se. Dicatur hic litera sancti Euangelij vsque ibi: hic est filius meus dilectus &c.

4 Romani tanquam cupidi victoriam reportandi ab vniverso orbe, modos quaerierunt, quibus duces suos excitarent ad res bellicas ardentius comprehendendas, ut studiosius curarent victores euadere, Et præcipuum modum, quem inuenerunt, fuit, victores triumphi gloria honorare, & quanquam honor ille ita breuis erat, ut diem tantummodo vnum duraret, inenarrabilis tamen erat labor cui se offerebant ut illum consequerentur. Quid ergo nos oportet facere ut triumphum cælestis gloriæ consequamur, cum talis sit, & in perpetuum duraturus? Dauid agens de beatorum gloria dixit, quod habet quinque res, quæ videntur respondere quinque generibus gloriæ, quibus Romani afficiebant triumphatores omnes. Quorum primũ erat: quod faciebant arcus quosdam triumphales, in quibus insculptæ erant eorũ res gestæ, & secundum magnitudinem earum, erant arcus maio-

Matth. 4.

Nota.

Gloria Beatorum quinque generibus gloriæ, quibus Romani afficiebant triumphatores, correspondere videtur.

Apocal. 3.

res, vel minores. Secundum erat: quod triumphatores magnæ maiestatis curribus vehebantur, quos plurimi equi ducebant. Tertium: quod res præclaræ, quas gesserant illis decantabantur. Quartum: quod triumphantium arma, & scuta ab ipsis curribus suspensa ferebantur. Quintum tandem & vltimum erat, quod hostes de uincti curribus, ducebantur. Ait igitur David in illo. Psalmo: exultabunt sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis: exultationes Dei in gutture eorum, & gladij, ancipites in manibus eorum. Ad faciendam vindictam in nationibus: increpationes in populis. Ad alligandos reges eorum in compedibus: & nobiles eorum in manibus ferreis. & postea concludit dicens: gloria hæc est omnibus sanctis eius. Hæc est gloria, qua omnes sancti, non vnus, aut centum millia, sed omnes fruuntur, hic ponit quinque res, quæ illis Romanorum rebus respondent. Primum est: exultabunt sancti in gloria. Hic est arcus triumphalis longè præstantior: quam arcus illorum. In arcu sunt duæ extremitates, quæ incipiunt ab inferiori, & ascendunt ac vniuntur in superiori parte. Sic statim ut ingreditur anima in cælum eleuatur eius intellectus, illo mirifico artificio, quod vocant Theologi, lumen gloriæ, vt ascendat, & consequatur videre Deum in sua essentia, & existentia, & illico voluntas producit ardentissimum quendam amorem in ipsum Deum, quæ videt, & intelligit. Ecce duas extremitates, quæ ascendunt ab infimo, quæ est anima, & vniuntur in supremo, qui es Deus. Et hæc est gloria animæ, quæ consistit in visione, & fruitione illius summi boni. Atque hoc est quod dicitur: exultabunt sancti in gloria: & quo præstantiores res anima in hoc seculo gesserit: eo maior erit hic arcus triumphalis in altero, vt promissit Deus dicens: dabo vnicuique vestrum secundum opera sua. In cuius mysteriū Salomon loquens de iusto dixit: quasi arcus refulgens inter nebulas gloriæ. Quasi arcus gloriæ refulgens, qui fit in nubibus. Quæ admodum arcus non fit in cælo, nisi quando ipsum est nubibus cooperatum: sic etiam hic arcus gloriæ fabricatur interim dum anima, (quæ est cælum quoddam preciosum) nube, quod est corpus, velata est. Nā postea erit vt dixit Dominus per S. Ioannē: veniet nox, quando nemo potest operari. Post mortē iam non est locus merendi. Ideo dicebat Beatus Paulus ecce nunc tēpus acceptabile: ecce nunc dies salutis. Quia nunc potest operari salus, & sicut non sufficit, vt sit cælum nubibus tectum, ad efficiendum arcum, nisi

simul

simul splendor, & radius solis concurrat: sic non sufficit ad merendam gloriam, vt anima sit in corpore, nisi concurrat radius solis iustitiæ, quæ est eius diuina gratia, cum illa namque, & cum bono vsu liberi arbitrij acquiritur, & fabricatur hic cælestis arcus gloriæ. Ideo dicebat Sanctus Paulus, Gratia Dei sum, id quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboraui: non ego autem, sed gratia Dei mecum. Quapropter fratres mei ratio postulat, vt properemus operari hunc arcum, dum vita fruimur, siquidē nescimus, quando Deus illam nobis auferet, & quamuis modo non experiamur fructum diligentia nostræ, ac laboris patienter feramus, citò enim detegetur, & apparebit, quid pro meriti fuerimus: sicut tolerat aurifex cum cælat arcum aureum, quem totum habet tectum pice, & illum à tergo insculpit, & non videt, quid operatus fuerit: quousque opus confecerit, & picem abstulerit: sic etiam nos interim dum insculpimus meritorum nostrorum sculptilia, omnia habemus tecta obscura fidei pice, & nescimus, quid meriti fuerimus, nec illud vi debimus quousque terminetur actus merendi, & anima ab hac mortali vita exeat. Tunc enim actualis fidei pix auferetur & Deum, ac quid quid operati & meriti fuerimus, videbimus. Item quem admodum ad conficiendum arcum requiruntur mallei, lima, & forpites, & alia plurima instrumenta, & artifices qui adiuent ad illud opus conficiendum: sic sunt necessarij labores, & vtiles inimici, vt nos adiuent ad perficiendum hoc opus, quod præmanibus ferimus: quia per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei, dicit Beatus Paulus. Quapropter maximas gratias Deo agere debemus cum sumus in laboribus, & ab aduersarijs nostris molestamur: sicut illas ageret aurifex, cuiuscumque daret sibi optima instrumenta gratis, & plurimos adiutores ad opus suum faciendum, & multò magis nos deberemus facere, siquidē res nostra, atque utilitas est dispar. Secundum est: Lætabuntur in cubilibus suis, &c. Ecce currus triumphales, quæ sunt corpora, in quibus animæ triumphaturæ sunt, quia cum primum anima, in vniuersali resurrectione adiuncta fuerit corpori, quadam noua accidentaliter gloriâ triumphabit.

Illic erunt corpora velut currus triumphales, quos ducet quatuor equi, quæ sunt quatuor dotes, quibus exornata sunt, scilicet, velocitas, impassibilitas, subtilitas, & claritas. Quapropter illa

H. 5. verba

Psal. 149.

Primum.

Apost. 2.

Eccle. 50.  
simile.

Ioan. 9.

2. Cor. 6.

1. Cor. 15.

simile.

Acto. 14.

simile.

Secundum.

*Ephes. 5.*

verba S. Pauli: Christus dilexit Ecclesiam, & se ipsum tradidit, pro ea, ut illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed ut sit sancta, & immaculata. Etiam intelligi possunt de Ecclesia triumphante post vniuersalem mortuorum resurrectionem. Nam modò etsi est illa Ecclesia sancta, & sine macula, non tamen est sine ruga, siquidem animæ sunt velut rugosæ, quia naturali quodam desiderio propensæ sunt in corpora sua: sed postquam hoc desiderium impletum fuerit, erit Ecclesia absque macula, & ruga. Tertium est, Exultationes Dei in gutture eorum. Hæc est musica, assiduus quidam cantus, & laus Domini qui eos creauit, & redemit: ut S. Ioannes in Apocalypsi dicit, se vidisse beatos, qui cantabāt cantum nouum, dicentes: Dignus es Domine accipere librum, & c. 12. Quoniam occisus es, & redemisti nos in sanguine tuo, ex omni tribu, & c. Benedictio, & honor, & gloria, & potestas in secula seculorum. Vocatur hæc musica, canticum nouum, quia post multa millia annorum, quibus cantabunt, & Dominum laudabunt tantam voluptatem ex illis canticis, & laudibus Dei percipient, ac si illa hora in cepissent. Quartum est, Et gladij accipites in manibus eorum, & c. Præ manibus ferent arma, quibus hostes suos superarunt. Hæc non fuerunt arma carnalia, aut ferrea, sed spiritualia, quæ sunt virtutes. Ut enim dicit B. Paulus. Arma militiæ nostræ non carnalia, sed spiritualia sunt. O quanto gaudio afficietur ibi videntes arma sua, id est, videntes virtutes, quibus tantam victoriam reportarunt. Re ipsa experimur, quòd quando bonos cibos comedimus, & odoriferos, sicut confecta ex sacro bellaria, aut aliquid pretiosum, ab stomacho, respiratio prodit quædam dulcis, & odora, qua nos lingua & labijs mira quadam suauitate relingimus. Contrà verò, si porris, aut cepis saturati sumus, aut aliquos viles cibos manducauimus, exit in os, & guttur amaritudo quædam & stomachi acor, qui magnam nobis molestiam ingignit. Virtutes, & bona opera posita in stomacho animæ, quæ est bona conscientia, nouam quandam suauitatem, spiritualemque consolationem à se imittunt, qua anima relingitur, & magno opere delectatur, quòd bene operata fuerit. Sedebat Iob in sterquilinio, à planta pedis vsq; ad verticem, vlcere percussus, & ibi se consolabatur in memoria reuocans opera bona, quæ propter

*Tertium.**Apoc. 5.**Quartum.**2. Cor. 10.**simile.*

pter Deum fecerat, Et sic dicebat: Cor viduæ consolatus sum, iustitia indutus sum, & vestiui me sicut vestimento & diademate iudicio meo. Oculus fui cæco, & pes claudus. Pater eram pauperum, & causam quam nesciebam, diligentissimè inuestigabam. Sic David dicebat. Eructauit cor meum verbum bonum. Spiritus bonus, bonum verbum, ac sancta cogitatio produit ex corde meo. Et vnde S. Propheta hæc suavis cogitatio tibi prouenit? Dico ego opera mea Regi. Quia refero ego coram Domino Deo meo opera bona, quæ propter eum feci, maximas ei gratias agens, quia auxiliatus est mihi, ut ego ea facerem. Contrà verò quemadmodum à malis cibis exit amaritudo quædam, & acor palato, ita ex peccatis cõmissis procedit stimulus quidam & maxima tristitia peccatori. Si ergo in hoc mundo opera bona, quæ fecimus, tantæ nobis voluptati sunt, cum nondum earum præmium videamus: quid erit, cum præmijs, quæ pro illis donantur, perfruamur? Qua voluptate afficiemur, quòd casti fuerimus? quòd misericordes nos præbuerimus? quòd denique poenitentiam maximam egerimus? O quam voluptatem accipiet anima, cum videat pro vno die, quem ieiunauit, pro vase aquæ quod propter Deum dedit, pro vna lachryma: & suspirio, quod profudit, tot, tamque magnificas diuitias sibi à Deo tribui? O fratres mei, quam consentaneum est, hoc sæpenumero cogitemus, ut ad laborandum plus quam laboramus, confortemur.

Est quæstio inter Theologos, vtrum iusti in gloria recordentur peccata, quæ in hac vita commiserunt, & sic eorum memores tristitia afficiantur? Respondet Richardus quod sic. Sed quòd nõ ideo tristitiam accipient nec poterunt accipere, sed quòd gloriantur in diuina misericordia, quæ eis pepercit; & delectantur etiam, quòd poenas euaserint, quas pro peccatis merebantur. O beata terra vbi spinæ in rosas conuertuntur: vbi peccata in voluptates reducuntur. O felix terra, vbi acuti vepres flores odoriferi efficiuntur: siquidem ex culpis materia lætitiæ elicitur. Quòd si ex peccatorum memoria, voluptatis & gaudij occasio deducitur, quid ex operum bonorum, ac virtutum recordatione haurietur? Quintum est, Ad alligandos reges eorum in cõpedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis. Adducet ibi hostes suos victos, & alligatos. Hi hostes sunt sensus corporales, qui in hac

*Psal. 44.**Iob. 29.**Richardus. in. 4. d. 43. c. 48.**Quintum.*

hac vita atrocissimum nobis bellum inferunt. Appellat eos re-<sup>18</sup>  
ges, quia plerunq̄ue in homine dominantur: & quia sicut seruus,  
sensibus suis homo obtemperat, & tunc ibunt captiui, & rationi  
subijcientur, nec iam amplius in eis erit aliqua repugnãtia. Con-  
cludit David postquam hæc omnia dixit: Gloria hæc est omni-  
bus sanctis eius. Hæc est gloria & triumphus, quo omnes sancti  
Dei efficiuntur.

Hæc voluit Spiritus sanctus vt David omnes homines doce-  
ret, ad eos excitandos vt omni studio, & mentis ardore ea conse-  
qui conarentur: & Iesus Christus Saluator noster non conten-  
tus est illa hominibus nuntiare, sed voluit hodie eorum ostensio-  
nem facere discipulis suis, tanquam hominibus qui duces in hac  
sancta Ecclesia futuri erant, vt ipsi, nos instruerent & inflamma-  
rent desiderio consequendi ea. Illi gentiles Romani pro vnusq̄  
dici triumpho immensos labores patiebantur, horribilibus peri-  
culis offerebantur, & fortissimas hostium copias aggrediebantur,  
nihil eos deterrebat, nullumq̄ue discrimen regredi faciebat  
solum vt illam tam paruam, & inanem gloriam cõpararent. Nos  
verò, quibus tam admirabilis & æternus triumphus promissus  
est; (est dictu miserabile) ita tepidi, & remissi in tanti boni ex-  
petitione incedimus, vt quoduis discrimen, & quantumuis mi-  
nimus labor nos fatiget, terreat, ac etiam regredi compellat. O fra-  
tres mei, si ascenderetis saltem semel in die ad montem Thabor,  
& ibi Iesu Christi transfigurati gloriam contemplaremini, & co-  
gitaretis, quòd dies venturus est, in quo (nisi negligentia vestra  
aliter fiat) resurrecturi estis configurati & similes illi, quàm dili-  
genter festinaretis, & omnem spiritualem pigritiam expellere-<sup>20</sup>  
tis. Si videretis filium Regis, principem, & hæredem magni re-  
gni in terra aliena, pauperem, & vilibus tritisq̄ue vestimentis in-  
dutum, ne tamen illi cura, aut desiderium esset redeundi domum  
patris sui, vbi mirificè tanquam princeps tractaretur nec ille hoc  
curaret, sed huc atq; illuc perditus vagaretur, non eũ stultũ iudi-  
caretis? Quid ergo, præterquam hoc poterit ærumnam nostram  
similius representare? filij Dei cum sitis, & hæredes tam excellen-  
tis regni, & in tantam calamitatem redacti, & tamen tam parum  
cupidi illuc eundi, effecti banauis in nenijis præoccupati, vt mise-  
rabile sit dictu, & cogitatu. O animæ pretioso Dei sanguine re-  
demptæ miseremini vestri, ne tantum bonum amittatis: si vobis  
diceretur

*simile.*

<sup>21</sup> diceretur, Romæ aut Hierosolymis commorari Iesum Christũ  
Redemptorem nostrum cum sanctissima Virgine Maria matre  
sua, & quod corporali forma eos videre poteratis: quis vestrum il-  
luc non iret, vt suis proprijs oculis tãtum bonum intueretur? Vix  
essent plenæ viatoribus, nec itineris labores, aut pericula timere-  
tis, nec vos dispendium deterreret: solummodò, vt vna hora san-  
ctissimam illam Christi humanitatem communicaretis. Quare  
igitur aliquam diligentiam non adhibebimus, vt (non vna hora,  
sed in perpetuum) diuinum Dei conspectum videamus? Nã no-  
stra beatitudo essentialis non consistit in fruitione humanitatis  
Christi; sed in fruitione infinitæ, ac immensæ diuinitatis.

Transfigurato ita Domino, descendit super omnem illam fan-  
ctam societatem, splendidissima quædam nubes, & ex ea audita  
<sup>22</sup> est vox, dicens: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui,*  
*ipsum audite.* Duo dicit hîc Pater æternus. Prius est, quòd ita iucũ-  
dus sibi est Iesus Christus filius suus, vt omnia sibi in eo sint gra-  
ta. Hinc intelligetis illa obscura verba Iob. Cũ inuocantẽ exau-  
dierit me, non credo, quòd audierit vocem meam. Quid est hoc  
vir sancte? quòd tibi concedat, quòd à se petijsti, & non exau-  
diat vocem tuam? nõ hoc intelligo. Dico quòd omnes orationes  
Iob, & omnium sanctorum, qui sunt, fuerunt, & futuri sunt; si ac-  
ceptæ sunt & gratæ Deo, hoc prouenit ex meritis Iesu Christi  
vnigeniti filij sui, & sic non tantum considerat Pater æternus ora-  
tiones, in quantum sunt à iustis, quantum, quatenus sunt exorna-  
tæ, ac munitæ, in æstimabili pretio supernorum meritorum Re-  
demptoris. O fratres mei, quam locuples thesaurus hîc nobis de-  
<sup>23</sup> monstratur, ex quo maximas diuitias possumus haurire. Thesau-  
rus est, quòd omnes lachrymas, suspiria, preces, ieiunia, & omnia  
opera vestra bona offeratis, & committatis huic diuino interces-  
sori tam grato suo æterno Patri, quia oblata ab his sacratis manj-  
bus, grata erunt diuinæ Maiestati, & illa ab eius pretiosis manj-  
bus vt sua potiùs, quàm vestra recipiet.

Alterum, quòd in illa voce nobis dictum fuit, est: *ipsum audite,*  
Quòd præcipuum, in quo nos debemus occupare, est, in eius obe-  
dientia, & diuinæ legis obseruantia. In hac obedientia includitur  
etiam, quam debemus habere omnibus qui sunt eius loco. Euse-  
bius Emisenus, ait: Quanto obedientiores fuerimus præpositis  
nostris, & patribus nostris, tantum obediens Deus orationibus  
nostris,

*Iob. 9.*

*Eusebii ha-  
mili. 3. ad  
monachos.*



Iosue. 10.

nostris. De sancto Iosue dicitur: Obediente Deo voci hominis. Quando rogauit Deum vt sisteret Sol, & statim stetit, non dicit Scriptura Solem illi, sed Deum paruissse: quia in eodem libro dicitur, quod Iosue obedientissimus erat Deo, & ided ei Deus obediuit. Quid excellentius de obedientia potest dici, quam, quod Deus nostram voluntatem faciet si nos ei obedierimus. Sanctus

Bernard. ser.  
per Caus.  
Esa. 38.

Bernardus tractans illa versa E saiz. In die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra ait, Neq; ieiunium, neq; silentium, neque vigilia, neq; orationes, & alia bona opera grata sunt Deo, vbi inuenitur voluntas nostra, id est, vbi virtus obedientie omnino deest. Hæc duo dixit illic Pater æternus, significans quod si volumus frui illa æterna gloria quam filius suus illic ostendebat: illa ad vnam quem debemus observare. Ideo Beatus Paulus dixit: Nos vero omnes, reuelata facie gloriam Dei speculantes, in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem, tanquam à Domini spiritu, sed adiuti & edocti. O quam mira verba. Det nobis Dominus spiritum suum sicut dedit Beato Paulo, vt nos ea possimus intelligere, & exequi. Dicit, nos omnes, non vnus aut quatuor, non enim hæc est res supererogationis, scilicet, imitatio Christi, sed necessaria ijs omnibus qui saluandi sunt. Ideo nos tanquam edocti, & diuino spiritu ducti, gloriam Domini detecta facie contemplamur. Dicit, reuelata facie, quia multi gloriam cum cataractis intuentur: plenos enim habent oculos affectionibus creaturarum, & sic aspiciunt eum velo, & impedimento, nec vt ratio possit, speculantur. Iusti autem reuelata facie, expediti omnibus creaturis, sine cataractis intuentur, clarissimis, & expeditissimis oculis, gloriam Domini attentissimè contemplantur: & hinc transfignantur quadam illius gloriæ imagine, curantes in se habere imaginem illius amoris, & quietis, securitatis, & illius illustrissimi conspectus, effecti tanquam splendidissimæ lucis in hoc mundo, & sic progrediuntur à claritate in claritatem, de virtute in virtutem, de bono in melius, nec vnquam defeciscuntur. Hoc dicit Beatus Paulus nos omnes facere oportere sine vlla exceptione eorum, qui æternam salutem expetunt. Mittite fratres mei vnusquisque manum in sinum suum, & videte, vtrum hoc faciatis: quin aliter curate facere deinceps, quia sic gloria comparatur, ad quam nos perducatur Iesus Mariæ filius, Amen.

DOMI.

## Dñica. II. in Quadragesima.

Assumpsit Iesus Petrum & Iacobum, & Ioannem fratrem eius, & duxit illos in montem excelsum seorsum, & transfiguratus est ante eos. Matth. 17.



**M**A X I M Æ, & valdè vtilis sunt vires spei, & vbi illa regnat, efficit, vt labores præsentis non æstimentur, nec futuri timeantur. Denique spes valdè potens est, & quamuis eam Plato appellat somnia vigilantium, quod nomen accommodari potest spei secularium, non tamen consentaneum est, vt spei iustorum tribuatur. Sed sancti Doctores velut homines à Deo admoniti & illuminati diuersa nomina spei imposuerunt, & dissimillima illi, quod Plato imposuit, Beatus Hieronymus eam vocat, solatium laborum: est veluti balsamentum, quo omnes vitæ molestiæ eduntur. Sanctus Ambrosius eam appellat latronem timoris. Fur (inquit) timoris, diuus Augustinus illam nūcupat vitam vitæ. Vita enim sine spe, falsò, & immeritò nomen habet vitæ, cum sit morte peior. B. Paulus eam dicit anchoram tutam, & firmam animam, que cernitur in medio fluctuum & procellarum mundi, dicens: Confugimus ad tenendam propositam spe, quæ sicut anchoram habemus animæ tutam, ac firmam. Anima absq; spe, est velut nauis maximis periculis obfessa in mari, absq; anchora, qua retineatur, iam proxima vt in rupes deueniat, & cōfringatur. Hæc est vna ratio, & non ex minimis, quare Christus Redemptor noster transfiguratus est in monte Thabor, coram tribus discipulis suis: quia suam diuinam prouidentia voluit regnum Ecclesiæ suæ spe prouidere, vt animam addat suis cum intelligant, quam pauca pessimi desperati homines cōficere, sex antè diebus diuinus Dñs discipulis suis prædicauerat, & in illis vniuerso orbi, & regulas dederat, quomodo eum sequuntur erant, dicēs: Si quis vult venire post me, &c. Et quia hoc asperum debili carni videbatur, voluit statim homines cōstitueri in spe, ostensionem faciēs premij, ac beneficiorum, quibus affecturus est eum, qui sic ipsum fuerit secutus. Hoc cōfortauit maximum illum prophetam Moysen, ad hanc viam currendam, vt affirmat S. Paulus dicens: Moyses

Plato.

Hieron. in  
epist.Ambros. super  
psal. c. 3.Hebr. 6.  
simile.

Ezech. 11.

Moyſes grandis factus, negauit ſe eſſe filium filiz Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere iucunditatem. Maiores diuitias æſtimans, theſauro Egyptiorum, impropriũ Chriſti: aſpiciebat enim remunerationẽ. Perpendite diligentiffimẽ duo. Primum, improprium Chriſti; iam ex tunc tollebat crucem Chriſti, eius diuino favore adiutus. Alterum, quod proſpiciebat in præmium. Eadem re confortabatur S. Paulus, & eius ſancti ſocij, vt ipſe teſtatur, dicens: Gloriamur in ſpe gloriæ filiorum Dei. Non dixit: Gloriamur in gloria, ſed in ſpe gloriæ, quia adhuc illius nihil habemus præter eius ſpem: ſed tanta eſt gloria, quam ſperamus, vt meritò magis gaudendũ ſit eius ſpe, quàm integra, & ſecura poſſeſſione totius monarchiæ mundi. Quid darent, dicite, dãmnaſti, qui in inferno commorantur, vt ſperare poſſent ſe illinc aliquando exituros, & ad gloriam paradifi eſſe peruenturos? ſi descenderet Angelus ad inferos, & diceret. Bonum nuntium, bonum nuntium. Nam Deus conſtituit, vt descendente me centenis millenis annis ſemel ad mare Oceanum, & hauriente vnã guttã aquæ ex eo, poſtquã tota aqua fuerit exhauſta, ita vt nihil amplius remaneat, tunc cruciatus, & dolores veſtri finientur. Dico, quòd ſi tale nunciũ audirẽt, ſpem perciperent, quia intelligerent aliquando tandem eorum tormentis finem eſſe imponendum, ſed nunquam ad eorum aures perueniet. O ſancte Deus, quare hæc audientes nõ obſtupemus? ſed tanquam infani, & totius rationis, ac iudicij expertes, res tam neceſſarias, & tanti momenti parũ pendimus? Curemus ergo fratres mei vt ita viuamus, vt viuam ſpem habeamus eximẽ di nos à tam terribilibus malis, & perfruendi tam glorioſis bonis, vt ſunt cæleſtia, de quibus tot excellentias audiuimus.

Eſt valdè notandum, quòd ſex tantum dies, ait ſanctus Euangelifta; Dominum prætermiſiſſe, antequam præmij præmiſſas, diſcipulis ſuis oſtenderet, inducens eos in vicos cæli, vt illam gloriæ oſtentionem viderent, & tam ſingularem conſolationem perciperent. Præmia ſecularia quando accedunt, inueniunt iã tam perfractum hominis animum, & ſpiritum ita ſperãdo deſeſſum, vt vix illis frui poſſit. Deus non eſt huiusmodi, nõ ita trahit homines afflictos, diuturna ſpe: verum ſtatim vt ei ſeruire incipitis, vel paucis poſt diebus vobis incipit ſoluere, & adhuc in hac vita conſolationibus, & ſpiritualibus delicijs confortare, quæ ſunt pignora

Rom. 5

7 <sup>7</sup>gnora beatitudinis, qua vos in futuro ſeculo eſt donaturus. Conſiderate, quòd S. Paulus de ſe ipſo fatetur, dicens: Scio hominem in Chriſto ante annos quatuordecim (ſive in corpore, ſive extra <sup>2. Cor. 12.</sup> corpus, neſcio: Deus ſcit) raptũ huiusmodi vſq; ad tertium cœlum, &c. S. Tho. ſuper hunc locũ probat omnes has indulgẽtias, & beneficia initio ſuæ cõuerſionis ſanctũ Apoſtolũ accepiffe, & affirmat fuiſſe in vno illorum trium dierũ, quos ſine cibo, & potu duxit. Vt cognoscatis quãtum tardauerit Deus, quin gloriæ ſuæ deguſtationem ei præberet. Hoc experiuntur nunc plurimi ſerui Dei, multi adoleſcẽtes teneri & delicati filij hominum diuitum, qui in domo patrum ſuorum delicatè tractabantur, qui mundum relinquunt, & ingredientiẽs in aſperas religiones, vbi cum ſumma pauperie, & nuditate viuunt dormientes in duriffimis lectis, maximam noctis partem in vigilijs ducentes: modo maximum frigus, modò verò nimium calorem tolerant, paucis cibis, iſq; vilibus, & craſſis veſcentes, & in medium harum auſteritatũ, admirabili quadã voluptate, & inenarrabili conſolatione viuunt. Diuinus enim Dominus, propter quem in ætatis ſuæ teneritate ſeculares voluptates contempſerunt, curam habet afficiendi eos alijs delicijs præſtantioribus & dulcioribus, in quarum comparatione, omnes terreſtres voluptates ſunt fæces & putredo: & ſic in eis impletur quòd dixit Dauid. In ſtillicidijs eius, lætabitur <sup>Psal. 64.</sup> germinans. Noua planta cœleſtibus pluuijs exultabit: Spiritus ſancti influentijs, (quæ ſunt diuinæ eius conſolationes) gaudebit vehementer. Quia ſicut tam ſingularis hortulanus curam habet rigandi nouas plantas, tanquam magis rore indigentes. Contemplans hos fauores, idem Dauid, cum exul peragraret campos Paſtinae, aſpirat, & maximè deſiderabat habitare in domo Domini, dicens: Quàm dilecta tabernacula tua Domine virtutum, concupiſcit, & deficit anima mea in atria Domini. [*Anima mea deficit.*] Deſiderio tam amabilis habitationis, & conſiderãſſe paſſerculis licere nidos ibi conſtruere, dicebat, quaſi eis inuidẽs: etenim paſſer inuenit ſibi domum, & turtur nidũ vbi ponat pullos ſuos. Habebunt paſſeres opportunitatẽ habitãdi in domo Dñi, & ego in hac ſolitudine commorabor, nec eã videre, aut illa potero perfrui? O fratres mei ſi intellegeritis, quã ſuanis ſit requies domus Dei, & quæ quies ſit in ſanctis religionibus, & fauores quos Deus præbet habitantibus in eis: ploraretis, & pie eis inuideretis.

Posset aliquis dicere: Si Christus filius Dei, his ostensionibus 10  
gloriæ suæ conabatur spem nostram fulcire, quare eas non fecit  
potius in vno illorum trium discipulorum, quam in se? Transfigu-  
rari enim Dominum non erat valdè mirandum, siquidem glo-  
ria sua erat, & illa claritas relata ad suâ sanctissimâ animam natu-  
ralis fuit: & quia ex anima glorificata, naturaliter in corpus, glo-  
riæ redundat participatio, hinc est, quòd semper eius sacratissimū  
corpus esset gloriosum, sicut sacratissima anima erat, nisi ipse mi-  
raculosè illius gloriæ suspenderet redundantiam. Sicut si virgo di-  
mitteret crines, quos in capite collectos habebat, & se totam illis  
cooperiret. Sic dicit Doctor Seraphicus B. Bonauentura, nihil  
aliud hodie Redemptorem nostrum Iesum Christū fecisse, quàm  
gloriam relaxare, quam in anima inclusam habebat, vt corpori  
etiam communicaretur. Quam igitur spem possum ego concipere  
re me gloriosum fore, cernens Iesum Christum filium Dei, illa  
gloria rutilantem, cum tam propria illius sit: Si ego viderem san-  
ctum Petrum in illo monte glorificatum, qui purus erat homo &  
peccator sicut ego, aliqua mihi maior ratio manere videretur, ali-  
quid simile sperandi. Dico quòd vult hic optimus Dominus, (&  
dignus est) vt eius amicitia, & suo in nos amori, tantam fidem ha-  
beamus, vt, magis ratam, ac firmam nostram gloriam in eo creda-  
mus, quàm in alio mundi homine. Qui enim tam amicus noster  
fuit, vt mortuus fuerit pro nobis, & vt eam gloriam nobis acqui-  
reret, quomodo acquisitam nobis poterit denegare? Hoc vide-  
tur significare voluisse Dauid: cum exhortans homines, vt re-  
lictis secularibus vanitatibus, ac mendacijs Domino seruirent,  
nullam aliam rationem reddidit, nisi Christum glorificatū esse, 12  
dicens: Filij hominum vsquequo graui corde, vt quid diligitis va-  
nitatem, & queritis mendacium? Scitote quoniam mirificauit  
Dominus sanctum suum. Quæ tanta exaggeratio? quomodo  
(inquit) cum filij hominum sitis, & rationalem animâ tanti pre-  
tij habeatis; eam terrenis rebus contaminatis? Plinius refert, tãtæ  
æstimationis fuisse apud Demetrium Macedoniæ Regem, pi-  
cturâ quandâ Protogenis, eo quòd esset vnus ex insignioribus pi-  
ctoribus qui in toto orbe floruerunt, vt, ne eam inflâmaret, nolue-  
rit ignem imponere muris Rhodi, quam obsessione premebat.  
Quæ ciuitas, ita eo tempore diuitijs erat affluens, vt Pindarus di-  
cat, super eam aurum plueret. Admonitus fuit Rex, quòd si mu-

*simile.**D. Bonau.**Psal. 4.**Plin. l. 35.  
de natura  
li histo.*

13 ros ea parte inflammaret, necessariò comburendum erat tem-  
plum, in quo imago illa seruabatur, quæ etiam absque dubio  
concremanda erat, & satius duxit ciuitatem illam tam locuple-  
tem amittere, quàm imaginem illam destruere. Quòd si Rex  
Demetrius picturam illam tanti fecit, quòd talis esset autoris,  
& quod ipsa talis esset, quæ est causa, quare nos non plurimi  
æstimamus animam nostram, cum sit tam peculiare opus altis-  
simi Dei? & super alia omnia opera tam excellens, tanta cura  
ac prouidentia creata, vt, ad eam creandam dixerit: Faciamus  
hominem, &c. Nam, sicut Theodoretus in quæstionibus su-  
per Genesim perpendit, homo sanctissimæ Trinitatis consilio  
creatus fuit. Et talem imaginem comburet homo brutorum vo-  
luptate? pro pauco honore? pro minima mundi vtilitate? O  
14 maximum scelus; ideò peculiari affectu dicit Dauid: Filij ho-  
minum vsquequo graui corde? &c. Quare cum sitis homines  
rationales in tantam amentiam deuenistis? Considerate fratres  
mei hoc malum intra vestra Christiana pectora: nulla enim  
sunt hominum verba, quæ tantam infortunitatem sufficienter re-  
censere. Et ratio quam reddit Propheta, vt nos à vilium crea-  
turarum amore compescat, est: Scitote quoniam mirificauit  
Dominus sanctum suum. Scitote quòd iam Dominus noster Ie-  
sus Christus possidet gloriam, quam sua pretiosissima morte no-  
bis promeruit: & siquidem in eius manibus est, possumus cre-  
dere iam in nostra potestate esse, nisi eam nostra culpa amitta-  
mus. Etiam Beatus Paulus nos ad poenitentiam, carnisque mor-  
tificationem exhortans, hanc rationem reddit: Vita vestra ab-  
15 scōdita est cum Christo in Deo. Cum autem Christus apparue-  
rit vita vestra: tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria. Mortifi-  
cate ergo membra vestra, quæ sunt super terram, &c. Non pote-  
stis vitam, & gloriam alibi certiores & securiores habere, quàm  
absconditam in vita vestra, qui est Iesus Christus Deus vester. Et  
ex his intelligentur obscura verba, quæ idem sanctus Paulus ad  
Romanos dixit: Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus  
Deo per mortem filij eius: multò magis reconciliati, salui erimus  
in vita ipsius, id est, in gloria ipsius. Videtur Sanctus Paulus in his  
verbis iustificationem glorificationi præferre. Videtur enim affir-  
mare magis arduum esse iustificare, quàm glorificare, siquidem à  
difficiliori ad facilius argumentatur.

*Gene. 1.  
Theodoret.**Psal. 4.**Colos. 3.**Rom. 5.*

Hæc est quaestio difficillima, scilicet: Vtrum sit maius donum & beneficium, gratia, quæ peccatorem iustificat, an gloria, quæ iustum clarificat? in quem maius confert Deus beneficium, in peccatorem iustificans illum, an in iustum glorificans? Cui respondet Augusti. Beatus Augustinus exponens illud Ioan. 14. Maiora horum faciet, dicens: Maius opus est vt ex impio iustus fiat, quam creare cælum & terram. Et ibidem ait: Non hîc audeo præcipitare sententiam meam. Iudicet, qui potest; vtrum maius sit iustos Angelos creare, quam impios iustificare: certè si æqualis est vtrunque potentia, hoc maioris est misericordiae. Vtrunque profectò infinitam potestatem requirit. In iustificatione autem peccatoris apertius diuina misericordia offenditur: & sic iuxta hoc asserunt Theologi, & Magister sententiarum super epistolam ad Roman. Quod licet absolute maius beneficium sit glorificatio, quam gratia iustificans. Nam beneficium glorificationis est gratia consummata in perfectione: sed considerata indignitate peccatoris, & eius paruis meritis, maius donum potest dici iustificatio, quam glorificatio. Hoc exemplo intelligetis illud. Dat Rex equiti, qui perfidus fuit villam paruam, & alteri, qui semper fuit fidus, & ei maximè seruiuit ciuitatem potentissimam tribuit: perspicuum est maius beneficium fieri viro, qui fuerat perfidus. Nam cum dignus esset morte, quod proditor fuerit, non solum illi non infert mortem, sed beneficium nouum confert, et si alteri rem maioris pretij dat: ea propter conflatur Beatus Paulus argumentum à maiori ad minus, dicēs: siquidem nobis dedit quod est plus: scilicet iustificationem, non dabit etiam & minus, scilicet, glorificationem?

Consideratis supradictis etiam in his verbis inest alia maxima difficultas. Nā in illis cōparat S. Paulus mortē Iesu Christi Redemptoris nostri cum eius gloriosa vita; & mortē iustificationem, vitæ verò, quæ est gloriosa eius resurrectio, glorificationem nostrā attribuit. Cum sit certissimū, quod iustificationem, & glorificationem simul, morte sua meruit: vt idē D. Paulus ad Hebræos affirmat: idē noui testamenti mediator est, vt morte intercedente, repromissionem accipiant qui vocati sunt æternæ hereditatis, vbi gratiam, & gloriam repromissionem, vocat, quod toties hoc in sacra Scriptura fuerit promissum: & cum hoc sit verum, quare dicit, quod multo magis reconciliati, erimus salui in vita ipsius

19 ipsius; quod cum reconciliati & iustificati per mortē simus, multo magis per resurrectionem glorificati erimus: Ad hoc respondeo, quod sua morte nobis realiter & verè iustificationem, & glorificationem meruit, quia post mortem iam non fuit merendi tempus: sed tamen gloriosa eius resurrectio nobis vtilissima fuit, & causa efficiens fuit salutis ac glorificationis nostræ, causa enim fuit confirmationis fidei nostræ, & stabilitatis spei, quæ duo valde necessaria sunt ad iustificationem, & glorificationem. Omnia hæc argumenta efficit sanctus Apostolus, vt nos in æterni præmij spe confirmet, quæ crescit in animâ virtus & fortitudo, ad omne vitium expellendum, & in virtute progrediendum. Et idē postquam dixit illa tam suauia verba, quod vita nostra abscondita est, & conseruata in tam fideli amico nostro ac est Iesus Christus, & postquam alia dulciora dixit: Cum apparuerit vita vestra, &c. Conclufit, dicens: Mortificate ergo membra vestra.

Transfigurato Domino air sanctum Euangelium: *Eccē apparuerunt illis Moyses & Helias cum eo loquentes.* Hi duo sancti, positi ad latera Domini, significant duo brachia sanctæ Ecclesiæ amplexata cum Christo in amore, & charitate, quæ eundem sermonem loqui oportet; & eandem sententiam habere in conformitate beneplaciti, & voluntatis Saluatoris nostri Iesu Christi. O quam necesse est hoc ad bonū sanctæ Ecclesiæ. Hæc fuit causa, ob quam dixit Deus Moyfi. Applica ad te Aaron fratrem tuū, vt sacerdos fungatur mihi. Quare Dñe summū sacerdotem constituis fratrem ducis generalis Moyfis: Quia nouit Dñs quantæ perturbationes & labores accidat Ecclesiæ suæ, quādo est discordia inter seculares principes, & prelatos Ecclesiasticos: & contra, quāta pax & tranquillitas sit, quādo omnes sunt conformes: idē voluit Deus vt hi duo principes alter Ecclesiasticus, & alter secularis essent fratres familiarissimi. Omni tempore, quo Ioas amicus fuit Ioiadæ summi sacerdotis, & eius consilia secutus est, prudētissimè regnū suū gessit: cū verò ab eo discrepauit, statim perturbatū labefactatūq; est regnū. Quod si tā necessaria est pax inter Ecclesiasticos, & seculares, quanto magis erit inter ipsos Ecclesiasticos, & quod viuant sicut qui in Imbo cōmorabantur? Horū enim duorū alter vivebat, scilicet Helias, qui venit ex paradiso terrestri, & per hūc significatur seculares, quibus magis licet præfenti vitæ frui, & habere paradysum honestarū voluptatū in suis statibus. Alter verò.

Tom. j. I 3; scilicet,

Augusti.  
tracta. 72  
in Ioannē,  
post med.  
illius tom.  
9.  
D. Thom.  
1.2. q. 113  
art. 9.  
Magister  
sent. super  
epist. ad  
Rom. c. 5.  
simile.

Hebr. 9.

Exod. 28.

4. Reg. 12.

scilicet, Moyses, defunctus erat, & veniebat ex sinu Abraham, & per hunc significantur Ecclesiastici, quia in Imbo, nihil erat præterquam amor, pax, altissima diuinarum rerum contemplatio, & ardentissimum videndi Dei desiderium. Hæc omnia oportet seruare Ecclesiasticos ad literam, & si opus fuerit ad huius pacis conseruationem aliquid, & multum, quidem de iure suo prætermittere, magnopere tenentur id facere, & maiores plus quam minores. In Genesi dicitur, quod cum inter familiam Abraham, & Loth esset discordia, dixit Abraham ad Loth: Ne quæso sit iurgium inter me, & te, fratres enim sumus. Videamus nunc, quas rationes, & modos, quæsierint ad hanc pacem componendam? ait: Ecce vniuersa terra coram te est, recede à me obsecro: si ad sinistram ieris, ego dexteram tenebo: si tu dexteram elegeris, ego ad sinistram pergam, vt cognoscatis nobilitatem, & sanctimoniam optimi Abraham, qui ius suum amisit, ne pacem amitteret. Loth, quod erat minor natu consentaneum esset, vt voluntatem Abraham sequeretur, & noluit Abraham, nisi exuere se autoritate, & iure suo? & omnia minoris fratris potestati obtulit, vt eligeret. Videte quam singulare est hoc exemplum maioribus, vt si volunt pacifici esse cum subditis suis, aliquid de iure suo perdant, sin minus nihil vnquam efficiant.

*Loquebantur de excessu.* Loquebantur de morte Christi. O vitæ reparator, dulcissime animarum nostrarum Magister, quid loqueris Dñe? Postquã tuũ sacratissimum corpus de purissimo sanctissimæ Virginis Matristuæ utero exiit, in præsepio Bethlehẽ, vix vnã horam tranquillitatis habuit, & hoc minimo temporis spatio, in quo ei gloriam tuam communicas, vis agere de tempestate amarissimæ mortis, quam passurum est. Hinc colligitis fratres, quàm necessarium oportet esse, non frui homines voluptatibus huius seculi, sine aliqua amaritudinis inuersione. In die bonorum ne immemor sis malorũ, dicit Spiritus sanctus. O quã præclara doctrina. Disce illam frater mi ab hoc altissimo Magistro. Cũ te videris magis gloriosum, & maiori dignitate elatũ, tũc age de morte tua in corde tuo: loquere de ea cũ proximis tuis, ne voluptates & seculares dignitates te obæcent, & peruertant. Re cordare quem finẽ hæc omnia habitura sint hodie, vel cras: vide quid dicat Iob. Si ascenderit in cælũ superbia eius, & caput eius nabestetigerit, quasi sterquilinum in fine perdetur, & qui eum viderant,

Gene. 13.

Eccle. 11.

Iob. 20.

25 viderant, dicent: Vbi est? licet sis Dux, Rex, aut Imperator, & vertice sydera attingas: denique es sterquilinum, & in illud resoluendus es, & nihil ex te aliud remanebit nisi dici, vbi faustus & pōpā illius? Nonobiles, ò diuites, ò potentes, ecce Spiritus sanctus dicit: Non enim ego ex me ipso dico, quod estis immūda sterquilinia, licet vos plūris faciatis, & æstimetis. Videtis maximum sterquilinum, & dicitis: ò quantum sterquiliniũ, & quot agri eo possunt fertiles reddi. Mittit illuc agricola famulum suum cum vase sparreo, & vna die nihil de sterquilinio remanet, quia disperfit illud per diuersa loca. & prætereuntes, qui antea illud viderant, & illis maximum videbatur, dicunt: vbi est illud sterquilinum, quid factum est de eo? Heu, heu, heu, quã ad literam hoc agitur quotidie. Videtis magnum, & potentem huius seculi, tam diuitem, & 26 rebus omnibus affluentem, cuius omnis sollicitudo est accumulare sterco, & se ipsum, maximum sterquilinum efficere, statũ, diuitias, familiamque adaugens: & quando minus arbitramini, mittit diuinus agricola mortem, tanquam seruum suum, videbitis in instanti totum sterquilinum dissipari, & consumi: partim deferunt hæredes, partim clerici, partim verò famuli, & corpus asportatur in sepulchrum, anima verò Deus scit quo proficiscitur, nihil remanet præterquam: vbi est? quid factum est de illo Principe? de tam potente Rege? de illo diuite ita magnificato? omnia in instanti consumpta sunt. O cecitatem filiorum Adæ! quare tanto affectu animi ea amplectuntur, quæ tam cito sunt necessario relicturi? Considerate fratres mei hæc omnia in die prosperitatis vestræ, vt ipsa vos ad salutem, nõ autem ad condemnationem ad- 27 iuuere consequendam.

*Loquebatur de excessu.* Dicitur hic passio Domini excessus, cùm quia ex amore excessiuo dimanauerit, tũ, quod valde fuerit exuperans. Nam ad redemptionẽ mille orbium, vnus solus eius actus interior sufficeret. Dicitur etiam excessus, quia passus est supra quod vires suæ poterant: baiulans bonus Iesus crucem humeris procidit cum ea, quod plus non posset, & necesse fuit vt Cirenæus eum adiuuaret ad portandam crucem vsque ad locum vbi Christus Redemptor noster passurus erat. Maximum hoc est solatium, & confortatio homini afflicto, & defesso cruce poenitentia, & vitæ virtute præditæ, quam coepit agere. O anima sic fatigata, quando caro imbecilla conquesta fuerit, & coeperit

renuere, quod plus ferre non possit reminiscere, quod omnium rerum Dñs, & suavissimus sponsus tuus pro te plura passus est, quam eius vires poterant tolerare. De hoc loquebantur hi duo sancti, gratias agentes Christo Redemptori omnium, pro opere tam excessivae charitatis. Et sic erant inter montem Thabor, & montem Calvariae, altero oculo in cruce, altero vero in gloria affixo. O quam insignis locus hic est animae illi, quae iam secularibus rebus renunciavit, ut sedeat solitaria inter hos duos montes, & dicat cum David: Levavi oculos meos in montes, unde veniet auxilium mihi, & erigat oculos modo ad Iesum Christum glorificatum in monte Thabor, modo vero ad Iesum Christum crucifixum in monte Calvariae. Ex monte Calvariae advenit illi auxiliium ad patientes labores ferendum, & ex monte Thabor manavit desiderium videndi se collocatam cum Deo in gloria: ad quam nos perducat Iesus Mariae filius, Amen. 19

### Feria, II. post Dñicam. II. in Quadragesi.

*Ego vado, & quaretis me, & in peccato vestro moriemini. Ioannis. 8.*

*Augusti.* **BEATVS** Augustinus super haec verba, affirmat Christum Redemptorem nostrum hoc dixisse, ut ostenderet se non inuitum pati, sed sponte sua morti offerri: ut prophetauit Isaias, dicens: Oblatus est, quia ipse voluit. Ideo dicit: Ego vado, [*Et me vix que nadiemellena.*] Eodem sermone usus est in Coena, ut intelligeret Iudas, quod non quia ab illo tradebatur, moriturus erat: aut consilio quod dedit Caiphas dicens: Expedit vobis ut unus homo moriatur pro populo, &c. Sed quod sic constitutum erat in superno Dei consistorio. Filius hominis vadit sicut scriptum est de eo. Illud vadit, denotat voluntatem, qua filius Virginis perrexit ad crucifigendum, ut praedictum erat in verbis citatis: oblatum est, quia ipse voluit. Sanctus Chrysostomus super sanctum Ioannem dicit: Hoc autem dixit volens nos attrahere, ut nos ad sui amorem alliceret, nobis revelavit se libentissimè ad mortem properare. Et ideo dicit hic etiam: Vado. Eo ad ferendam in cruce crudelissimam mortem, non inuitus feror capillis, sponte mea vado. O foelix, & fortunata forte natus, qui vadit, & non inuitus ad mortem trahitur. Beata anima, quae dicit: Ego vado, & infelix homo, qui

qui non vadit, sed coactus ducitur. Quam libenter optabat David ad mortem accedere, cum feruido spiritu Deum orabat, dicens: E duce de custodia animam meam ad confitendum nomini tuo. Quibus verbis significavit, animam in corpore, esse cathenis vincitiam, & sic est verum, quia est in carcere anima & habet utrumque pedem, qui sunt intellectus & voluntas, compedibus vincitiam. Voluntas est sensualitatis cathena alligata, ut sensit Sanctus Paulus, cum ad Rom. dixit: Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meae & captivantem me, &c. Est valde pensandum, quare S. Paulus hanc carnis rebellionem, vocet legem? & hanc repugnantiam sensualitatis rationi? legem enim iustam & honestam esse oportet. Quae nam autem iustitia est, ut ancilla, quae est sensualitas, rationi repugnet, quae est domina? porius mihi videtur esse contra iustitiam, & contra omnem legem. Ad hoc respondeo quod est lex iustissima, & lex poenalis, sicut praecipit Deus ne occidamus, qui vero occiderit, occidatur; in poenam delicti sui: sic hic, creavit Deus hominem cum iustitia originali, cuius munus erat, tranquillum inter potentias gignere, ita ut sensualitas rationi, caroque spiritui subijceretur. Sed quia ratio Deo obstitit, lex fuit iustissima, in poenam rebellionis suae, ut sensualitas ei repugnaret, & ideo propriissimè Sanctus Paulus illam legem vocat, & dicit hanc repugnantiam esse cathenam, quae animam vincitiam tenet, nec eam patitur extendi quod ipsa cupit. O quam grave vinculum, si te vis extendere ad ieiunandum, statim fames carnem attrahit, ne multum extendaris. Si vultis audire verbum Dei, statim vos retrahit cathena malarum cogitationum, quae omnem adimit attentionem: si vultis orationi vacare, ilico vos retrahit caro, quia defeciscitur. Cum primum vult spiritus ad caelestia evolare, statim corpus in terram gravatur, & caput somno oppressum in humeros declinat. Ideo B. Paulus agens de hac captivitate, statim inferius exclamavit, lachrymosas, & dolore plenas fundens querelas dixit: Infelix homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Alter pes, qui est intellectus sensum cathenis vincitiam est, veluti qui alligatus est non ambulat quantum potest, sed quantum cathena extenditur, & illa finita non potest ulterius progredi: sed statim retinetur, ita est intellectus noster. Ille ex natura sua bene potest spiritum videre, & res spirituales penetrare. Verum, cum sit sensum vinculis alligatus, non potest ad plura extendi,

I 5 quam



quam cathena extenditur: & ita nõ potest plura intelligere, quã  
 sensus possunt sentire. Itaque si aliquid cognoscit & intelligit, prius  
 illud sensus aliquis sensit, ut dixit Arist. 3. de anima: oportet intel-  
 ligentẽ phantasmata speculari: quapropter iure optimo dicimus,  
 corpus carcerem esse, intra quem anima vincitã comoratur. *Itaque*  
 hoc posset aliquis dubitare, & dicere: si corpus est carcer, ergo  
 etiam post resurrectionẽ, erunt animæ vincitæ, quandoquidẽ in ip-  
 sa corpora sunt redituræ? Ad hoc respondeo, quod locus non effi-  
 cit carcerem, sed libertatis inopia, quæ in illo est. Perspicuum est,  
 quod domus illa, quæ in foro est, dicitur carcer illis qui in ea de-  
 tenti sunt, domus verò est in qua custos illorũ habitat, quia ei nõ  
 dicitur carcer, sed domus. Et sic quando quis nobilis incidit in ali-  
 quod delictum, statuitur illi domus pro carcere, & quæ antea erat  
 ei domus habitationis, modò efficitur carcer propter libertatis  
 inopiam. Ita etiã corpus, quod modò est carcer animæ propter li-  
 bertatis indigentiam, postea erit liberum habitaculum in resurre-  
 ctione: erit enim tunc anima libera in eo, iam voluntas non erit  
 sensualitatis vinculis alligata, nec intellectus sensuũ terminis se-  
 ptus tenebitur. Hinc aliquo modo intelligeris quanta benignita-  
 te nobiscum Deus utitur, quod eum simus in fideles, & traditores  
 diuine maiestati, non agit nobiscum velut cum talibus, sed punit  
 nos tanquam homines egregios, constituens nobis nostras metip-  
 sas domos in carcerem. Licet (ut vera loquar) per peccatũ corpus  
 nostrum factum est carcer turpissimus, & terribissimus, propter  
 ignorantiam, quã animæ affert, & turpitudines ad quas eam  
 inuitat. Cum igitur corpus sit carcer, & talis carcer, meritò dice-  
 bat David: Educ de custodia animã meã. Diuina quadã exag-  
 geratione dixit S. Paul. nõ solum iustos, verũ etiam omnes crea-  
 turas insensibiles hanc libertatem desiderare: scimus enim, quod  
 omnis creatura ingemiscit, & parturit vsq; adhuc: & si cupitis co-  
 gnoscere quare omnis creatura ingemiscat veluti dolorib; partu-  
 riẽtis: ratio est, quia expectatio creaturæ, reuelationẽ filiorum ex-  
 pectat. Quia illud tempus expectat cum filij Dei manifestandi  
 sunt, & auferendi ab hac seruitute, quam modo habent in corpo-  
 ribus suis, quæ illis incommodum affert. Vanitati enim creatura  
 subiecta est, non volens, sed propter eum, qui subiecit eam. Dicit  
 creaturas nunc hominis vanitati subiectas, esse in misera quadã  
 captiuitate. Quæ maior seruitus, quã quod dicas tu soli: illucẽ  
 mihi

*Arist. lib  
 3. de ani-  
 ma. text.  
 30. & 39*

*Simile.*

*Psalm. 141.*

*Roma. 8.*

mihi. Ad quid quia facturus sum hanc iniuriã Deo, & facturus  
 est sol licet inuitus, ut arbitrio tuo satisfaciat. Et quod dicas tu ig-  
 ni, calefac me quia sum frigidus, ut recumbam, & offendam Deũ,  
 & facit hoc licet inuitus. Quod dicas claritati lucernæ: illuce mihi,  
 ut videam foeminam, & offendam Deum, lucece mihi ut videam  
 arcam, & ostium, ut proximi mei bona arripiam, & denique con-  
 templare, quod dicas pani, vino, carni, vestibus, pecuniæ: adiuua  
 teme, ut Deum offendam, quotiescumque cũ his peccatum com-  
 mittis, illa verò omnia voluntati tuæ obtemperant, quia omnia  
 Deus sub pedibus tuis subiecit: & omnes creaturæ sperant ut eas  
 Deus liberet, & absque dubio eas hac misera seruitute liberabit.  
 Atque id eò subdit dicens: & ipsa creatura liberabitur à seruitute  
 corruptionis. Itaque dicit quod lamentatur terra, plorant elemẽta,  
 lachrymantur animalia, & omnes denique creaturæ. Et hoc totũ  
 est alapa infligere homini, & eũ insensibiliorẽ lapidibus appella-  
 re, siquidem non sentit, nec ad illud aspirat, pro quo insensibilia  
 maximè suspirarent, si rationis essent participia, hoc enim est rea-  
 liter, quod hæc exaggeratio significat. Bonũ est profecto, siquidẽ  
 homo particeps rationis, & cõsiliij, oculos non aperit, ut status sui  
 infœlicitatẽ agnoscat, quod ei lapides & aliæ creaturæ obijcian-  
 tur, ut intelligat, in quot miseras ei deprauiata vita corruptique  
 mores eũ adduxerint. Hoc loquẽdi modo vsus est etiam Esaias in  
 principio suæ prophetiæ, qui cælũ & terrã vocat ut nunciũ suum  
 Dei nomine audiãt, dicẽs: Audite cæli, & auribus percipe terra,  
 quoniã Dñs locutus est. Reprehẽdẽs in hoc homines, & denotãs,  
 quod tã procul à iudicio absunt, & ita obdurati sunt, ut potiùs au-  
 diãt cæli, & terra, & insensibiles creaturæ, quã ipsi: quæ est terribi-  
 lis exaggeratio. Tertiõ lib. Reg. legitur de quodã sancto prophe-  
 ta, qui acerrimè reprehẽdẽs crimẽ idololatriæ, derelictis homini-  
 bus locutus est ad altare lapideũ: vir Deivenit de Iuda in sermone  
 Dñi, &c. & exclamauit contra altare in sermone Dñi, & ait: Al-  
 tare altare, hæc dicit Dominus &c. Altare altare audi verbũ Dei,  
 nam siquidem tanta est hominum stultitia, iustum est, ut potiùs  
 eũ marmoribus, quã cum illis loquamur. Hoc modò volens Bea-  
 tus Paulus reprehendere homines, qui præsentem vitam amant,  
 nec aliam exoptant, ait insensibiles creaturas ingemiscere, &  
 suspirare, ut adueniat iam terminus & vniuersi orbis finis. Ne-  
 verò seculares homines, & varijs vitiorum generibus delibuti  
 arbi-

*Psalm. 8.*

*Esai. 1.*

*3. Reg. 13.*

arbitrarentur solas illas creaturas hoc desiderare, statim addidit dicens, non solum autem illa, sed & nos ipsi primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorum Dei, expectantes redemptionem corporis nostri. Iusti sunt, qui habent primitias spiritus sancti, quæ sunt peccatorum venia, iustificatio, & gratia, & alia multa auxilia, quæ spiritus sanctus eis solet dare adhuc in hoc mundo. Et quia hæc omnia comparata eum ea festibus præmijs, quæ eis daturus est, sunt parua quædam particula, ideò dicuntur primitiæ, & hi iusti sic diuinis donis locupletati, plorant intra se, expectantes quando hoc exilio liberabuntur. Quod si hoc desiderabant sancti illi Apostoli, qui iam erant extra periculum mortaliter peccandi, & gratiam amittendi, & in opportunitate constituti acquirendi plurima merita, quid oportet nos facere qui positi sumus in periculo amittendi animas? narrat Beatus Paulus maxima pericula, in quibus versatus fuit. Periculis flammarum, periculis latronum, periculis ex genere, &c. Maius verò periculum non narrauit, quod est peccandi periculum. Ipse enim iam erat liber & immunis ab omni periculo peccandi, saltè mortaliter. Sed nos versamur inter omnia pericula, & in hoc plus, quod est omnium maximum. O si cognosceremus, quam iniquum est Deum offendere, quantum desideraremus, iam ab hoc periculo eripil quis vnquam vidit navigatores ventis, procellisque obfessos, qui non suspirarent, & preces effunderent vt iam securam portum tenerent? portus securus est mors, vbi omnia peccandi pericula finiuntur. De mari dixit Deus per Iob: circumdedi illud terminis meis, & dixi: vsque hac venies, & hic constringes tumetes fluctus tuos. Non possunt fluctus pertransire litus, illic constringuntur, & lacerantur omnes. Ita profecto tempestas huius maris, qui est mundus non potest peruenire vltra litus, quæ est mors. Quare ergò ita sumus insensati, vt non suspiremus, & maxime optemus videre nos in illa beata tranquillitate? Malum signum est quando ille qui est in carcere timet foras exire. Est quia dignus est, qui futuæ patibulum sustineat, ad quam timet ne ducatur, cum primum illinc exierit. Talis est miser peccator, qui non vult peccatū suum relinquere: hic enim cum ex hoc carcere exierit in alium duriores detrudetur, vt dixit Hierem. cathenas ligneas confregisti: & facies pro eis cathenas ferreas, quæ sunt duriores. Hæc est causa vniuersalis, cur omnes mali inuiti ad

4 mortem trahuntur: contra verò iusti, tam libenti animo moriuntur. Quia exeunt ad regnandum. Quorum nomine agebat David gratias Deo, dicens: Dirupisti Domine vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis; & quod dixerit ad hoc propositum patet, quia paulò antè dixerat: Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius. Curemus fratres mei vt sancti simus, & sic erit pretiosa mors nostra: & eam desiderabimus tanquam exitum à carcere ad honorem & gloriam. In Gen. enim scriptum est, quod ex eodem carcere tres exiuerunt, vnus ad mortè, qui fuit pistor Pharaonis, alius exiuit vt à domino suo condecoraretur, & hic fuit pincerna eiusdem regis. Tertius verò exiuit ad regnandum, scilicet sanctus Ioseph. Quod admirabatur sapiens, dicens: De carcere, catheniq; interdum quis ingrediatur ad regnum. Hæc omnes differentiæ sunt inter eos qui exeunt à carcere huius vitæ: alij exeunt, vt suspendantur in patibulo inferni: alij verò vt honorentur & glorificentur in cælis. Et inter eos omnes Iesus Christus solus è carcere exiuit vt regnaret, vt ipse affirmauit, cum post suam gloriosam resurrectionem discipulis suis appareret. Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra. Hac de causa, & vt nos saluaret ita sitiebat, diuinus Dominus peruenire iam ad crucis mortem, & ibi vitam suã mortalem terminare, quod significat hoc verbum: ego vado.

Etiam super hoc verbum vado, possumus considerare, quod si Saluator noster dicit, quod vadit, quare miser homo ita anxius erit, vt in hoc seculo radices agat, cupiens in eo æternus fieri: si ipsa stabilitas non vult stare, tu, qui quocumque ventorum flatu commoueris, vis permanere? dicamus hoc clariùs. Quæro Domine, quis est tu? qui dicis: ego vado? ego sum via, veritas, & vita. Si ergo ipsa via dicit quod vadit: viator quare vult stare? quare etiam non dicit: ego vado? ò mirificum verbum! ò Deus infinitæ maiestatis, per viscera tua te oro, vt nos doceas quid ex illo sequatur. Quod est: ego vado, & vita mea est iter breuissimum ad mortem, in qua arduissimam redditurus sum rationem creatori meo. Nolo ergo in itinere iudicem offendere, qui me in fine iudicaturus est. Volo me præparare ad bonam rationem reddendã. Hæc omnia sequuntur ex hoc sancto verbo: Ego vado.

Post hoc verbum vado, addidit Dominus terribilem minam, contra illam Pharisæicam synodum, & contra alios proteruos Iudeos, qui ibi commorabantur, dicens: *Et quæretis me, & in peccato ve-*  
stro

*stro moriemini.* O metuendam sententiam! o bone Iesu. O gloria  
 animarum nostrarum. Quid est querere te Domine nisi sequi  
 te? in quo perfectio nostra consistit. Quid? non ne tuum est illud  
 verbum: Qui sequitur me non ambulat in tenebris? quare ergo  
 nunc dicis, quod qui te sequuntur in peccato suo morientur? ma-  
 ximum est discrimen inter hoc & illud sequi. Aliud est sequi militem  
 ducem suum, ut sequitur discipulus Magistrum, curialis Regem suum, famu-  
 lus dominum suum. Et Christum Iesum ita sequi optimum est. Glo-  
 ria magna est sequi Dominum, dicit sapiens. Aliud autem est se-  
 qui, quod est persequi. Venator ita querit, & sequitur feras, ut eas  
 persequatur. Canis sic leporem sequitur, ut eum insequatur, &  
 fatiget. Avertite fratres, quod qui peccant, Deum persequun-  
 tur. Tales erant canes illi, qui insectabantur Sanctum Sanctorum,  
 qui velut ceruus per omnem virtutem & reuerentiam decurre-  
 bat. Admiramur, & maxime exaggeramus horum immanita-  
 tem, & crudelitatem nostram non demiramur: nam tam crudeli-  
 ter illum nostris flagitijs persequimur, quam illi sua invidia in-  
 sectabantur. Et adhuc (ut dicit Sanctus Paulus,) eum iterum cruci-  
 figimus. Quod si tanta saevitia, peccando committitur, cur tanto-  
 perè peccare laboramus? Aperite oculos fratres mei, & quando pec-  
 care vultis considerate, quod vultis persequi & crucifigere Iesum  
 Christum: quod si vos hoc non deterret: perpendite incom-  
 modum vestrum, & quod vos eterna morte vultis interficere. Quan-  
 tum enim est ex vobis manetis sine possibilitate exeundi, un-  
 quam a peccato vestris viribus. Si haberetis hinc vas aquae ple-  
 num veneno infectum, & hominem videretis, qui sciret aquam  
 illam venenosam esse, & tamen tanta siti premeretur, ut diceret  
 se non posse aquam illam non bibere: si eam biberet non dem-  
 raremini hominem ita sibi ipsi crudelem, qui ut sitim extingue-  
 ret sibi mortem vellet inferre? Eia animae pretioso Dei san-  
 guine redemptae, & eius vita liberatae. quid aliud est pecca-  
 tum mortale, nisi vas aquae venosae? Proprium est aquae frige-  
 facere. Quid ergo est quod magis animam frigefaciat, quam pec-  
 catum mortale? quod eam ita frigefacit, ut nec ignis, quod est ver-  
 bum Dei, nec prunae, quae sunt eius beneficia, sufficiant eam cale-  
 facere. Ideo in Proverbijis dicitur. In die frigoris emisit pallium. In  
 die in quo mortale peccatum commisit qui est dies frigoris, amisit  
 pallium charitatis, quo tegebatur. Quia charitas operit multitudi-  
 nem

*Ioan. 8.**Eccl. 23.  
Simile.**Hebr. 6.**simile.**Prov. 25.*

20 nem peccatorum. In die maioris infelicitatis, quae potest animae  
 tuae evenire amittis charitatem, & Deum. Ecquid scis vtrum sic  
 in perpetuum sis perditus remansurus? & super te cadet maledi-  
 ctio, quae his iniecta fuit. In peccato vestro moriemini. Est iedi-  
 ctum in terra? habent homines prudentiam? Quomodo fieri po-  
 test, quod creatura rationalis, cognoscens quantum sit venenum  
 in peccato, tantam honoris voluptatis, & utilitatis sitim habeat, ut  
 ad eam extinguendam, in tantum malum sese praecipitet, & velut im-  
 manis bellua in illud impetum faciat? O coelum, o terra, tantam cala-  
 mitatem admiramini. Cum benignissimus Dominus, suo dulcissi-  
 mo ore minam illam tam asperam protulisset: voluit tamen pro  
 sua infinita clementia, illis declarare, adhuc eis remedium super-  
 esse, si eo uti vellent, & ita inferius dixit: dixi vobis, quia morie-  
 21 mini in peccatis vestris, si enim non credideritis, quia ego sum,  
 moriemini in peccato vestro. Itaque si in me credideritis, in pec-  
 cato vestro non moriemini.

Interrogauerunt illi: Tu quis es? At illi respondit: *Principium, qui  
 loquor vobis.* Ac si diceret: sum Deus & homo. In quantum Deus  
 sum omnium rerum principium. Et loquor vobis velut homo  
 verus. Dicetis omnes qui hic adestis: sit Benedictus Deus, o pa-  
 ter quia si illi in peccato debebant mori propter infidelitatem,  
 nobis non id deest: firmiter fideliterque credimus in Iesum Chri-  
 stum verum Deum, & hominem. Bonum est hoc: sed Christus,  
 in quem vos creditis, dixit quod oportet eum, qui vult saluus fie-  
 ri, legem Dei observare. Et si quidem vos hoc tam parum cura-  
 tis, aliquo modo significatis, quod non creditis Iesu Christo. *simile.*  
 22 Audite pauca, precor. Si videretis centum homines post parie-  
 tem inimicos Petri, omnes optimis armis munitos, & paratos ut  
 eum occidant. Et videretis Petrum venire sine armis solum &  
 canentem, qui in inimicorum manus incidit, vos credetis Petrum  
 cognoscere, quod sunt ibi aduersarii sui? Non pater. Cum enim  
 Petrus sit solus, & inermis, illi vero plurimi, & armati, non est  
 credibile, quod Petrus sciat illos sibi esse, & ita in eos sese im-  
 mittat. Gaudeo quod veritatem dixeritis. Credo ego quod cum  
 vos in peccato commoramini, sunt duo millia daemonum, ut  
 animam vestram arripiant, & tamen vos tranquilli, luditis peri-  
 ratis, aliorum bona diripitis. &c. Et haec omnia tanta cum secu-  
 ritate facitis ac si haberetis chirographum a Deo, praedesti-  
 natio-

*1. Petr. 4.**simile.*

nationis vestrae. Videmini profecto, & aliquomodo ostenditis, quod non creditis infernū esse ad mala puniēda, nec gloriā ad bona remunerāda. Item si homo fidei dignus vobis cautionē faceret si dederitis suo nomine decem aureos alicui, vobis post breue tēpus se locupletissimum commendatum daturū. Quod Hispanicē dicitis, [*Encomienda.*] Si vos remuneretis euidenter appareret quod non illi fidem haberetis. Siquidem ergo, fratres mei, vobis dicit *Matth. 19* Deus quod qui aliquid in nomine suo, deditur pauperi centuplū accipiet, & vitam æternam possidebit, & vos non vultis. Significatis, vos Deo non credere. Formosa Rachel ibat post virū suum *Genes. 30.* Iacob dicens: Da mihi liberos alioquin moriar. O quam pulchra est fides, de cœlo orta, est donum Dei pretiosum. Hæc formosa Rachel dicit credenti: Da mihi liberos. Fac bona opera, ieiuna, mortifica corpus tuum, alioquin moriar, quia fides sine operibus<sup>24</sup> mortua est. Fides cum liberis, & gratia ac charitate viuificata, est quæ hominem saluum facit. Hanc si vellent illi miseri habere, dicit Dominus quod non mōerentur in peccato suo.

Dicit amplius: *Multa habeo de vobis loqui, & iudicare, sed qui misit me verax est.* Statim de vobis possem vindictam sumere: sed omnia differo in diem iudicij vestri: quia veritas, quam pater meus dixit, quod omne iudicium mihi tradidit nō potest deficere. O fratres quā n metuendum est hoc verbum: quot flagitia Deus modo dissimulat, quæ suo tempore in lucē proferet & ea puniet! & vsq; ad minimas cogitationes, vt scriptū est. In cogitationibus enim impij interrogatio erit. Quod fide cogitationibus reddenda ratio est quid erit de operibus? & talibus operibus? Profint vobis fratres mei hæc comminationes, & ex illis fructum percipite, siquidē<sup>25</sup> propter nos modo recensentur, vt disponamur ad recipiendā gratiam, qua & gloriam impetremus, ad quam nos perducatur Iesus Mariæ filius, &c. Amen.

¶ FERIA III, post Dñicam II. in Quadragesi.

*Super cathedram Moysi sederunt scribae, & Pharisei.*

*Matth. 23.*

**D**I C A T V R. Evangelium vsque ibi: *omnia opera sua faciunt, vt videantur ab hominibus.*

So-

1. Soletis dicere cum videtis hominem malum multa insulta committere: Tandem, tandē est homo. Hoc dicere: est homo, est venter opertoriū, quo (videri vestro) omnes illi defectus operiuntur. Quemadmodum cum mandra mulorū portat supellestilia alicuius nobilissimi Dñi, & aliquis mulorum omnia instrumenta quinquaria defert sicut lebetes, sartagine, verua, & fuscinas, tūc super inijcitur aliquod opertoriū, quod illa omnia obscœna, & immunda tegat. Ita arbitramini omnes defectus hominis operiri dicendo: Deniq; homo est. Et non rectē putatis nec benē iudicatis. Nā vt dicit Lactantius Firmianus, Nihil magis alienū à natura humana, quā offendere creatorem suū, & sic nihil magis rationi consentaneum, quā hominē creatori suo seruire, & virtutem operari. Et hæc est potissima ratio, quare quisq; peccator naturaliter gaudet crimen suum celare licet ex eius manifestatione nullum sibi euenturum incommodum pertimescat. Quot modos quæsiuit David vt tegeret adulterium, quod commisit cum Bethsabee? non quod iudices haberet, quos posset timere, siquidem ipse erat supremus iudex, nec partem timeret, cum Vrius esset pauper miles, & tamen magnopere sollicitus erat nē crimen illud detegeretur, quot rationes, & insidias excogitauerit Saul, vt David à Philistæis interficeretur? Hæc omnia fiebant, quia peccatū est contra instinctum rationis & naturaliter homo desiderat non videri malus. Contrā verò cum virtus sit conformis rationi, naturaliter homo cupit videri cum eam operatur. Atq; hinc intelliguntur multæ sententiæ scripturæ mirificæ, & cognoscetur causa, quare S. Paulus bonos vocet filios lucis, & diei, malos verò nuncupet filios tenebrarum, ac noctis, quæ est peccatorum tegmen: dicit enim, omnes vos filij lucis estis, & filij diei non noctis & tenebrarum, id est, dediti estis operibus, quæ non pudet in publicum prodiere, aut in meridiana luce apparere. Nō enim estis sicut mali, qui sunt filij noctis, & tenebrarum, id est, amici operum, quæ quærūt noctē & fugiunt diem. Ad Romanos dicit: Abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis sicut in die honestē ambulamus. Quod significat: Abijciamus à nobis flagitia (quæ vocat opera tenebrarum, eò quod latebras quærant) & induamur arma lucis, opera virtutis appellat arma lucis, quia nos à peccato protegent. Et dicit ea lucem, quia volunt videri, & desiderant clarum diem. Omnem hanc sanctam Philosophiam nos docuit Christus.
- Tom. j. K stus

*Simile.*

*Lactan.*

*2. Reg. 11.*

*1. Reg. 18.*

*1. Thes. 5.*

*Roma. 13.*

Leam. 3.

stus noster diuinus magister dicens: omnis enim, qui malè agit odit lucem, & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius. Qui autem facit veritatem venit ad lucem, vt manifestentur opera eius, quia in Deo sunt facta. Dicit, quòd peccator non vult videri, nec cognosci vt talis, nè fortè sua mala opera in quibus delectatur, reprehendantur, & vocat veritatem, virtutem & bonum opus, accipiens causam pro effectu, quia est opus factum iuxta rationis veritatem. Itaque sic proprium est virtutis prodere se, vt vitij se occultare, & quemadmodum per minimum foramen lux intendit prodire, & manifestari, sic etiam facit virtus. Et ita hoc verum est, vt cum in vanam gloriam rapimur nobis necesse sit bonum opus abscondere, quia naturaliter illud cupimus manifestare. Ideo Dominus noster Iesus Christus, vt huic naturali affectui obuiet nos admonet dicens: Attendite, ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis. Hinc potestis colligere summam sapientiam Dei nostri & diuini Magistri Iesu Christi in institutione sacrosancti sacramenti poenitentiae, & animaduertetis quàm rationabile fit hoc diuinum sacramentum, quod malis tam difficile, & graue videtur cognoscetisq; efficacissimum remedium esse omnium, quæ in peccatum excogitari poterant. Nam cum peccati natura sit abscondere se, vt conferuetur, & vltèrius progrediatur, sic medicina eius efficax esse debet, prodere illud, vt ei obuietur. Contraria enim contrarijs curantur. Ab hac cælesti doctrina oportet nos admoneri, siquidem rationalis natura gaudet opera manifestare iuxta rationem facta, quæ sunt virtutes, vt cum ea fecerimus, reprimamus hanc naturalem inclinationem, nè ea aliquando faciamus, vt hominibus placeamus, in hoc enim maxima iniuria Deo inferretur.

simile.

Vna ex maximis iniurijs, quibus vxor virum suum potest afficere est: adaptare se & exornari coram eo, vt alteri placeat, cum aduertat virum suum hoc intelligere. Ita fit maxima iniuria creatori, animarum sponso, quando homo, virtutibus exornatur, vt hominibus placeat non vero diuinæ Maiestatati. Ad hoc notate singulare exemplum. Milites Gedeonis habebant vrnas manibus sinistris, in quibus erant lucernæ, & cum deuenissent in locum pugnae inflabant buccinas, vrnas frangebant, lucernæ nitebant, & ipsi vociferabantur dicentes: Gladus Domini & Gedeonis.

ind. 7.

nis.

7 nis. Nemo dicebat gladiū suū. Sic nos cū aduersus dæmones col-  
luctamur, & cum mundo pugnamus, & corpora nostra mortifica-  
mus, tunc poenitentiae lux splendet: sed in his omnibus nullam  
oportet vocē, præter laudem Domini audiri. Vociferamini quā-  
tum volueritis, vrnas istas confringite splendete maximè dum-  
modo nomen gladij vestri non audiat, sed gladius Dei, & Iesu  
Christi filij eius, cognoscetes ab eo vires, & auxilium dimanare,  
quo omnia bona fiunt. Sit igitur hæc conclusio, quòd expetere  
quidem gloriam, aut eam concupiscere ne laboretis propter ip-  
sam tantum gloriam, sed quantum ad habendam occasionem, vt il-  
lic Deum magis ametis, & glorificetis. Et odio habere infernum,  
principaliter sit, quòd illic Deus non amatur, sed potius blasphe-  
matur. S. Ansel. dicebat: Male purus à peccato, & innocens gehē-  
8 nā intrare, quā peccati sorde pollutus cælorū regna tenere. Verba  
profecto tam sancto viro dignissima qui solam gloriam Dei ex-  
petebat. O quis in tantum perfectionis gradum deueniret. Om-  
nia diuino auxilio, & nostra bona dispositione possūt impetrari.

Hæc omnia dixi occasione infeliciū illorum hominū, de qui-  
bus dicit Dñs in hoc Euāgelio, quòd. *Omnia opera sua faciūt &c.* De  
his dicit modo: *Super Cathedram Moysi sederunt scribæ, & Pharisei.* Est  
valdè notandum, quare de cathedra meminerit, & non simplici-  
ter dixerit: quæcunq; hi scribæ, & pharisei vos docuerint facite?  
Dico, quòd in hoc voluit prædicatores admonere, vt cum prædi-  
cant ne arbitrentur se homines esse peculiare: sed quòd ij illius  
9 tēporis repræsentabant Moysen & eius autoritatem, prædicato-  
res verò nostræ tēpèstatis repræsentant personā Christi Redē-  
ptoris nostri & ipsius autoritatem, & sic prædicator hoc munus  
exequens debet cogitare se esse alterum Deum. O vtinam prædi-  
catores & auditores ad hoc attendant. Prædicatores, vt sic confi-  
derent, quo feruore, quo spiritu, quo zelo, amore, & intentione  
debeant prædicare omnia, quæ intelligunt, quòd Christus faceret  
stās in hoc loco sancto debēt ipsi curare vt efficiāt secundū vires  
suas. Auditores verò, vt nō cogitēt se hominē similem illis audire  
sed eundem Deū eos docere existimēt, & sic eum audiāt ea reue-  
rētia, & affectu, quo Deū ipsum audirēt. Ideò subdit: *Omnia, quæ-  
cūq; dixerint vobis facite &c.* Plurima notabilia dicit hic Dñs: primū  
est: Omnia, quæ dixerint vobis. Hoc verbū, omnia, debet intelli-  
gi in preparatione animi, vt nostræ volūtas saltē ad omnia extēda-

Ansel. libr.  
de beatitud. c.  
190.

K 2 tur,

*simile.*

tur, vt propositum habeamus faciendi omnia bona, quæ nos do-  
centur: in executione verò perueniamus quousq; poterimus. Sa-  
gittarius, qui in scopum missurus est sagittas: si arcus est laxus,  
necesse est, vt aliquantulum altiùs intendat vt scopum possit at-  
tingere: si enim statim in scopum tela dirigit, propter arcus laxi-  
tudinẽ multo inferiùs sagittas affiget. Sic cū propter peccatum,  
tam laxa remanserit voluntas nostra, necesse est intentionem ex-  
tollere, & altissimum habere propositū res perfectionis operan-  
di, vt cum sagittas operis immiserimus, attingamus saltem scopū  
obseruationis, præceptorū ad quæ tenemur. Si enim statim intē-  
dimus in scopū, quod est id ad quod tenemur multo inferiùs at-  
tingemus minora faciētes. Secundū est: seruate, & facite. Vt facia-  
tis, quæ vobis præcipiuntur, seruate ea in cordibus vestris vt facie-  
bat Dauid, qui dicebat: in corde meo abscondi eloquia tua, vt nō  
peccem tibi. Si domi haberetis semen, quod satum vobis, in fru-  
ctum redderet nummos aureos, quomodo illud seruaretis? quā  
igitur oportet vt memoria, & corde, cum affectu verbum Dei  
seruetis, cum sit semen, quod in fructum fert cælum? & non con-  
tētus est dicere: seruate, sed addidit: & facite. Multi sunt, qui ver-  
bum Dei seruant ad docendum, non autem ad faciendum. Quā  
miserabile est videre anxietatem, quam multi habent, tantū da-  
re operam literis, tantum pernoctare, & libros euoluere, tantum  
bonas sententias memoriæ mandare, & hæc omnia ad alios do-  
cendos, vt se doctissimos ostendant, & tandem, vt se, non verò Ie-  
sum Christum prædicent, & hoc patet siquidẽ verbum seruauē-  
runt, vt illud docerent, sed non vt facerent quia nūquam memo-  
rantur aliquid operari, ex multis, quæ ipsi prædicant. Maximas  
quasdam benedictiones, quas promisit Deus per Dauid dicens:  
Misericordia autem Domini ab æterno, & vsque in æternum  
&c. declarat illis esse conferendas, qui seruant testamentum eius,  
& memores sunt mandatorum ipsius ad faciendum ea.

Tertium est: *secundum vero opera eorum nolite facere.* Non at-  
tendatis, quæ faciunt, sed quæ dicunt. Siquis iret in Indiam ad  
quærendum aurum, & diceretur illi: ecce optimum aurum.  
Ipse vero diceret: Nolo hoc aurum, quia est commissum ter-  
ræ. Diceretis ei: stulte accipe aurum, terram verò desine. Bo-  
na doctrina est aurum purissimum. Ideo Dauid in Psal. dicebat:  
Ideo dilexi mandata tua super aurum & topazion, sed si ali-  
quan-

*Psalm. 118.**simile.**Psalm. 102.**simile.*

13 quando malo exemplo commiscetur non idè non accepturi  
estis bonum. Si estis famelici & vobis offertur perdix, quod sit  
in catino fictili non editis eam? non sum tam stultus. Quid mea  
interest? tam perdix est acsi in argenteo, aut quidem aureo ca-  
tino portaretur. Optimus sermo, est perdix substantialis; Deus  
eum mittit in prædicatore dissoluto, edite & fructum percipite  
ex eo, quia proderit vobis. Hoc præcipit hic noster æternus Deus:  
siquidem cum illi essent tam hypocritæ, ambitiosi, ac superbi  
præcipit fieri, quod ipsi docent. *secundum vero opera eorum nolite  
facere.* Nescitis ambitiosi, nec superbi, sicut illi, sed qui maior fue-  
rit inter vos hic sit velut minister & seruus aliorum, & reddit rationem.  
*Quia qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur.* O di-  
uinam sententiam! quis semper eam visceribus suis insculptam  
14 portaret, & omni diligentia curaret tam pretiosam virtutem  
sicut humilitatem adipisci, sed spero fratres mei in misericor-  
dia Dei, quod rebus ipsis, quas vobis dicturus sum, illius amore  
capiendi estis, & curaturi eam impetrare. Oportet vos scire in  
primis, quid sit humilitas. Sanctus Bernardus dicit: Humilitas  
est virtus, qua quisque veram sui cognitionem sibi ipsi vilescit. Vbi  
innuit, quod contemptio sui oritur ex cognitione sui. Dicamus  
quod non sufficit ad hoc vt aliquis sit humilis, se parui facere, &  
contemnere, sed quod opus est vt quando alius eum neglex-  
erit patienter ferat: & qui in suis proprijs oculis est paruulus de-  
sideret id esse coram alijs etiam, & quod alij de illo sentiant,  
& ardentissimi desiderijs, eo peruenire, vt cum ignominia dele-  
15 scatur, sicut superbus honoribus oblectatur. O quis iam ad tan-  
tum humilitatis gradum perueniret sicut ille, qui dixit: Fa-  
ctus sum tanquam vas perditum ante te quoniam vidi vituperationem  
multorum commorantium in circuitu. Quando, Domine videbam calumnias,  
quas multi commorantes iuxta me mihi faciebant, & quando vndiq; eorum iniurijs circundabar  
offerebam me coram tuo diuino conspectu sicut vas fractum,  
& perditum cognoscens; quod quemadmodum vas fractum  
quod in via reperitur non prodest nisi vt in illud immunditię, &  
obscenitates immittatur; sic ego non sum dignus nisi calumnijs,  
& vituperationibus, iam enim eas dignè promerui. O mirifi-  
cam Sancti humilitatem, talem nobis communiçet diuina maie-

*simile.**D. Bernar.  
De 12. Gra-  
dibus humi-  
litas.**Psalm. 30.*



*Quid in populi ingressu su pater s. Dominicus dicebat.*  
 stas. Ad hanc perfectionem peruenerat gloriosus pater sanctus Dominicus, qui cum in aliquem populum ingressurus esset solebat prius humili oratione Deum supplicare ne irasceret eius diuina clementia in illum populum sua causa & propter sua peccata. O Domine (dicebat vir beatus) ne mittas huic populo (pro tua clementia hoc rogo) aliquod supplicium, quod vir tam iniquus, ut ego in eum intrauerit. Quid vobis videtur de hac humilitate? Ego verè affirmo, quod ille non faciebat hoc fictè aut ex hypocriti, sed maxima cum sinceritate reputans se (pro sua profunda humilitate) omnium pessimum. Eò quod hæc tam singularis virtus nobis deest in tantam calamitatem mundus deuenit. O quis posset hic penitus quod sentit explicare. Unde, dicite mihi quæso fratres mei, tãta seditio, tumultus, & infœlicitas in republica christiana orta est, nisi ex præsumptione, & superbia? hic est stimulus totius solitudinis, & anxietatis, qui homines continuo concitat, & compungit, nè vnum quidem diem tranquillam in hac mortali vita eos ducere patitur. Videbitis hominem dies noctesque infomes, & sine quiete ducere in nimis literarum studijs, ut inter peritos præcipuus habeatur. Alium cernetis anxium & fatigatum, qui nihil intentatum relinquit, ut diuitias acquirat & diues habeatur, a quo domus maxime familiæ existimetur. Alium denique experiemini, in maxima solitudine constitutum, & molestijs plenum, ut fauorem, & maximam comparet dignitatem. O grauissimum onus filiorum Adæ humeris impositum, ex quo rationis usum habere ceperunt, usque ad nouissimum diem sepulturæ, quam verè de his dici potest quod dixit David, Con-  
*Psal. 10.*  
 tritio, & infœlicitas in vjs eorum, & viam pacis non cognouerunt. Quæ via pacis est certè humilitas, per quam si iter fecissent, dulcem, pacificam, tranquillamque vitam duxissent. O quæ pax & tranquillitas est in humili corde? & quæ inquietas, & fractio in superbo animo commoratur? Hinc intelligetis rem quandam notabilem, quæ in Genesi habetur vbi dicitur quod Nemrot cepit esse potens in terra. Fuit autem principium regni eius Babylon, & Arach & Acad & Chalanne in terra Senaar. Pependite opera Dei. Chanaã fuit descēdēs maledictus a Noë & a Deo in seruitutem subiectus cum omnibus posteris suis, ut patet Gen. 9. vbi dicitur: Seruus seruatorum erit fratribus suis. Et nepos huius male-  
*Gen. 9.*  
 male-

19 maledicti erat Nemrot, & tamen, ut hic apparet, filii maledicti sunt, qui dominari ceperunt, & possidere dominia & imperia: siquidem Nemrot, fuit primus qui habuit imperium Babylonis. Quid ergo non adimpleta est Dei maledictio, quando quidem maledicti prius ceperunt esse Domini? Hinc colligetur quod verè dominium expetere, vires cedere, Monarchias possidere, nō est esse dominos, sed potius rerum omnium seruos misera quadam seruitute & peiori, quàm si hominibus seruiretur. Infœlicius est enim superbix, ambitioni, pecunizque seruire, quàm cunctis hominibus obedire, ut Beatus Paulus dixit: omnis fornicator, aut immundus, aut auarus &c. quod omne est idolorum seruitus. Vbi hæc omnia miseram idolorum seruitutem vocauit. Satis miserum est seruire statuis, & in sensibilibus creaturis, & sic  
 20 hi velut serui vitam infœlicem degunt, & quia noluerunt in humilitate ambulare, quæ est via pacis, ad eam nunquam peruenerunt. Ambulate ergo charissimi fratres in hoc sancto itinere, & ut non eretis, nè oculos conijciatis in homines superbos, & cum hominibus elatis nè ambuletis. Spiritus enim sanctus dicit: qui communicat superbo induit superbiam. Dicit quod induet superbiam significans in hoc, quod sicut vestis tegit corpus & est quod magis apparet: sic si cum superbis conuersamini tam induti superbia eritis, ut in oculis, aspectu, & omnibus corporis motibus superbi appareatis. Si ergo vultis scire quomodo ambuletis in humilitatis via conijcite oculos in humiles; & præsertim in Magistrum veræ humilitatis, Iesum Christum Filium Dei vnigenitum, qui vos inuitat dicens: Discite à me quia  
 21 mitis sum, & humilis corde. Conuersamini cum hoc caelesti Magistro sapissimè, & experiemini quomodo anima vestra induet humilitatem, ita ut sicuti veste ea cooperiamini, & in oculis, vultu, & denique toto corpore humiles appareatis: sicut diximus, eos qui cum superbis conuersantur toto corpore superbiam demonstrare. Si hanc humilitatem habueritis perficientur in vobis ea, quæ hic dicta sunt ab ipso Domino.

*Qui se humiliat exaltabitur.* Hæc est enim via, quæ ducit ad exaltationem gloriæ. Ita affirmat Beatus Augustinus dicens. Non tibialiam viam ad vitam compeſcendam inuenias, quàm eã, quæ in ueta est à Christo. Ea autè prima est humilitas, secūda, humilitas, tertia humilitas, & si septies interrogaueris semper hoc dixerim.

K 4 Nullam

I. Cor. 5.

Eccle. 13.

Matth. 11.

D. Aug. in  
epist. ad Dios  
cor.

Nullam aliam viam (ait hic sanctus) in cælum inuenies, nisi quã inuenit Christus, quod si quæras, quænam hæc sit via? primum dicam esse humilitatem. Quod si centies interrogas quæ sit via? toties tibi respondebo, humilitatem esse. Si enim hac non iter facis nunquam illuc accedes. Hanc viam elegit Iesus Christus, hanc viam cucurrit, atque in cunctis operibus suis, ab ortu suo, vsque ad obitum semper humilitatem docuit. Vt ex hoc, quod æterna sapientia faciebat intelligerent homines quàm necessaria illis esset. Quando, in eunte vere acceditis ad siculneam ad quærendos ficus præcoquas; si videtis aliquam ficum punctam à passeribus illico illam apprehenditis tanquam magis maturam, & quæ vobis magis conuenit; scitis enim, quod passerculi certo quodam naturæ instinctu eruditi non solent decipi, sed semper maturiores ficus rostro mordent. Si ergo tantum apud vos auit<sup>23</sup> iudicium & electio valet, quare non eandem auctoritatem tribuetis electioni Iesu Christi Dei veri? quare non curabitis ea facere, quæ ipse fecit, & ea quæ ipse amplexus est, amplecti, ac illa quæ respuit, repellere? si hic altissimus Dominus ita contempsit superbiam diuitias, voluptates, & sæculares dignitates, & ab in eunte ætate amplexus est humilitatem, & ea omnia quæ secum humilitatem afferunt, sicut paupertatem, laborem & ærumnas & c. quare vos non amplectimini, quod ille amplexus est? & cur non fugitis & expellitis, quod ipse expulit? Nonne scriptum est de eo, vt sciat reprobare malum, & eligere bonum, id est, quia sciuit. Optimè cognouit quid sibi eligendum esset. Et quid negligendum ait Sanctus Paulus: cum esset filius Dei didicit ex his, quæ passus est obedientiam. Quod sic intelligendum est: ex<sup>24</sup> his, quæ passus est didicit, id est, discere nos fecit obedientiam. Patiens, & obediens vsque ad mortem nos erudit vt quomodo obedire debeamus, eodem igitur modo sua humilitate nos docuit, quàm humiles esse debeamus, per quam corporis sui glorificationem adeptus fuit & nominis sui exaltationem, ea (inquam) nos docuit, quomodo nos simus humiliaturi, & per humilitatem exaltationem gloriæ consecuturi ad quam nos perducatur Iesus Mariæ filius, qui cum patre & sancto spiritu viuit, & regnat in secula sæculorum Amen.

*simile.**Isa. 7.**Hebr. 5.*

¶ Feria.

## ¶ Feria III. post Dñicam. II. in Quadrage.

*Ascendens Iesus Hierosolymam assumpsit duodecim discipulos suos secreto, &c. Matth. 20.*

**N**ARRAT Sanctum Euangelium celeberrimum illud iter, quod Iesus Christus Dominus noster fecit ad Hierusalem, & quomodo in certo loco illius segregas discipulos suos secreto, illis pectus suam reuelauit, & quid illuc agendum esset, penitus explicauit. Viatores, qui eunt ad aliquam urbem aliquod arduum negotium acturi, totam cogitationem ita in illo negotio fixam habent, vt totum iter consumant in cogitando, & loquendo cum socijs suis quomodo illud sit efficiendum. Ibat Pharao in persecutione Hebræorum, & dicebat: Persequar & comprehendam, diuidã spolia, implebitur anima mea. Euaginabo gladium meum, interficiet eos manus mea. Sanctæ illæ mulieres, quæ ibant ad vngendum corpus Domini, ibant dicentes inter se: Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Hæc omnia sunt quia ex abundantia cordis os loquitur. Hac de causa loquebatur noster diuinus Magister de illis quæ Hierosolymis erat passurus; erat enim negotium, quod ipse magnopere conficere desiderabat. S. Paulus dicit: non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Quod omnes sumus viatores, qui iter facimus ad cælestem urbem: consideremus ergo quid illic simus acturi, vt de eo loquamur in itinere huius vitæ, & in hoc frequenter cogitemus. Quis acturi simus illic, dicit David: Beati qui habitant in domo tua Domine in secula sæculorum laudabunt te. In hoc ergo frequenter occupari nos oportet, in laudando, & glorificando æternum Deum nostrum. Putatis ne, quod lingua, quæ hic assuefacta est mentiri, iurare, murmurare, & turpia loqui, poterit, illic laudare Deum? longè opinione fallimini. Hinc oportet vt docti exeamus & sapiensimè nos in eo exerceamus. Miserabile est, quod cum omnes nos ad cæli inter facere fateamur, nunquam tamen de cælestibus, sed de terrenis, & quidem sapiensimè de infernis agamus. Eques prius tres aut quatuor hastas frangit, quàm certamen aggrediatur: & putat infortis peccator, quod cum nullum fecerit exercitium, nec præparationem, sciet esse beatus. Loquebatur

*simile.**Exod. 15.**Marc. 16.**Hebr. 13.**Psalm. 83.**simile.*

K. 5

Feria.III.post Dom.II.

154

quebarur Dñs de illa crudelissima morte, quã pro nobis passurus 4  
 erat. Quę, siquidē nobis magnę fuit vtilitati, ratio postulat, vt nū  
 quã à nostra memoria, ac cogitatione excidat. Vellē fratres mei  
 vt in hac pretiosissima morte Dñi reparatoris nostri Iesu Christi  
 tria profundissimē perpendatis. Primum, quod illa sanctissima  
 mors fuit sacrificium, & quatenus sacrificium nos reconciliauit  
 æterno Patri, & ipsum placauit. Secundum, quod fuit ineffabile  
 quoddam beneficium, quo nos inuitauit, & quidem (si ita dici po  
 test) nos compulit ad sui amorem. Sic dixit S. Paulus: Caritas  
 enim Christi vrget nos æstantes hoc, quoniam si vnus pro om  
 nibus mortuus est; ergo omnes mortui sunt, & pro omnibus mor  
 tuus est Christus, vt & qui viuunt, iam non sibi viuunt, sed ei,  
 qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit. Pensate diligenter ver  
 bum illud: vrget nos, quod caritas Christi nos cogit, vt omnem 5  
 nostram vitam in eius amore, & seruitute consumamus. Ter  
 tium, quod fuit mirificum quoddam exemplum, quo nos ad sui  
 imitationem inuitauit, vt sanctus Petrus dixit: Christus passus  
 est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vesti  
 gia eius. Hoc diuino sacrificio spes nostra fulcitur, beneficio  
 inflammatur caritas. Exemplo florere, & accrescere oportet  
 virtutem & operationem nostram. De his deberemus loqui, &  
 agere in hoc vitę itinere & absque dubio id faceremus, si ea stu  
 diosissima cōsideratione ruminaremus, sicut hic modō diximus.  
 Etiam in hoc docemur, quod siquidem noster diuinus Magister  
 cum vadat ad moriendum, loquitur, & agit de morte sua, nos etiã  
 quandoquidem ad mortem pergimus vnusquisque assiduò de  
 morte sua loquatur.

Philosophus quidam mortem vocauit temperamentum deli  
 ciarum. [*Contrapeso de los deleytes.*] Appendit deorsum libra in sta  
 tera, & imponis tu in alia lance repensum satis graue, quo impo  
 sito libra non attrahit ad se, quod præcipuè penditur, quod antea  
 attrahebat. Constituto corde in statera rationis, & ex alia partē  
 imposita voluptate, tantum impendet voluptas, vt cor ad se alli  
 ciat: statera enim rationis fallax est, de qua dixit Salomon: State  
 ra dolosa abominatio est apud Dominum, quod ergo remedium  
 est, vt deliciae non attrahant cor? Ponite maximam mortis confi  
 derationem, quasi repensum ex alia parte, & illud non allietet vo  
 luptas: vt enim rectē dixit D. Hieronymus: Facile contemnit  
 omnia,

1. Cor. 15.

1. Pet. 2.

Simile.

Prot. 11.

Hier. ad Pau  
lin. de scrip.  
Ecclesiast.

7 omnia, qui se semper cogitat esse moriturum. Quod si sola  
 mortis cogitatio tam admirabilem effectum producit, quid  
 erit si huic considerationi addas memoriam ætæ, & terri  
 bilis rationis, quam in illa hora Deo redditurus es? Quomodo  
 extendet manum suam ad opus malum, qui hoc ante ocu  
 los tulerit? Sapiens dicit, quod dixerunt impij cogitantes apud  
 se: non rectē: Ex nihilo nati sumus, & post hoc erimus tan  
 quam si non fuerimus. Dixerunt mali: Siquidem non est plus,  
 quam nasci, & mori: venite ergo fruamur bonis, quæ sunt,  
 & vtamur creatura, tanquam in iuuentute celeriter. Veni  
 te (aiunt hi mali alijs sibi similibus: mali enim cum malis ma  
 ximē delectantur) & acceleremus, & creaturis perfruamur, li  
 cēt hinc senes caduci, sicut in adolescentia, cum exuperat fan  
 8 guis, & viuit sensualitas, ratio verò est neglecta & quidem qua  
 si mortua & sepulta. Hi vicissim confortabantur ad exercen  
 dam prauitatem, illo errore obnitentes, scilicet, quod non erat  
 immortalitas animas: sed est valdē lachrymandum quod hanc con  
 sequentiam, & confusionem infidelium negantium aliquid  
 amplius esse, quam nasci & mori, in communi Christianorum  
 vita experiamur. Non est admirandum si ij, qui arbitrantur  
 non esse aliam vitam præter hanc, dicant, celeriter delectemur.  
 Christiani verò siquidem hoc antecedens negant, quomodo au  
 dent consequens illud inferre? Nisi esset verum, esse aliam vi  
 9 tam, tolerabile esset dicere; siinus mali: sed quando verum  
 est, quod est alia vita immortalis, & tu firmiter hoc credis, quo  
 modo potes inde inferre, vt viuas, sicut viuis? Viderur tibi fra  
 ter mi, bona hæc consequentia, siquidem ego credo, aliam ef  
 se vitam in qua boni præmio afficiendi sunt, mali verò terribi  
 li & æterno supplicio puniendi; volo celeriter malè viuere, &  
 presentibus perfrui delicijs? O terribilem amentiam hominis  
 tam expertis rationis, ac si esset immanis bellua! O Deus Maie  
 statis infinitæ, aperi nunc oculos cæcis istis, pro tua infinita cle  
 mentia, vt anim iduertant perditionem suam & quantum à ve  
 ritatis limite aberrant, & sic ad veram peccatorum suorum poeni  
 tentiam conuertantur, ac nunc efficacissimè de morte sua agant,  
 de quæratione, quam coram tuo diuino conspectu reddituri sunt,  
 assiduò loquantur.

Sap. 2.

Tunc

Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi. Quis tale cogitaret? or  
 quò tunc temporis, atque in tali coniunctione poterat aliquod  
 ambitionis vestigium in pectoribus tã apostolicis reperiri? Per-  
 spicuum est, fratres, quòd inter humanæ animæ passiones vehem-  
 entissimus fere est gloriæ & honoris affectus. Nullus est diues,  
 aut pauper, nobilis, aut rusticus; maximus, aut minimus, qui in-  
 narrabili quadam ac penè infinita gloriæ cupiditate non inflam-  
 metur. A deò, vt, cum vita tam amabilis sit, aliqui tamen illa po-  
 tius, quàm honore maluerint priuari. Et cum hic appetitus tan-  
 tus, tamque communis sit, oportet nos scire, quare illum naturæ  
 fabricator Deus hominam animis impresserit. Dico hoc ita con-  
 stitutum fuisse admirabili Dei providentia, vt honoris appeti-  
 tus, & quòd ex eo sequitur ignominia odium, nos vehementis-  
 sime ad virtutis studium, & vitiorum execrationem inuitaret. II  
 Animaduertit sapientissimus rerum omnium fabricator, quòd  
 nec in virtute deest labor, & difficultas, quam homines magno-  
 pere execrantur, nec in vitio deest voluptas, quam ipsa natura  
 studiosissime appetit, & amplectitur, & ne asperitas, aut labor  
 mortales à virtute reuocaret, nec voluptas ad vitium inuitaret,  
 gloriam & splendorem in virtute constituit, dedecus verò & op-  
 probrium in vitio collocauit: vt honoris appetitus nos ad sequen-  
 dam virtutem concitaret: timor autem, & odium ignominia à  
 vitio cohiberet, & sic quando propter Deum, id non faceremus,  
 saltem hac ratione bonum ardentissime amplecteremur, malum  
 què diligentissime fugeremus. Hoc autem beneficio, sicut cæte-  
 ris vsi sumus, omnia in malum conuertentes. Omnes animi affe-  
 ctus sunt præstantissima Dei beneficia, quæ nos ad bonum du-  
 cant, & à malo separent: & nos omnia hæc peruertimus, ex om-  
 nibus occasionem accepimus, vt à bono recederemus, malumq;  
 appetereamus. Ira, cupiditas, spes, metus, lætitia, & cætera huius-  
 modi omnia nobis data sunt, vt nocua fugeremus, & vtilia qua-  
 reremus, & sic nos conseruaremus: & plerumque his omnibus ad  
 nostram perditionem vtimur. Quemadmodum perditissimi ho-  
 mines peruertunt propensionem illam, quam à natura habent ad  
 diuinitatem honorandam, tot tamque diuersas creaturas adoran-  
 tes, & quod ad omnem religionem, pietatem, diuinumque cultum  
 concitabat, iam totius peruersitatis semen, atque origo impieta-  
 tis effectum est, falsos Deos adorando: sic plurimum nunc honoris  
 cupi-

13 cupiditate, qua inflammandi erant ad virtutem amplectendam  
 & eam exercendam (ad hoc enim desiderium illud eos comoue-  
 re deberet) diuitias acquirunt, munera expetunt, maximamq; fa-  
 miliam habere desiderant, volentes hac ratione honorem impe-  
 trare, arbitantes eos honoratos esse & nobiles, qui hoc habent,  
 licet sint perditissimi, & flagitiosissimi; & eos qui paupertate op-  
 primuntur, viles & abiectos iudicantes, quamuis sint virtutibus  
 clarissimi: itaque ignominiosam esse iudicant solam paupertatē.  
 Ecce, fratres, humanæ conditionis peruersitatem.

Hi ita peruersi, & ex honoris appetitu occasionem mali acci-  
 pientes illicitis rationibus, & modis onera quærunt grauissima,  
 vt sunt animarum administrationes. Qui si haberent spiritum fan-  
 cti Moy si sentirent, quod ipse sentiebat, vt apertè manifestauit, Num. II.  
 14 quando loquens cum Deo, dixit: Cur affixisti seruū tuum? qua-  
 re non inueni gratiam coram te? & cur imposuisti pondus vni-  
 uersi populi huius super me? nunquid ego concepi omnem hanc  
 multitudinem, vel genui eā: vt dicas mihi. Porta eos in sinu tuo  
 sicut portare solet nutrix infantulum, &c. Non possum solus su-  
 stinere omnem hunc populum; quia grauis est mihi, sin aliter tibi  
 videtur, obsecro vt interficias me, & inueniam gratiam in oculo-  
 lis tuis, ne tantis afficiar malis. Perpendite diligenter vnū quod-  
 què horum verborum, & videbitis quid sentiant timentes Deū  
 de prælaturis, & curis animarum qui mori malunt, quàm tanto  
 periculo opponi: intelligunt enim, quid singulis animabus ne-  
 cesse sit vt directè regantur. Ideò respondit Dominus: Nescitis  
 quid petatis. Non modo hoc dici potest ijs, qui prælaturas expe-  
 15 tunt, dignitatesque Ecclesiasticas desiderant, sed etiam ijs omni-  
 bus, qui pluri valendi desiderio maioritatem aliquam in hoc se-  
 culo inquirunt, quòd nesciunt, quid quærant, si quidem in omni-  
 bus rebus tanta inest spiritus perturbatio tam in ijs quærendis,  
 quàm in adeptis possidendis. Et quanquam hic honoris appe-  
 titus multos angit, atque perturbat, multò tamen magis eos solli-  
 citat, qui cum sint pauperes, cum ipsa paupertate volunt digni-  
 tatem honoremque maximum sustinere. Quid grauius esse po-  
 test, quàm velle aliquem cum paupertate sumptuosos honores  
 & auctoritates habere, quæ cum maxima diuitiarum copia vix  
 poterunt sustineri? Pharao grauissimo quodam seruitutis iugo Exod. 5.  
 Hebræos opprimebat; & fuit quòd paleas eis auferrè iussit, &  
 præcepit

præcepit illis, vt eundem laterum numerum complerent, quem  
 antea solebant. De quo maximè conquesti sunt Hebræi dicen-  
 tes: En famuli tui flagellis cædimur, & iniuste agitur contra po-  
 pulum tuum. Hæc est seruitus, qua diabolus multos opprimit,  
 qui in paupertate viuentes, & cum satis affligantur inopiam  
 tolerant, eos sollicitat, vt tam pompaticè viuant, tantamque  
 sustineant familiam, ac si essent locupletissimi. Quæ maior so-  
 licitudo, quàm cum paupertate, quam vix possunt ferre, tan-  
 tam pompam velle homines ostendere, sicut ditissimi habe-  
 re solent, vt tot opera, & lateres faciant sine paleis, ac facerent  
 cum paleis? Atque vtinam hi quererentur de hac tyrannide, si-  
 cut Hebræi de illa querebantur, & de illa curarent exire. Sed hæc  
 est maior calamitas, quòd eos habet diabolus grauissimo iugo  
 oppressos, ipsi tamen nolint ab illo liberari, sed libenter capti-  
 ui esse velint. Ecce, quomodo homines Dei beneficia perdunt,  
 vtentes omnibus affectibus, quos Deus in eis impressit, velut  
 instrumentis ad perditionem suam. Miserabile est, quòd cum  
 homo sit compositus ex corpore & spiritu, cumque spiritus sit  
 præcipua pars, ita à corpore se attrahi patiatur, & quòd cor-  
 pus, quæ sua sunt, quærat; ac spiritus tanto impetu illud ad-  
 iuuet, nec ipse spiritus, sua perquirat, ne quidem ea desideret.  
 Quòd si quæritis, quare spiritus in hoc peioris sit ingenij,  
 quàm caro? Ad hoc respondeo cum Philosophis, quod vna quæ-  
 res accipit naturam illius, in qua ponitur, & cui coniungi-  
 tur. Hæc est enim omnium rerum conditio. Si iniicis aquam  
 claram in atramentum nigrum, statim deperdit claritatem, &  
 nigra efficitur. Si optimum vinum cum aceto commisceas, illi  
 cò conuertitur in acetum, & puritatem suam amittit. Hoc mo-  
 do, cum spiritus noster in carnem infundatur, commiscetur il-  
 li aliquo modo natura carnis, adeò, vt eius seruus efficiatur.  
 Diuus Paulus dixit: An nescitis, quoniam, qui adhæret mere-  
 trici, vnum corpus efficitur, qui autem adhæret Domino vnus  
 spiritus est? Ita, vt primum spiritus adhæret meretrici, quæ est  
 caro, se ab ea allici patitur, & sic eam amat, vt sui ipsius immemor  
 eam sequatur,

Hinc fit, vt homines tanta sollicitudine corporales res quæ-  
 rant, ita spiritualium rerum obliui. Hæc omnia tam digna, quæ sen-  
 tiantur, & plorentur, diximus occasione petitionis huius sanctæ  
 foeminae,

*simile.*

*2. Cor. 6.*

foeminae, quam petijt à diuino Salvatore nostro: quam petiti-  
 onem dicit sanctum Euangelium; quòd fecit adorans. Quis ani-  
 maduertens hanc sanctam foeminam tam reuerenter acceden-  
 tem, auderet eius orationis initium condemnare? Nam orari, &  
 adorari, omnia ad diuinum cultum spectant, & post virtutes  
 Theologales est vnum ex sublimioribus seruitijs quæ sunt diui-  
 nae Maiestati, & quo magis Deus glorificatur. In interiori autem  
 erat hæc oratio, & adoratio plena ambitione, & vanitate. O quæ  
 necesse est fratres mei, vt examinemus, qua intentione, & ad quæ  
 finem orationes nostras facimus. Dicit enim B. Augustinus, quòd  
 hoc affectu colendus est Deus, vt sui cultus ipsi sit merces. Nam  
 qui Deum ideò colit, vt aliud magis, quàm ipsum Deum pro-  
 mereatur non Deum colit, sed illud, quod assequi concupif-  
 cit. Heu, heu, quantum est hic, quod ploretur. Ita viles, & abie-  
 ctas cogitationes habemus, & res tam impertinentes desidera-  
 mus, vt si rectè perpendimus fines, quibus orationes facimus,  
 & alia bona operamur: inueniamus, quare ploremus, & à Deo  
 veniam deposcamus, non autem quòd mercedem petamus.  
 Quot nobiles quotidie rem sacram audiunt non tam propter  
 deuotionem, quam propter humanam autoritatem. Quod au-  
 diunt conciones, magis propter curiositatem, quam propter  
 animarum vtilitatem! Quot magis propter commodum, aut  
 propter satisfactionem, aut vt non minus religiosi, quam alij  
 videantur, celebrant, quam propter sanctitatem, & pium affe-  
 ctum. Quot tam viri, quam foeminae faciunt bona opera, nõ tam  
 propter Deum, quàm vt honorem non amittant. Quot quotan-  
 nis ad sanctum Sacramentum pœnitentiæ accedunt, ne in infamiam  
 incidant. Quos enim nec peccatorum innumera multitudo,  
 nec festorum maxima celebritas ad hoc diuinum Sacramentum  
 toto anno potuit allicere, quid de illis potest iudicari, nisi quòd  
 nec tunc accederent, nisi eos animaduersionis, & excommuni-  
 cationis timor impelleret? O quantum hinc dici potest, & quot  
 bona opera, hoc modo amittuntur. Quapropter fratres mei,  
 cautè viuamus, & sit hæc vniuersalis regula, in quam oculos  
 conijciatis, quòd quotiescunq; ex bono opere aliquis honos, aut  
 humana laus, vtilitas, aut voluptas cõparari potest, qui illud facit  
 semper vereatur, quidnam illorum eum moueat ad faciendum,  
 an diuinus amor, an quod inde speratur. Nam quemadmodum  
 accipiter

*Augusti.*

accipiter efferatur cernens prædam, ita cupiditatis vis quacunquæ utilitate concitatur. Quocirca oportet seruum Dei semper sollicitum esse in perfectione intentionum suarum & animare se, ut in omnibus propter nostri altissimi Dei solam gloriam concitetur. Ideò sanctus Iob, omnia opera sua sic examinabat, & dicebat: Verebar omnia opera mea sciens, quòd non parceres delinquenti, idest, actualiter peccanti: illi enim qui iam peccauit, & eum peccatorum suorum pœnitet, libenter Deus ignoscit, & eodem capite dixit: Si habuero quidpiam iustum, non respondebo, sed meum iudicem deprecabor. Sciebat optimè vir sanctus, quòd aliter Deus videt, ac homines iudicant, quapropter se tãtopere examinabat; licet enim opera sua exterius bona essent, ne tamen aliquid interius haberent, quod Dei oculis displiceret. Qui (vt ait Sanctus Paulus) secundum quod declarat Sanctus, Theodoretus, est discretor cogitationum, & intentionum, & non est vlla creatura inuisibilis in cõspectu eius. Omnia penetrat. Et (vt aiunt) Nemo est qui aleam seu tesserã falso illi obijciat. Et non debemus admirari, quòd hæc mulier, & eius filij in hanc imperfectionem inciderint, quãquam enim sancti erant, & gratiam Dei habebant, tamen parux gratiæ, quã tunc habebant, non repugnabat: in eorum cordibus hanc tenuem & occultã ambitionis fibrã commorari. In libris Iudicum legitur, quòd quamuis Hebræi euerterint pessimas generationes, quæ terrã promissionis habitabant, aliquæ tamẽ earum reliquæ remanserunt, quæ plerunquæ seruos Dei molestabant: sic diuina permissione solent aliquæ imbecillitates iustis remanere, quæ eos affligunt, contra quas contumaci exercunt bellum ad maiorem coronã & gloriã eorum, & vt dicitur eodem libro. Hæ sunt gentes quas Dominus dereliquit, vt erudiret in eis Israelem, & discerent filij eorum certare cum hostibus, & habere consuetudinem præliandi: sic relinquuntur diuina permissione in iustis hæc miseræ ad eundem finem, quòd si contra eas non pugnauerimus, licet nobis minimæ videantur, nos destruunt. Nam lacerta efficietur coluber; coluber, serpens, serpens verò reddetur draco, qui spiritu oris sui nos interficiat, non quòd peccata venialia efficiantur mortalia, sed quod aperiant ianuam, & animam disponant, vt in mortalia incidat.

Inter has omnes miserias, magis periculosæ sunt spirituales, minus

minus enim cognoscuntur, atque ideò maiori cum vigilantia nobis contra illas pugnandum est. Ita nos admonet Beatus Paulus, dicens: Has ergo habentes charissimi emendemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus perficientes sanctificationem nostram in timore Domini. Quod non faciunt filij Sathanæ, qui pleni ambitione, superbia, & hypocrisi nihil estimant interiorem puritatem, nec existentiam, sed apparentiam. Nullam curam habent, quales apud Deum existimantur, sed quales ab omnibus reputentur. Hoc significat quod David ait: In imagine pertransit homo, scilicet, in imagine exteriori: sed & frustra conturbatur, frustra perturbatur, vt solis hominibus bene videatur, siquidem hoc est tam sine utilitate. Imago in tabula depicta nihil habet plus, quam illam interiorem apparentiam: sic vanus, & honoris ambitiosus, nihil habet præter exteriorem aspectum & nullum spirituale interius habet sensum. Qui hucusque ita orastis, incipite iam errorem vestrum cognoscere, & reformamini sicut Sanctus Paulus dicit: Deponite vos secundum pristinam conuersationem veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris: renouamini autem spiritu mentis vestræ in iustitia, & sanctitate veritatis, propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem.

O quam singularis doctrina illi, qui ex omni corde suo eam amplecteretur, omnem fictionem eijceret, & in omni opere, cum maxima synceritate, & puritate se haberet. Dicit illis Dominus: Potestis bibere calicem? Sanctus Marcus de hoc ipso tractans, ait: Potestis bibere calicem, quem ego bibo. aut baptismo, quo ego baptizor, baptizari? Nondũ ad mortis suæ tempus peruenerat, & dicebat in tẽpore præsentis: Baptizor. Sẽper enim eius anima sacratissima (licet esset beata) in amaritudinis pelago submersa erat, & semper calicem bibebat, quia semper desiderabat pro hominibus mori. O Christe dulcissime animarum nostrarum amor, quomodo possumus dicere quòd te amamus, siquidem cum tandiu tot molestias & agonias pro nobis perpeffus fueris, acerrimũ nobis videtur vnã horam pro te labores tolerare? Potestis (inquit) ò sancte Deus, si omnia, quæ posumus, faceremus, quàm fœlices essemus. Potuit ille castus esse, sed non adeptus est castitatem, quia non fecit omne, quod potuit. Potuit alius ignoscere

Tom.j. L persecu

Iob. 9.

Theodoretus  
super epist.  
ad Hebr. 4.

Iud. 1.

Iud. 3.

2. Cor. 7.

Psalm. 38.

Simile.

Ephes. 5.

Marc. 10.



persecutoribus suis, & illos amare, sed non eam charitatem impe-  
travit, quia non executus est opere, omne quod potuit, &c. Si  
enim ex se faceret quod potuit, Deus ei faueret, vt adipisceretur  
quod volebat, & voluntatem suam compleret, vt fatebatur San-  
ctus Paulus, dicens: Omnia possum in eo, qui me confortat. Vt cæ-  
teri discipuli petitionem illam audierunt, ait Euangelista, quod  
indignati sunt de duobus fratribus.

Notandum est, quòd cum Dominus adduxit hos duos fratres  
cum Beato Petro in summitatem montis Thabor, reliqui noui,  
qui remanserunt, in valle, licet ea re intellexerint ad aliquid ma-  
gnum eos solos assumptos esse, non tamen ideò indignati fuisse  
dicuntur. Modo verò indignatur propter hanc petitionem. Ra-  
tio huius est, quòd cum aliquis in maximum aliquem dignitatis  
gradum effertur, nec tamen illum tale expetisse censetur, nemo  
audet detrudere, sed potius omnibus offertur materia laudandi  
Deum, qui humiles exaltat. Cum autem aliquis superbè, & am-  
bitiosè beneficium, aut dignitatem aliquam expetit, occasionem  
scandali alijs præbet. Iesus autem vocauit eos ad se, & ait: Scitis,  
quia principes, &c. Benedictus talis Deus, laudent, & superex-  
altent te omnes Angeli, Domine, qui tantam pietatem, ac cle-  
mentiam nos in omnibus rebus doces. Aduertite mansuetu-  
dinem, quã optimus Magister docet, & reprehendit discipulos  
suos. Duplex est modus corrigendi, alter cum benignitate, &  
mansuetudine, alter verò cum acrimonia, & iracundia commi-  
nando, & terrendo, vt Sanctus Paulus dicebat, quid vultis? in vir-  
ga veniam ad vos, an in charitate, & spiritu mansuetudinis? Et  
vter horum modorum conueniat, aut quando sit vtilior, solus  
ille scit, qui corda, & renes hominum scrutatur. Certum tamen  
est, quod obduratos, & proteruos, qui ex nimia malitia pec-  
cant, tractari oportet asperrimè: vt patet in illo luxurioso, & in-  
honesto, qui habebat vxorem patris sui, in quem ostendit Bea-  
tus Paulus zelum suum & præcepit huiusmodi hominem tra-  
di Sathanæ vt spiritus saluus sit. Quod fuit facultatem conce-  
dere diabolo vt intraret in illum, & eum torqueret, vt aliqui af-  
firmant. Spirituales autem viros, qui ex imbecillitate peccant  
benignius admoneri, & mitius conuenit reprehendi: & sic fecit  
Christus Redemptor noster, qui quia discipuli sui non ea ma-  
litia, & proteruita peccabant, cum mansuetudine, & suauita-

Philip. 4.

1. Cor. 4.

2. Cor. 5.

31 te eos reprehendit, dicens eas petitiones & desideria ad homines  
infideles, & Dei ignaros spectare. Vos autem, discipuli mei, non  
illos, sed me Magistrum vestrum debetis imitari, qui non veni  
ministrari, sed ministrare: sic qui inter vos maior fuerit dignita-  
te, magis humiliari debet & fieri minister vester. O cælestem do-  
ctrinam! imprimat eam cælestis Magister in cordibus nostris,  
vt humiliantes & abijcientes nos, hîc diuinam gratiam merea-  
mur, qua futuram gloriam consequamur. Ad quam nos perducat  
Iesus Mariæ filius, Amen.

*Ambrosius hanc  
na qui pteuua non  
caedunt. P. Hieron.*

### ¶ Feria. V. post Dñicam. II. in Quadragesi.

1 Homo quidam erat diues, & induebatur purpura & bys-  
so, &c. LUC. 16.

NARRAT Sanctus Lucas, quòd Christo Redemptore  
nostro diuinam quandam prædicante concionem, audiebant  
omnia hæc Pharisei, qui erant auari, & cum Deus sit cordis  
scrutator, applicauit doctrinam audiētium necessitati, & ita pro-  
posuit historiã casus metuendi, qui ad literam in rei veritate acci-  
dit, vt illo tam eos qui aderant, quàm nos futuros ad misericor-  
diam commoueret. Vt enim affirmat Diuus Iacobus, Iudicium  
sine misericordia illi, qui non facit misericordiam. Casus autem  
hic est. Explicetur omnis historia Euangelij, Homo quidam erat  
diues, &c. Ecce quomodo hic præcipuè cõdemnatus fuerit, quod  
cum hoc paupere non fuerit vsus misericordia. Nō legitur in hoc  
sancto Euāgelio, quòd hic diues, diuitias illas subripuisset, nec il-  
licitis negotiationibus acquisisset; & tamen legitur, quòd condẽ-  
natus fuerit. Quid ergo erit de plurimis locupletibus huius tẽpo-  
ris, qui non modo esurientes non satiāt, nec ægrotos, aut vulnera-  
tos curant, verum etiã quicquid possunt, illicitis negotiationibus  
diripiūt. Ecclesiasticus accuratè agit, quomodo diuites decipiunt  
pauperes, consumētes eis has paucas diuitias, quas habent, dicēs:  
Ditori te ne socius fueris, si necessarius illi fueris supplantabit te,  
& subridens spem dabit narrans tibi omnia bona, & dicit:  
Quid opus est tibi? & confundet te in cibis suis donec te exina-  
niat bis & ter, & in nouissimo deridebit te, postea videns de-  
L 2 relinquet

Iaco. 2.

Eccel. 13.

relinquet te, & caput suum mouebit ad te. **Caue ne cum diuite & mercatore conuerferis, quia nihil aliud attendit, quam ad utilitatem suam: si habes bouem aliquem, aut vitulum, quem ipse ex conuersatione tua possit elicere, vt te decipiat, & eum tibi arripiat: si eo tibi opus est ad aliquid, vades ad domum eius, & inuenies eum prandentem, absidebit ille ad mensam suam, & pauper agricola stabit de tecto capite. Narrabitq; diuiti agricola laborem suum, dicens: Domine, ego hac necessitate premor, rogo te, vt de ea me eripias, & facies mihi maximum beneficium, & subridens spem dabit, &c. Reclinabit se super mensam suam, accipiet cultellum, incipiet dentes suos scalpere, & mundare, & subridere, atq; pauperem illudere suo falso risu, spem dabit narrans tibi omnia bona. Dicit tibi Heus, omnia bene habebunt. Omnia sunt hic parata ad seruitutem tuam, tege caput, fede, detur ei scabellum in quo fideat: sede, ede, omnia fient iuxta voluntatem tuam. Sedet miser agricola ad mensam, vt venit famelicus, quia tota hebdomada non satiatur, edit libentissimè, bis aut ter bibit, satiatur, & pene laboris sui obliuiscitur; vt diues eum aduertit iam contentum, & fatiatum; dicit, quid opus est tibi? Homo bone, scito me esse amicum tuum, nihil tibi dicturus sum, quod tibi non conueniat, per vitam tuam, vt supellestem illam, aut vineam, aut fundum, quem habes, à te alienes, &c. Et confundet te in cibis suis, vt eum cibet, buccella panis, & duobus aut tribus poculis vini illum obcæcat, vt cum eo aliquam conuentionem, & commutationem, faciat, & eius bona arripiat, donec te exinaniat bis, & ter, quia eum omnibus bonis expoliat, bis, aut ter, cum semel tantum cum eo foedus pepigerit efficiens eum tributarium suum, & cum miser agricola per scalam descendit, mouet diues caput suum, ac si dicat: abi Fœlix bene habes. Et derelinquet te, & caput suum mouebit ad te. Hæ sunt iniuriæ, quas in illis temporibus diuites pauperibus inferebant, quod si modo ita sit, vos estis testes fideles huius rei. Quid igitur sperant, qui ita fratribus suis in necessitatibus constitutis succurrunt, cum diues ille, qui non usus fuerat hac tyrannide condemnatus fuerit? Ad terrendos diuites proposuit summus prædicator mundi, & narrauit hunc euentum tam horribilem, & etiam, vt pauperes confortaret, vt licet se modo afflictos experiantur, & à diuitibus oppressos, ne deficiant; omnia enim Deus cernit, & rationem habet illarum.**

6 illarum afflictionum, quæ patienter tolerantur, vt omnia suo tempore remuneret.

Profectò maximè opus est pauperi, vt in hæc attentissimè oculos conijciat, vt non deficiat, nec desperet, præ laborioso statu, in quo viuit: vt Dominus noster Iesus Christus depingere hominem miserimum, & in maximam afflictionem redactum proposuit parabolam illam Samaritani, qui descendit ab Hierosolymis in Hierico, quæ tota videtur quadrare per omnes partes homini pauperi. Quod primum dixit fuit, homo quidam, non eum nominat, quia pauperis nomen nemo scit. Ecclesiasticus ait: Loquutus est pauper, & omnes dicunt, quis est hic? Deinde dicit: Descendebat, & ceterè dixit, quod descendit: qui enim ascendunt, & qui fauores habent, hi sunt diuites, pauperes verò semper descendunt; calamitas enim calamitatem inuocat: veluti, qui lapide offenditur, qui vt manibus occurrat procidit in faciem suam: sic miseri vt necessitatem vnam euitent in multas incidunt. Dicit etiam: Descendebat ab Hierusalem in Hierico, à quiete in commutationem. Pauperi nulla est requies, necessitas enim non eum patitur quiescere: est veluti pòdus horologii, quod dum pèdet facit rotas sine quiete decurrere: Necessitas, quæ à paupere pendet, omnes eius sensus ad se allicit. Ex hoc descensu prouenit, vt incidere in latrones. Hoc admiror, scilicet, quod latrones obuiam exierint pauperi. Ne miremini: assiduum est enim, & vsitatum, quod latrones, & latrones famosi pauperem, & egenum deprædentur. Dico latrones famosi eos, qui furando, famam, & honorem acquirunt. Quis erat ille, quem nunc diuitem videtis? quis? [Vno sequien.] Quomodo ergo sic euectus est? quomodo dominus factus est? quomodo deprædando acquisiuit diuitias & honorem, & in huius retia incidit pauper, id est, in eius astutias, & calliditates. Ad uocatus, qui legis sensum flectit, famosus est latro. Iudex, qui iustitiam vedit, latro famosus est. Scriba, qui syngrapham adulterat, famosus est latro. Mercator, qui ignarum decipit, omnes hi sunt latrones famosi, qui pauperem percutiunt. Et plagis impositis, &c. Plagas eum operiunt. O quanta plaga est excommunicatio, & tu excommunicas pauperem pro debito, quod non potest soluere. O quanta plaga est tollere lectum, in quo dormit, ad soluendum. O quanta plaga est carcer in quem detrudis inopem, vt illic viuus sepeliatur, & sine remedio pereat. Semiuuio eo relicto, semiuuium eum relinquit;

quit: nā licet in anima uiuat, corpore tamē quasi mortuus remanet, redditus seruus tuus, siue velit, siue nolit. Ecce fratres mei, calamitates in quibus versatur pauper, ut cognoscatis, sit ne illi necessaria patientia: & ad eam adipiscendam oculos conijciant in præmia, quæ Deus præparauit illis, qui patienter similes difficultates tolerant. Rectè vos intellexisse oportet, quàm meritò manifestauerit Dominus hunc euentum ad diuitiū confusionem, pauperumque consolationem.

Ait ergo: *Homo quidam erat diues, & induebatur, &c.* Induebatur delicatè purpureas vestes, & subuculas deliratissimas vestiebat. Primum malum, quod narratur in processu condemnationis huius diuitis, est vestium prophanitas. Si ergo in diuite vestium excessus erat culpabilis, quanto magis erit in paupere? Es artifex, qui sudore vultus tui victum acquiris, & vis habere alterum, & alterum vestitum, sicuti princeps, & ad hoc facis mille iniustas conuentiones & fœdera, quid de te futurum existimas? Habes ne alium Deum, ac iste diues habuit? O cæce, non ergo vides quod te manet tormentum? Per prophetam Sophoniam terribiliter comminatur Deus principes & potentes seculi, qui se in hoc prophanè, & sumptuosè tractant, dicens: Visitabo super principes, & super filios Regis, & super omnes, qui induti sunt veste peregrina, & visitabo super omnē, qui arroganter ingreditur limen in die illa. Si principes, & potentes minatur Deus, quod peregrinis vestibus vtuntur, & noua vestium perpolitatum genera produūt: quid faciet pauperibus artificibus si volunt idem sine vllis copijs facere?

Dicit amplius: *Et epulabatur quotidie splendide, &c.* Si se splendide vestiebat, splendidius comedeat, erat epulo quidam, qui quotidie domi suæ conuiuia faciebat, & hæc assignatur secunda causa condemnationis eius: licet, gula sit minimum omnium mortalium peccatorum: dicitur tamen grauissimum, quia est origo aliorum multorum. Quod sit minimum, patet: nam omnia peccata, aut sunt spiritualia, aut carnalia: spiritualia sunt maiora carnalibus. Maius peccatum est superbiæ, aut inuidiæ, quam peccatum luxuriæ, aut gulæ, Hæc est sententia Alexandri de Ales, & ratio est: quia ad peccata spiritualia committenda, anima seipsam concitat, in peccatis autem carnalibus homo à carne incitatur, & sic ex carne proficiscitur quod eum occidat; & grauius

*Sopho. 2.*

*Alexan. de Ales. 2. p. 9. 155. mēbro. 7.*

21 uius est peccatum interficientis se ipsum, quàm peccatum illius, quem alter propter aliquam occasionem occidit: & sic est maius peccatum spirituale, quàm carnale. Inter peccata carnalia duo sunt grauissima; Gula, & Luxuria, horum maius est Luxuria, quam Gula. Luxuria namque plerunque est in præiudicium tertij, & Gula ex genere suo nulli facit iniuriam. Atque etiam Gula habet maximam excitatricem famem, Luxuria verò non habet tantum incitamentum. Verumtamen aliquomodo grauius est peccatum Gulæ, quam alia peccata, quia est aliorum causa occasionaliter: siquidem aditum patefacit, ut illa ingrediantur. In primis est causa carnalitatis, ut dixit Ezechiel. Hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ facturitas panis, & abundantia, &c. Ideò Beatus Paulus nos admonet, dicens: Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. Secundo, quod ex Gula dimanat, est loquacitas; & in multiloquio non deerit peccatum. Postquam satiati sunt raro loquuntur deijs, quæ in concione audierunt, nec de Domino, qui eis tam bono cibo prouidit, nec de seruitute ei debita disceptant: sed de alienis vitis copiosè agunt, & cum contentionibus, ex quibus ad iurandum, & periurandum deueniunt. Hæc sunt gratiæ, quas agunt liberalissimo Deo, quia eos satiauit. Et ita dicit hic Euangelium hunc helluonem in lingua torqueri, cuius rationem reddit Diuus Gregorius, quia ex nimijs cibis prodidit loquacitas, & sic significauit culpam, quam in voracitate commisit ex cruciatibus, quos in lingua patiebatur. Plerunque quando fit aliquod conuiuium, in fine apponitur aliquis fructus viridis, veluti poma, pyra, aut aliquid simile, Hanc regulam obseruamus cum nostris proximis, prius incipimus prodere bonos cibos, & bene dicere de eis. Postea venit, vltimum pomum pyrum amari felle depromitis ad dentes: sed commisit tale, & tale peccatum. Etiam ex Gula oritur otium, & ex otio ludus, quia vultis statim postquam saturati estis commorari ludentes, & omnē substantiam vestram consumentes, & etiam quam non habetis. Quod est alterum præcipitium, ex quo anima præcipitatur, & in alia plurima pericula incidit: sicut sagitta venenata, quæ quāquam ipsa ferit, grauius tamen damnū venenum infert, quo infecta est sagitta, ludus, quoad magis ferit crumenam: sed caute à repens, quæ secum affert. Est enim sicut verriculum mul-

*Ezech. 16.*

*Phil. 5.*

*Prov. 10.*

*Gregor.*

*simile.*

tarum calamitatum, quæ ex eo dimanant. Sancti largiebantur bona sua propter Iesum Christum, lutores verò omnia sua distrahunt propter folium pium. Diuus Martinus scidit pallium; illi verò non pallium tantum, verum & omnia vestimenta sua, & omnia quæ habent ad sustentationem suam, in ludo consumunt; & postea dicunt: ad furandum, eia. Hæc omnia secum affert gula. Quapropter vos rogo, fratres mei, per sanctum amorem illius, qui tam moderatam hanc mortalem vitam duxit, ut curetis temperantissimi esse in cibis vestris, & non modo euitabitis multa peccata, sed dispositi manebitis ad seruiendum maximè diuinæ Maiestati. Quando testa ad ignem posita nimis feruet, ne liquorem diffundat vnum ex tribus remedijs solet applicari: solet infundi parum aquæ frigidæ, quod si hoc non sufficit, remouetur paululum ab igne, quod si nec hoc prodest, remouetur penitus ab igne, ne tanto calore æstuet. Corpora nostra sunt testæ fictiles, sæpenuero feruent ardentissimis passionibus, & sensualibus motibus: optimum est remedium ad hos ardores mitigandos infundi aquam frigidam, qui est timor Dei. Timor Domini expellit peccatum, Ecclesiasticus ait. Fortissima recordatio terribilis iudicij Dei, & ardentissimæ rationis, quam redditurus es, est aqua frigida, quæ hos ardores extinguit, ne incidas in aliquod peccatum. Sic dicebat Iob: Posuisti in neruo pedem meum, & obseruasti omnes semitas meas. Posuisti Domine pedem meum, qui est affectus meus vinctum in cippo, ita ut non possit huc atque illuc moueri (sic accipitur hic, etsi in alijs locis sanctæ Scripturæ accipitur pro neruo.) Cippus conficitur ex duobus lignis, quæ coniunguntur in summitate, & in medio apprehendunt pedem. Sic manet affectio in cippo, id est, inter duos timores, timorem, scilicet, inferni, & finalis iudicij, qui animam comprehendunt cum eius affectu, ne extra voluntatem Dei exeat. Et ideo subdidit: Et obseruasti omnes semitas meas. Illud, &, significat ibi causam, id est, quia obseruasti omnes semitas meas. Quia Domine rationem habes omnium meorum passuum & vias meas examinas, & hæc omnia animaduertis, ut postea mecum rationem ponas. Ideo sisto, nec audeo moueri sicut vinctus in cippo. O filij Adæ si velletis, ex multis horis, quas quotidie in vanitatibus consumitis, vnam tantum in consideratione harum rerum, semper manè

*simile.**Eccles. 1.**Iob. 13.*

18 manè consumere cōtemplantes quod iam estis in illa nouissima hora reddētes rationem dissolutionum vestrarum in cōspectu illius metuendi iudicij! ô quā cōmodū esset hunc iniici vobis cippum ad pedes, ne tam vagi ac dissoluti essetis. ¶ Secundū remedium est separare testā ab igne. Hoc est fugere occasiones: in his enim peccatis ita victoria reportatur. In alijs peccatis cōparatur victoria resistendo ut ait B. Iacobus, resistite diabolo, & fugiet à vobis. Quando autem Diuus Paulus loquutus est de hoc peccato dixit: Fugite fornicationem. Ad hoc prælium nulla sunt aptiora arma, quam leporis (dixit quidam) & quæ arma habet lepus? Non habet sane cornua velut taurus, aut acutos dentes sicut canis, nec crudeles vngues sicut multa animalia: habet tamen velocissimos pedes quibus fugit. Hos oportet te habere ad hoc peccatum fugiendum, & victor euades. Sanctus Augustinus ait: cōtra libidinis impetum apprehende fugam, si vis obtinere victoriā. Dicit quispiam: volo habere quod vincam, & quid est hoc volo habere quod vincā, nisi volo habere peccata. Hæc ille: dicetis: pater in tētationibus meis facio hæc omnia, quæ doces, fugio cōturbationes, commoror in meo sacrario occupatus in sanctis considerationibus, & hæc omnia nihil mihi profunt, vel saltem parum. Tolle ergo frater mi ligna, & experieris, qualis postea sis: recollectio enim & consideratio, vnā cum mensa lauta, & delicatis cibis non effectum debitum consequuntur. Quapropter his duobus adde hoc tertium, quod est, maxima temperantia, & abstinentia, & statim videbis testam sine feruoribus. Hæc est enim vna ex virtutibus, & bonis temperantiæ, & alia est: quod nisi tantum cōsumpseris habebis plus, quod pauperibus possis erogare. Hic infelix diues præ multis delicijs redditus est immanis & sine misericordia, & tandem ipsæ deliciæ perierunt.

*Iaco. 4.  
1. Cor. 6.**Aug. lib. de  
hon. muli.*

*Es mortuus est diues.* Notate ad hoc propositum maximum mysterium, quod est in Genesi. Describens illic Spiritus Sanctus generationem Seth, quæ est electorum, & generationem Cain, quæ est reproborum, semper dicitur de vno quoque electorum: Vixit tot annos & mortuus est. Vixit Adam annos nongentos triginta, & mortuus est. Facti sunt omnes dies Seth nongentorū duodecim annorum, & mortuus est. Et sic de singulis. Quod de nullo reproborum dicitur, nec de eorum vita fit mentio, quia fuit praua & etiam, quia eorum præsens vita non fuit vita, sed mors

*Ge. 4. 5.*

potius nec aliquis illorum mortuus esse dicitur, mors enim talium non finita est, sed in perpetuum morientur. Itaque bonus mortuus est, finit, mori, id est eius mors transijt, modo vero uiuit, & uiuet in æternum. De malo autem non dicitur quod mortuus est, nondum enim desinit mori, non eius mors præterijt, quia nunc moritur, & in æternum morietur, & ab eius morte temporali incipit eius mors æterna. Iuxta hoc notat Diuus Ambrosius super hanc historiam Euangelicam, quod loquens Christus Redemptor noster de diuite dicit quod mortuus est diues. Nō dicit, mortuus est ille N. vocās eum nomine suo: quod si eum proprio nomine non nūcupauit, nō fuit ex ignorantia: rectē enim illud sciebat, ille qui cū esset homo erat Deus uerus. Sed dicit: Diues ille, hoc est mortuæ sunt eius diuitiæ, pompa, uanagloria mortuæ sunt eius effrænatae uoluptates, omnia perierūt, non autem dicit, illum mortuum fuisse, 22 semper enim, & in sempiternum moritur. Quādo autem de paupe loquitur eum nomine suo appellat: & cū iam illū nominasset & dixisset: *Erat quidam mendicus nomine Lazarus: Ait postea: Factum est, ut moreretur medicus &c.* Mortuus est præsentī uitæ, finita sunt eius calamitates, eius mors, & ærumnæ finem habuerunt, ut inciperet uiuere in sempiternum. Hoc est, quod dixit Sanctus Paulus. Omnes quidē resurgemus, sed nō omnes immutabimur quod licet omnes resurrexerimus: non tamen omnes mutabimur. Ac si dicat non omnes renouabimur. Reprobi enim non immutantur, aut renouantur, siquidem de interitu, in interitum & de ærumna in ærumnam migrant: & de temporali malo huius sæculi, ad æternum malum futuri sæculi transeunt. Soli autem electi immutantur: transeunt enim de vno contrario in aliud, de labore, in requiem: de ignominia, in gloriam, & honorem, de que fame in maximam saturitatem transmigrant. Hic infelix diues fuit vnus ex illis, qui non fuerunt renouati. Cum magis præsentī uitæ delectabatur, eum deprædata est mors in flagranti delicto. Hoc est enim, quod frequenter malis solet accideret. Mirificē notat sacra scriptura, quod uenit diluuium anno sexcentesimo uitæ Noe, mense secundo, septimo decimo die mensis, rupti sunt omnes fontes abyssi imaginæ, & cataractæ cæli apertæ sunt &c. Mense (inquit) secundo, qui est Maius: iuxta illud tempus, in quo incipiebat annus in Aprili, quod est tempus iucundius totius anni, & humanæ uitæ sua-

uius

24 uius: quāquam iuxta opinionem aliorum fuit in mense Septembris, qui etiam est vnus, ex temperantioribus & iucundioribus, in quo maturi sunt fructus: & ad maiorem iniquorum poenam eos destruxit cū magis gauderent uiuere, & cum iam tulerant hymis frigora, aut ueris calores fuerant perpessi. Hoc modo puniuit Deus locupletissimum illum, de quo dicit S. Lucas quod cum intra se diceret: quid faciam: quod non habeo ubi congregem fructus meos? & dixit, hoc faciam. Destruam horrea mea & maiora faciam, &c. Audiuit uocē Dei dicentis sibi: Stulte quid facis, hac nocte animam tuam repetent a te, quæ autem parasti cuius erūt? Ideo B. Paulus dixit: cum dixerint, pax & securitas tunc repentinus eis superueniet interitus. Ecce quomodo impletū hoc fuerit in hoc misero, cui dicitur, quod illa nocte quando arbitrabatur se tutiorē esse, arripienda erat anima eius a diabolis. Hoc dixit etiam 25 maximo affectu Iob, Nūquid uirere potest scirpus absq; humore, aut crescere caretū sine aqua? cum adhuc sit in flore nec carpatur manu ante omnes herbas arefcit, sic uia omnium, qui obliuiscuntur Deum, & spes hypocritæ peribit. O Deus, Deus, Deus, quis haberet spiritum ad exaggeranda hæc uerba, ut ipsa merentur? Potest ne (inquit) scirpus sine humore uirere, potest arūdo, sine aqua lacus accrescere? minus ergo potest homo sine Dei auxilio uiuere. O homo uane, qui uelut scirpus, & arundo nihil habes aliud præter uirentem istū exteriorēmq; pulchritudinem, totus, in interiori es uanus, affers intra caput tuum mappamundi, aduerte peccator, quod quando uiridior fueris, & plures flores habueris te inopinantē repentina mors arripet sicut solet facere similibus tibi, & maximo dolore afficeris, ac præ compunctione barbam dilaniabis, eō quod tot occasiones prætermiseris, in quibus posses Deo seruire. Quoties audiuius. Ioānes ad regij senatus cōsultū, deniq; ad præsidis fastigium promotus est. Petrus præfectus est episcopus talis uerbis & postea Archiepiscopus creatus est & ante quam ad eū statū peruenirēt mortui sunt, & nescimus quomodo. Hæc est merces quā soluit mūdus. sicut cernitur in illo, q̄ suspēdēdus est. Tot homines: tot præconia, tātus comitatus, porrigit ei manū carnifex dicēs: A scēde, ascēde frater, & quādo nō putat auferre scalas: & miser remanet suspēsus. Sic soluit mūdus. Modo sum baccalaureus, postea licētiatus, & postea doctor: postea uerō prætor. Seruite, seruite sæculo, nāq; inopinato, cū magis elati sitis, Deiq;

imme-

Ambros.

1 Cor. 15.

Gen. 7.

Luc. 12.

1. Thes. 5.

Iob. 8.

immemores, vobis, insidias parabit, qua vos in infernū detrudat.  
O miseri huius seculi filij quare hæc non animaduertitis.

*Mortuus est diues, Et diuitias reliquit, nec earum quicquam secū detulit.* Magnus Soldanus Babylonis, cum iam in ultimo mortis transitu esset, iussit signifero suo, qui eius vexillum solebat ferre, vt affigeret hastæ partem illam sindonis, qua inuoluendus erat, & exiret per totam Babylonem vociferans. Videte homines, quem exitum habebit magnus Soldanus, cuius imperio tot reges subiecti erant, ex omnibus suis regnis, & thesauris, hoc solum seculum asportaturus est. Heu quantam omnibus nobis hic infidelis infligit alapam! si hoc sentiebat Gentilis, quid necesse est sentiat Christianus, qui gloriæ, & inferni fatetur æternitatem?

*Et sepulchrum est in inferno, &c.* O Domine Deus, & quanta vanitas est inter Christianos circa hoc. Sepulchra, & eorū magnificentiæ, ab Ægyptijs incepterūt, qui domos has in quibus habitamus, quandiu viuimus, diuersoria vocabant, sepulchra verò domos proprias appellabant, & ita curam, quam alij adhibent in sumptuosis ædibus construendis, illi adhibebant, in sepulchris paradisi. Atque hinc habuerunt originem Pyramides, quæ regum sepulchra erant, & tantus fuit excessus, quem gentes in sepulchris instruendis habuerunt, vt dicat Tullius, lege cautum fuisse nequis sepulchrum instrueret maioris operis, quam quod possent facere decem homines triduo: & certus terminus eis assignabatur, extrâ quem non poterant ædificare. Si ergo inter gentes constituebatur taxis, quare hoc non erit etiam inter Christianos? sed sic est, quod si vani in vita, vaniores sunt in morte. O quot diuitibus hoc fortè contingit, quod huic misero diuiti accidit, qui cadauera sua in pretiosis monumentis, & auro insculptis collocant, animæ vero detruduntur in infernum, vt in æternum comburantur. Pauper Lazarus mortuus est, & fortè vix eius corpori sepulchrum fuit sed in angulo alicuius cœmeterij sepultus fuit: at verò anima eius delata fuit ab Angelis in sinum Abraham, vt inter iustos collocaretur: in quo loco tanta erat consolatio, licet Deum non videret, vt arbitratus fuerit diues helluo, qui in inferno commorabatur illis ardentissimis flammis incensus, quod vna tantum gutta, illius cōsolationis poterat linguam suam refrigerare, & sic eam petebat ab Abraham. Quod si tanta erat consolatio, qua ibi iusti afficiebantur, qui adhuc non erant beati, quid erit in gloria

Tullius li. 2.  
de leg.

30 gloria vbi Deum aspiciunt? & sic ait D. Augustinus: tanta est dulcedo futuræ gloriæ, quod si gutta vna in infernum deflueret, tota damnatorum amaritudinem dulcem efficeret. O mirifica verba, ô eximia exaggeratio, si vna gutta illius gloriæ sufficeret infernū in dulcedinem conuertere, quid erit tota gloria, quam anima beata possidet. Profecto si hoc consideraremus vt cōsentaneum est, die nocteque lachrymaremur, & optaremus tanto bono iam perfrui. Sed propter defectum huius considerationis cum tanta negligentia viuimus, ac si illud non crederemus. O Deus cælestis salua nos, & à tam terribili torpore, & ignauia nos libera. Confortabantur Hebræi inuicem inter se dicentes: Surgite, vidimus enim terram valde opulentam, & vberem, nolite negligere, nolite cessare, eamus, & possideamus eam, nullus erit labor. Sic oportet fratres mei nos inuicem incitari, vt tam locupletem, & vberem possessionem, sicut gloriam, consequamur. Ad quam nos perducatur Iesus Marię filius, qui viuunt & regnat in sæculorum sæcula Amē.

Aug. sermo  
ne de beatis  
diue calefi.

Indicum. 18.

### Feria. V. I. post Dñicā. II. in Quadragesi.

*Homo quidam erat paterfamilias, qui plantauit vineam.*  
Matthæ. 21.

**I**N HAC Parabola vocat Christus Redēptor noster Ecclesiam suam, vineam non eam vocat hortum, quia quādo homines aliquas plantant arbores, nullas cōponunt tanto metro, & ordine sicut vites vineæ. Plantat quis oliuetum, & disponit illud ad oculus, & dicit, Ponite hinc hanc oliuam, & illic aliam, sicut sibi videtur, & sic in cæteris arboribus, quas in horto plantat. Qui autem vineam plantat, prius metitur magno fune circuitum latitudinis, & longitudinis, quem habere oportet vineam, & plantas vites, metitur regula, ita vt vnaquæque sit in debita dimensione cū altera, ne vna impediatur alteram. Sic debent esse homines, qui in hac Ecclesia viuunt vt vnusquisque in loco sibi debito commoretur, cum mensura, & moderatione, ne alter alterius occupet locum, vt vnique sit spaciū, in quo possit viuere, absque alterius præiudicio. Si enim vnus rotum vult occupare, & cum maxi

ma:



ma amplitudine viuere, necessariò oportet eum notabile incommodum fratribus suis inferre. Quapropter querebatur Deus per Esaiam dicens. Væ, qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis vsque ad terminum loci: nunquid habitabitis vos soli in medio terræ? Non eos reprehendit, quod furetur, sed propter cupiditatem accumulandi domos ad domos, terminos ad terminos, & quòd nunquam saturentur, diuitias acquirere proximo officientes, nec eis relinquentes spacium vbi possint habitare. Ideò non dicit: væ furantibus, sed væ coniungentibus domum ad domum, & omnia volentibus comprehendere, ac si illi soli in orbe victuri essent. ¶ Dicitur etiam vinea eò quod non sit arbor, quæ pauciori terra contenta sit, quàm vitis, qua vinea conditur: & sic oportet esse vnumquenq; Christianorum, qui in hac Ecclesia viuunt, vt S. Paulus dicebat, Habentes autem alimentum & quibus tegamur his contenti simus. Videtur nondum ausus fuisse dicere, habentes vestitus, & alimenta cõsentaneum est vt si mus cõtenti: sed ait: habètes tegumenta, etsi sint vestes tritæ, & laceratæ quantũcũq; viles: hoc debemus esse cõtenti, ij, qui nos Christianos esse iactamus. Item vites sunt arbores, quæ paruas radices agunt in terra, ceteras arbores vix hominũ vires sufficiunt euellere è terra, tantas tãque profundas agunt radices. Tales necesse est esse Christianos. In charitate radicati, fundati, & ait S. Paulus radices nostræ nõ debent esse in terra, sed in charitate, & in Deo, qui eius est fons. Vt quando diuina Maiestas nos vocauerit, non inuiti, sed libentissime ex hoc sæculo exeamus. ¶ Habèt etiam vites vineæ, aliam singularitatem præ cæteris arboribus, quòd opus est eas quotannis amputari, & circunscindi, vt bonos fructus faciãt. Et hoc ipso opus est hominibus Christianis, quòd non modo quotannis, sed quotidie necesse est amputemus multos excessus, qui sunt in nobis vt S. Paulus nos admonet dicẽs: Expoliãtes vos veterẽ hominẽ cũ actibus suis, induentes nouum. Veterem hominem vocat hic omnem deprauationem, quæ in vno quoque nostrum per peccatum originale mansit, ex qua procedunt veluti pampani plurima mendacia, fictiones, cupiditates &c. Hæc omnia necesse est singulis horis amputare, si debitum virtutis fructum ferre volumus. ¶ Hanc præterea excellentiã habent vites vineæ inter cæteras arbores, quòd reliquæ arbores vix vno anno duos digitos accrescunt, vites verò duobus mensibus, ecce quàm

magnas

5 magnas producunt virgas: vt visu sit admirabile. Sic debent esse Christiani, qui ad oculum debent semper ad palmas (vt aiunt) accrescere. Hoc visus est significare Sanctus Paulus, cum de seipso loquens dicit. Quæ retro sunt obliuiscens, ad ea verò, quæ priora sunt extendens me ipsum. Oblitus omnium rerum, de quibus in hoc sæculo possem gloriari, curo crescere, & progredi in rebus perfectionis. Vaditis ad venandum, & videtis quòd canis insectatur leporem, hinc eum arripit, & illic desinit, & videtur se extendere, & dicitis: Canis hic certe funis fit. Vt extendit corpus ad persequendum leporem. Sic faciebat Sanctus Paulus in virtutum exercitatione, extendens me ipsum, vt funis dilator, vt perueniam ad destinatum brauium superuæ vocationis Dei in Christo Iesu. Quod est cum auxilio Iesu Christi. De hac vinea dixit Esaias. In die illa vinea meri cantabit ei. Significans in hoc, quòd tempore legis gratiæ, hæc ecclesia militans laudatura erat maximè Deum, plena vino purissimo amoris. Ideo vocauit vineam meri. Vineam vini puri, & amoris ardentissimi, hic est enim fructus huius vineæ. Sed sicut inter omnes arbores, vites optimum ferunt fructum, sic nisi illum ferant sunt inutiliores omnibus. Ideo percontabatur Deus Ezechielem, Fili hominis quid fiet de ligno vitis ex omnibus lignis nemorum? nunquid tolletur de ea lignum vt fiat opus, aut fabricetur de ea paxillus, vt dependeat ex eo quodcunq; vas? Nihil est ea inutilius nisi fructum ferat, nec de ea sella, nec scamnum, nec quidem paxillus ex quo dependeat vas potest confici: ad nihil aliud prodest nisi ad ignem. Sic profecto sunt Christiani, qui si amoris fructum reddant, magni sunt pretij & estimationis coram Deo, si verò fructum non ferant non profunt nisi vt conijciantur in ignem æternum. Quid fiet de ligno vitis? quid potest fieri de misero peccatore, quo nihil est inutilius? Vis conficere ex eo optimum monachum? non est possibile: monachum enim oportet esse optimum Christianum, quòd est totius religionis initium: oportet esse obedientem, & pauperem spiritu, &c. Peccator verò est vice versa. Quid ergò fiet de ligno vitis? Vis efficere ex eo optimum clericum? nec prodest ad hoc. Clericus enim debet esse castus, deuotus, misericors, &c. Peccator vero nihil horum habet, Quid ergò fiet de ligno vitis? vis efficere ex eo prætorẽ etiam ad hoc nihil valet. Qui enim futurus est iudex aut prætor

non

non debet esse alicui propensus, nec pertinax, nec utilitatis cupidus, magnam debet habere rectitudinem, non debet esse acceptator personarum, &c. Hæc omnia defunt peccatori. Quid igitur fiet de ligno vitis? vis efficere ex eo virum primum? nihil prodest ad hoc. Vir enim primarius animi magnitudinem habere debet contra tyrannides, debet esse pater orphanorum, & viduarum protector, &c. Peccator autem tyrannus quidam, omnes vult destruere, qui deuorat plebem sicut escam panis. Quid igitur fiet de ligno vitis? vis efficere ex eo optimū prælaturum? Ad hoc minus prodest. Prælaturum enim omnium virtutum oportet esse exemplar: peccator vero est abominationum cauus. Quid ergo fiet de ligno vitis? quod ne quidem prodest ut ex eo seruus quidam efficiatur: seruum enim Domino suo fidelem esse oportet; peccator autem nullam cum Deo habet fidelitatem, quomodo eam cum hominibus habebit? O miseram creaturam, quæ ad nihil prodest, nisi ut gehēnalibus flammis comburatur! O fratres mei curate omni diligentia, si quidem estis vites huius sanctæ vineæ, ut fructum vini meri, & purissimi amoris reddatis. Ne de vobis dicatur, quod tanto dolore dicebat Moyſes de illo ingrato populo, postquam in eos cælum, terram quæ inuocauit, eos reprehēdit, eò quod fructū fellis, & amaritudinis Deo redderēt, vna eorum vna fellis, & botrus amarissimus. Hoc nomē tribuit Spiritus Sāctus peccato. Ita Beatus Petrus dixit maximo cuidam peccatori: In felle amaritudinis, & obligatione iniquitatis video te esse. Fel amaritudinis vocat iniquitatem, licet enim tibi peccatori dulce sit peccatum, Deo tamen est amarissimum, qui si amaritudinem posset recipere ex nulla re maiorem acciperet, quàm ex peccato. Qua propter animaduerte homo quid facias, quot enim peccata committis, tot felles amaritudinis reddis altissimo Deo quantum est ex te, à quo tot, tamque ineffabilia beneficia accepisti.

Iam explicuimus, quænam sit vinea, & quæ eius vites: nunc autem oportet nos scire, quod sit vallum, quo Deus eam munit, dicit namque: *Et sepe circumdedit eam, &c.* Hoc vallum, absque dubio, est suprema Dei misericordia, ut dixit Dauid. Qui coronat te in misericordia, & miserationibus. Ex quo sequitur, quod si quidem Misericordia diuina nos vallo munit, & circumdat: nihil boni, mali vè ad nos potest transire, quod per eam

non

11 non transeat, & ita omne bonum, vndeunque venerit debemus cognoscere, quod ex Dei misericordia proueit, ut Deo cum illo bono seruiamus. Hac de causa, iusti, quicquid accipiebant, à manu Dei procedere dicebant. Cum Esau interrogaret Iacob, qui nam essent pueri illi? Respondit: Paruuli sunt, quos donauit mihi dominus. Et offerens illi certum munus, dixit: suscipe benedictionem, quam attuli tibi, & quam donauit mihi dominus tribuens omnia. Etiam Sanctus Ioseph cum eius pater interrogauit eum, qui paruuli essent illi? respondit: Filij mei sunt, quos donauit mihi Dominus in hoc loco. Et cum filij Iacob inuenerunt nummos illos in faccis dixerunt: Quid nam est hoc, quod fecit Dominus nobis? Non dicunt: Hæ aliqua insidia sunt, quas nobis illi parauerunt, aliqua hinc latet calumnia, sed omnia Deo remittunt cum illa prudētissima Abigail accessit ad Dauid, & suis optimis sermonibus eius furorem mitigauit, quo in virum suum Nabal concitatus erat: dixit vir Sanctus: Benedictus Dominus Deus Israel, qui misit te hodie in occursum meum. Non tu ex instituto tuo venisti, sed Deus te misit, ut per te hoc mihi faceret beneficium. Et sicut fatemur omnia bona per misericordiam Dei transire. Sicidem de laboribus dicendum est, quod non poterunt ad nos accedere nisi per misericordiam Dei transierint. Siquidem ipsa nos circuit. Dauid cum eum Semei lapidaret & malediceret, dixit: Dimitte eum ut maledicat, Dominus enim præcepit ei, ut malediceret Dauid, & quis est, qui audeat dicere, quare sic fecerit? & in Psalm. Opprobrium insipienti dedisti me, obmutui, & non aperui os meum, quoniam tu fecisti. Et Sanctus Iob dixit: Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit ita factum est. Sit nomen Domini benedictum. Non dixit: mea maxima industria mihi dedit, nec boni & fertiles anni, qui successerunt, aut boni serui quos habui has diuitias mihi acquisierunt, sed Dominus dedit. Nec etiam conqueritur de Sabæis, aut Chaldæis, qui bona sua diripuerāt, pecora deprædati fuerant, pastoresque interfecerant, sed dicit: Dominus dedit, Dominus abstulit, ipsi omnia tribuo. Etiam naturales successus, foelices, & in foelices, debemus cognoscere, è manu Dei deuenire: quod significauit Dauid dicens: Ignis, grando, nix glacies, quæ faciunt verbum eius. Fatetur omnia hæc nihil aliud facere, quàm, quod Deus

Tom. j.

M

præcipit.

Psalm. 13.

Deuter. 32.

Act. 8.

Psalm. 102.

Gen. 33.

Gen. 48.

Gen. 42.

1. Reg. 25.

2. Reg. 16.

Psalm. 38.

Iob. 1.

Psalm. 48.

præcipit. Cùm frater mi, igni te calefacit & delectat in hyeme, hoc Dei imperio facit. Et cum coquit panem & cibos, quos manducaturus es, & cum domum tuam concremat, & diuitias inflamat, etiam facit, quod ei Deus imperat, & grando, cum terram vberem reddit, & cum fructus lapidat, in vtroque adimplet voluntatem Domini: & nebula cùm fecundat terram, & cùm vias caligine implet, & viatores ab itinere aberrant, etiam facit præceptum Domini. Et glacies cum sata obdurat, vt vberius fructificent, & fortius erumpant, & cùm arbores & vineas perdit, in omnibus facit, quod Deus imperat. Et cùm aer te refrigerat in vere, & cùm tempestatem concitat, & domum destruit, & nauis in mari submergit, præceptum Dei complet. Quapropter debemus, non tantum in prosperis, sed etiam in aduersis Deum laudare etiam in naturalibus euentibus, siquidem omnia ab eius manu proficiscuntur, & per eius misericordiam transeunt. Benedicant te Hierarchiæ cæli, & omnes terræ creaturæ Deus viscerum meorum, ac cordis mei, qui non solū, quādo mihi benefacis, prodes, sed etiā, quando incommodū inferis mihi benefacis. Laudate & exaltate, fratres mei, sic in omnibus hūc tam bonum Deum ac Dñm, siquidem omnia ad nostram vtilitatē disponit opus est vt diligenter perpendamus, quod Dauid adiunxit misericordiæ miserationes, dicens; qui coronat te in misericordia, & miseracionibus, qui te circumdat misericordia, & operibus, quæ ex illa procedunt. Quomodo addidit vnum alteri? vt significaret, quod vbi est vera misericordia, si possibile est, oportet esse etiam actus misericordiæ. Tām naturale enim est virtuti, quæ infidet animæ producere actus iuxta qualitatem suam, quā arbori, fructus ferre, secundum speciem suam. Itaque verus humilis debet habere actus humilitatis, aliter, erit fictus humilis, & misericors debet facere opera misericordiæ. Et idem est dicendum de reliquis virtutibus. Hanc philosophiam moralem nos docuit verus Magister Iesus Christus filius Dei dicens: Arbor bona bonos fructus facit, Eadē Metaphora vsus est D. Ioannes Baptista admonens Pharisæos, qui se veros pœnitētes affirmabāt, cū veniebāt, vt ab illo baptizaretur, dicens: Facite ergo fructus dignos pœnitētiæ. Ac si diceret: si est verū, quod in corde vestro peccatorū vestrorū pœnitentiā habetis, perspiciatur in operib⁹ exterioribus. Si hæc arbor pœnitentiæ in anima vestra plātata est, scitote hūc esse fructū, quem pro-

Matth. 7.  
Luc. 3.

producit; vitæ correctionem, suspiria, lachrymas, orationes, ieiunia, & his similia. Vt viuatis sicut, quos transtactæ vitæ pœnitet. O qui nuncij sunt hi, filijs huius sæculi! o fratres mei quam metuedum est, quod inter nos agitur: quod postquam grauissima peccata commisimus, tam læti, tamque hilari vultu ad confessionem accedimus, ac si peccata essent maximæ virtutes, quæ Deo placerent. Vbi sunt hæc opera pœnitentialia, siquidem dicitis vos habere pœnitentiam in corde? Maxima ratio est quare timeamus non esse in nobis veram pœnitentiam. Et idem possumus dicere de cæteris omnibus virtutibus quā parum illarum sit in nobis, cū tam parum exterioribus actibus manifestetur. Videte quid dixerit Dominus per Ioelem: conuertimini ad me in toto corde vestro &c. Aduerte homines, quod estis parum vrbani, auersi à me, & conuersi ad creaturas, ac si illæ remedium vobis essent collaturæ: eijcite iam hunc errorem. Conuertimini ad me cum amore & affectu, creaturas contemnentis, & hoc debet esse in ieiunio, & sletu, & planctu, quemadmodum morbus, qui statim in faciem non prodit & exterius apparet, aut non est verus morbus, aut saltem leuissimus, sic etiam spiritus afflictio nisi exterius in corporis afflictione apparet, vel non est vera afflictio, vel saltem est minima, vera enim & maxima afflictio in vultum prodit. Hoc voluit significare Spiritus Sanctus dicens: Spiritus tristis exiccat ossa. Quod non solum, carnem macerat, & vultum facit marcescere, verum etiā medullas consumit & ossa arefacit. Quid igitur ad hoc respondebitis, qui estis tam pingues, tam læti tam perpoliti, tamque pomposi, postquam tot tamque horrenda peccata commisitis? O incommutabilis Deus, quantum circa hoc dici posset. Tu Domine remedium adhibe pro tuo Sancto nomine. Hæc omnia diximus occasione illorum verborum Dauidis, quod Deus nos in misericordia & miseracionibus coronat, quæ sunt beneficia, quæ ex misericordia dimanant.

Cum igitur maxinè compertum sit, vineam quam Deus in terra plantauit, esse hunc statum, & Reinpublicam, quam diuina Maiestas habet in hoc mundo, atque hanc Ecclesiam vniuersalem, quæ ab origine mundi incepit, & in consummatione sæculi finietur: hæc vinea olim erat apud Iudæos, vt debitum fructum redderent, & gratias agerent; illis misit Deus nuncios suos, prophetas, ac sanctos viros, quos ita iniuste tractarunt, vt eis vi-

M 2 tam

tā auferret. Et cum Deus eos (humano videri) destructurus esset 20  
 in supplicium immanitatum eorum, in eos ineffabile illud contulit bene-  
 ficium, quod eis vnigenitum filium suum misit, quem extra ciuitatem tu-  
 lerunt, tanquam extra vineam, & ei. (vt omnibus perspicuum est) mor-  
 tem saeuissimam intulerunt, dicentes, vt impudici: *venite occidamus eum,*  
*& habebimus hereditatem* Videamus nunc. Hic Primogenitus non ha-  
 bebat patrem? quid ergo dicunt, si eum occiderimus habebimus ha-  
 reditatem? pater, qui misit seruos, & misit filium suum, non supe-  
 rest, vt eam recuperet? Ideo arbitramini, vos esse habituros heredi-  
 tatem? Hoc profecto significat peccatorum caecitatem, qui, ne pu-  
 ctum quidem, praeter tempus praesens prospiciunt, nec rerum eue-  
 tus animaduertunt, quos si animaduertent, fortasse Deum non  
 offenderent, sicuti offendunt. O fratres mei si, cum vultis peccatum  
 effraenata cupiditate committere, parumper reflecteremini consi-  
 derantes quid ex hoc possit prouenire, quam maximum reme-  
 dium reperiretis, vt ulterius non progredere mini, & ab incepto  
 desisteretis. Nihil eorum hi aduerterunt, sed tanquam homines si-  
 ne pudore, ac timore, & absque vlla consideratione dicentes & fa-  
 cientes auctori vitae, mortem intulerunt. O ineffabilem Dei clemē-  
 tiam! Nam, vix cruor exiccatus erat in lapidibus Caluariae mon-  
 tis, cum iam his, qui tantum facinus perpetrarunt a postolos mit-  
 tit Christus redemptor noster, vt eis poenitentiam praedicet: quia  
 tantam iniuriam & abominationem illis vult dimittere. Sic dixit pijs  
 simus Saluator discipulis suis eodem resurrectionis die: Quonia  
 sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere a mor-  
 tuis tertia die: & praedicari in nomine eius poenitentiam & remis-  
 sionem peccatorum in omnes gentes incipientibus ab Hierosoly 23  
 ma. Quid plus potest dici de pietate Dei? & super hoc, eis misit spi-  
 ritum sanctum, qui eos doceret & illuminaret, cuius virtute tot mira-  
 cula facta sunt Hierosoly mis, vt sufficerent ad lapides conuertendos:  
 hi vero in dies duriores redditi sunt. Ideo eis hanc parabolam Ie-  
 sus Christus proposuit, vt suo ore, non intelligentes quid facerent,  
 contra se ipsos sententiam ferrent, fatentes quam iustum esset vt eis  
 vinea adimeretur, & ipsi destruerentur. Recte cognoscebat Dominus,  
 quod nunquam hi peccata sua cognituri essent in se, nisi ea in alijs  
 poneret. Hoc morbo, scilicet quod se non cognoscerent, semper gens  
 illa misera laborauit. Et nunc, secundum peccata nostra, non deest, qui  
 eodem morbo laboret: quod est summum omnium malorum: vt ostendit Deus  
 per

INC. 24.

23 per Hieremiam postquam numeravit maxima scelera, atque iniu- Hier. 2.  
 rias in proximos, maxima in sacrificijs sacrilegia dixit: A seculo  
 confregisti iugum meum, &c. In omni colle sublimi, & sub om-  
 ni ligno frondoso tu prosternebaris meretrix, &c. Ipsi, & reges  
 eorum, principes, & sacerdotes, & prophetae eorum, dicentes ligno:  
 pater meus es, & lapidisti me genuisti. Quae maiora scelera, quam  
 haec esse poterant? Et tamen addidit Dominus: Et dixisti absque peccato,  
 & innocens ego sum, & propterea auertatur furor tuus a me. O  
 maximam miseriam, & caecitatem! Tot habetis peccata, & dicatis:  
 Non peccauimus: non habes quare me punias, idcirco dicit Deus: ec-  
 ce ego iudicio contendam tecum, eo quod dixeris: Non peccauimus. Volo  
 te conuenire in iudicio, non tam propter haec omnia peccata, &  
 idololatrias, quam propter haec summam pueritatem, quod tam caecus es.  
 24 vt haec tanta flagitia non iudices peccata esse. Ore stupendam, quod  
 intantam caecitatem anima deueniat, vt cum sit sceleribus obruta, non  
 eam conscientia stimulet, & tam securam sit, ac si nullum commiserit pec-  
 catum. Deprecamini Deum fratres mei ne vos e manu sua dimittat,  
 vt in tantam calamitatem non deueniatis. Sed quid erit cum vi-  
 neam Iudeis abstulerit, & ipsam nobis tam excellentem, & tot,  
 tamque celestibus sacramentis exornatam dederit: si Dominum ipsum  
 iterum nostris sceleribus crucifixerimus? Quam poenam non me-  
 rebimur tanta ingratitude? Quae maior amentia esse potest, quam  
 post tot, ac tanta beneficia, tam obduratos remanere? Aulus Gel-  
 lius, & Appianus rem quandam mirabilem memorant: & Appia-  
 nus affirmat se eam proprijs oculis Romae perspexisse. Quod fuit  
 vnum ex admirandis spectaculis, quae in orbe contigerunt. Affir-  
 25 manthi grauisissimi viri, quod cum Romae leones agitentur &  
 aliae ferae, cumque homines morte damnati immittentur, qui cum  
 illis belluis decertarent: exiit forte saeuissimus & maximus leo,  
 qui maximis rugitibus, quos proferebat, omnes deterrebat. Et  
 inter damanatos, erat quidam seruus genere Dacius, qui Andre-  
 dus appellabatur. Hic immixtus fuit illi crudelissimo leoni. Iam  
 potestis cogitare: quanto metu percussus esset miser homo, arbi-  
 trans in minimo temporis spacio, se ab illa immanissima bellua  
 esse lacerandum. Sed leo cum primum eum vidit, stetit, vt admi-  
 ratus, & postea coepit pedetentim incedere, & sic mitissimè acce-  
 sit ad hominem, ac si illum cognosceret, & coepit illum permulce-  
 re maxima cum beneuolentia: seruus vero, vt vidit, & agnouit

Aulus Gel-  
 lius lib. 5. no-  
 tium. Atti-  
 carum Ap-  
 pianus in. 4.  
 Rerum Aegy-  
 ptiarum.

leonem, assumpsit animum, & alter in alterutrum coeperunt ocu-  
 los conijcere, magna cum hilaritate, & magni amoris signis. Ad-  
 mirante omni concione rem tam inuisam, & inauditam. Impera-  
 tor qui hoc spectaculo etiam admiratus fuerat, accessit iussit ho-  
 minem illum, ab eo quaesivit causam tantae nouitatis: ipse vero  
 respondit, quod cum in Africa, in solitudine quadam commo-  
 raretur, Dominum suum fugiens, cumque in spelunca late-  
 ret, ingressus fuit in illam speluncam ille leo percussio pede, &  
 maximos pro dolore rugitus excitans, atque ad se cum illa ne-  
 cessitate accessit, qui eum curauit auferens ab illius pede ma-  
 ximum fomitem, vulnus presit, absterfit, & alligauit, & post  
 quam leo sanatus est illo vulnere, cum eo paucis diebus ha-  
 bitauit in illa spelunca. Et cum leone manducabat praedas, quas  
 leo afferebat. Sed postea cum illa conuersatio, & leonina vita sibi  
 displiceret, postquam semel leo ad uenandum exiuit, illinc ipse  
 discessit: cumque postea comprehensus ad Dominum suum ad-  
 duceretur, Dominus ira concitatus, eum ad bestias damnauit.  
 Et dixit illum esse leonem, quem ipse curauerat in spelunca, qui  
 accepti beneficii memor & illum tunc agnoscens, illam, quam  
 omnes viderant beneuolentiam sibi ostendit. Imperator autem  
 hoc factum in admirationem raptus, eum liberum dimisit & le-  
 one donauit, quem ipse postea Romae, fune uinctum deducebat.  
 Eia homines belluis immaniores quid ad hoc respondetis? quare  
 non uerecundamini? quare non pudet vos, quod ferae agrestes vo-  
 bis excellent? Hoc quod diximus narrant illi duo grauissimi uiri,  
 quorum alter proprijs oculis hoc uidisse asseuerat. Si ergo bestiae  
 rationis expertes pro acceptis beneficijs gratias referre norunt: 28  
 quare nos rationis capaces, & fidei lumine illustrati, ita ingrati  
 sumus ut non modo nostro summo benefactori non seruamus,  
 sed maximas ei passim iniurias inferamus? Pudeat nunc nos pro-  
 pter honorem illius liberalissimi Domini, qui tot in nos benefi-  
 cia contulit. Timeamus ne haec beneficia in crudelissima verbe-  
 ra nobis conuertantur. Sicut illis nuncios misit, & tandiu eos ex-  
 pectauit, sic nobis etiam mittit, & hodie, & cras & multos dies  
 expectat, & quando nihil proderit, omnia peruoluemus sicut &  
 illi, & atrocius quidem. Ex patientia, qua tecum, o peccator, uti-  
 tur Deus, patet, quantum repugnet Deus, ne tecum manus conse-  
 rat. Transit per uiam molossus gressu tardo & quietus, cui obuia  
 exit

simile.

29 exit catulus & in molossu inuadit, ille uero quia non uult ringi,  
 tranquillus uia praeterit, & ad plurimum, aliquando reflectit, quod si  
 ex eius patientia occasionem sumit catulus prolixius eum molestan-  
 di, regreditur molossus pro molestia, & arripiens catulum inter-  
 dentes, eum dirutissime dilaniat. O quam ad simile hoc inter nos  
 & Deum agitur! O Deus infinitae maiestatis pro tua clementia te  
 exoro mihi sermonem, & efficaciam concedas, ut restam ueras,  
 & necessarias summa animi contentione pertractem. Animadu-  
 uertite fratres, quod estis catuli, & Deum crebris sceleribus mole-  
 statis, & quod statim uos non disperdit, occasionem sumitis, ut  
 diutius in malis uestris perseveretis. Cauete ergo, nam Deus non  
 semper uos feret, caute, ego uos moneo, quod uestris insolentijs  
 molestatus, uestrisq; rebellionibus concitatus, uos dentibus iusti-  
 30 tiae suae arripit, & morte dilaniabit, corpus in sepulchrum detru-  
 dens, animam uero in infernum praecipitans, ut in aeternum cru-  
 cietur. O quam horrendum est incidere in dentes furoris Dei, ut  
 Sanctus Paulus magna exaggeratione dixit: Horrendum est in-  
 cidere in manus Dei uiuentis. Cognoscamus ergo ingratitudinem  
 nostram, & maximis Dei beneficijs incipiamus a modo respon-  
 dere, diuiniq; eius concionibus obedire. Et arbitramini me eius  
 esse nuncium, licet indignum, & eum per me uobis nunciare, ut  
 redditus sibi debitos persoluatis, & uinae fructum feratis, purissi-  
 mo amore tam bonum Deum complectentes, & eum qui uos tan-  
 toperè diligit, inuicem diligentes. Sic enim apti eritis, ut eius diu-  
 nae gratiae compotes efficiamini, qua interueniente, gloriam com-  
 paratis. Ad quam nos perducatur Iesus Mariae filius. Amen.

Hebr. 10.

## Sabbatho post Dñicā. II. In Quadrage.

*Homo quidam habuit duos filios &c. Lucæ. 15.*

**H**O C Euangelium maximae est consolationis, & est  
 dignissimum, quod attentissime audiatur, & maxima  
 amoris uisceribus percipiatur, ab illis praesertim, qui hinc  
 perditionis suae magnitudinem sentiunt, & in quo discrimine  
 uersentur animaduertunt, illinc uero latissimam salutis suae ia-  
 nuam prospiciunt, & certissima impetrandi remedij (si uo-  
 lunt) pignora intuentur. (Recenseatur tota parabola ad literam.)

M 4

Sapient.

Eccles. 17.

Sapientissimus Salomon mirificam illam exclamationem protulit: quàm magna misericordia Domini, & propitiatio illius conuertentibus ad se. Sed est valde notandum, quòd exclamationem hanc protulit, postquam dixit illa singularia verba: Non demoreris in errore in piorum: ante mortem confitere. A mortuo quasi nihil, perijt confessio. Confiteberis viuens, viuus & sanus confiteberis, & laudabis Deum & gloriaberis in miserationibus illius. Et statim exclamauit dicens: Quàm magna misericordia Domini & propitiatio illius conuertentibus ad se, & sequentibus hoc consilium, quòd hic admonemur. Non demoreris &c. Si fortè (inquit) in malorum errorem lapsus fueris, ne in illo demoreris. Maximum est enim in tali statu periculum, sed propera diligenter, & de eo exi, vt antequam te mors corripiat, miseriam tuam agnoscas. A mortuo &c. A mortuo enim non est speranda confessio, quæ aliquid profit. Perpendite diligenter, quòd confessio, quam damnati in inferno faciunt, vocatur hic quasi nihil, & non omnino nihil, licet enim mortuis nihil profit, posset tamen viuus proficere; si alienis periculis cauti fieri vellemus. Propter hoc enim voluit Spiritus Sanctus vt in sacra scriptura dā natorum verba scriberentur, & confessio, quam in inferno faciunt nobis manifesta esset: vt patet in libro Sapientia, vbi de illis dicitur: Dicentes intra se, poenitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes: Errauimus à via veritatis, lassati sumus in via iniquitatis, & perditionis, & ambulauimus vias difficiles. Quid nobis profuit superbia? aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Transferunt omnia illa tanquam ymbra &c. Anima aduerte quòd in confessione, quam mali in inferno faciunt fatentur viam iniquitatis, etiam in hoc mundo difficillimam esse, & maximam peccatoribus anxietatem afferre. Ideò dicunt: lassati sumus, & ambulauimus vias difficiles. Quot amaritudines, ac labores patitur peccator, vt cum iniquitate sua vltiùs progrediatur? Hoc significat diuinum illud verbum, quòd dixit Iesus Christus Beato Paulo: cum eum humi prostratum haberet: Durum est tibi contra stimulum calcitrare. Contra stimulum calcitrare est in partem contrariam pergere ab ea, ad quā stimulus ducit. Sicut, cū iumentum tuum stimulo cōpungis, vt vltiùs progrediatur, illud verò regreditur, & quòd plus regreditur, eò plus cōpūgitur & percutitur, quia plus infligitur stimulus. Similis est via Dei: stimulat te Deus

certis

Sapient. 5.

Acto. 9.

simile.

certis stimulis vt benefacias, & tu facis malum: inspiratio, reprehensio, rationis lumen, timor inferni, hæc omnia te concitant, vt virtutē sequaris, tu verò contra omnia facis, necessariò ergo te debent sic stimulare. Sic Sanctus Paulus, cum Ecclesiam Dei persequeretur stimulare habebat, ne id faceret, & contrariam semitam percurreret, gloriosam famam diuini Domini, recordationem magnorum miraculorum eius, mirificaque doctrinæ Iesu Christi & prodigia, quæ postea Apostoli Hierosolymis operati sunt, quæ fortè proprijs oculis perspexit: hæc omnia, & propria conscientia, quæ eum arguebat, & bonus Angelus, qui eum commouebat, erant maximi stimuli, qui eum feriebant, & inducebant, vt desisteret à sanctæ Ecclesiæ persecutione, & contra hos omnes stimulos calcitrabat, contraria faciens. Hoc est durissimū & amarissimum, & tamen tanta erat eius rabies, vt etiam crudelissimo cum suo tormento illud exequeretur. Ecce quomodo per os Domini, quòd mentiri non potest, dicitur durissimum, laboriosissimum, & amarissimum esse contra conscientiam operari, & contra inspirationem, naturalemq; rationem facere, & tamen ita insani sunt impij, vt in illum infernum velint properare, qui nullo vnquam tempore finietur, per alium infernum, quæ est misera, & infœlix vita, quam in hoc seculo in peccato commorantes degunt. O vtinam vellemus modo fructum percipere ex confessione, quam damnati in inferno faciunt, & ex eo, quòd nosmetipsi in nostra misera ac peccatrici vita experimur: etiam in sua confessione dicunt, omnia velut vmbra præterisse. Videbitis incantatorem maxima caterua circumseptum, & alicui dabit pomū aureum; & postea illud repetit: ille verò nihil aliud in manu inuenit præter carbonem. Mundus est quidam incantator qui nos decepto trahit, dat nobis dignitates, delicias, & diuitias, omnia nobis poma aurea videntur, & tandem, quando ea animaduertimus, cognoscimus non esse aurum, sed carbonem, qui animam nostram & conscientiam coinquinat. Ideò illi in sua confessione dicunt: Diuitiarum iactantia quid contulit nobis? O fratres, pro Dei charitate, fructum percipiamus ex illorum confessione, ipsi enim eam illic faciunt, hic verò scripta est ad nostram admonitionē, & ideò non dicitur penitus inutilis, nam licet illis inutilis sit, nobis tamē vtilitati maximæ esse potest, & tanquam valde nobis necessariū, iterum nobis sapiens pluribus verbis suadet, vt in vita poeniten-

simile.

M 5

tiam



tiam agamus, dicens: Confiteberis viuens, viuus & sanus confiteberis. O æterne Deus, quoties idem repetit. Totum hoc profectò est, vt nos à negligentia nostræ somno excitet, nò solum (ait) viuus, sed viuus & sanus. Ne expectes morbum, cum iam es semiuiuus, & sensibus perturbatis præ morbi grauitate. Et necesse est notetis, quòd confessio illius temporis, erat figura, & lineamentum confessionis sacramentalis Euangelij. Postquam hæc omnia sapiens dixit, exclamauit, vt diximus, tanquam admirans misericordiam Dei in peccatores, qui ad eum conuertuntur, & iure optimo, siquidem tunc filium diaboli, & titionem inferni reddit. Deus filium suum, & cæli hæredem, sicut hodie sanctum Euangelium nobis declarat, in hoc filio tam dissoluto & distraeto, qui tam facile patris sui amicitiam, & inopiæ suæ remedium comparauit. Quis non exclamet considerans quam laboriosè corporis salus impetretur, & quam facile (si volumus) salutem animæ adipiscamur? Quòd si huius discriminis rationem quæras, cur suspirio intimo cordis affectu prolato, & vera contritione, animæ salus comparetur, ad consequendam verò corporis valetudinem, in primis necesse sit locupletissimos loculos habere, vt medicis pluri mi nummi porrigantur, & multa medicamina adducantur? &c. Huius discriminis ratio est; quòd ineffabilis Dei prouidentia, quæ, illa quæ sunt magis necessaria, communiora, & adeptu facilia esse constituit: experientia enim compertum est, quòd aqua, & panis, quæ sunt magis necessaria, abundantius reperiuntur, quam vinum, & alij pretiosi fructus. Si aer ad respirandum, si aqua, ad omnia necessaria, si terra ad ambulandum esset emenda, quid facerent homines? Ideò Dei prouidentia tam communia omnibus hæc fecit: sic etiam, quia animæ salus tam necessaria est, ideò Deus tam facilem eam effecit, vt vna cordis conuersione ad Deum comparetur, vt ne quis causam adhibeat salutis suæ, aut excusetur & conqueratur, quòd eam consequi non potuerit. Vt autem corporis salus parui refert, tam difficilem eam diuina prouidentia effecit, quia licet illam non adipiscamur, non multum interest: sed potius sæpenumerò melius est nobis, eam non consequi & infirmari. Seneca narrat, quòd tanta erat adulatio, qua sui Alexandrum extollebant, tantique honores, quibus illum adulabantur, vt ei affirmarent illum Iouis esse filium.

Seneca ad Lucillum epist. 60.

Cum

21 Cum verò urbem obsidione premeret, & eius muros confideraret, cogitans quàm urbem illam expugnaret, sagitta percussus est, cum que vulnus magnum illi dolorem afferret, dixit: Omnes iurabant me esse filium Iouis, sed vulnus hoc hominem me esse clamat. Itaque vulnus illud, & dolor eius oculos aperuit, qui assentionis puluere obcæcati erant. Ideò Sanctus Paulus dixit: Placeo in infirmitatibus meis, &c. Destruit Deus corpus ægritudine, vt animam lucrificat. Facit vt Dominus, 2. Cor. 12. qui videns ciuitatem suam rebellem, eam oppugnat, & muros quos ipse construxit, solo æquat, tantummodo, vt eam reciperet, postquam verò eam sub imperium suum redegit, restaurat quod destruxerat. Sic solet Deus corporis salutem destruere, viresque ac exteriorem pulchritudinem disperdere, vt anima rebellis ad suam diuinam obedientiam reuertatur. Ex his 32 exemplis manifestè apparet, quanti sæpè referat corporali valetudine carere. Quapropter nihil interest, quòd sit comparatu difficilis. Cum verò animæ salus sit res maximè necessaria, ineffabili Dei misericordia constitutum fuit, vt tam facile eam impetrare possimus, si vellemus. Quòd si tam facilis cum sit, tantam negligentiam habemus in ea impetranda, quid esset, si difficillimè impetranda esset? O Deus immortalis quantum est in hac re plorandum, &c.

2. Cor. 12. simile.

Incipit parabola: *Homo quidam habuit duos filios, &c.* Per hunc hominem significatur Deus noster: Per filium maiorem vnusquisque iustorum designatur, per minorem verò, & iuniorem, vnusquisque peccatorum declaratur. Itaque siue iustus sit iunior, siue senior, dicitur in sacris literis maior ætate, vt apparet in libro Sapientie. vbi dicitur: Senectus venerabilis est, non diurna, nec annorum numero computata. Cani autem sunt sensus hominis, & ætas senectutis vita immaculata: & sic in illo loco Genesis, vbi nos legimus: Diligebat autem Iacob ipsum Ioseph, eo quòd in senectute sua genuisset eum; in Hebræo est, eo quòd filius senectutis esset illi, quòd aliqui sic declarant. Diligebat eum valde, eo quòd tam bonus filius esset, tamque prudens, ac si esset venerabilis quidam senex prouectæ ætatis. Contra vero siue peccator senex sit, siue iuuenis, dicitur iuuenis minor ætate, eo quòd semper iuuenilem vitam degat, & res pueriles faciat: vt patet ex eo quòd Isaias ait: Puer centum annorum morietur, & peccator

Sap. 4.

Gen. 37.

Isa. 65.

cator centum annorum maledictus erit: & sic coram Deo non tam estimantur anni, quos quidam vixit, quam bona aut mala opera quæ in eis fecit; licet sit verum, quòd longæua etas, & numerus annorum nos deberent inuitare, vt iunioribus meliores essemus: quandoquidẽ talis nobis obligatio incũbit. Et ita Dauid inuitans omnes, vt laudemus & superexaltemus Deum nostrum dicit: Iuuenes, & virgines, senes cum iunioribus laudent nomen Domini. Bis in his verbis iuuenes repetit, & semel senes inuitat. Tales enim senes esse oportet, quòd parum necesse sit, vt inuitentur ad laudem Domini: quanto minus ergo necesse erit, multis vocibus eos molestare? Iuuenes verò, vt plerumque remissiores esse solent, oportet eos semel, bis, & ter vocari & inuitari ad laudandum Deum: ipsi enim tales sunt, vt hæc omnes vocationes parum profint, quòd est magnòperè lachrymãdum: & peius esset, si essent pueri maledicti centum annorum inimici laudum Dei, 15 & omnis sanctæ exercitationis: amici verò totius prophanitatis, & dissolutionis, multo plus, quàm iuuenes, in quibus feruentior est sensualitas. O Deus vobis det prudentiam, Deus vobis det intellectum, vt reuertamini ad vos: defectus est enim sensus & rationis, tandiu viuere contra Deum, & contra eius Euangelium, & contra omne, quòd est virtus, operari.

*Et non post multos dies adolescentior peregre profectus est. Hic discessus significat libertatem, qua vnusquisque peccatorum vult viuere, & quanto odio habeant subiectionem, reprehensionem, & admonitionem, quarum illi tantoperè indigent, Admirabile est profectò, quòd sacra Scriptura narrat. Patriarcha Iacob qui duas ancillas suas in vxores duxit, alterã intercessione Rachelis, quia 16 illius erat ancilla, alteram verò precibus Liæ, quia etiam erat eius ancilla: & licet eas legitimas vxores duxerit, ancillas tamen eas vt antea reliquit, & prioribus vxoribus subditas, vt quemadmodũ illarum antea dominæ erant, essent etiam postea. Cognoscebat enim quantũ libertas proteruis officiat, & quòd meliores essent cũ seruitate: & obedientia. Idẽ dicitur de Patriarcha Abrahã, qui vxoris suæ Saræ admonitionibus inductus, vt ancillã suã Agar vxorem duceret, cumque ille acquiesceret deprecanti, tulit Agar ancillam suam, & dedit eam viro suo vxorem, & postquam illam in vxorem accepit, ancilla tamen, vt antea remansit: vt infra apparet. c. 21. vbi legitur Saram Abrahæ dixisse: Eijce ancillam, & filium*

Psal. 148.

Gene. 30.

Gene. 16.

17 filium eius. Vt animaduertatis beatorum Patriarcharum prudentiam, qui licet eas maximè diligenter; in illa tamen seruitute illas relinquebant propter bonum animarum ipsarum. Malum Esau, & bonum Iacob aliqua ex parte prouenit ex eo, quòd Esau nunquam domi mirabatur iuxta patrem suum, nec eius consilia audiebat: amicus erat agri, vbi nec pater, nec mater possent dicere: Male facis, nec eum semel reprehendere, vt dicitur in Genesi: *Gene. 25.* Factus est Esau vir gnarus venandi, & homo agricola: Iacob autem vir simplex habitabat in tabernaculis. Iacob vir syncerus semper domi erat cum parentibus suis, eorum consilia, & admonitiones percipiens, & hinc maximum illi commodum dimanauit, quòd consilio matris suæ adeptus est primogenituram, & benedictionem à patre suo. Optimum sanè est iter ad illam gloriosam benedictionem cõsequendam: Venite benedicti patris mei, 18 eos conuersari, qui tibi obstant, & quando opera tua meruerint, tereprehendant. Contra verò, est à vita recedere, separari, & fugere correctionem, præcipuè parentum, & eorum hominum, qui bus honor, & reuerentia debetur. In Deutero, præcipiebat Deus: *Deut. 21.* Si genuerit homo filium contumacem, & proteruum, qui non audierit patris ac matris imperium, & coërcitus obedire contempserit, &c. lapidibus eum obruet populus ciuitatis, & morietur. O incommutabilis Deus si ad hanc legem nunc homines tenerentur, & illam deberet obseruare, quot mali & proterui filij passim reperirentur, in quibus exequenda esset, quot quotidie lapidarentur, & morerentur. Caueamus fratres mei à tam iniqua libertate. Ideò boni, à Spiritu Sancto edocti in religionibus includuntur, & sanctæ obedientiæ vinculo vincuntur, nolentes in aliqua voluntatem suam adimplere, vt securiori sint conscientia, & ne perituris bonis ac voluptatibus ducantur, atque ab ipsis decipiantur. De Vlysse legitur, quòd cum præteriret locum, in quo Syrenæ commorabantur, quæ cantus sui suauitate homines ad se alliciunt, & allectos interficiunt, & dilaniant, atque eos edunt, ne hæc sibi calamitas contingeret iussit se fortissimè ad nauis malum deuinciri, & licet nimis laboraret, vt solueretur, præcepit, ne quis eum solueret; & ita tutus præterijt, nec ei Syrenæ cantus offecerunt. Hac arte vtuntur viri prudentes, qui cognoscentes in huius seculi mari tot esse Syrenas, quæ homines cantibus suis peruertunt, quæ sunt voluptates, ludi, conuiuia, & his similia, ne his rebus ducantur,

cantur, religionis nauem ingrediuntur, & se ad tutissimum crucis  
malum, obedientiæ vinculis alligant, vt sic non periclitentur, cum  
non habeant potestatem, vt (licet velint) cantibus Syrenæ occur-  
rant, cumque dispositi sint poenitentiali, ac religiosa vita, ad plu-  
rima beneficia de manu Dei recipienda. Cum latomus cæmenta-  
rius, quem Hispanè dicimus [Albanir,] parietem vult dealbare,  
priùs illum incutit, vt meliùs illi calx adhæreat, nam aliter breuis-  
simè calx decedit, & paries vt antea remanet. Ita certè est, quod  
ij qui se mortificant, corporaque sua verberibus cædunt, & cru-  
deliter tractant, qui lutei sunt parietes, in virtute magis perseue-  
rant, & qui se delicatè tractant, licet virtutem primis labris deli-  
bent, citò tamen ab eis decedit, quia est veluti calx parieti im-  
posita, qui non fuerat incussus. Mortificate ergo membra vestra (ait  
Beatus Paulus) tanquam nobis maximè necessarium. Eia ergo 21  
fratres mei, eia colligimini, iam enim non est tempus dissolutio-  
nis, nec separandi vos à seruis Dei, sed angulum quærendi, vbi san-  
ctis admonitionibus, ab huius seculi maximis calamitatibus vos  
possitis liberare.

*Ibi dissipauit substantiam suam viuendo luxuriose.* Hoc est peccatum  
quod Deus in supplicium aliorum criminum solet permittere.  
Maximorum malorum pœna est, hominem in tantam turpitu-  
dinem deuenire, vt apertè significat Sanctus Paulus ad Roma.  
vbi postquam multa peccata Romanorum memorauerat, dicit:  
Propter quod tradidit illos Deus in immunditiam, vt contume-  
lijs afficiant corpora sua in semetipsis. Atque eodem supplicio  
nunc multos Christianos punit; vt eo quod inobedientes, ingra-  
ti, correctionisque fuerint inimici in maximas immunditias in-  
cidant, maximamque corporibus suis iniuriam inferant: cum illa  
in sacrosancto baptismi fonte fuerint aspersa, & templa Dei, my-  
sticique corporis Domini nostri Iesu Christi membra fuerint ef-  
fecta, cumque ad eiusdem Domini similitudinem corporis sint  
reformanda, magna cum veneratione deberent illa tractare, vt pe-  
tit Sanctus Paulus magna cum exaggeratione, dicens: Obsecro  
vos fratres per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra  
hostiam viuentem, sanctam Deo placentem, &c. Ipsi verò maxi-  
mis contumelijs corpora sua afficiant, ijs illa turpitudinibus infi-  
cientes. Pudeat nunc vos fratres mei sic corpora vestra tractare,  
quæ pretiosissimo immaculati Agni Iesu Christi sanguine fue-  
runt

simile.

ROMA. I.

ROMA. 12.

23 runt abluta. Cum puer tener à matris suæ brachijs recedit, quot *simile*  
periculis subijcitur? statim cadit, & percutitur: si in ignem incidit  
comburitur nec tamen scit surgere, si canis eum vult mordere, ne  
scit se defendere, si eum iumentum pedibus terit, aut in lutù pro-  
cidit, nescit sibi mederi. O miserime peccator in quot calami-  
tates incidisti, quod à suauissimis Dei tui brachijs recesseris, qui  
quia te arctissimo amore prosequitur, hoc sibi matris nomē acco-  
modat. Sed vt ait S. Paul. Vbi abūdauit delictū, superabūdauit & *ROMA. 5.*  
gratia. Cum hic iuuenis tā lōgè à patre suo abesset, seruās porcos,  
suis proprijs sensibus deseruiens, nō tñ bonus pater illius obliui-  
scitur. O quā anxia est mater quādo puer eius recessit à se suspi-  
rās, ac dicēs, quō iuit fili⁹ meus? queratur statim. Mittit alterū, &  
alterū famulū, mittit etiā & ancillas, quæ omnia euoluant, illūque  
24 vbiq; inuestigēt, quousq; inueniant. O ineffabilē Dei probitatē!  
quā anxius est pro misero peccatore, alios, & alios nuntios mit-  
tit, inspirationes, amicorū admonitiones, familiarium neces, pluri-  
mos labores, vt hæc omnia tanquā Dei nuncijs eū querant, suoq;  
diuino conspectui restituant; vt in hoc sancto Euāgelio apparet.  
*Facta est fames valida in regione illa, & cepit egere, & cupiebat im-  
plere ventrem suum, & nemo illi dabat.* Hæc fames, & necessitas, &  
hoc, quod remedium non inuenit diligentissimi, & efficacissi-  
mi nuncijs fuerūt, quia à Patre misericordiarū missi sunt, qui filiū  
illum perditū ad se reuocarēt. Quā ad literā fecit hīc Dñs, quod  
vltus est cū populo illo rebelli, vt ad sui obedientiam eum redige-  
ret; sicut declarat David, dicens: Cōmouisti terram, & conturba-  
sti eam: sana contritiones eius, quoniam commota est; & quomo-  
25 do factum est hoc? Sequitur consequenter tanquam responsum:  
Ostendisti populo tuo dura, potasti nos vino compunctionis,  
dedisti metuentibus te significationem, vt fugiant à facie arcus,  
& liberentur dilecti tui. Plurimis laboribus deterret Deus pecca-  
tores, ne in æternam condemnationem incidant. Ecce arma,  
quibus victorias suas Deus reportat. Mirabiles sunt victoriæ,  
quas Deus ab animabus consequitur, & mirabilia arma quibus  
pugnat. Non vult Deus peccatorem superare, nisi eisdem ar-  
mis, quæ peccator ad diuinam Maiestatem offendendam sum-  
psit Tu quid sumpstisti? diuitias, sapientiam? honorem? &c. Pos-  
set quidem Deus fulgur à cælo immittere, & te perdere, non  
vult tamen nisi te proprijs tuis armis vincere. Hoc est quod  
David

psal. 59.

1<sup>a</sup> sal. 45.

Dauid ait: Arcum conteret, & confringet arma, & scuta comburet igni: non dicit, quòd assumet Deus arma sua in peccatore; sed quòd peccatoris arma infringet, quòd diuitias tuas comburet, quòd salutem tibi adimet, & honorem denique auferet. O marificam Dei inuentionem, quòd ea quæ tu in arma sumpsisti, vt supernam Dei magnitudinem offenderes, eisdem te superat, & redigit, relinquens te pauperem, & grotum, & contumeliosum affectum, vt sic in veritatis cognitionem deuenias, & ad eius Maiestatem conuertaris. Sic actum est cum hoc filio prodigo, qui tam egenum, & necessitate coactum se animaduertens, in se reuersus, dixit: *Surgam, & ibo ad patrem meum.* In se reuersus est, antea enim extra se erat, & dicit: *ibo.* Dic homo perdit in qua re niteris, vt vadas ad patrem tuum? in qua re speras? Nititur in amore, & clementissimis patris mei visceribus: licet enim ego, quod erat filius, amiserim: ille tamen, quod erat patris non amittit. Licet ego obedientiam & humilitatem ei debitam, perdidim; ille tamen semper amorem, & paternam viscera conseruauit. O benedictus, & glorificatus sit talis pater. Amate fratres mei, & laudate hunc tantum patrem, & dicite ex intimo cordis vestri cum hoc peccatore: *Ibo ad patrem meum, & culpam meam confitebor, peccatum meum lamentabor, veniam humiliter deprecabor, ante pedes eius prosternar, & ibi vociferabor, dicens: Pater peccaui in cælum, & coram te. Cum hac consideratione surrexit miser filius, & in domum patris sui coepit properare.*

*Cum autem adhuc longe esset, vidit illum pater, & misericordia motus est.* Prius (dicit sanctum Euangelium) eum vidit sic immundum & laceratum, & miserus est eius. Ideo sapientissimè dixit Dauid:

2<sup>a</sup> salm. 85.

Respice in me, & miserere mei. Quare rogas, vt te prius videat, si quidem ita es immundus, & culpæ plenus? Melius erit vt te respiciat postquam mundus fueris. Ah non, rectè dicit, hoc exemplo illud intelliges. Si pauper plurimis plagis vulneratus eleemosynam exposcit, nec tamen vulnera prius ostendit, ad plurimum datur illi vnum minutum, quòd si ea prius patefaciat, videt hominem eius necessitatem, si est clemens, largiorem illi porrigit eleemosynam, cum eum in tantam miseriam redactum consideret. Ideo dicit Dauid: Respice Domine vulnera mea, & postea subdit, Miserere mei. Sic fratres mei vos oportet facere, vulnera vestra coram diuino Dei conspectu manifestates deprecamini, vt in ea oculos

conijciat

simile.

29 conijciat, & secundum vestram maximam necessitatem eis medeatur. Considerate quomodo respexerit in hunc filium tam horridum & immundum, & illum non horrens amantissimè accessit, & sua suavissima brachia in eius collum iniicit, & osculatus est eum iucundissimè. Ita vos amplectetur, & osculabitur, gratiamque vobis conferet, qua gloria comparatur, ad quam nos perducatur Iesus Mariæ filius, qui viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

## Dñica III. in Quadragesima.

*Erat Iesus eijciens Dæmonium, & illud erat mutum.*

Lucæ. II.



1 **D**attentè volumus in hunc miserum hominem mutum, & surdum oculos conijcere, animaduertentes hinc diabolum, qui illum sic deuinctum tenet, illinc verò considerantes Iesum Christum Redemptorem nostrum, quasi contendentem, vt eum ab homine expellat (hoc enim significat: Erat Iesus eijciens dæmonium) nõ erit possibile, quin rem intelligamus dignissimam, quæ perpendatur, & maximè sentiat, quæ est: Videre litem, & contentionem, quæ est inter Deum & Dæmonem, inter cælum, & infernum, quis eorum hanc nostram animam sit delaturus, & ex alia parte videre negligentiam, & lasciuiam, qua nos de hac re agimus: quocumque oculos diuertamus, siue in cælum, siue in infernum, experiemur quasi omnia aliquo modo in nobis resolui, & quasi videtur quòd de nihilo alio agatur nisi de nobis. Si à Deo incipimus, videtur quòd vna ex eius præcipuis intentionibus, & in qua multum euigilat, est, vt nos saluos faciat, & custodiat ne condemnemur. Hoc voluit significare Isaias, cum dixit, Deum sibi præcepisse, vt in excelsum montem conscenderet, & illic maximè vociferaretur. Super montem excelsum ascende tu, qui euangelizas Sion, exalta in fortitudine vocem tuam, exalta noli timere, dic ciuitatibus Iudæ: Ecce Deus vester, ecce Dñs Deus in fortitudine veniet, & brachium eius dominabitur. Ecce merces eius cum eo, & opus illius coram illo, sicut pastor gregem suum pascet, in brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit.

Isai. 40.

Tom. j.

N

fœtas

fecetas ipse portabit. O diuina mysteria, Deus det nobis spiritum suum, vt ea sciamus dicere, eo animi affectu quo conuenit. Iussit Deus Isaia, vt conscendens in summitatem montis altissimi, magna animi fortitudine maximas voces extolleret, vt eas audirent ciuitates totius regionis, & diceret quod Dominus in mundum venturus erat, vt hominum corda sub suam potestatem redigeret, eorumq; dominaretur: & quod hoc potius vt pastor quam vt rex facturus est sicut pastor, &c. Dicunt nonnulli, quod posuit Propheta hanc similitudinē pastoris, alludens ad Iacob, quia illi, tanquā singulari pastori voluit Deus comparari. Iacob enim pulcherrimæ Rachelis amore ita coactus fuit, vt quatuordecim annos pastor esset, & idem amor eum compellebat, vt gregē illū dispari suauitate atque diligentia tractaret, quā faceret, si propter aliquid aliud oues illas pasceret. Amor, quo pecudes illas pascerebat, efficiebat, vt in illas mitior quā in se esset: nondum agnus in monte nascebatur, cum iam eum accipiebat, & in sinu suo benignissimē fouebat: nulla erat defessa ouis, quam ipse non adiuuaret, atq; humeris suis in ouile asportaret. Et cum Propheta hic ad literā de Christo Redēptore nostro loquatur, vult dicere, quod sicut Iacob propter amorē fuit pastor: sic Saluator mundi, à cœlo in terrā descendit propter solum amorē, vt animarum nostrarum curam gereret. Vna tamē ex differentijs præcipuis, inter hos duos pastores hæc est, quod Iacob præmiū, & mercedem propositam habebat laborum suorū Rachelem, quam magnopere diligebat: hic verò diuinus pastor mercedē & satisfactionem laborū suorū habet animarū vtilitatem. Et ideò dicit: Ecce merces eius eū eo: & opus illius corā illo. Altera harū particularū, est alterius declaratio. Merces eius cū eo, id est, opus eius coram illo. Præmiū, & vtilitas, quā expetit est idē opus, quod ad faciendū venit. Superintēdentia, amor, ac diligētia, qua bonū nostrū curat, & de salute nostra agit, hoc habet præmiū, scilicet, vt id consequatur, & nos saluos faciat. Ita vt etiā postquā à nobis discessit, & iā ad dexteram Patris sedet, hanc curam & sollicitudinem non deposuerit, sed ibi assiduis precibus corā æterno Patre pro nobis intercedat. Et ita diuina illa exclamatio, quā S. Paulus ad Romanos protulit, dicens: Quis ergo nos separabit à charitate Christi? tribulatio, an angustia, an fames? &c. Certus sum enim, quia neque mors, neque vitæ, neque Angeli, neq; creatura aliqua poterit nos separare

Roma. 8.

6 rare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu. Hæc omnia dixit, postquam declarauit, quod Christus Redemptor noster non contentus est nobis in hac vita solummodo benefacere, sed & nunc etiā in conspectu æterni Patris nobis fauet, dicēs: Christus Iesus, qui mortuus est, imò, qui & resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiā interpellat pro nobis. At qui tantorū beneficiorum cōsideratione, quæ optimus hic Dominus in nos contulit à suæ conceptionis instanti, quia semper salutem nostram operatus est, & nunc in cælo, nostri non obliuiscitur, hac (inquam) cōsideratione ita gloriosus Apostolus amore inflammatus est, vt tanquam charitate inebriatus, ardentissimo spiritus feruore in hæc tam admirabilia verba proruperit: quis nos separabit? &c. Ac si diceret, cum ab hoc diuino pastore tot, tantaque beneficia acceperimus, ea que

7 tam præstantia passim accipiamus: quis erit, qui nos possit ab eius charitate separare? Et ipsemet responderet, quod nihil hoc facere sufficere. Sed in omnibus superamus propter eū, qui dilexit nos. Et ob hanc eandem causam, scilicet, vt nobis faueret: affirmat Diuus Ambrosius, Christum Redemptorem nostrum voluisse, vt vulnerum cicatrices in suo pretioso corpore remanerent, vt Deo patri pro nobis pretium libertatis ostenderet. Quasi, qui haberet in manu pretium, quod pro captiuo soluit, quem redemit, & cum quis captiuum illum à se repeteret, ille diceret: Ecce pretiū, quod pro illo dedi, & est meus, ac sub mea protectione commoratur. Voluit, vt Pater æternus nihil in ipso perspiceret, quod pro nobis non deprecaretur: & non solum Iesus Christus Dominus noster, qui nostrū caput est, salutem nostram curat, sed de omnibus

8 Hierarchijs cæli affirmat S. Paulus: Omnes sunt administratorij spiritus missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis. Si vero in infernum oculos declinamus, videbimus quod totus in contrarium huius rei resoluitur, impediendo hoc opus Dei, insidias moliendo, stratagemataque excogitando, vt horum beneficiorum Domini fructum amittamus, atque omnis eius cura incassum adhibeatur. Hoc est quod Christus Redemptor noster exaggerabat Diuo Petro, dicens: Simon, ecce Sathanas expetuit vos, vt cribraret sicut triticum. Et alia translatio duplicat: Simon, ecce Sathanas, &c. O Petre si cognosceres pericula, quæ tu, socijque tui deinceps laturi estis: Dæmon enim instantissimē facultatem petit, vt vos persequatur, laceret, & sicut sal. m. conterat.

N 2 & hoc

Ambrosius  
in fine cō-  
ment. in  
Luc. 10. 5.

Hebr. 1.

Luc. 20.

Iob. 1.

Pl. utr. 5.

simile.

& hoc est, quod Sathanas respōdit Deo, (cūm eum interrogauit, Vnde venis?) dicens: Circuitui terram, & perambulauī eam, &c. Tanquam lupus famelicus aut leo rugiens, qui circuit foramen quærens in ouili vt intret, & magnam stragem ouium edat, & se fatiet. Quod est idē, quod nos Beatus Petrus admonebat, dicens: Fratres sobrii estote, & vigilate, &c. quia circuit Sathanas animā, & vndique ei infidias demolitur, vt eius propēssiones cognoscat, & eam persequatur; ijs cognitis, quousq̄ue illam perdat: vt legitur in vita sanctorum Patrū, quod cūm sanctus senex Sathanam obuiū haberet, in specie negotiatoris ferentem plurimas ampullas, vitreas diuersimodē conflatas, & euntē ad monasteria quædā eū interrogauit, quō iret? cui diabolus respōdit, se ire ad visitandos illos monachos, & illā rerum diuersitatē deferre, vt si vna illis displiceret, alterā assumerent. Ex hoc intelligetis quāta sit lis inter cælū, & infernū, & quanta cōtentio super hāc nostrā animā, & quomodo vtraq; harū partiū conatur nos ad se attrahere. Itaq; anima nostra est Helena, pro qua cælum & terra tanta contentione die nocteq; inter se pugnant. Nunc videre quām parū tamē multi hanc animam æstiment, quantaq; obliuioni eam tradiderint: ac si ipsi non ij essent, de quorum vita, ac interitu tanta contentione agitur. Mirabile quidem, atque etiam lachrymabile est, quod si dicas: homines non vident penitentiā, nec eius formam cognoscunt, nec multum possunt penetrare æterna bona, quæ illis promittuntur: atque ideo non est mirandum, si eam plurimi non æstiment. Ad hoc respondeo, quod quemadmodum cūm auditis in tota Hispania exercitum maximum conuari, & plurima belli instrumenta præparari, magnam aliquam prædam expetendam conijcitis, cūm tantus sit belli apparatus. Sic etiam licet animam proprijs oculis non intueamur, nec eius formam intelligamus: quod tamen credimus ineffabilem curam ac sollicitudinem, quam Deus in ea liberanda adhibet, assiduamq̄ue diligentiam, qua diabolos animæ salutē impedit: oporteret nos conijcere magnū aliquid esse, & quod nostra maximē intersit.

Cūm tamen hoc ita sit, tot sunt homines, qui animæ suæ salutem tā parui faciunt, Deū contēnunt, ac cælestia bona pro eis commutāt, quæ sunt dictu verecūda. Atq; quo minora ea sunt, eo magis ostēdimus, quā parui animā æstimemus. Quid vultis existimare de ijs, qui in hoc infelici statu viuūt, nisi quod fortē eisdē affectus

12 affectus in eorū animis diabolus operatus est, quos in huius miserī hominis corpore effecerat, de quo agit Euāgelium: quem et si. S. Lucas nō dicit, nisi esse mutū. *Et illud erat mutū.* Sanctus Matthæus tamen, & sanctus Marcus affirmant illum etiam esse cæcum: & Sanctus Chrysostomus dicit, eum esse etiam surdum. Sic vereor, ne maiori parti gentis Christianæ diabolus visum perturbauerit, mentē obcæcauerit, memoriā deniq; cōfuderit, circa id, quod ad eorum spiritualem salutem spectat, quos possumus diuino Saluatori iam quasi cæcos, surdos, ac mutos commendare. Quæ maior est cæcitas, quā quod homines tam præstantia, & æterna bona pro tā paruis ac perituris voluptatibus commutēt? Admonet nos Spiritus sanctus, dicens: Ne intuearis vinū quando flauescit, cūm splenduerit in vitro color eius: ingreditur blandē, sed in no-

13 uissimo mordebit vt coluber, & sicut regulus venena diffundet; id est, ne intuearis dignitates, diuitias, & voluptates, quando sunt in hac vita, quæ est quasi vitrū quod tā citō frangitur, & effunditur vinū istud, quod inebriat. Omnia corporalia huius seculi vocat hic Spiritus sanctus vinū infusum in vitro: vocat ea vinum, eo quod hominē inebriāt, & amentē reddunt. Ebrius in sensatum nō sentit quando quis eum deijcit, atq; cūm ab alio illuditur, sic etiā auarus ambitiosus, & inhonestus non sentit, dæmonum impulsus, & iniurias, ac murmuraciones, quibus illum afficiunt. Et dicit, quod sunt posita quasi vinum in vitro, quia omnia hæc in humana vita nituntur, quæ tam fragilis, & breuis est, quā vitrum, & fragilior quidem. Et quanquam nunc optimum habēt colorem, & pulchra hominum oculis videntur, in vitæ exitu plusquā

14 colubri mordent, & veluti basiliscus venenum effundunt in miseram animam. Ne intueamini o fratres (ait Spiritus sanctus) nec ista diligatis, ita vt pro eis cælestia amittatis, quia est maxima cæcitas: cras enim confringetur vitrum, id est, finietur vita, & pro tam breuibus voluptatibus æterna tormenta sustinebitis, quare non vultis, vt cæcos vocemus eos, qui hoc nō vident? Dixit Deus ad Ezechielem. Fili hominis in medio domus exasperantis tu habitas; qui oculos habēt ad videndum, & non vident, & aures ad audiendum, & non audiunt, quia domus exasperans est. Pro-

uocatores, & irritatores iræ Dei, quos facit diabolus linceas ad ea videnda, quæ ipse vult, ad ea verō, quæ ad Deū pertinent obcæcat illos, vt nihil penitus videant. O quā possumus hoc dicere

Chrysost. homil. 41. sic per Matth.

Prov. 23.

Ezech. 12.



in nostris in foelicibus temporibus, de ijs, qui adsunt, & absunt. **O** Ezechiel, qui habitas in medio gentis cæcæ, quæ habet oculos ad malum, non verò ad bonum videndum. In tantam cæcitatem maledictus Balaam deuenit, vt nec viderit, nec intellexerit, quòd eius asina vidit. Cum enim vidisset asina stantem Angelum concidit sub pedibus sedentis, qui iratus vehementius cædebat fuste latera eius. Ita cæcus & perditus homo manet, vt asina, id est, sensualitas rationem doceat ea, quæ ratio ipsa non animaduertebat. Epulo, qui quatuor catinis satiatur, & ipse incitat propriam carnem, & edit alterum, atque alterum, & stomachus rationem admonet, ea, quæ rationem oporteret facere. Defessa sæpenumero caro rationem commonefacit, quòd, quare tantæ? tantus tumultus, tantus denique ludus? &c. **O** maximam miseriam! sentit asina ea, quæ nò sentit Balaam. Aduertit homo iam corpus vltius progredi non posse, & ipsis malis defetisci, tandiu sedens ad ludum, tandiuque vias præteriens, &c. Ratio verò ita est cæca, vt id non consideret. Cum Iacob accessit ad patrem suum Isaac, vt fratri suo Esau benedictionem arriperet: dixit Isaac, qui erat cæcus; vox quidem vox Iacob est, sed manus, manus sunt Esau. In voce dixit eum esse Iacob, tangens autem eum, dixit esse Esau, & sic deceptus est, & errauit (quia cæcus erat) maiorem fidem adhibens rudiori sensui, scilicet tactui, quam subtiliori, qui est auditus. Hoc igitur est, quòd agitur, quòd quotidie venitis ad audiendum verbum Dei, & audientes quotidie ea, quæ auditis (quæ sanè sufficerent, vt ea insensibiles lapides sentirent) hinc exeuntes properatis ad videndam foeminam, oculos ad fenestram erigitis, cum mala familiaritates commiscemini, & in domum ludi intratis, &c. Vos non audistis verbum Dei, non videtis quid vobis dicat, quomodo vos ad æterna bona inuitet, & infinitis vos tormentis comminetur? Respondebunt hi, quòd hæc omnia sunt verba, & quæ dista sunt, adhuc sunt futura, & tantummodo audiuntur modo: illa verò, quæ ipsi faciunt, sunt quæ iam manibus palpantur, sunt præsentia, & quæ itatim oblectant. Ah! longè profectò opinione fallimini, fides enim nos docet meliora esse quæ speramus, quam ea, quæ vos tangitis. Vos autem ita obcæcati estis, vt rem tam inestimabilem, vt gloriam amittatis, propter res istas tam viles, & simul perditis, animam vestram, pro qua om-

nes

rescæli (vt diximus) & totus infernus reuoluitur, & cum hoc omnia simul merita Redemptoris nostri Iesu Christi amittitis. **O** dulcissime Iesu animarum nostrarum amor suauissime, quid his fratribus meis proderunt omnia, quæ tu pro eis passus es, cum ipsi tam cæci sint, vt pro breuissima voluptate, & pro minima vtilitate omnia effundant, ac distrahant? Illumina Deus meus eorum mentes, ipsorumque corda mollesce, atque in eis veritates has imprime, vt eas cognoscant, & ad te toto corde conuertantur.

Non solum homines hodie sunt cæci, verum etiam sunt muti, vultis hoc cognoscere? Dicite, ex omnibus, qui adestis, quot iam confessi estis peccata vestra? Quot vestrum curastis conscientias vertere scopa linguæ in sancta confessione, vt ieiunia, elemosynæ, ac cætera bona opera, quæ ab initio quadragesimæ fecistis, diuinæ maiestati grata essent? **O** muti, muti, nescitis enim vti tam facili ac tanto bono. Præcipiebat Deus vt virgo desponsata, quæ in ciuitate ab aliquo homine corrumperetur, lapidaretur, & redderetur rationem, quia non clamauit cum esset in ciuitate. Si autem ruri defloraretur præcipiebat vt homo puniretur, non verò virgo: & ratio erat, quia in ciuitate poterat vti tam bona, ac facili defensione, vt est vociferatio, & querela: ruri verò quamuis clamaret, nullum tamen remedium habebat. Heu, quot in æternum in inferno lapidabuntur eo quòd noluerint tam excellenti, ac facili defensione vti, vt est loqui in confessione peccatorum suorum se accusantes. Videbitis foeminam mirum in modum loquacem, cum verò ad confessoris pedes se inclinat, Sathanas eam mutam reddit, vt ne peccatum quidè, ex omnibus, quæ commisit proferre sciat: sed omnia comprehendit, dicens: sic, aut non, si eam confessor interroget. Videbitis virum urbanum, qui tam perpolitus verbis vtitur, sciens urbanitates perpendere secundum hominum conditiones. Alium dicit illustrè, alium magnificum, alium nobilem &c. Et cum confitetur, videtur stultus, nullum enim verbum scit loqui. Quare nò dicendum est, quòd diabolus te mutum reddidit, cum tam inops verborum in re ita necessaria videaris? Cum igitur fratres mei vobis probauerim tam perspicuis rationibus, quòd Sathanas vos cæcos, & mutos effecerit: remediū est huius morbi, ad hunc cælestem medicum confugere, qui (vt dicit D. Ioan. In hoc apparuit filius Dei, vt dissoluat

Deut. 22.

1. Ioan. 3.

N 4

opera

opera diaboli) ad hoc in mundum venit, & quandoquidem sunt opera Sathanæ esse ut estis: Deum rogate, ut ea dissoluat, nec vereamini, ne, ut in vobis opera Sathanæ dissoluat, id tanta violentia faciat, ut vosmetipsos destruat; quia ibidem dixit D. Ioan. Et scitis, quia ille apparuit, ut peccata tolleret. Nō venit ut adulterū, & latronē tollat, aut homicidā à mundo abstrahat suspendēs eos: hoc enim exequitur terrestris iustitia, sed venit ad auferēdas iniquitates. O admirabilē Dei clementiā! Diabolus virtutē, & virtute præditū simul vellet destruere, cū sit capitalis hostis. Deus autē cū sit amicus, tantummodo conatur peccatum tollere, non verò peccatorē. Ideo etiā de eo dixit B. Ioannes Baptista: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Si in imagine perfectissimā eximij pictoris manu depictam litura, aut macula aliqua incidit, quæ eā deformet; accipit pictor instrumentum, & dexteritate sua, non imaginem oblitit, sed lituram illam aufert. Sic facit hic diuinus pictor Iesus Christus, & non solum à nobis malum abstrahit, sed bonum etiam donat. Laudate Dominum (ait S. Paulus) cum gaudio gratias agentes Deo, & Patri. Quare? quia eripuit nos de potestate tenebrarum, & trāstulit in regnum filij dilectionis suæ. O quam suauissima verba: posset dicere Christus filius Dei: Tu es peccator, & dignus es inferno, sufficit ut te à peccato liberem. Ceterum, tu tibi consule, sed diuina eius misericordia non hoc contentus est, sed transtulit nos, & c. aufert malum, & affert bonum.

*Locutus est mutus, & admirata sunt turba.* Cū hic homo cæcus esset, & surdus (ut supra diximus) non dicitur, quod vidit, & audiuit, sed quod locutus est. Quid hoc est mysterij? non aliud est, quam quod voluerit Spiritus Sanctus nobis significare in hoc, quod vnum ex membris, quo magis diuinæ Maiestati seruitur, aut quo ipsa magis offenditur est lingua. Ideo non tanta mentio fit de visu, & auditu, quam de loquutione. Et in hoc ostenditur, quod si homo loquitur, ut fas est, inde illi proueniet, quod benè videat, & benè audiat. Maxime notandum est, quod cum Dauid Deum rogauerit, dicens: Domine labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam: Postea instantissimè deprecatur, dicens: Pone Domine custodiam ori meo. Id est ligno obstrue. Quare illic à Deo petit ut os suum aperiat: alibi verò, ut illud claudat deprecatur. Et ostium tornatile illi ponat? Ostium circumstātie, &c. Hoc dixit ut ostenderet, quod ex manu Dei nobis venturū est.

*simile.*

*Coloß. 1.*

*Psal. 50.*

*Psal. 14.*

est benè tacere, & benè loqui. Scire loqui, & scire tacere opportunè, & sicut decet donum est altissimi. Date mihi hominem effrenatæ linguæ: non videtur nisi horologium perturbatum, quod non sistit vsque ad centum. Cū Dauid omnes creaturas ad laudes Domini inuitauit nunquam peccatorem inuitauit, sciebat enim, quod illius causa tota musica dissona futura erat, solus ille dissonaturus erat, & ita vocauit cælos, stellas, maria, terram & cætera omnia vsque ad dracones, abyssos, omnia posuit in suo Psal. Laudate &c. Non tamen posuit sceleratum: ex mala enim conscientia non bona exhibunt verba, & quæ diuinam Maiestatem glorificent. Itaque dicens: laudate Dominum de cælis: serpentes & volucres pennatæ, dracones, & omnes abyssi, tabifica animalia, atque insensibiles creaturas, homini malæ linguæ, & proteruæ conscientia præposuit. Confundimini ergo pudore fratres mei, qui assuescitis mentiri, iurare, & de proximis vestris detrahere, si quidem tantam vobis infligit alapam Spiritus Sanctus minoris vos æstimans, quam venenosos serpentes, & confusi pudore, conuertimini, linguas vestras coercete, purissimè in peccatorum vestrorum confessione loquimini. Nam ex isto fonte vobis medicina dimanabit, qua oculi vestri clarificentur, aureque vestrae excitentur.

*Quidam autem ex eis dixerunt, in Beelzebub principe demoniorum eiecit demonia.* Et dicentibus illis inter se tantam blasphemiam incepit diuinus Dominus rationibus probare, illos mendaces esse, & eorum verba longè à ratione abesse. O ineffabilem vngeni filij Dei patientiam! quam meritò dixit Moyses: Dominator Domine Deus misericors & clemēs, patiens & multæ miserationis. Vbi eum hic patientem vocat, est in Hebræo verbum quod significat, qui habet nares oblongas. Quod non est iracundus, nec male moratus, sed mitis, & iniuriarū patiens, & qui nunquā parcere defeciscitur. Testa parua si parum aquæ, & pauca cicera in eā infundas statim spumabit, & effundetur aqua minimo ignis calore. Torrens paruulus licet parū pluat statim extra alueū exit. Sed ut Tybris, aut alius magnus fluuius accrescat, & extra alueum erūpat, necesse est multas pluuias præcedere. Habemus homines corda nostra quasi testas viduæ, quæ statim superexuberant, & quasi torrentem paruulum, quæ statim minima pluuiæ, & minimo verbo ignominioso, quod nobis dicitur ab alueo exeunt, quacum

*Psal. 148.*

*Exod. 34.*

*simile.*

que minima occasione illicò irascimur, & velut furiosi concita-  
mur. Deus est fluuius infinitæ aquæ, non exit ab alueo propter  
scelera nostra, licet maximæ sint iniuriæ, quas contra illum com-  
mittimus, tutissimè tamen ad eum possumus accedere, quanuis  
eum offenderimus, non enim illum perturbatum inueniemus.  
Eccè quanta mansuetudine conetur, hos pessimos calumniato-  
res veritatis iter demonstrare; quanuis tantam in illum calum-  
niam proferebant

Est autem valdè notandum, quòd cum ij verbis blasphemarent,  
dicit Euangelium: *Vt vidit cogitationes eorum &c.* Domine, hi pessimi  
verbis te vituperant & blasphemant, quare tu de eorum cordibus  
conquereris, quæ tu solus intelligis? nihil æstimas verba, quæ tibi  
dicunt, & doles propter eorum cogitationes, quas nemo præter te  
cognoscit? In hoc cernitur Domini nostri Iesu Christi probitas,  
quia cum finis, quem Pharisæi ex illis verbis in tendebant, esset  
populum decipere, & illam persuasionem, ac fidem ab eorum animis  
auferre, quam de diuino Salvatore habere incipiebant: multò maiori  
iniuria afficiebatur & plus dolebat mala, quæ populo volebant inferre, quàm  
iniuriam suam sentiebat: magis dolebat videns, quòd populo offe-  
rent peruertentes eum, & auferentes cognitionem illam, quam iam  
conceperant, quàm quòd ipse iniuriam pateretur. O ineffabilem Dei  
pietatem! quis tibi non seruiet? Et quis tui amore non capietur? Hic est,  
(fratres mei,) Dominus, quem offendimus, & quem despiciamus, atque  
eum pro minimis rebus commutamus; cum ipse sit Deus, & tam  
amicus noster, vt significet, se magis dolere, peccata nostra, propter  
incommodum, quod peccatori afferunt, quàm quòd ipsemet offenda-  
tur. Cum Hebræi maximum illud Idololatriæ insultum perpetrassent,  
orante Moyse pro illis, dicitur, quòd placatus est Dominus, ne faceret  
malum, quod locutus fuerat aduersus populum suum, & tamen, cum  
Moyse descenderet, ei inspirauit, vt in viginti tria millia illorum  
gladio irrueret. Conciderunt illa die viginti tria millia, quia eos  
pudore nudatos, ac proteruos perspexit. Ex verbis enim Aaron  
cognitum est quales illi essent. Atque totum hoc supplicium sumptum est,  
ne alijs proximis officerent, hoc est enim, quod Deus magno-  
pere sentit, & nō tam considerat peccata iam commissa, quàm  
duri-

Exod. 32.

30 duritiem illorum, ac incommodum, quod ipsa proteruitas alijs  
proximis potest afferre.

Probante Domino nostro Iesu Christo innocentiam suã opti-  
mis rationibus, surrexit de medio quedam mulier & cœpit excla-  
mare dicens: *Beatus Venter, &c.* Inter tot homines, ac legis peritos,  
& vbi tot de Deo detrahebant, vna tantum muliercula reperta  
est, quæ Dei honorem defenderet. Obstupendum est videre,  
quàm paucissimi sint, qui modo Deum laudent, & ei seruiant, at-  
que illius honorè, & amplitudinè tueantur: atque ij non sunt ex præ-  
stantioribus ac nobilioribus sæculi. In Exodo dicitur, quòd cum  
tyrannus ille Rex Ægypti imperasset, vt Hebræos sui perseque-  
rentur, ac in eostantam tyrannidem exercerent, vt filios eorū de-  
mergerent timuerunt autem obstetrices Deum, &c. Illæ mulier-  
culæ fuerunt Ægyptijs confusioni: cum enim tot potentes, & lite-  
rati in cōsistorio regio essent, nullus fuit, qui tyrāno contradicere  
auderet, sed omnes eius tyrānicis institutis obediebant cōtra om-  
nem naturalem rationem, solæ mulierculæ quædam Deum timen-  
tes huic tyrannico, & atroci præcepto obtēperare noluerunt. At-  
que illæ mulieres absque concionatore, aut doctore, naturali tan-  
tum lumine cognouerunt malis supplicium esse præparatum, ac  
Deum timuerunt: nos autem tam docti, tamque admoniti, atque  
tot comminationibus impulsim nihil timemus. O maximam in-  
fœlicitatem, O terribilem cæcitatem! Ad illorum, ac nostram cō-  
fusionem mentio facta est de illis mulieribus, quæ profecto non  
absque præmio manserunt, ibidem namque legitur quòd benefe-  
cit Deus obstetricibus his. Nullū est bonum, quod sit ex pers præ-  
mij. In omni enim gente, qui timet Deum, & operatur iustitiam  
acceptus est illi. Et ibi dicitur, & quia timuerunt obstetrices Deū,  
ædificauit eis domos. Et Hierem. dicit de iustis, quòd ædificabū-  
tur in medio populi Dei, id est, exaltabuntur, & cōseruabuntur.  
Ita hinc intelligunt nōnulli, ædificauit eis, id est, suscepit eas, pro-  
sperauit eas, exaltauit, & benefecit. Sed, secundum sanctū Grego-  
riū ædificauit, eis domos, id est, dedit illis gratiã & virtutes, quibus  
ad æternas illas mansiones peruenirent, de quibus Ioannes. In  
domo patris mei mansiones multæ sunt. Vt cognoscatis, quàm  
gratus sit Deus, & quomodo, secundum Sanctum Gregoriū, eas  
illuminauerit, cum gentiles essent vt in salutis via ambularent.  
Curemus ergò pro huius tam grati Dei honore pugnare, ipse  
enim

Exod. 1.

Acto. 10.

Hier. 12.

Gregorius.

Ioan. 4.

enim nobis liberalissimè persoluet: hinc nobis cōcedens gratiam, 33  
& in futuro donans gloriam sempiternam. Ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius, qui cū patre, & Sācto Spiritu uiuit, & regnat in sempiterna sæculorum sæcula. Amen.

¶ Feria. II. post Dñicā. III. in Quadragesi.

*Quanta audiuimus facta Capharnaum, fac & hic in patria tua, &c. Luc. 4.*

**P**RÆDICANS Christus Redemptor noster in Nazareth, ubi educatus fuerat, infantiaēque ac iuuentutis suæ annos duxerat, in eadem sermocinatione dixit pharisæis, ac ceteris, qui aderant: utique dicetis mihi: medice cura te ipsum, cum omnium corda, ac intentiones cognosceret, dixit: utique dicetis. &c. Qui mirus est lusor pilæ, omnes pilas in aere colligit, antequam perterram serpent. Sic Christus Dominus noster antequam homines loquerentur, iam ipse perspiciebat, quid in animis haberent. Pilas in aere colligebat. Nos, qui sumus confessarij quando possumus pilam captare iam venit obrepens, & quasi vi ablata. Nullus est enim, qui pilam benè iaciat. Vix est, qui peccatum cōfiteatur, ut debet. Et sic peccata per vestigium trahimus. Sicut ignari lusores, qui pilas in aere nesciunt comprehendere, nisi postquam per humum obrepunt. Solus Dominus, ut verus Deus sciebat pilas in aere colligere: sciebat cognoscere, quid homines in corde suo cogitarent, antequam id ore proferrent, & ita locutus est iuxta horum cogitationem, quod enim ipsi magnopere desiderabant erat, ut in patria sua ea miracula faceret, quæ alibi operabatur. Et dicere: cura te ipsum: significat idem, quod: cura nos, qui vnum sumus tecum, quod ex tua patria sumus. Hic libentissimè dicunt, se vnum esse cum Iesu Christo, ut ab ipso beneficia accipiant, at verò in laboribus solùm illū deseruerunt. Ut ipse conqueritur per David dicens: considerabam ad dexteram, & videbam, & non erat, qui cognosceret me. Sicut cum aliquis præficiatur episcopus, aut in alium dignitatis gradum effertur. A quolibet angulo mille cognati illi prodeunt. Si vero sit pauper, ipsi met fratres eius eum abnegant fratrem.

Atque

3 Atque idem Dominus, qui quaestionem eorum nomine, & secundum eorum voluntatem proposuit: eis respondet: *Amen dico vobis, quia nemo propheta acceptus est in patria sua.* In quibus verbis eis ostendit, quòd quia illum non honorabant, nolebat inter eos miracula facere. Sancti super hoc verbum maximam faciunt exaggerationem, & maximè perpendunt, quòd cum Christus Redemptor noster esset, qui temporalia hæc, & caduca minoris fecerit, quàm omnes, qui in toto terrarum orbe sunt, fuerunt, & futuri sunt, cumque nihil aliud in toto vitæ suæ tempore faceret, quàm terrestrium rerum omnium contemptum, tam verbo, quàm exemplo hominibus persuadere: & tamen in patria sua nollet miracula facere, nec inter ciues suos habitare, eo quod ipsum parui facerent, & ibi morabatur, & prodigia faciebat, ubi colebatur & magni æstimabatur, cum omnes sancti, & eius serui contrarium facerent: qui non solum commorari, verum ne ingredi quidem volebāt, ubi honorabātur. Si ergo vermiculi hoc faciebant, quanto reuerentius esset, ut diuinus Magister idem faceret, ut eius exemplum omnes imitarentur? Ita cupidus honoris erat? Profecto si perspicua oculorum acie rem hanc intueamur, inueniemus, quod in ea singulare in nos contulit beneficium, admirabilemque nos erudiuit doctrinam. Non erat audax sæcularium honorum humillimus Iesus. Sed potius mirum in modum eos contempsit, & conculcauit: nec ciuitatem illam relinquebat, eo quòd ipse negligere tur: ad hoc namque in mundum venerat, ut pro nobis contumelias pateretur: ut eius nomine prophetauerat David, dicens: Ego sum vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis. O superne mundi Redemptor, Deus infinite, atque homo vere, quare dicis Domine, te non esse hominem? Et quid mirum, quod fuerint hæretici, qui dixerint te non esse hominem verum, cum tu idem ore tuo fatearis? Ah! non id intelligitis. Vult dicere, se non esse hominem sicut solent esse sæculares homines. Dicitur illi ignominiosum verbum, statim gladium euaginat, ac dicentis mediam abscindit faciem. Et dicitis. O, sicut vir hoc fecit, aliàs effeminate se haberet. Certè maximum est mendaciū, nō enim ut homofecit, sed ut iumentum, quod passione, non verò ratione ducitur, & in eum calces tollit, qui illud percutit. Non sum ego (inquit sanctissimus Redemptor) talis homo, mille enim iniuriæ mihi factæ sunt, & omnes patientissimè toleraui. Sum sicut ver-

simile.

Psalm. 141.

simile.

mis qui præterit viam sine tumultu, quem pastor, & aquarius con-  
terit, & omnes conculcant, & de nemine queritur. Quis vnquam  
vermem queri vidit? O fili æterni Dei quàm quietus, & sine stre-  
pitu mundum hunc præteristi, obrepens sicut vermis prostrato  
humi pectore, triginta tres annos cum tanta egestate ducens, ab  
omnibus malis conculcatus: nec tamen vnquam conquestus es.  
Ideo ait Dauid, te esse vermẽ & nõ hominẽ, sicut homines huius  
sæculi. Ideo non contentus est hic diuinus Dominus, vermis ap-  
pellari, sed addidit dicẽs: Opprobriũ hominũ, & abiectio plebis.  
O res mirabilis, quã enim tu Dñe sis omniũ hominum decus, &  
splendor (nã maior gloria nostra hæc est, te hominẽ factũ fuisse) &  
tamen dicis te opprobriũ esse hominũ? significat his verbis, quod  
contumeliæ, & opprobria, quæ inter omnes homines diuisa sunt,  
omnia cumulata sunt, & simul in se deueniunt, atq; ea omnia li-  
bentissimẽ propter nos suscepit. Et cum hoc ita sit, non recusabat  
facere miracula in patria sua, eo quod nõ honoraretur ab illis; sed  
voluit se ita durum erga illos ostendere, vt autoritatem conferret  
prædicatoribus Euangelicis, quos noluit contemni; & parui fieri:  
neglecta enim persona, abicitur etiam & doctrina. In quo nobis  
exemplum præbet quantum debeamus curare, ij, qui Euangeliũ,  
& Dei diuinitas tractamus, vt apud populum bonã habeamus æsti-  
mationem, solummodo propter communem, non autem propter  
nostram vtilitatem peculiarem, considerantes fructum, quem au-  
ditores ex doctrina percipient, si benẽ existiment de prædicato-  
re, si que prædicationi fidẽ adhibeant. Hanc opinionem cupiebat  
noster diuinus Magister, vt homines de seipso haberent propter  
commodũ, quod ex eo illis subsequeretur, non verò, quod vellet  
honorari. Imò in hoc amorem suum maximẽ ostẽdit, quod liben-  
tissimẽ ignominias pro nobis tulerit, quod est plus, quã mori. Nã  
reperientur homines, qui pro amicis suis, viã periculo opponant:  
honorẽ verò, nemo est, qui pro altero velit in discrimen offerre.  
Imò ipso factò, quo aliquis peteret, vt honorem pro se offerret,  
inimicitias cũ illo contraheret. Quid honorẽ meũ tu pertinges? fi-  
lius autẽ Dei nõ vitam modo pro nobis obtulit, verum & hono-  
rẽ etiã amisit. S. Marcus hanc eandem historiã exponens dicit: &  
nõ poterat ibi virtutẽ vllam facere, &c. Non dicit ipsum noluisse,  
sed omnipotentem non potuisse ibi miraculum vllum facere.  
O rem stupendam. Nõ potuit in patria sua id facere, quod toties

Marc. 6.

in

9 in alienis fecerat. ¶ Redditur etiã altera ratio vltra supra dictam,  
scilicet, quod Deus non facit miraculum in fauorẽ peccati. Vel-  
lent Nazareni, vt ad honorem patriæ suæ commoraretur illic me-  
dicus ille tam singularis, & ex omnibus nationibus illuc homi-  
nes concurrerent, atque propter maximum concursum, multi ci-  
uillit venũdarentur, nã sic oēs illi mercatores essent & stabularij  
fierent, & ita Domini miracula in fauorem crumenarum suarum  
essent, & sic volebant vt cœlestis gratia tẽporalibus bonis vende-  
retur, quod erat pessimũ desiderium, cui impossibile erat Deum fa-  
tisfacere. O quantũ super hoc poterat hic reprehendi. Eo quod iã  
nulla sit in Ecclesia Dei peregrinatio nec sanctorũ inuocatio, que  
in nũdas nõ versa fuerit, atq; si ad eã quadraginta vadũt, trigin-  
ta & nouem vadunt ad vendendũ, & negociandum cupiditatib;  
10 suis cõmoti: & cum peregrinationes die festo fiant, plurimi non  
ingrediuntur in templum, nec rem sacram audiunt, & ita domos  
suas reuertuntur, non solum absque merito; sed peccatis, quæ il-  
lic commiserunt onerati. O terribilem hominum peruersitatem,  
quæ omne bonum in malũ cõmutauit. Hinc etiam alia singula-  
ris doctrina elicitur: quod quemadmodum homines Dei gratia,  
& propria humilitate, & obedientia, apti, & digni efficiuntur, pe-  
tendiã Deo beneficia, & ea præstantiora consequendi, quã ipsi  
postulant, vt significauit S. Paulus dicens. Electro genua mea ad  
patrem Domini nostri Iesu Christi, vt impleamini in omnem  
plenitudinem Dei, ei autem, qui potens est omnia facere super  
abundanter, quã petimus, aut intelligimus, sed intelligitur, quod  
hæc beneficia confert in eos, qui supradicto modo dispositi sunt.  
11 Sic per culpam redduntur homines indigni, petendi, & acci-  
piendi; vt dicit Deus per Esaiam, cum multiplicaueritis ora-  
tionem non exaudiam: manus enim vestræ sanguine plenæ  
sunt. Et ratio est, quia peccatum non solum animam occidit, sed  
aliquo modo Dei mores & ingenium permutat, non in se sed in  
suis effectibus. Deus enim, secundũ suã infinitã probitatem de se  
nunquã est inexorabilis, sed facilis ad audiendum, & concedendũ:  
peccata autem misericordiæ eius effectum impediunt. Qua pro-  
pter Hierem. dixit: nos inique egimus & ad iracundiam prouo-  
cauimus, idcirco tu inexorabilis es. Tales erãt hi Nazareni infec-  
tices, ideo Dominum inexorabilem inuenerunt. Qui ruri do-  
mum construit, vbi eam sol circuit, & in eam vndique reuerbe-  
rat:

Ephes. 3.

Esai. 1.

Thren. 3.

simile.

rat:

rat: si cōqueritur, quòd domus sit intus obscura, merito illi dicere,<sup>12</sup>  
 potestis. Tu es in culpa, si enim aperuisses magnas fenestras do-  
 mui isti, ingrederetur solis splendor, qui eam illuminaret, siquidē  
 ibi non erat, quis ibi impedimento esse posset. Est Deus sol infi-  
 niti caloris, & claritatis, quantū est ex se paratus est ad illuminan-  
 dū, & calefaciendum, atq; omnibus fauendum, & si ab eius manu  
 beneficia non accipiatis vobis culpam tribuite, qui amplas fene-  
 stras nō aperitis. Edite maxima suspiria, magnam lachrymarum  
 copiā effundite, curate optima desideria habere, expedite cor in-  
 tus, & omnibus vanis affectibus illud purgate: hoc est enim am-  
 plas fenestras aperire, & Dei beneficijs aditum patefacere, eiusq;  
 gratiā desiderare; quę nūquā deest ijs, qui ad eā accipiendā dispo-  
 nuntur. Idcirco Sanctus Paulus dixit: Pacem sequimini cum om-  
 nibus, & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum, contem-<sup>13</sup>  
 plantes ne quis desit gratiæ Dei. O quā admirabilis sententia,  
 quā excellēs admonitio omnibus proximis, & eis in omnibus  
 rebus bonū exemplū ostendētes cōsideremus, & diligēter cōtem-  
 plemur, ne fortē propter harū rerū defectū, gratiæ Dei desimus.  
 Solemus sæpenumerò dicere nobis gratiā Dei deesse, eo quòd in  
 nobis spiritualē progressū nō sentiamus. Sed dicit Apostolus, q  
 vnusquisq; sollicitus sit, & videat ne ipse desit gratiæ Dei: in quo  
 significat, nos prius gratiæ Dei deesse, quā ipsam nobis. De illa nā  
 q; dicitur, clara est, & quę nūquā marcescit sapiētia, faciliē inueni-  
 tur ab eis, qui quærūt illam, præoccupat, qui se cōcupiscunt, vt il-  
 lis se prior ostendat, qui de luce vigilauerit ad illam nō laborabit:  
 asidētē enim illam foribus suis inueniet. Siquis diluculo eā quæ  
 fuerit non multos labores patietur, vt inueniat; ad ostiū enim suū<sup>14</sup>  
 eam sedentem reperiet expectantem, vt desiderio saltē exeamus  
 ad inquirendam illam, siquidem ipsa nos quærūt & domū nostrā  
 venit. Non deesset Deus his in eorum necessitatibus subleuādis,  
 beneficijsq; cōferendis, sicut faciebat habitatoribus Capharnaū,  
 nisi illi prius Deo deessent. Ad hoc propositū dicebat sanctus qui  
 dā ordinis nostri, qui dicebatur Frater Ægyptius, de gratia, quā ho-  
 mo accepit, & quā non accepit redditurus est rationē in cōspectu  
 Dei. De ea quam accepit, nisi ea benē vsus fuerit; de ea quā nō ac-  
 cepit, quia sua culpa illā nō accepit: Deus enim paratissimus erat  
 vt eā conferret. Cū igitur hoc ita sit, quid erit de nobis peccatori-  
 bus in illa hora; siquidē tā parū dispositionis habuimus, & tam

Hebra. 12

Sapient. 6.

S. Ægy-  
dius.

ne-

<sup>15</sup> negligenter præparati sumus ad gratiam Dei accipiendam, & tā  
 malē accepta gratia vsi sumus? Mittat vnusquisque manum in-  
 finum suum, & animaduertat quantum sibi desit ad hoc vt bonus  
 sit, & cognoscat, quantumcunque deest sua sibi culpa deesse, &  
 videbit quantum habeat quod ploret. Quapropter fratres mei  
 per reuerentiā huius liberalissimi Domini vos rogo, semel & mil-  
 lies, eius nomine hoc posco, ne illius diuinæ gratiæ desitis. Atten-  
 dite quòd ad fores vestras sedet expectans, vt sibi ianuam aperia-  
 ris, ne diuinæ clementiæ fores claudatis, ne tā preciosæ, atque in-  
 estimabili rei tantam iniuriam inferatis. Veneramini, & maximi  
 ætimate verbum humanatum, missum propter infinitum amo-  
 rem ab æterno patre.

Aduertite quòd quia Christum Dominum non venerati sunt  
<sup>16</sup> Nazareni, vt par erat, eos reliquit, & iuit Capharnaum. Et cum  
 ipsi arbitrentur sibi petitionem suam concedendam esse, eos  
 aspera reprehensione exprobrauit, & dedecorauit, arguens eos  
 ingratitude, & inconsiderationis, quam reprehensionem ipsi  
 tanquam præsciti molestē tulerunt, & ita dicit Euangelium,  
 quòd, *Repleti sunt omnes in synagoga ira. & surrexerunt. &c.* In eo-  
 dem sermone paulò antea, quia ad eorum voluntatem & de-  
 siderium loquebatur, & de Messia agebat, dicit facer textus,  
 quòd mirabantur in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore  
 eius. Pleni erant lætitia, vt autem Iesus Christus eorum vitia  
 perstrinxit, repleti sunt omnes ira. Sic modo ad literam fit. Cum  
 prædicator mysteria declarat, quæ neminem perstringunt, dicitur:  
 O quam bonus prædicator, profecto est alter Sanctus Pau-  
 lus. Cū primū verò de vita, ac moribus vestris maledicit, &  
 vos vituperat, statim eum præcipitare cupitis, sicut illi Redem-  
 ptorem nostrum. In libris Regum dicitur, quòd Philistijm ha-  
 bitatores Azoto arcam Domini à templo suo, à ciuitate, & eius  
 terminis eiecerunt, eo quòd Idolum suum Dagon in terram eie-  
 cerit. O quot Deum, & eius famulos contemnunt, & ab animis  
 suis exterminant, eo quòd eorum idola disperdunt. Adoras ho-  
 norem, voluptatem, & vtilitatem, quæ idola seruus Dei curat  
 disperdere, & prædicator curat auferre, & ideò eum odio habes,  
 & in illum irascaris. Cū accersiri iubetis factorem, qui vobis ve-  
 stitum faciat, certum est, quòd non faciet vestes, secundum suā  
 staturam, sed iuxta corpus illorum, quibus faciendæ sunt. Sic

2. Reg. 5.

simile.

Tom. j.

O

velle.



velleris, vt quicquid prædicator concionatur, ad mensuram voluntatis vestræ esset; non verò iuxta mensuram beneplaciti diuini, & quia non sic fit, sed vicia vestra increpantur, ita replemini. Vnum ex signis prædestinationis, aut reprobationis est: si ægrè aut libenter fertur reprehensio. Magnum certè signum est, cum quis reprehensionem humiliter patienter, & cum gratiarum actione perfert illum prædestinatum esse. Contra verò, reprobationis est maximum signum, nolle corrigi, & cum reprehensione exacerbari. Cum Moyses virgam in conspectu Pharaonis proieceret in serpentem versa est. Sic plerumque solet accidere, quòd verbum Domini (quæ est virga) proiectum coram quodam Pharaone, coram præscito in anguè conuertitur, & venenū efficitur. Virga est correctio. Sic Iob narras quomodo mali efferantur, & sublimètur, dixit, & non est virga Dei super illos. Hanc verò correctionis virgam, si coram præscito conijcis eum exhortans, vt sese ad virtutem recipiat: conuertitur in colubrum peccati, quia irascitur, & eum, qui se reprehendit vult morsibus conficere. Ait Plutarchus in moralibus, quod sicut cum ægro datur petio (vt ei tam amara est) non solum illam odit sed vas etiam, in quo sibi data est multo tempore execratur, & cum illad intuetur, statim ei stomachus euoluitur, & præ horrore intestina vult euomere. Ita mali odio habent non solum reprehensionem, verum & illos etiam, qui eos reprehendunt: & cum illos intuentur statim perturbantur. O quam pessimum signum. Liberet nos Deus à tali infelicitate. Et vt cognoscatis quam mala sit, audite Spiritum Sanctum dicentem de ea: viro, qui corripientem dura ceruice contemnit, repentinus ei superueniet interitus, & eum sanitas non sequetur. O metuendum verbum, quis est lapis audiens te qui non confringitur, & timore contremiscit? qui obdurato corde neglexerit corrigentē, & ei obstiterit repentina morte morietur, nec salutem animæ consequetur. Heu Heu, quomodo tā terribilē comminationē audimus, nec tamē illam timeamus, ac si non esset Deus, qui eam dicit. O Domine, quid faciemus nos, qui passim in hanc miseriam incidimus? quis est qui dicat quando corrigitur? Benedictus Dñs Deus, qui tantū mihi cōtulit beneficium, mittens tale medicamentum vulneribus meis. O Dominus tibi persoluat frater mi, aut pater mi, hanc charitatem, quam in me fecisti, multum enim tibi pro eā debeo. Quid dici-

Exod. 7.

Iob. 21.

Plutarch<sup>9</sup>  
in moralibus.

Prou. 29.

21 dicitis ad hoc? quare non confundimini videntes, quòd post correctionem, quasi viperæ venenum conspuentes remanetis? sicut remanserunt hi Nazareni in bonum Iesum, qui pestilentissimo furore concitati eiecerunt eum extra ciuitatem, & in excelsi montis cacumen detulerunt, vt illum præcipitarent. Ecce quas ei gratias agerent propter prædicationem. Liberet me Deus à tali ira, & in quem? aut quare? Plerumque ira animam torquet, & eam facit insanire, illam obæcat, & in mille insanias redigit. Quo furore cruciabatur anima Saulis cum absque vilo iure, aut ratione læcerari iussit septuaginta sacerdotes Domini sacrosanctis vestibus indutos, & hac immanitate insatiatus, euerit imperauit ciuitatem sacerdotum absque culpa; & quòd nulli ætati, aut conditioni parceretur, homines, mulieres, pueri interficerentur, & (quòd 22 plàs est) asinos, boues, & cætera iumenta concidi iussit. Quo furore, dicite mihi, interius concitabatur, qui omni humanitate nudatus, belluis ipsis erat immanior? effectus quasi diabolus, qui omnia destruere cupiebat. Non videtur vobis hoc stupendum? quòd talē stragem faceret, solum propter hoc quòd sacerdotes receperant ibi David, quem ipse intestino odio persequeretur? Adhuc esset factum eius culpabilius, si hoc faceret, & crudelitatem hanc exerceret contra illos sacerdotes, quòd cum necessario correxissent, & piè admonuissent. Ex quo intelligetis, quòd culpabilior ex omnibus furoribus est ille, qui habetur contra eum; qui animæ nostræ vult mederi. Beati mites, qui similem iram, & omnes effrenatos furores summa animi contentione fugiunt, atque ideo, lætam, & pacatam vitam degunt, vt affirmauit 23 David, dicens: Mansueti autem hæreditabunt terram, & delecta buntur in multitudine pacis.

1. Reg. 36

Ipsal. 36.

Iesus autem transiens per medium illorum ihat. O benedictus talis Deus, glorificatus talis Dominus, & superexaltata sit tanta patientia. Videte quam libenter tantam iniuriam tulerit, tam miti animo per medium illorum præteriens, & cum illos statim illic posset subuertere eos impunes deseruit. O quam meritò Beatus Paulus ad Hebræos dicebat: Recogitate eum, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum cōtradictionem, vt ne fatigemini animis vestris deficientes: nondum enim vsque ad sanguinem restitistis aduersus peccatū repugnantes. Maxima significatione dicit: Recogitate, posset enim dicere: cogitate, vt nos

Hebr. 12.

comonefaciat, quod iterum, atque iterum hoc negotium à nobis tractari oportet, mane & vespere in prandio, & coena, & tota denique vita in cogitando, & recogitando exemplum quod nobis dedit, traducenda est. Etiam maxima Emphasi dicit, eum. Quem? Non potest explicari. Voluit apertam relinquere ianuam, ut anima quantumcunque velit possit intra se euoluere, & ei liceat in pelago infinitatis Dei submergi, Potestis eum contemplari Deum, potestis animo concipere hominem. Potestis Deum pariter & hominem cogitare. Illud: eum, est abyssus perfectionum. Et ita consumpta tota vita, & etiam mille saeculorum transacto tempore in agendo de eo, qui patiebatur, nunquam tamen ad litus huius pelagi perueniemus. In hunc ergo tantum Dominum, atque in eius passionem oculos conijciamus, ut ab eo patientiam addiscamus. Licet enim illum nobis Pater aeternus in magistrum, & ducem dederit, quem sequeremur, ut dicit per Esaiam: Dedi eum ducem, & praecceptorem gentium. Et hoc est, quod etiam Sanctus Paulus ad Rom. docere voluit cum dixerit: Induimini Dominum Iesum Christum. Cum quis operatur secundum alterius facta, & ei multum assimilatur, dicitis, quod indutus est eum. Et ita dicitis de malo: Daemonium induit. Quia in omnibus suis operibus eum imitatur, & representat. Sic dicit Beatus Paulus: Induimini Iesum Christum, ita ut illum in omnibus imitemini in spiritu, & proficiendi zelo, in sermone, in misericordia, &c. Sed una ex virtutibus, quam in illo diligentius, ac studiosius oportet nos imitari est patientia, & mansuetudo etiam, ut idem Dominus peculiariter docuit, dicens: Discite à me, quia mitis sum. &c. Quae fuit anima quaedam deuota ab hoc diuino Domino, dicens: Domine quid faciet homo propter te, eo quod pro illo passus fuisset? Cui respondit Dominus. Scito quod ministri atrocitatis, manus, pedes & omnia membra mea vinxerunt; linguam autem meam nequaquam vincire potuerunt. Ego tamen ita eam colligavi, ut ne verbum quidem iracundiae, aut scandali dixerim, aut quod aliquid lederet, sed omnia verba mea plena erant amoris, ac patientiae. Cum igitur homo incommodis atque contumelijs alligatus, linguam suam patientia vinxerit malum pro malo non respondens, tunc mihi seruit, & magnopere placet, & hoc quodam modo contentus sum pro omnibus, quae pro illo perpeffus sum, & tacui. O profundam, & admirabilem sententiam! beata anima,

27ma, quae illam seruauerit, per illam enim diuinam gratiam adipiscetur, & postea in futuro caelestem gloriam consequetur. Ad quam nos perducatur, &c. Amen.

### ¶ Feria. III. post Dñicā. III. in Quadragesi.

*Si peccauerit in te frater tuus vade, & corripe eum inter te & ipsum solum. Matth. 18.*

**S**I PECCAVERIT In te, idest, contra te. Hic est legitimus sensus huius sententiae, quam Dominus dixit Sancto Petro. Et hoc patet, quia, peracta hac doctrina, quam diuinus Magister docuit, eum interrogauit Sanctus Petrus dicens: Domine quotiens peccabit in me frater meus, & dimittam ei? usque septies? Arbitratus est Diuus Petrus, quod multum se extenderat, & (ut aiunt) lapidem pro viribus iecisse. Et profecto secundum quod modo facimus, satis se extendit. Nam tu quando tibi illata est iniuria, & assiduus precibus rogatus ei dimittis qui eam tibi fecit, statim dicis: Hac non amplius statim ad terram pertingit, ea est charitatis vestrae pusillitas. Et iuxta hoc satis multum erat, quod dicebat Sanctus Petrus interrogans vtrum septiens dimissurus esset? Sed tamen modicum adhuc dixit secundum quod vera charitas exposcit, & sic illi respondit Dominus, Non dico tibi septies sed usque septuagies septies. Et statim proposuit parabolam regis qui dimisit septem millia talentorum, quae quidam homo ei debebat, quod confirmat hoc quod supra diximus.

Hoc, quod Dominus respondit quaestioni Diui Petri est maximae consolationis peccatoribus, in quo dicit, ut ignoscat, quotiescunq; offensus fuerit, absq; vlla taxi & moderamine. Ibi enim certum pro incerto numero posuit. Vnde confunditur illud, quod nonnulli dixerunt, certum quendam, ac determinatum esse numerum peccatorum, quae Deus solet dimittere, & extra illum numerum non dimittit. Si enim nos cum tam parum charitatis habeamus obligat Deus ut millies, & millies & sine taxi ignoscamus nostris proximis? quanto minus eius misericordia habebit taxi erga nos, cum eius benignitas sit infinita, nostra autem ita sit arcta, & modica.

Luc. 17.

Per Sanctum Lucam exaggerauit diuinus Magister hanc p̄de-  
 rationem dicens: Attendite vobis, si peccauerit in te frater tuus  
 increpa illum, & si poenitentiam egerit dimitte illi, et si septies  
 in die peccauerit in te, & septies in die conuersus fuerit ad te  
 dicens; poenitet me: dimitte illi. Si ergo tam amplam vult bo-  
 nus Iesus esse nostram misericordiam erga proximos, quomodo  
 erit arcta eius infinita clementia in nos? O diuinā sententiā lo pec-  
 catorū consolationem, quā amplius aditus spei nobis hīc aperit-  
 tur si velim⁹ nos disponere. Ita difficile visum est sanctis A post-  
 lictoties, ignoscere, vt suum cælestem Magistrum orauerint di-  
 centes; A dauge nobis fidem. Videmur enim nobis modicam fi-  
 dem habere ad rem tam arduam. Ridiculū enim videtur toties in  
 die ire, & redire ad deposcedam veniam; videtur qui hoc facit, si-  
 gnificare se non intrinsecum & ex animo dolorem habere, cum  
 toties culpam repetat. Qui autē optimē norit humanam naturā  
 sicut nouit is, qui eam condidit (in aliquibus præcipue) non admi-  
 rabitur, cum toties aliquem videat incidere, & surgere, & reinci-  
 dere, & resurgere. Ipse cognouit signum nostrum recordatus  
 est quoniam puluis sumus. Puluis minimum quodā flatu euoluitur,  
 & euanescit. Sic miserū hominē quæcunque minima occasio  
 facit incidere. Ideirco sapiēs dixit: Ne insidieris & quæras iniqui-  
 tatē in domo iusti, neq; vastes requiē eius: septies enim in die ca-  
 det iustus & resurget. Impij autem corruent in malum. Hoc dicit  
 interesse inter iustum & peccatorem. Et vocat hīc iustum, aut eū  
 qui iustus est secundū diuinā prædestinationē, aut eū qui ad præ-  
 sens vult esse iustus, & Deo seruire desiderat. Et hic est eius finis  
 iā cadēdo, iā surgēdo. Nā & in Philosophia, & in theologia actus  
 & agens à fine quem expetunt nomē sibi vendicant. Et dicit, Ne  
 insidieris iusto, quem semel vidiisti in peccatū labi, vt videas si ite-  
 rum labitur, nec in domo eius peccatum inquiras: ac si dicat: quia  
 peccatū tibi non comoratur, iam eū poenitebit; septies enim in die  
 cadet iustus, & resurget. Mali autē, præciti, qui ex animo sunt pec-  
 catores, penitus, & sponte sua ad malū properāt, & in eo pertina-  
 citer insistūt. Si ergo Deus mihi præcipit, vt septies in die ignoscā  
 si toties iniuria affectus fuero cū sim vermiculus tā arcti cordis, vt  
 vix cōtumeliosum vnū verbū possit capere, quid de illa infinita  
 nobilitate incōprehēnsibilis cordis Dei immēsa benignitate pleni  
 potest sperari? O peccatores si velletis hac pijsima doctrina uti,  
 &

Psalms. 102.

Prou. 24.

6 & amodo peccatorum vestrorū medicinam inquirere incipere-  
 tis. Aduertite fratres quod licet nunc Deus passim, & singulis ho-  
 ris dimittit; trāfacta tamē hac occasione præsentis vitæ, nō prode-  
 rit vobis immensitas misericordiæ eius ad veniam consequendā.

Ait ergo summus Magister mundi: Si peccauerit in te frater tuus  
 vade & corripe eum &c. O quomodo declaratur hīc Euangelicæ  
 legis synceritas, cum tibi, & vnicuique præcipiatur, vt cum iniu-  
 riā accipis ita doleas peccatū, quod proximus tuus commisit, fa-  
 cienstibi hanc iniuriam; vt maiorem curam habeas auferendi  
 eum ab illo peccato, quā de iniuria tibi illata. Sanctus Paulus  
 ad Ephesios dicit; Imitatores Dei estote sicut filij charissimi; &  
 ambulate in dilectione sicut & Christus dilexit nos, & tradidit  
 semetipsum pro nobis. Vnum in quo præcipue debemus Deum  
 7 imitari, & amoris excellentiam ostendere est hoc, quod hīc no-  
 bis præcipitur: hoc est enim vnum ex operibus in quo, maximē  
 declarat suum erga homines amorem: quod cum in se peccatur  
 videtur magis sentire & dolere damnum, quod sibi ipsi peccator  
 infert, quā iniuriam, quā suæ diuinæ Maiestati facit. Hoc sig-  
 nificat illud, quod dixit per Esaiam: quiescite agere peruersē &c.

Quemadmodum si quis maximo impetu aliquem flagellis cæde-  
 ret, & percussus magis doleret, quod percutiens nimis fatigatur  
 percutiendo, quā quod ipse illius ictus ferret, atque illi maxi-  
 mi amoris visceribus diceret; Ne tantum fatigeris, quiesce, quie-  
 sce paululum. O ineffabilem Dei pietatem! quid dici poterat,  
 quod meliùs eius clementiam ostenderet? Nam cum peccator  
 Deum percutit, tanto agone se fatigans in executione suarum  
 8 cupiditatum & effræmati appetitus, odij, & ambitionis; Deus  
 ad eius cor loquitur dicens, præ nimia eius compassione; Quie-  
 sce, quiesce agere peruersē. Quiesce, quiesce peccator ne adeo fati-  
 geris male operando. Et quia hoc omnibus dicit loquitur hīc  
 Esaias generaliter dicens: Quiescite agere peruersē. Et maximo  
 dolore cōquerens profequitur: quomodo facta est meretrix ciui-  
 tas fidelis. &c. Heu consolabor super hostibus meis, & vindica-  
 bor de inimicis meis; & conuertam manum meam ad te, & exco-  
 quā ad purum scoriam tuam. Videte quomodo declarat domi-  
 nus in his verbis, quod quanquam dolet peccatores puniens, eos  
 tamen quasi aurum, in ignem tribulationum immittit; vt eos  
 peccatorum labe purificet. Atque in hoc præfertim vult vt

Ephes. 5.

Esai. 1.  
simile.

nos illum imitemur, ita proximos nostros diligentes, vt propria  
rum iniuriarum obliti, diligentissimè rationes, & modos quæra-  
mus, quibus eos à peccatis auferamus; quæ commiserunt, cum  
nobis iniuriam fecerunt.

Hinc infertur correctionem fraternam esse de iure diuino.  
Nam si Dominus nobis iubet, vt eos, qui in nos peccauerint cor-  
rigamus, & eos à peccato tollere curemus; quanto magis volet,  
vt medicinam curemus illis præstare, qui in alia mortalia  
peccata inciderint, quæ in nostrum incommodum non redun-  
dant? Atque etiam dico, quòd correctio faterna non solum  
est de iure diuino positio, verum etiam de iure diuino na-  
turali. Quia absque eo, quòd Deus eam nobis commendaret in  
Euangelio; naturalis admonet ratio quod proximum debemus  
cohortari id, in quo deficit, & ei remediũ adhibere in tanto malo  
sicut est peccatum mortale. Præcipiebat Deus, vt cortinae templi  
talis essent formæ, & ita essent dispositæ vt altera alteram ad se al-  
liceret, significans hanc charitatem, quam inter fideles esse oportet.  
Quòd alteri alteros debent allicere, & ad diuinæ Maiestatis  
feruitutem attrahere. Maximam curam habet aurifex colligendi im-  
munditias domus suæ, quia vt illud, quod præ manibus fert; est au-  
rũ, & argentũ, quod non passim neq; in quolibet angulo reperit-  
tur; atque huius plurima illi fragmenta à manibus excidunt:  
omnia cum stercore colligit, ac in ignem conijcit, atque inde au-  
rum, quod in eo latet iam igne purgatum abstrahit. Confide-  
rans Deus noster nos esse aurum inæstimabilis precij, & ab eius  
manibus in immunditias peccatorum excidisse; voluit, vt hæc  
omnia in ignem charitatis proximi deuenirent, vt ibi admo-  
nitione, & miti correctione purgentur, & peccati scoria con-  
sumatur, Christianusque purgatus ac mundus maneat, vt par  
est. Cum Sanctus Ioseph dimisit ab Ægypto fratres suos, vt pa-  
trem accersirent, dixit eis: Ne irascamini in via. Eis magnoperè  
commendauit, ne in via irascerentur. Ne irascamini (inquit)  
nec inter vos contendatis, cum enim ducatis afinos qui sunt iu-  
menta debilia, si alter in alterum irati estis, quando afini in  
via ceciderint non erit, qui vos adiuuet vt eos suscitatis. Omnes  
fratres sumus. Omnes fratres estis (nobis dicit bonus Iesus) om-  
nes in via cæli ambulamus. Vtinã illuc perueniamus. Deferimus  
imbecilla iumenta, quæ sunt hi afini, id est, corpora nostra, quæ in  
quo-

*Exod. 26.*

*simile.*

*Gene. 45.*

*simile.*

2 quolibet luto, in quolibet difficili transitu, & occasione cum legis  
onere incidunt. Vt alter alterum possimus suscitare, inuicem nos  
oportet diligentissimè amari: si enim sunt discordiæ inter nos, al-  
ter alterius vicè nõ dolebit, licet lapsos nos esse animaduertam<sup>9</sup>.

Antequam Dominus hæc verba per Sanctum Lucam diceret, *Luc. 17.*  
dixit? Attēdite vobis. Hoc est cauetē vobis. Notabile quidē fuit  
quòd illi tunc temporis hoc dixerit. Fuit certē vt ostenderet,  
quòd qui alterum correcturus est, prius se ipsum corrigat, oportet.  
Qui vult dare buccellam cibi delicatissimi ægro, quē ipsi hor-  
rentissimum esse scit; ita perpolitē & mundē eum condit, vt illū  
vix videatur attingere. Quid ergo placitu difficilius, quàm qui  
in mortali peccato commoratur? cui nec sacrum, nec prædicatio,  
nec diuinæ res placent, omnia illi horribilia & durissima viden-  
tur. Omnem escam abominata est anima eorum. Vt ergo sanctæ  
admonitionis & correctionis escam percipiat necesse est, vt sum-  
ma puritate, & delicatissimè condita sit, scilicet, summa puritate  
conscientiæ, & exterioris vitæ. Atque idē eis dixit: Attendite  
vobis. Præcepit Dominus Iesus discipulis suis, vt irent in vniuer-  
sum mundum, & vbi non reciperentur, excuterent puluerem de  
pedibus suis in testimonium illis. Hæc enim pulueris excusio  
de vobis in die iudicij contra illos testimonium perhibebit. Au-  
dite confessarij, gubernatores, patres familiās, prælati, quam arbi-  
tramini esse causam, quare cum mandetis, & remandetis, argua-  
tis, & redarguat, nihil tamen eorum fit, nec peccatis medicina  
adhibetur: quia non excutitis puluerem de pedibus vestris. O  
quod testimonium est hoc contra eos, qui Apostolos non exce-  
perunt, cum ipsi tam sancti & mundi essent, vt ne puluere quidē  
affectus suos coinquinatos haberent. Hoc enim significabat ma-  
terialis pulueris excusio, & quod homines tales non receperint;  
hoc eorum culpam grauiorem reddet. Excutite, excutite pulue-  
rem, quòd si tunc doctrinam vestram non acceperint, hæc pulue-  
ris excusio, hæc synceritas vestra de vobis testimonium perhibe-  
bit contra illos in die iudicij, ad maiorem coronam vestram, & il-  
lorum confusionem. Cum puritate conscientiæ simul requiritur  
maxima prudētia, summa mansuetudo & benignitas in corrigē-  
do. Sic docet Sanctus Paulus, dicens: Fratres, si præoccupatus fue-  
rit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis huiusmodi in-  
struite in spiritu lenitatis, considerans te ipsum, ne & tu tenteris.

*simile.*

*Psalm. 106.*

*Marc. 6.*

*Gal. 6.*

Primum dicit: Vos qui spirituales estis. Spiritualem enim, non verò carnalem eum esse oportet, qui alterum reprehendit, si vult sua correctione aliquid proficere. Secundò debet esse in spiritu lenitatis, & mansuetudinis, non verò cum tonitruis & fulgoribus, quæ peccatorem deterreant, & exasperent. Qui vasa vitrea abluunt, magnam habet rationem ne illa nimis manibus perstringat, ne forte frangantur. Sumus omnes tam vitrei, & fragiles, vt minori asperitate, qua nobis quis loquitur, frangamur, & impatientia lacermur. Idcirco dicit: Consideret vnusquisque semetipsum, & videat qualiter tractari & reprehendi vellet, vt cū sit homo, & cras in idipsum possit incidere. Cum prudentia ingrediendum est, dicendo: Domine, si per te mihi liceat, pauca tibi dicam. Deus testis est, quod me nihil aliud mouet, quàm amor Dei, & zelus boni tui. Optimè intelligo, te tanquam hominem hoc, & hoc fecisse, non demiror: sumus enim debiles, & tot sunt occasiones, & laquei, vt magis admirer quòd frequentius non incidamus: sed nò est consentaneum, vt sic semper commoremur, sed remedium quæramus. Còsidera Deum tam bonum esse, vt plus moreris tu in petendo ab illo veniam ex toto corde tuo, quàm ipse in parcendo tibi. Per viscera huius pijsissimi Domini, qui pro nobis crucifixus est, te rogo, vt siquidè ipse tam liberalis est, curemus vt eius liberalitas nobis proficit. Ego gaudebo, quòd si tu me videris in simili, aut alio peccato me commonefacias, & vt surgam manum mihi porrigas. Bonum est hoc frater, optimam rationem cepisti, vt istius animæ medereris. Vt Sanctus Elifeus defuncto vitæ restitueret, incuruauit se super eum, & calefacta est caro pueri, quia applicuit se mortuo, à morte surrexit: sic oportet corrigentem mortuo peccatori adæquari, & applicari in culpa, ostendens se ita debilem, & miserum esse, vt ipse peccator est, & in eadem se, & multo maiora peccata labi posse.

Dicit vterius Sanctum Euangeliū. *Si te audieris, lucratus eris fratrem tuum.* Ex hoc verbo infertur, quòd correptio fraterna debet esse de peccato mortali, vel veniali periculoso; quia dicit: *Lucratus eris fratrem tuum.* Ergo perditus erat: ergo propter aliquod peccatum mortale: solummodo enim peccatum mortale animam perdit. Gerson agens de correptione fraterna, assignat condiciones requisitas, vt proximum corripere teneamur: & vnā ex præcipuis ait esse, cum peccatum proximi mortale est. Secunda est, quòd

*simile.*

*4. Reg. 4.*

*Gerson. 2. p.  
34. sub lit. T*

quòd corripuens certam habeat cognitionem peccati, non verò dubiā, & ex suspitione diminantem. Tertia est, quòd nemo alius tã decenter eum possit corrigere, quàm tu. Nam si alij tam boni, vt tu, aut meliores te, peccatū videat, aut eius prælatus: probabiliter potes credere, quòd, aliquis horum illū corrigit. Si tamen certus sis quod omnes eum deserunt, licet illud sciant, nò idèò excusaberis, sed illū debes corrigere. His conditionibus aliam addit: quod si sit spes emendari, si à te corripitur; quæ nisi speretur non teneris eum corripere. In hoc casu remedium, quod adhibere debes ad subueniendum huic animæ, est, quod si peccatum redundet in damnū tertij, quamuis sit occultū teneris illud reuelare eius prælato secreto tanquam patri, vt ipse medicinā adhibeat. Si verò peccatum illud nulli officit nisi actori suo, si post correctionem fraternam nò respicit, & solum testem habes integrū quo illud possis probare, tunc teneris illum denunciare, nā in hoc casu, tu qui es denunciator poteris esse alius testis. His omnibus supra dictis conditionibus, alijs addit Doctor ille, scilicet quòd non credatur postea decentior opportunitas temporis & loci, quàm hæc in qua eum corrigis: de hac materia latissimè tractant Doctores scholastici.

Dicit vterius sanctus textus. *Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc vnum, aut duos, &c.* Nonnulli hoc sic declarant, quod quamuis peccatum sit occultum, postquam peccatorem secreto inter te & illum correxeris, nisi tamen velit emendari debes adducere tecum vnum, aut duos homines probos, & coram illis peccatorem reprehendere, & quòd nò est inconueniens, quod illā minimam infamiam patiat, vt anima eius à peccato auferatur. Fama enim corrupta anima non est fama sed similitudo famæ. Audite ad hoc propositum quoddam naturæ arcanū. Res illegitimæ & rudes in operibus naturæ, sunt quasi murus & defensio legitimarū & delicatarum, atque vtilium. Carduus habet sex, aut septem brachia vtilia, hæc vobis eligitis, exteriores verò eijsitis, quia in interiorū custodiā producta sunt: in lactuca & cima idem seruantur. Scitis quorsum alia alijs sint meliora? vt peiora sint custodia meliorum. Vt cum accedit hortulanus illud illegitimum ictum accipiat, si vtrumq; sine incommodo possit exire, optimū esset, sed siquidem carduus aut lactuca ictū acceptura est, oportet vt in rudioribus brachijs & folijs illū sustineat: corpus, honor, diuitiæ, & his similia omnia sunt illegitima & rudia, anima sola cum suis potentijs

*D. Thom. 2.  
2. q. 33. ar. 1.  
& sequent.  
Doctores in  
4. d. 19.*

*simile.*

potentijis spiritualibus est nobilis & delicata. Cum tu acceperis<sup>21</sup> reprehensionis lignonem, si vtrunq; poteris seruare melius erit: quando autem animæ salus non potest conferri absque rudioris & illegitimi detrimento, non est mirum quod fama ictum percipiat vt anima salua fiat. Alij dicunt, quod hoc ferre duos viros probos, intelligitur de illis, qui rem etiam sciunt, & quod debes ei dicere. Optime scis Domine, quod te huius peccati correxi, & tamen ab illo exire noluisti: nunc ergo mihi visum est, te coram his admonere: si quidem scis, illos etiam hoc scire, & te ab eis valde diligere, qui etiam vt ego salutem tuam summopere desiderant; & hoc mihi æquius videtur: & his qui affirmant, testes adducendos esse, etiam si alterius delictum nesciant, respondeo, quod maximum ex eo inconueniens sequi potest. Potest enim accidere, vt peccator correctus dicat. Domini estote mihi testes, quia<sup>22</sup> hic homo falsum crimen mihi imponit, & ita potest corrigentem in angustias redigere: quod si dicas, si sciunt quorsum præcipit, vt eos coram alio adducam? Respondeo, quod fit, quia habet probabilitatem, quod coram illis viris probis verecundabitur, & corrigetur.

*Si autem, dic Ecclesia.* Ecce textus firmissimus contra hæreticos, quod Ecclesia est visibilis, & quod non consistit solum in ijs, qui in gratia sunt. Ecce quomodo est caput visibilis, qui est prælatus, princeps huius Ecclesie & congregationis fidelium. Dices, iam intelligo id quod mihi Dominus meus hic præcipit præceptum esse, quod omnes obligat, qui id facere possunt, & intelligi de peccatis mortalibus publicis, & secretis: sed adhuc circa hoc, duplex mihi remanet dubium, quorum alterum est: Ego scio<sup>23</sup> foemina in carnalem, que in peccato commoratur, & scio quod si ego eam alloquerer & corrigerem, ipsa à peccato exiret, & nullus est alius modo, qui eam possit reprehendere, nec ex quo ipsa tam libenter correctionem ferat; sed timeo, & probabilissimè credo, quod si eam corrigam eius amator id sciet, mihi vulnera infliget, & fortè mortem inferet. In tali casu pater obligabis me ad illius correctionem fraternam? nisi sit alius (vt tu dicis) teneris eam corrigere, etiam cum probabili mortis periculo: præcipue si cognoscis quod tua correctione emendabitur. ¶ Alterum dubium est: Ego habeo amicū cōcubinarium, & certò scio, quod si eū corrigā à peccato recedet. Sed quia credo, quod post tres aut quatuor

menses

24 menses melior erit occasio, vellem illud ad hoc tempus differre, rogo, an possim id facere? Respondeo quod si scias, quia nunc à peccato recedet: licet credas, quod postea illud melius faceret, nō potes hoc differre absq; magno peccato: quia interea, proximus tuus in maximo periculo versatur, eum toto hoc tempore in mortali peccato moretur, atque si interim moriatur, in infernum detrudetur. Compertum est ergo in toto hoc negotio correctionis fraternæ, quod concurrentibus supradictis conditionibus correctio fraternæ sub peccato mortali obligat, & si quis erit, qui eam non faciat verè in infernum ibit, licet aliud peccatum nō habeat. O Deus Maiestatis infinitæ, quis haberet verba, ac spiritum vt hanc veritatem in animis eorum imprimeret, qui Evangelicam doctrinam sequuntur! Quoties hoc peccatum fortasè committitur<sup>25</sup> præsertim inter dominos, & famulos; inter matronas, & ancillas atque inter principes, & subditos suos. Famulus ne dominus illum domo sua eiciat, ne verbum quidem ei audet dicere. Dominus verò licet videat iurare, & periurare famulos suos, & sciat quod male viuunt nullam de eo rationem habet, dicens: Ipsi habent suum parochum, & prælatum. Ego non sum Episcopus: o quam lachrymabile est hoc! Maledictus ille Cain, cum Deus per<sup>Gene. 1.</sup> contactus est eum de fratre suo, respondit: Num custos fratris mei sum ego? & hoc responsum didicerunt tales domini ab hoc maledicto malorum patriarcha Cain, & ita frequenter illud vsurpant, & passim proferunt: Num custos fratris mei sum ego? modo hoc dubitatis: vt dicitur in Ecclesiastico: Vnicuiq; mādauit Deus de<sup>Eccle. 17</sup> proximo suo. Quapropter fratres mei per charitatem Dei vos rogo, vt diligentissimè hæc attendatis, quæ vobis declarauit, in quibus salus vestra agitur, quod si à memoria exciderint, recordamini saltem hanc regulam seruare: quod quotiescunq; in vestris proximis peccata publica, aut secreta cognoueritis virum aliquē doctum, & rectum consulatis, & absque reuelatione personæ illi dicatis. Hoc, & hoc scio quod facit quidam homo: dic, quæso, quid ad eius animæ remedium facere teneor? quomodo me habiturus sum, quia hoc ignoro, & ita munus tuū adimplebis, faciens, quod rectus ille vir, & eruditus tibi consuluerit. Et sic nobis inuicè charitatiuè & benignè fauentes hinc à Domino nostro gratiam consequemur, & postea ad sempiternam gloriam perducemur: ad quam nos perducatur Iesus, &c.

FERIA



Feria.III.post Dñicam.III.in Quadrage.

*Accesserunt ad Iesum ab Hierosolymis Scribae &*

*Pharisaei, dicentes: ~~Quare discipuli tui transgreduntur traditiones~~*

*Moysi. Matth. 15.*

*Ioan. 1.*

**R**E S. maioris ponderis, & momenti, quæ vnquã in toto terrarum orbe fuit, aut erit: fuit, Deũ hominẽ fieri, & factũ hominẽ ad humani generis salutẽ venisse. Et ad rem hanc sciscitandam dicit S. Ioãnes, quod miserũt Iudæi ab Hierosolymis sacerdotēs, & Leuitas ad Ioãnẽ, vt interrogarent eũ: Tu quis es? Ad rem tantĩ ponderis, & quæ Hierosolymitanorũ tanti referebat, scilicet, ad interrogandum, vtrũm S. Ioannes esset Messias, qui mittendus erat, an non nuncios miserunt Sacerdotes, & Leuitas, qui aliquo modo erãt veluti lanij, & coqui: nã ferẽ totum eorũ munus erat, animalia excoiriare, torrere, & coquere. Pharisæi verò, & legis Scribæ, qui erãt nobiliores in ciuitate absq; vllõ labore. & solitudine manserũt. Nunc autem in re tam parui momenti, vt erat; vtrũm discipuli Dñi manus abluerẽt necne? dicit S. Matth. quod non miserũt Sacerdotes, aut Leuitas: sed ipsi met Satrapæ & Doctores legis tã longum iter fecerũt; scilicet, à Iudæa in Galilæam: ac si diceremus modo, à Castellain Valentiã, aut in aliquam prouinciã, magno cũ labore, & dispendio ad interrogandum Iesum Christũ filium Dei. *Quare discipuli tui transgreduntur traditiones seniorum? nõ enim lauant manus cum panem manducant.* In re tam leui, quæ nihili pẽdebat, tantã adhibẽt curã & solitudinẽ, aliã verò quæ tã grauis erat, & tãtã æstimationis, quasi leuissimam, & nullius momenti egerũt, quasi nihil interesset. Hæc est vna ex præcipuis ærumnis in quam crebro incidunt cæci filij Adæ; quod res maximi momẽti, quasi leuissimas agunt; res verò nullius utilitatis, & entitatis, quasi grauissimas, & vtilissimas pertractãt. Sic affirmavit S. Paulus, dicens: Qui enim secundũ carnẽ sunt, quæ carnis sunt, sapiunt; qui verò secundũ spiritum sunt, quæ sunt spiritus sentiunt. Cũ mali nihil aliud sapiant nisi carnalia, & secularia de his solum diligentissimẽ agunt. Contra verò boni, vt terrenis non delectantur, sed diuinis rebus gaudẽt, hæc summo seruore, & diligentia pertractãt. Idcirco loquens Spiritus sanctus de anima iusta, dicit: Gustauit, & vidit, quia bona est negociatio eius, non extinguetur.

*Roma. 8.*

*1. Cor. 31.*

**4** guetur in nocte lucerna eius: manum suam misit ad fortia, & digiti eius apprehenderunt fufum. Via ad perfectionem animæ sanctæ dicitur hic, esse res diuinas sapere, quæ est affectiua cognitio & experientialis: hæc oratione, lectione, diuinarumque rerũ assidua meditatione comparatur: Est enim peculiare donũ Dei, vt S. Ioannes affirmavit, dicens: Scimus quoniam filius Dei venit, & dedit nobis sensum, vt cognoscamus Deum verum, & simus in vero filio eius. Perpẽdite quod dicit, Dedit nobis sensum, delectationem & gustum in cognitione Dei, vt hac suaui cognitione simus in vero filio eius, id est, quod in amore, & vera imitatione filij eius Iesu Christi perseueremus: & eo quod sit donum diuinum crebra contemplatione quærendum est, & instanti oratione postulandum: liquidem eo quod nullam habemus cognitionem, & gustum diuinarum rerũ peiores sumus brutis animalibus. Bruta enim, aues, & cætera animalia, visu, olfactu, voce, ac beneficentia progenitores suos norunt: quod autem homo nullã habeat experientiam illius, per quem viuunt, alitur, & conseruatur maximum malum est. De hoc maximo dolore queritur supernus hic Dñs, cælos terrãque inuocans testes, & dicens: Audite cæli, & auribus percipite terra, quoniã Dñs locutus est: Filios nutriui, & exaltaui, ipsi verò spreuerunt me. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui, Israel autem nõ cognouit me, & populus meus non intellexit. Quod animalia tam turpia, & rudia, vt bos, & asinus experientia cognoscãt possessores suos, qui eos alunt, homines verò ratione locupletati tam expertes sint cognitionis Dei sui: maxima infœlicitas & miseria est. Hic profecto non tã reprehendit homines infidelitatis, quàm quod non habent cognitionem experientialem, & affectiuam, quæ animam in diuinæ Maiestatis amorem rapit, eamque postea seruidam, ac diligentem in rebus seruitutis Dei efficit. Solent mercatores res suas venales ad delibandum dare emptoribus sicut vinum, poma, & his similia, atque etiam panni ostensionem facere, & quod in equum ascendant, & eum exagitent, & experientia facta, si res venalis emptoribus placeat, facile in pretio conueniunt. Hic est mos Dei erga homines, sui diuitiarumque suarum gustum illis præbet, vt illas experiantur, quod ipsum facilius ament, atque quousque illum adipiscantur, cum sectentur. Gustemus ergo fratres mei, ea, quæ sunt Dei: sed necesse

*1. Ioan. 5.*

*Isai. 1.*

*simile.*

neceſſe eſt diligenter aduertamus, quod vna ex præcipuis fraudibus diaboli, eſt, hominibus ſuadere, quòd Dei delectatio, cum mundi delectatione non repugnat, & vtraque ſimul poteſt percipi, atque hoc in condemnationem eos demergit. Quapropter ad hunc guſtum impetrandum, & per eum diligentiam & feruorem in ſeruitute Dei conſequendam; neceſſe eſt ex animo terreſtres delectationes expellere. Ait ergo Spiritus ſanctus de anima iuſta, quòd prius guſtauit Deum, atque vt guſtauit, vidit, quia bona eſt negotiatio eius, vidit & cognouit, quia ſeruitus Dei eſt bona res. O quam bona negotiatio, lutum pro auro, & pro pretioſis margaritis commutare, & bona temporalia pro bonis æternis dare. O quam bona negotiatio pro paucis lachrymis pœnitentiæ, vitam lætitiæque æternam comparare. O quam bona negotiatio pro vaſe aquæ frigidæ, infinitæ durationis præmia impetrare. O quam bona negotiatio peregrinum in domum tuam excipere, vt per eum in cæleſtibus manſionibus merearis habitare. Væ miſeris peccatoribus, qui quaſi ignari mercatores tam inutilibus negotiationibus intendunt, vt pro vno die, atque etiam pro vno inſtanti voluptatis, cæli hæreditatem amittant, & inferni æternitatem acquirant. Sanctus Paulus arguebat Eſau, qui propter vnâ eſcã vendidit primitiua ſua. Quanto dignior reprehentione eſtu, qui pro belluarum voluptate, pro vno prandio, pro aſis vtilitate cæli primitiua vendiſ? heu miſerum te, quàm malam negotiationem cepiſti, quia noluiſti aſſueſcere, Deum guſtare. Anima quæ eum guſtauit, aliter fecit: accelerauit enim bonam negotiationem negotiari, atque ideò addit Spiritus ſanctus: Non extinguetur in nocte lucerna eius. Ex hoc loco clarius patet quantum prodeſt Deum guſtaſſe, & immarceſcibilem coronam diligenter negotiatum fuiſſe, cum talibus meritis optimus finis promittatur, & tranſitus ſœliciffimus ex hac in aliã vitam præparetur, nõ extinguetur in nocte, &c. id eſt, non morietur mala morte. Significatur in hac promiſſione res dictu terribiſſima, ſcilicet, quòd aliquibus, qui in hac vita lucem gratiæ habuerunt, in morte extinguitur præualentibus contra eos diaboli inſidijs. In quo maximũ Dei iudicium latet. Atque ad hoc alludit, quod Dauid feruentiſſimè diuinam Maieſtatem rogabat, dicens: Illumina oculos meos. vnquam obdormiã in morte, ne quando dicat inimicus meus: præualui aduerſus eum. Ex hac oratione inferrur, quòd Sathanas, qui.

Hebr. 12.

Pſal. 12.

roqui in vita non potuit contra multos præualere, in morte præualebit, extinguens illis lucernam gratiæ; vt apparet in quadraginta illis Martyribus, de quibus Eccleſia his diebus meminit; qui cum quadraginta ad patiendum martyrium in lacum aquæ frigidiffimæ ingrederentur, vnus eorum ibi gratiam amiſit, & in fidei confeſſione defecit. Itaque ibi extincta eſt eius lucerna. Animæ verò ſanctæ, quæ Deum guſtauerat, & diligenter negotiata fuerat non extinguetur in nocte lucerna eius, & huius rei rationem reddit Spiritus ſanctus, dicens: Manum ſuam miſit ad fortia, & digiti eius apprehenderunt fuſum. Manum ad fortia, & heroica extendere, eſt res difficilliſſimas & ſenſualitati maximè repugnantes operatam fuiſſe; & ſe crebro in ſpiritualibus exercitijs exercuiſſe. De quibus rebus S. Paulus dicit: Non enim iniuſtus eſt Deus, vt obliuſcatur operis veſtri, & dilectionis, quam oſtendiſtis in nomine ipſius, qui miniſtraſtis ſanctis, & miniſtratis. Ecce quomodo fatetur S. Paulus, quòd Deus iniuſtus eſſet, ſi opera heroica in charitate ac diligentiã facta obliuiſceretur: & niſi recordaretur operum, quæ tam perſeueranter ſerui ſui fecerãt, vt nõ contenti fuerint ea feciſſe, ſed ſemper ea faciũt: quæ etiam hinc ſignificat Spiritus ſanctus in metaphora mulieris nentis dicens: Digiti eius apprehenderunt fuſum. Diceſtu, quid ergo? tam heroicũ eſt nere, vt illud collocet Spiritus ſanctus inter opera heroica? Plura myſteria latent hinc, quàm arbitraris. Nere eſt ex ſiniſtra in dexterã ſtupã traducere; & ira, quod antea in ſiniſtra manu erat ſtupa, recipitur in fuſum exiſtentem in dextera, effectum iam filum. Per duas manus ſignificantur duæ vitæ: per ſiniſtram, præſens vita deſignatur; per dexteram verò futura vita declaratur. Et omnia quæ in mundo apparêt, ſunt ſtupa quæ minima quæque ſcintilla concrematur, & conficitur. Valetudo, pulchritudo, diuitiæ, & cætera huiusmodi, omnia ſunt ſtupa, quæ in ſœlicitatis vnus ſcintilla comburitur. Hanc autem ſtupam ſi bene ſcias nere, in ſericum perfectiſſimum conuerſes, traducens omnia hæc bona à ſiniſtra manu præſentis vitæ ad dexteram futuræ, fuſo optimæ intentionis & diuini amoris. Cum corporis valetudinem, ingenium, diuitias & honorem in ſeruitutem Dei confers tunc nes, & temporalia bona huius vitæ in ſpirituales diuitias cõuertis, atque ex hoc ſerico conficietur veſtis pulcherrima, qua anima tua in cæleſti regno exornabitur. O miſeros illos Alexandros, Darios, Cæſares, atque

Tom. j.

P

cæteros

cæteros imperatores Romanos, quot bonis hic abundarunt, & n<sup>o</sup> quam nudi, nunc illic morantur, nescierunt enim nere, nescierunt temporalia huius seculi in æterna futuræ vitæ transferre. Idcirco se modò experiuntur, & in æternum experientur, in perpetua nuditate, & confusione. O miseros & infœlices vos diuites, & potentes huius seculi, quomodo in eandem calamitatem & ignominiam deuenturi estis, eò quod nolitis modo nere; omnibus in hac vita vultis perfrui, nihil in aliam vultis traducere. Ne sic sit fratres mei, siquidem tempus & opportunitatem habetis, ne illà in cassum prætermittatis. Incipite à modò nere: & animas vestras ex illa confusione perpetua redimetis.

Sed opus est aduertatis, quod dicit hîc sanctus textus de hac sancta anima, quæ net: quod quæ fuit lanam, & linum, & operata est consilio manuum suarum: quod confecit telam ex lana, & lino. Inter nos sunt aliqui, qui nent lanam, alij verò, qui nent linum, verùm qui dignus est, qui à Deo laudetur vtrumq; net. Linum absiduis ictibus, & maximum post laborem in lucem proferatur, prius quam aliquid pro fit mille tormentis cruciatur; & ideò per linum opera poenitentia intelliguntur. Per lanam verò suauem & iucundam; opera misericordiae designantur. Alij ergò nent lanam: & hi sunt, qui se in operibus misericordiae exercent; sed non nent linum, sunt enim delicati, non rigorosè tractant corpora sua. Alij autem linum nent & non lanam. Hi sunt, qui in poenitentia viuunt, ieiunant, cilicijs induuntur, flagellis cæduntur, &c. Ne tamen eis præcipiatis dare elemosynam. Ita enim durum est eis vnum minutum à loculis proferre, ac si eis à corpore cor euelleretur. Alij sunt, qui vtrumq; faciunt, corpora sua cruciatibus torquent, vt vitam suã puram, ac candidã quasi linũ producant, atque etiã sunt misericordes, hi nent linum & lanã. Ex his curemus esse fratres mei, ne fortè infœlicitas illa nobis contingat, vt lucerna gratiæ in nocte mortis nobis extingatur, & in gremiũ in infernũ detrudamur. Iam cognouistis discursum iustorum, qui significatur per hanc animam sanctam, quam nobis hîc diuinus spiritus descripsit, quomodo curat res diuinas gustare, & exinde prouenit quòd verè & ex animo de eis agant. Mali autem, quia nunquam spiritualia, sed secularia gustauerunt, ideò tam friuolè ea agunt, tanquam ea quæ ne minimis quidem (vt aiunt) labijs delibarent; & tam diligenter & sollicitè res terrestres, & nullius momenti

16<sup>o</sup> momenti tractant: illis enim solis delectantur. Atque hæc est causa, quare infœlicissimi illi Pharisei & Scribæ tanta negligentia tam graue negotium agerent, vt erat scire, vtrum iam venisset Messias, nec ne? & tam sollicitè negotium illud tam leue tractarent quod erat, quare Apostoli cum manducarent, manus non abluerent. Vtina æterna Maiestas mentes nostras sua claritate illuminet, ne in simile precipitium incidamus.

Dicit ergò sanctum Euangelium, quòd accesserunt hi Pharisei infœlices ad summum mundi Magistrum hac tam friuola quaestione, dicentes: *Quare discipuli tui, &c.* O quoties ad Dominum accesserunt cum his nanijs. Iterum dicit sanctum Euangelium, quod accesserunt ad conquerendum de discipulis eius, quia spicas in agro colligerent in die Sabbathi. Iterum accesserunt interrogantes; quare discipuli eius non ieiunarent sicut discipuli B. Ioãnis Baptistæ? quam rationẽ habebant de vita aliorũ, Signũ est peruerse conscientia aliorũ, & non sui rationẽ habere. Nõ profectoreperietis, quod Apostoli Phariseorum vitã iudicarent; erant enim virtute præditi, qui suã potius, quam alienæ vitæ rationem habebãt. Imò cũ semel eos interrogasset Dñs, quẽ dicunt homines esse filiũ hominis? scientes quod isti eũ vocarent Samaritanum, & habentẽ Dæmoniũ: noluerunt ei dicere. Ij vero viceversa non animaduertebant cordium suorũ deprauationẽ, & condemnabant, quod in alijs peccatũ non erat. Condemnauit Dauid diuitẽ quod vnã pecudẽ arripuisset à pauperculo, qui non habebat aliã, nec tamen condemnabat seipsum cum Viriæ vxorem accepisset, atque eum interfici iussisset. Hæc omnia referimus fratres mei, non tam 18<sup>o</sup> propter Phariseos, qui iam transierunt, & dignã operũ suorum habent mercedẽ: quam ad nostram admonitionem: vt ab alienis defectibus oculos abstrahamus, & illos in nostros conijciamus. O quantũ interest animaduertere vnum quẽq; sua propria peccata. Per Ezechielem dicit Deus quibusdam peccatoribus, qui attentissimè oculos coniecerant in peccata sua. Sic locuti estis, dicentes: Iniquitates nostræ, & peccata nostra super nos sunt, & in ipsis nos tabescimus: quomodo ergo viuere poterimus? id est, Dicitis, iniquitates nostræ in proximos, & scelera in Deũ contra nos furxerunt, ceruices nostras pede conculcant, prostratos nos humili habent, tam potentia sunt: nos vero ita debiles sumus, ac vulnera nostra ita sunt corrupta, vt videamur ea aspicientes obstupescere.

2. Reg. 12.

Ezech. 33.

*Ezech. 33.**Psalm. 37.*

In ipsis nos tabescimus, & eo quod ita pauidi & obstupentes erāt,<sup>17</sup> peccata sua considerantes: præcepit Deus Prophetæ, Dicad eos: **Viuo ego, dicit Dominus Deus, nolo mortem impij: sed vt conuertatur impius à via sua, & viuat. Conuertimini à vijs vestris pessimis, & quare moriemini, domus Israel? Animaduertite misericordiam Dei, quem animum eis addit, & ad veniam eos inuitat, ab eis timorem aufert, atque eos confortat, vt sperent se misericordiam esse consecuturos. Nam licet essent mali, oculos tamen in peccata sua conuertebant, & obstupebant, considerantes se ita sceleribus delibutos. Idem apparet in Dauid, qui quasi iij, quos hic dixit Ezechiel, peccatorum suorum grauitatem exaggerat, dicens: Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum. Super caput meum conscenderunt, arcem meam occupauerunt, atque ibi vexilla sua erexerunt, ac si ex me victoriam reportauerint, atque ita peccatis meis sum vinctus, & captiuus. Et sicut onus graue grauatæ sunt super me. Et sua grauitate me ita subiiciunt, vt moueri nequeam. Loquitur humilis Rex de se tanquam de iumento. Cum enim homo peccat, comparatus est iumentis, siquidem non ratione quasi homo, sed sensuali appetitu quasi iumentum ducitur, & tanquam iumentum, quod cum onere cecidit gemens dicit: Domine ante te omne desiderium meum, & genitus meus à te non est absconditus. Dñe Deus meus id quod possum, facio: quod est oculos conijcere in peccata mea, & sub illis quasi sub grauisimo onere ingemiscere, & auxilium tuum deprecari. Rescindit Deus meus cingula, quibus astringor, & libera me. His elegantissimis metaphoris exaggerat hic peccator, quantum in se peccatum dominaretur, & quam expers esset salutis, nisi à diuina misericordia dimanaret. Sed vt in hæc mala oculos coniecit, & ea cognouit,<sup>21</sup> fecit, quod in se erat, & ita Deus eum liberauit. O quantum hic lachrymari possumus. Quid est fratres mei, quod cum aliqui vestrum in peccatorum mari innatetis, tamen non obstupeatis, sed cum summo gaudio, risu, atque alacritate incedatis? Quare tot tãque grauibus oneribus cum succumbatis, non ingemiscitis: sed ridetis, & cum maxima lætitia, & voluptate viuitis? Hæc omnia, absque dubio procedunt ex eo, quod crimina vestra non consideratis, nec animaduertitis, quem cum illis offenderitis, & quæ supplicia propter illa merueritis, & ita infani, & à vobis ipsis decepti non cognoscitis in quanto periculo versemini.**

Vnde

<sup>22</sup> Vnde Isaias dicebat quibusdam peccatoribus, qui sui ipsorum immemores erant: Audite verbum Domini viri illudores, qui domini namini super populum meum, qui est in Hierusalẽ, dixistis enim: percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum. Hoc ille ijs dicebat: Ego autem idem vobis volo dicere. Dicite homines illudores, pactum ne cum morte pepigistis? cum morte, & inferno fœdus percussistis? quare ita turpiter viuitis? locuti ne estis cum morte, aut cum inferno conuenistis? Multum profectò scitis, si hoc verum est. Apostolus S. Paulus multum sciuit; sed in hoc plus dicitis, vos quam ille. Ille enim dixit: statutum est hominibus semel mori. Vos autem dicitis, quod non, & quod cum inferno fœdus pepigistis. Quid? non estis mortales? Non comburet infernus animas vestras sicut & reliquas? ô terribile amentiam. Deus det vobis sensum fratres, Deus vobis det prudentiam, & intellectum. Nam <sup>23</sup> vestra viuendi ratio talis profectò est, ac si vere pactum cum morte, & inferno pepigissetis, & licet hoc ore non declaretis; significatis tamen libertate, & deprauatione morum cum ipsis dicitis: Non morituri sumus, nobis non est mors, nec infernus. Atque hic est verus & germanus sensus horum verborum Isaiæ.

Omnia hæc effrænatio, de qua modo egimus ex eo præcipue prouenit, quod homines in sua scelera oculos non conijciant. Tales erant hi Pharisei, qui vitam suam & iniquitates non animaduertebant, & de sanctorum Apostolorum moribus detrahebant: liberet vos Deus ne in tantum malum deueniatis, vt de bonorum innocenti vita murmuretis. Sanctus Paulus magnopere peccatum detractionis exaggerabat, dicens: Nolite errare, neque fornicarij, neque idolis seruientes, neque adulteri, neque fures, neque male-

*Ezech. 28.**Hebr. 9.**1. Cor. 6.**Psalm. 136.*

tur. Accedamus ac propositum punctum. Ecce quam graue sit, vitium murmurationis: & adhuc equidem grauius est si murmuratio sit de viris probis, ac virtute præditis. Et quantum hæc detractio cæteris excellat ostendit Deus in terribili quodam supplicio quod sumpsit (vt patet in Numeris, de Dathan & Abirō, quos quia de sancto Moyse furiosa quadam inuidia detraxerunt, aperta est terra, & viuos absorpsit cum eorum tabernaculis, vxoribus, & diuitijs, & sic in infernos descenderunt. Dirupta est terra sub pedibus eorum, & aperiens os suum deuorauit illos cum tabernaculis suis, &c. Descenderuntque viui in infernum operi humo. O stupendum Dei iudicium, quis vnquam talem supplicij rationem audiuit? Atque inde colligetis quam graue peccatū sit de seruis Dei murmurare.

Respondit illis Dominus: *Quare vos transgredimini mandatum Dei?* O quantum hic dici & deplorari posset. Quam miserabile est visu, quam pro minimis rebus præcepta Dei violemus: quæ nobis tanta charitate data sunt. Vocat Spiritus sanctus diuinam legem, verba amicitæ & amoris cum dicat: scripsit in tabulis verba foederis, dicens: Quod scripsit in tabulis decem præcepta, quæ appellat decem verba amicitæ, & meritò quidem, quis enim maior est amor, quàm quod præcipiat Deus vniuerso mundo, vt nemo, sub pœna iræ tuæ audeat tibi nocere? bona tua diripere? accedere ad vxorem tuam? & quæ sequuntur. Atque vt eius amore inflammeris, oportet te considerare, Deum hæc legem omnibus in fauorem tuum ir. posuisse, & legem Dei tibi esse quasi literas protectionis & fauoris, ad vniuersum mundum in defensionem tuā, vt nemo tibi officiat, sed omnes benefaciāt. *Psal. 118.* huius beneficij consideratione dicebat Dauid: Septies in die laudē dixi tibi super iudicia iustitiæ tuæ. Quod mādāta tua tā iusta, & in fauorē meū mihi dederis te septies in die laudauī, & nō hoc contētus, addidit vltimis: Medianocte surgebā ad cōsistendū tibi super iudicia iustificationis tuæ. Itaque die ac nocte non satiebatur gratias agere Deo pro beneficio, q̄ in se contulerat concedēs sibi legē. Atque in his omnibus tēporibus à Deo auxiliū deprecabatur ad legē obseruandā. Maxime probitati reputatum fuit, & meritò sanè, quod rex Lacedæmonum cum suis egit. Qui (vt refert Iustinus) cum à suis in ciuibus regno expulsus esset, cumq; eo tēpore rex Persarū eos veller euertere, Lacedæmonia obsidione premēs,

Rex

28 Rex, qui expulsus fuerat ciuitatis suæ, licet ingratus, calamitatem dolens cum perspicuè intelligeret astutias & stratagemata hostis, accepit tabulas, in quibus peculiarem quandam instructionem scripsit, quomodo se Lacedæmones protecturi essent, & eas per fidelem tabellarium ad ciuitatis principes misit. Ecce exemplar egregij facti, quod noster bonus Deus nobiscum operatus est. Cū enim tam ingrati ei essemus, totiesq; ab eius obedientia, & amore recederemus, fidelissimum nobis tabellarium misit filium suū vnigenitum, cum mirifica quadam instructione, quæ est diuina eius lex, vt cum ipsa possimus nos à Dæmone protegere, atq; ad eius gratiam redire. O ineffabilem Dei pietatem! Vteris Deus meus hac misericordia cum eis, qui illa tam indigni erant: sed vā illis, qui ex ea fructum non perceperint.

29 Hos Pharisæos reprehendit Dominus, quod propter suas utilitates diuinam legem violarent. Vtrum autem hæc reprehensio nobis etiam iure competat, mittat vnusquisq; manum in sinum suum, & statim id intelliget. O ingrati filij Adæ, qui vt suis effrenatis appetitibus satisfaciant contra voluntatem Dei, ac Domini sui volunt agere! Vnum ex peculiaribus vitijs, quod his obiecit, propter quod legem violarent, hoc fuit: Nam deus dixit: *Honora patrem tuum, &c. Vos autem dicitis, &c.* Præcepit Deus, vt filij parentes suos colerent: vnum autem in quo eorum honor consistit, est in subueniendo eis, & eripiendo eos à necessitatibus eorum. Vos autem dicitis, melius esse offerre sacrificium in tēplo, vt sic vtrorumq; animabus proficit, vt cum accesserit pauper, vt aliquid à filio suo cum summa necessitate petat, ei dicat filius: quodcunq; munus ex me est, tibi proderit. Melius est pater mi, vt illud in templo offeram, quod enim illic obtulero, etiam tibi proderit. Et non honorificabit patrem suum. Notate, quod dicit hic Dominus, quod non subuenire patri est, eum non honorare: vt videatis peccatum, quod committitis cum parentibus vestris non succurritis in eorum necessitatibus, cum sit res tam iusta, & debita. Quanto iure dicebat Iacob ad Laban: *De mihi vxores, & liberos meos, pro quibus seruiui tibi, tu nostri seruitutem, qua seruiui tibi, &c.* Die noctuque æstu vrebar, & gelu, fugiebatque somnus ab oculis meis: quis non reputaret iniustam Laban, nisi tam bonæ seruituti debitam mercedem persolueret? Quare ergo non cognoscitis iniuriam,

P 4

quam

Gene. 30.

quam parētibus vestris inferis, cum ij tot tantisque rebus vobis<sup>31</sup> seruiert, nec tamen mercedem illis soluatis? Pro tot annis procreationis, tot solitudinibus, tot noctibus, diebusque quos propter vos infomes duxerunt, quare non eis gratiam referis? Petit mercenarius, vt sibi persoluetur quod noctem infomnem duxerit, & parentes vestri non idem etiam iure maximo postulant? famulo vestro, & pastori mercedem redditis, ijs autem, qui tam fideliter, & charitatiue pro vobis tot labores tolerarūt, nihil persoluetis? Attendite ad hoc per charitatem Dei, & dicat vnusquisque eorū, qui parentes habetis inopes. Cum ego essem puer, & domi tuæ commorarer, o pater mi maximæ curæ tibi erā, tūc enim nullam ego de me solitudinem habebam. Nunc ergo volo, ne cogites tu, quæ manducaturus es, & quas vestes induturus es, sed arbitrare te esse puerum in domo patris tui, ego enim volo<sup>32</sup> tibi procreationem meam persoluere, siquidem tam deuinctus sum, vt id faciam, O admirabilem doctrinam, beatus, qui eam custodierit; hic enim accipiet benedictionem à Domino etiam in hac vita. Non hæc docebant maledicti illi prædicatores, sed è cōtrā, vt à parentibus auferrent victum, & sibi darent. Quapropter summa cum acrimonia eis dicit Dominus: Hypocritæ, &c. Ergo quandoquidem nunc per misericordiam Dei non est, qui falsam doctrinam vos doceat, sed qui cum veritate & amore in Euāgelica sinceritate vos instruat, eam sequimini, vt gratiam mereamini, & æternam gloriam consequamini: ad quam nos perducatur Iesus, &c.

### ¶ Feria. V. post Dñicā. III. in Quadragesi.

*Surgens Iesus de synagoga introiuit in domum Simonis, &c. Luc. 4.*

**C**VM Summus mundi Magister destitisset prædicare in synagoga Capharnaū, introiuit in domū pauperē. S. Petri in qua cōmorabatur eius socrus, quæ maximis febribus laborabat. Nō solebat Dñs introire in domos magnatū, & potentū seculi, & cum semel legitur in eas introisse, etiā legitur, quod male tractatus ibi fuerit. Atq; vt cognoscatis, quid de terrestribus palatijs eliciatur interrogate ipsum Iesum Christū. Quod ego de atrijs duxi  
(ait

<sup>2</sup> (ait bonus Iesus) fuit crux super humeros meos, comitatus latronū, funis ad collū, corona ex crudelissimis spinis cōfecta imposta capiti meo. Plurima verbera in corpore meo. Ad dexterā præcones, qui me blasphemarēt, ad sinistrā verò atrocissimi carnifices, qui me sæuissimis cruciatibus torquebant, quiq; paratissimi erāt, vt me dira morte interficerent. Hoc summam significauit S. Ioānes cū dixit: Baiulās sibi crucē exiuit in eū, qui dicitur caluarie locus. Et vnde sic exiuit? certū est eū ex aula præsidis Pilati exiuisse. Hoc est, quod ex atrijs frequenter elicitur: funis, crux, ignominie labor, & hæc eliciētes ibidem vitas relinquitis, & annos, quos frustra consumpsistis. Liberet vos Deus ne introeatis vbi nihil aliud præter peccata cernitis, quod enim frequentius inde potestis auferre, est saltem cum scādalo exire. In paucis ædibus<sup>3</sup> magnatum est respectus ad bona, aut timor Dei, aut viuendi moderatio. Recūbitur quando illucescit, surgitur quādo nox aduenit: prandetur in hora cœnæ: cœnatur in hora prandij. [*La misse de caça, la mesa de pontifical.*] Cætera prætermitto ne aerē inficiā turpitudinum illarum memoracione. Quidam ingrediuntur illuc depiles, & plumosi exeunt, quia sunt adultores, & mediatores in exequutione turpiū passionū, alij verò plumosi ingrediuntur, & exeunt depiles, eò quod sint homines veri, & Deū inentes, domini verò acceptatores personarum, & bonorum inimici. Hoc dixit maximo dolore Hiere. Ibo ad optimates &c. *Hierem. 9.* Vique ibi, & ecce magis hi simul confregerunt iugum, ruperunt vincula. In tam foetida loca sicut hæc, non vult Iesus Christus introire. Idcirco quando corporaliter in terra commoratus fuit rarò in domos<sup>4</sup> magnatum intrauit, significans quā rarò in eas excipiendus esset spiritualiter in omni futurorum sæculorum discursu. Frequens eius hospitium erat in domibus pauperum, vt ostenderet quanto amore paupertatem profeceretur. Atque vt nos ad eius amorē inuitaret. ¶ Est valde notandum quod cum hic diuinus Dominus ter magis se pauperem intueretur sua diuina prouidentia constituit, vt tunc præsertim Rex appellaretur. Vt hinc cognosceretur, paupertatem eximiam quandam esse dispositionem ad efficiendum hominem regem cælestis regni. Mirabile quidem. Non enim constituit vt in monte Thabor vbi tam gloriosus erat, rex appellaretur, nec cum mortuos suscitabat, & suam admirabilem potentiam ostendebat, nec cum super aquas ambulabat  
P 5 labat



labat mitigans ventos ac mare. Sed cum maximam paupertatem patiebatur, cum esset in stabulo reclinatus in praesepio; tunc Reges terrae publice interrogabant: ubi est qui natus est Rex Iudeorum. Et cum introiret Hierosolymam in asina, & hac commodata ubi hora prandij non inuenit, qui sibi buccellam panis daret. Tunc dicit Sanctus Ioannes quod maxima multitudo gentis clamabat dicēs: O fanna, Benedictus qui venit in nomine Domini. Rex Israel. Atque etiam cum iam in fine nudatus in cruce penderet: tunc maximis clamoribus dixit bonus latro: Domine memento mei dum veneris in regnum tuum. Et non solum paupertate disponitur homo ad caelorum regnum consequendum, sed etiam ad efficiendum se similem eidem Deo. Diuus Cyprianus dicit sententiam esse Socratis quod quanto paucioribus quis contentus fuerit tanto similior est Deo, qui se solo contentus uiuit, & admirabilem sententiam, infidelis cuiusdam ore prolata: Si ij, qui se Christianos iactant eam in cordibus suis scriberent, non tot desiderarēt, quot desiderant, & humanae essentiae conformiores uiuerent, quae paucis rebus contenta est.

Et licet cupiditas & nequitia multa perquirat: semper tamen praeualet natura, siquidem non possumus nisi paucis uti: licet plurima habeatis paucis tamen utimini, quauis plurimi equi sint uobis, non potestis tamen in plures, quam in unum concedere. Licet multos cibos coram uobis habeatis arctum tamen habetis stomachum, qui parum potest capere. Ecce quam par est, ut paucis contenti sitis. Siquidem ipsa natura paucis contenta est & nimio grauatur. In paruitate hominis, uidentur quam modico satietur, & quam parum panni induat, & quod parum est quodcumque; secum potest adducere ei ostendit Deus, quod modico deberet contentus esse, nec deberet angere multa acquirere. Ideo S. Paulus tam notabilia illa uerba dixit: est autem quae situs magnus pietas cum sufficientia. Nihil enim intulimus in hunc mundum. Haud dubium quia neque auferre quid possumus. Habentes autem alimentum, & quibus tegamur his contenti sumus. Nullae sunt (ait gloriosus Apostolus) maiores diuitiae, quam modica quaedam ac temperata sustentatio. Et explicat statim quale esse oporteat. Habentes alimentum &c. Sufficit nobis, qui cras morituri sumus, quique nihil ex hoc mundo sumus delaturi, uilis quaedam uestis, & parum panis. Noluit ore attingere nomen uestitum, & ciborum, tam remotum enim oportet esse iustum, a ciborum, & uestituum sumptuositate, & immoderatio-

ratione, ut ne ore quidem id nominet. Saepe numero enim res ab ore ad cor transeunt. Quomodo quae in corde latent sepe ad os prodeunt (ut summa ueritas affirmauit dicens: ex abundantia cordis os loquitur) sic etiam quae linguae obrectantur facile cordi adherent propter nimiam uicinitatem, quae inter utrumque est. Quapropter feruus Dei cauere debet quoad poterit ne ea ore quidem proferat. Si ob aliquid bona temporalia expectanda essent, est ut cum ipsis opera misericordiae exercerentur, ac ne ad hoc quidem sunt necessaria, quauis enim bonis temporalibus careamus: abundantissimi tamen spiritualia facilius possidere possumus, cum quibus spiritualis misericordiae largitate possumus exercere. De his enim bonis praecipue loquebatur Dominus cum dixerit: quod gratis accepistis gratis date. Atque misericordia in his maioris est meriti. Praeter has rationes nos deberet summopere commouere ad paupertatem amplectendam, tam celebris illa, & horribilis. S. Hieronymi sententia: *Super Habacuc* 3. *Super Psal. 83.* *Helias lib. 14 de uaria hysto.* Omnis namque diues aut iniquus est, aut iniqui haeres. Et ita euidens est ut infideles etiam idem senserint. De Themandrida Lacedaemonio refert Helianus quod cum ex diuturna quadam peregrinatione domum suam reuerteretur, & reperiret filium suum diuitias auxiliante eum reprehendit dicens: Impossibile est quin Deum offenderis, & amicos, atque eos qui domum meam uenerunt laeseris. Ex hoc colligetur quam merito dixerit Sanctus Paulus, id quod supradiximus scilicet utilissimum esse homini, paupertatis statu contentum esse. Ad cuius etiam confirmationem maximum quoddam in sacris literis reperietis mysterium. Quando tu leris summam filiorum Israel, iuxta numerum dabunt singuli pretium pro animalibus suis Domino, &c. Diues non addet ad medium sicli, & pauper nihil minuet. Tantum dabit pauper quantum diues. O Domine, hoc est iustum, ut tantum det pauper, quantum diues? Da tu tantum pauperi quantum diuiti: tunc praecipue ei, ut aequaliter offerat cum diuite. Non intelligitis mysterium. Multo plus dat pauperi, quam diuiti. Plus debet Deo pauper, quam diues. Quapropter soluat ut diues. Plus debet pauper eo quod Deus non ditauerit illum, nec diuitias ei dederit si cum hoc hilaritatem illi dedit, quam diues eo quod diuitias habeat. Atque in Leuitico praecipiebatur, ut diues cum puero primogenito oue de grege suo offerret: pauper uero par turturum, aut duos pullos columbarum. Quid est hoc, illic praecipitur, ut pauper offerat sicut diues hic uero non? Ex hoc cognoscetis

Simile

D. Hierony.  
Super Habac.  
3. Super  
Psal. 83.  
Helias lib. 14  
de uaria hysto.

Exod. 30.

Leuit. 5.

scetis quanto plus debeat pauper Deo, quam diues. Quando ex-  
tolluntur capita, & describuntur filij Israel soluat pauper sicut di-  
ues, quia tantum debet Deo & plus quidem, quam diues. In obla-  
tionibus verò pro peccatis soluat plus diues, quam pauper, quia  
plus offendit Deum. Cùm Deus diuitias abstulit Iob humi pro-  
stravit se, ore laudum pleno, glorificans diuinam Maiestatem, &  
dicens: sit nomen Domini benedictum. Non sic peculiariter legi-  
mus, quòd tanto spiritu, & animi contentione, gratias Deo ege-  
rit, cū ei diuitias dederit. Et sic eas agit cū sibi diuitias auferit: quia  
tam expeditum & liberū se animaduertebat, vt creatori suo me-  
lius seruiret. Placeat huic altissimo Domino vt hæc omnia in cor-  
dibus vestris imprimantur: vt tam pretiosæ gēmx vt est pauper-  
tas amore capiamini. Miserrimū namq; esset, quòd cū Deus fa-  
ctus homo in mundū venerit, cūq; in tanta rerū inopia natus fue-  
rit, atq; vsq; ad mortē cū ea vixerit: cūq; tam pauperes homi-  
nes elegerit, vt mundū expugnaret, & plerunq; in pauperum do-  
mos fuerit exceptus: nos, qui huius superni ducis sectatores nos  
esse profiteamur maxima sollicitudine terrestriū bonorū affluentiā  
quæreremus. Vos etiā fratres, qui estis pauperes, quosq; Deus sua  
diuina prouidentia in paupertate constituit, laudate, laudate, &  
superexaltate hūctā bonum Dñm. pro tam singulari beneficio,  
quando quidē cum eā non quæreretis tātā opportunitatē & di-  
spositionē reperistis, vt in cordibus vestris tam diuinum hospitē  
possitis recipere. Verūm quid dicā? quòd multi ex vobis paupe-  
res estis, & tamen vestra culpa & negligentia, Dei hospites non  
estis. In Exodo dicitur, quòd vnum ex supplicijs, quibus Deus  
Ægyptios puniuit, fuit egestas non solū in agris, verum & domi-  
bus etiā. In fine enim dixit Deus Moyse: Adhuc vna plaga tan-  
gā Pharaonē: & Ægyptū, &c. Dices vniuerso populo vt vnusquis  
que ab amico suo, & mulieres à vicinis suis petant vasa aurea, &  
argentea. Dabit autem Dominus gratiā populo suo corā Ægy-  
ptijs, vt illi omnia quæcunq; habuerint vobis accommodent. At-  
que ita abierunt Hebræi cum omnibus illis diuitijs. Et hæc fuit  
plaga, qua regnū Ægypti spoliatū remansit, & pauper in extero-  
ribus, & interioribus, iam enim agri destructi erant grandine, &  
locusta nihil inconsumptū præter domesticas diuitias reliquerat,  
remanebat, vt intus & foris infelices illi, pauperes efficerentur,  
Hæc est plaga multorum infeliciū pauperum huius sæculi, sunt  
enim

Exod. 11.

14 enim pauperes Ægyptiorum more, nam sunt exterius tempor ali-  
bus bonis pauperes, & intus pauperes etiam spiritualibus diuitijs  
super quos incidit maledictio, quam dicebat David: Operiantur *Psalm. 108.*  
sicut diploide confusione sua, id est, duplici confusione. In interio-  
ri sine patientia, sine amore Dei, sine veritate, aut aliqua virtute: in  
exteriori vero sine diuitijs. Atque ex paupertate, quæ deberet eis  
esse occasio constituendi totum cor suum in Deo, propter, eorum  
malitiam occasionem sumunt, vt sint mendaces, in deuoti, non au-  
diant sacrum, non confiteantur peccata sua, nec diuinis sacra-  
mentis vtantur, atque etiam vt turpes sint, & latrones. Vt affirmat Ec-  
clesiasticus dicens, propter inopiam multi peccauerunt. Iesu bo-  
ne, quam maxima infelicitas, quod nesciant vti tanta occasione,  
vt terrestria execrentur, corque suum in Deo constituent. O fra-  
tres mei pudeat vos tantæ amentix, & incipite verè & ex animo  
vti statu humili, expedito & quieto, in quo Deus vos collocauit,  
& ita hospitem habebitis supremum mundi Saluatorem, de quo  
dicit S. Euangelium, quod introiuit in domum Simonis. Peracta  
concione introiuit in domum pauperis virtute præditi. Multi præ-  
dicatores nostræ tempestatis dedignantur in pauperum domos  
ingredi, sed in ædes diuitum ingrediuntur, vbi est lauta, & opipa-  
ra mensa, atque exquisitissimis cibus præparata, nihil tamen inde  
lucris deferent.

Dicit vterius Sanctum Euangelium: *Socrus autem Simonis tene-  
batur magnis febribus, & rogauerunt illum pro ea.* Orationes iustorum  
profunt alijs, ad bona temporalia impetranda vt patet ex hoc Sã-  
cto Euangelio, siquidem propter orationes horum iustorum, Do-  
minus huic infirmæ salutem contulit. Atque vt patet ex eo quod  
16 Deus dixit Abrahæ, non delebo propter decem, &c. Quod pro-  
pter decem iustos non deleteret quinque illas ciuitates quantūcun-  
que turpes, & peccatrices essent. Et in actibus omnes, qui nauiga-  
bant in naui orationibus B. Pauli liberati sunt. Vt Angelus ei di-  
xit: Ecce donauit tibi Deus omnes, qui nauigant tecum. Verum  
(quod longè maximum est) propter iustorum orationes conce-  
dit Deus bona spiritualia alijs, vt affirmat Diuus Ioannes dicens: *I. Ioan. 5.*  
qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat, &  
dabitur ei vita. Beda declarat quid sit peccatū vsq; ad mortem, &  
sumptū est ex S. Gregorio super Iob. Quod est peccatū, in quo  
quis moritur, pro quo neminem oportet intercedere, quia in in-  
ferno

Eccle. 27.

Gen. 18.

Acto. 27.

I. Ioan. 5.

Beda ex S.

Gregorio su-  
per Iob.

ferno nulla est redemptio. Liberet vos Deus fratres mei ne vos mors in peccato comprehendat, licet enim vniuersa curia cælestis in diuino Dei conspectu prostrata salutem vestram exposcerent, nequaquam tamen illam impetrarent. Quanto magis, quod nunquam ipsi tale deprecabuntur. Si autem peccatum non ad mortem peccauerit, id est, quod quantumvis mortale sit non peruenit cum eo usque ad mortem, ore iustus pro hoc (ait Sanctus Ioannes) & donabitur ei vita, & gratia. Sed necesse est ut ille, pro quo interceditur disponatur, & ex se aliquid faciat. Commoratur quis in aliquo vitio, a quo vellet exire, & ita se implicatum inuenit, tam vincitum, & eius amore captum se experitur: ut ad exeundum vires non habeat. Petit ab aliquo, qui in gratia est, ut pro se Deum exoret. Hic isto desiderio & cum aliqua diligentia, quam adhibet, ac cum oratione iusti pro se intercedentis misericordiam consequetur, & Deus eum confortabit, ut de peccato exeat. Et multo magis cum sunt multi intercessores. Et ita asserit glossa super epistola ad Romanos. Impossibile est orationes multorum non exaudiri. Ergo cum hæc doctrina sit tam Sancti Apostoli, ut diui Ioannis, & Spiritus Sancti in eo loquentis non patiamur eam amitti, illa utamur commendantes nos semper Sanctorum virorum orationibus.

*Et stans super illam imperauit febrim, & dimisit illam.* Misertus est clementissimus Dominus necessitatis miseræ infirmæ inclinatus orationibus iustorum, qui pro ea exorauerant. Præcepit febrim, ut illam dimitteret, & statim in illo puncto sana facta est. **O** Benedictus, & glorificatus talis hospes, quanto beneficio hospitium donat, in quod ingressus est, quis non desideret tam liberalem, & munificum Dominum hospitio excipere? Imperauit febrim, & illico obedijt. Quantam aliam nobis hoc verbum infligit, quod febris & cætera omnia tam obedienter Deo obtemperant, absque vlla resistantia, ut exaggerabat Dauid dicens: ordinatione tua perseverat dies, quoniam omnia seruiunt tibi. Solutus autem miserrimus homo diuinæ voluntati contradicit. **O** quantum deberemus confundi cum nos videamus tam rebelles his paucis rebus quæ Deus nobis imperat. Posset profecto diuina Maiestas nos obligare, ut toto die nocteque in sua seruitute occuparemur, ut vos vultis quod operarius pro duabus dragmis totum diem vobis seruiat, nec sedeat nisi ad prandendum. Vester autem Deus, qui vos creauit, conseruat, & quicquid editis, & possidetis vobis largitur

*Glossa super epist. ad Rom. 15.*

*Psalm. 118.*

20 tur, quique velut seruos vos emit tanto pretio. Non corruptibilibus, auro, & argento redempti estis: sed pretioso sanguine incontaminati agni Iesu Christi. Et aduertite misericordiam Dei, cum enim nos tam deuinctos habeat, & tam emptos, paucis tamen eisque facillimis præceptis nos voluit astringere, quæ etiam nos seruare nolumus, sed in ipsis passim supernæ Maiestati inobedimus. **O** durissimam proteruiam rebellium filiorum Adæ! Pudeat nunc vos, & considerate, quantum huic potentissimo Domino debeatis. Sic sanctus Paulus nos admonet dicens: Empti enim estis pretio magno, glorificate, & portate Deum in corpore vestro. Siquidem estis serui toto pretio empti non solum animis, verum & corporibus etiam Deum glorificare, ipsique seruire debetis. Iusti ita diuinæ voluntati subiecti sunt cognoscetes, 21 quantopere id facere debeant, ut quicquid faciunt, sub obedientia facere desiderant, ut multo plus in eo mereantur. Pater noster Sanctus Franciscus solebat in itineribus, quæ faciebat obedientiam promittere socijs suis, ne suo arbitrio duceretur, & ut in pretiosa virtute patientiæ sese exerceret. Sanctus Patriarcha Noe licet integrum annum in arca commoratus fuerat in tanto animalium foetore, & tanta angustia, ut in Gen. legitur, cumque fenestram aperuisset, & vidisset terram iam esse aridam, mensam tamen vnum in arca fuit, nec egredi audebat, sperans, quid sibi Deus præciperet, & peracto mense dixit ei Deus: Egredere de arca, tu & vxor tua, filij tui, &c. De Sancto Abraham perpendit Diuus Paulus quod ita diuinæ voluntati subditus esset, ut fide obediens in locum exire, quem accepturus erat in hereditatem, & exijt nesciens quò iret. Senex erat Abraham & septuagesimum quintum annum confecerat, cum ei præcepit Deus ut de patria sua exiret. Sed absque resistantia egressus est de regione sua, nec sciebat, quo sibi Deus præciperet iter facere. Ita diuinæ voluntati submissus erat. Hanc obedientiam significauit Sanctus Paulus cum dixit: Induimini Dominum Iesum Christum. Vestes, quas sartores conficiunt, scindunt eas ad mensuram staturæ illius, cui sunt vestes, nec vna omnibus seruit sed vnusquisque disparem vestem deposcit. Hæc autem vestis quam apostolus nos admonet ut vestiamur, est vice versa, vna enim omnibus seruit, & vnusquisque iuxta eius formam debet scindi. Non est Euangeliū sicut illa regula Lesbica, quæ erat plumbea, & eam

*1. Pet. 1.*

*1. Cor. 6.*

*Gene. 8.*

*Hebr. 11.*

*Gen. 12.*

*Roma. 13.*

& eam secundum lapidis figuram flecebant artifices, eo quod durissimi essent ne illos perficerent. Quod ædificiū esset illud ex lapidibus rudibus, & incomptis? Cum ergo nos admonet S. Paulus ut induamur Iesum Christum, admonet ut in omnibus diuinæ eius voluntati cōformemur, moderantes nos secundum Sanctum Euangelium, abscindentes affectus nostros, & curātes nos effice re secundum diuinæ legis formam. Non oportet Euangelium, & Iesum Christum, qui eum instituit, nobis conformari, sed nos potius illi adherere. Quantum ab illa promptitudine, & obedientia Abrahamæ abhorreamus, quantumque ab illa subiectione Noe, & ab eo, quod nos hīc admonet S. Paulus absumus, vnusquisq; sui ipsius potest esse testis, & vere ac ex animo calamitatē suā lachrymari considerans, quam procul ab sit à Iesu Christi forma, & eius Euangelij vijs. Verecundemur ergo fratres mei, hāc viuēdi rationem sequentes, ne patiamini ut insensibiles creaturæ vobis excellent cum ipse sint tā promptæ, atq; diuinis institutis obedientes, curate ut vos multo promptiores, & obedientiores sitis.

*Et continuo surgens ministrabat illis.* Hīc detegitur alia miseria nostra ploratu dignissima. Surrexit hæc mulier à morbo, & statim cœpit ei seruire, qui sibi salutē contulit. Infirmaris, & pctis instatissimè à Deo salutē proponēs te illi diligētissimè è seruiturū: cōcedit tibi diuina Maiestas salutē secundū misericordiā suam: & statim ut ab infirmitate surgis incipis eum mille sceleribus offendere. O cæli, o terra, o insensibiles creaturæ obstupescite de tāta ingratitudine. Quid diceretis de homine, qui cū esset cæcus, sine manibus ac pedibus omnia simul ab aliquo acciperet, & ut primum ea accepit, inciperet manibus arcum contendere, pedibus eum insecraretur, & in eū oculis suis intueretur, crudelissimāque in illū sagittā immitteret: posse esse maior ingratitudo, quā hæc? Tu peccator es hic ingratus. Vide qualis in strato tuo fueris cū nullo sensuum tuorum uti posses, doloribus circumseptus, & febri æstuās, dedit tibi Dominus valetudinem, vide quid feceris postquam eā accepisti, manibus, pedibus, ac denique oculis, quas in tuum summum benefactorē sagittas immiseris. Hecū defunt verba, quæ dignè tantam ingratitudinem exaggerare possint. Quando Pharaonē tantam ingratitudinem exaggerare possint. Quando Pharaonē plagis se obsessum videbat, affirmabat se emendandum esse. Ora te Dominum (dicebat) ut auferat ranas à me, & dimittam populum, ut sacrificet Deo. Et cum Deus plagas abstulisset statim ad duri-

*simile.*

*Exod. 3.*

26 duritiem suam redibat. O quot modo sunt in mundo Pharaones. Cū vos infirmos videtis mille modis Deo seruire proponitis, & ut primum in pristinam valetudinem reditis omnia hæc obliuiscimini, & offendere Deum incipitis. Notate ad hoc propositū distum quoddam Plinij Iunioris. Quæ sententia non deberet infidelis ore proferri: sed (vt ait S. Augustinus) multa optima confecti sunt infideles, quibus ipsi indigni fuerunt, quibus nos uti possumus, & ea ab illis auferre, quia ad illos non pertinent tantquam ad iniustos possessores vt fecerunt Hebræi cū Egyptios auro, & argento spoliauerunt quasi iniustos possessores, atque eo Domini tabernaculum exornarunt: sic nos diuitijs, & sententijs gentium possumus uti, ad animarum nostrarum decus, & ornamentum. Dicit ergo Plinius: Possum ego, quod pluribus verbis, pluribus etiam voluminibus Philosophi docere conantur, ipse breuiter tibi mihiq; præcipere, vt tales esse sani perseueremus, quales nos futuros profitemur infirmi. O mirificam sententiam! Fœlix est, qui eam seruauerit. Dic cū grauissimo morbo laborabas, qualis eras? quid facere proponebas? concutiebaris ne tunc ambitione luxuria tunc concitaberis? præteritæ concubine recordebaris? Non profectò. Imò dicebas: O vtinam nunquam ego diues, ambitiosus, & amator fuissim. Si Deus mihi salutem contulerit ego præteritam vitam corrigam, & ad meliorem me recipiam. Cura ergo talis esse sanus, qualē te in infirmitate fore profitebaris, & ita sanitas tua erit ad seruitutem Dei, qui tibi valetudinem concessit: sicut fuit sanitas huius optimæ mulieris, quæ surgens ministrabat illis, & sic acceptam valetudinem conseruabis. Melius remedium ad beneficia accepta conseruanda, est vt Deo gratissimus sis. Promiserat Dominus Deus se terram illam amoenissimam filijs Abrahamæ daturum, & quamuis S. Patriarcha diuinæ promissioni satis fidei adhibuerat, timebat tamen ne sui posteritatem illam aliqua negligentia demererentur, & cupiebat remedium adhibere ne tanta beneficia amittereat: atq; cum hoc timore Deum interrogauit: vnde scire possum, quia possessus sum eam? Et Respondit Dominus: sume, inquit mihi vaccam triennem, & capram, & arietem annorum trium, turturēque & columbam &c. Ac si diceret, Arma, & protectiones, quibus poteritis conseruari in beneficijs, quæ vobis fecero, erunt plurima, & assidua sacrificia, offeretis enim vaccas, arietes, & oues, &c. Ecce quomodo

*Plin. Iun. in epistol. Nep. li. 7. epistoliarum.*

*D. August. de doctri. Christi.*

*Prov. 12.*

*Gen. 15.*

Tom. j.

Q

modo

modo remedium, quo beneficia à Deo accepta potestis conserua-  
re & indies plura denuò impetrare, est, gratos esse, crebro diuinæ  
Maieſtati seruietes, atque hac perseuerantia etiam augmentum  
gratię comparatur & postea maior corona glorię impretatur. Ad  
quam nos perducatur Iesus Marię filius, qui cum patre, & Sancto  
Spiritu uiuit, & regnat in sæcula sæculorum Amen.

☉ Feria. VI. post. Dñicã. III. in Quadragesi.

*Venit Iesus in ciuitatem Samaria, qua dicitur Si-  
char, iuxta pradium quod dedit Iacob Ioseph filio  
suo. Ioannis. 4.*

Gen. 13.

**R**EFERT S. Ioannes quòd decreuit Dñs sua diuina prou-  
dētia decedere à Iudæa in Galilæã. In Genesi dicitur, quòd et-  
si multas diuitias habebat Abrahã, quãdo eius vxor Sara obiit in  
toto terrarũ orbe ne fulcũ quidẽ terræ possidebat. Et ita dixit in-  
colis Hebron in terra Chanaã ubi Sãcta Sara defuncta est. A due-  
na sum, & peregrinus apud vos date mihi ius sepulchri uobiscum,  
vt sepeliam mortuũ in eum. Et affirmauit S. Stephanus, Nõ dedit  
illi hæreditatẽ in ea neq; passũ pedis. Nec illic emeret, vt emit, ni-  
si esset ad construendum sepulchrum vxori suæ. Atque hoc ita  
fuit, vt cum Deus ei præciperet, vt in aliã regionẽ migraret prõ-  
ptior esset, & magis expeditus ad exequẽdum mandatũ Dei. Vo-  
lebat enim Deus vt per diuersa loca iter faceret, vt ubiq; bonũ exẽ-  
plũ ostenderet, & diuinæ Maieſtatis ac virtutis testimoniũ perhi-  
beret. Sic etiã dixit Tobias: confitemini Domino filij Israel & in  
conspectu gentium laudate eum, quoniam idẽ dispersit vos in-  
ter gentes, quæ ignorant eum, vt vos enarretis mirabilia eius, &  
faciatis scire eos, quia non est alius Deus omnipotens præter eum.  
Modò verò nõ solũ filij huius sæculi volũt plurimas possessiones  
habere, & terrenis rebus submergi, verũ multi etiã religiosi tam  
altas in vno loco radices agunt, vt difficillimẽ in alium migrare  
velint cum maximẽ necessarium sit, vt iusti in diuersis locis & re-  
gionibus virtutis testimoniũ perhibeant. Hoc nos docuit su-  
premus mundi Magister Iesus Christus, qui non in vna vr-  
betan-

Acto. 7.

Tob. 13.

3 berantium commorabatur, sed pedester ac defessus de ciuitate in  
ciuitatem properabat, vt omnibus prodesset. Cum igitur ad hoc  
ex Iudæa in Galilæam iter faceret venit in ciuitatem Samaria.  
Ante quam erat fundus quidam, quem olim Iacob in beneficiũ  
dederat filio suo Ioseph. Tunc enim maior hæreditas ijs dabatur  
qui virtutis erant studiosiores, licet maiores natu alij essent. Non  
vt modo, quòd licet primogeniti sint proterui, vt plerunq; ef-  
se solent illi primogenituram accipiunt, cum tamẽ digni essent,  
qui ex hæredarentur, punirentur, & contumelijs afficerentur.  
Non sic olim fiebat. Et ita loquens Spiritus Sanctus de filio, qui *Gen. 9.*  
patrem suum Noe dedecorauit dicit: Cum didicisset, quæ fecerat  
ei filius suus minor &c. Non erat Cham filius minor Noe, sed  
Iaphet, & tamen eum vocat Spiritus Sãctus minorem, quasi per  
4 contemptum. Filius namque malus, & inobediens licet sit maior  
in contemptum, minoris æstimandus est, quàm minor filius, &  
sãpius, (inquam,) peruersi esse solent maiores, quàm minores.  
Huius rationem reddit grauissimus quidam doctor super illum  
locum Genesis, qui narrat, quòd Ruben primogenitus Iacob, pa-  
tris sui stratum violauit: dicẽs quòd primogeniti, cum geniti sint  
in inijs, & iuuentutis flore, turpiori, & magis effrænato ardore  
concupiscentiæ in supplicium immoderationis illius, qua paren-  
tes vsi sunt, filij primogeniti proteruiore esse solent & peioribus  
moribus imbuti, & alijs plurimis miserijs corporalibus contami-  
nati: in poenam pauci timoris Dei, & defectus Sanctæ intentio-  
nis, qua geniti fuerunt & postea ipsi primogenituras accipiunt. cũ  
alijs fratribus qui meliores sunt iniuriam inferant.  
5 *Erat enim ibi fons Iacob &c.* Mirabile est illam terram promissio-  
nis, quàm tanta exaggeratione Deus Hebræis promisit tam inop-  
tem aquæ esse, vt puteum, maximi æstimarent. Atque idẽ Deus *Deut. 11.*  
eis dixit. Terra enim ad quam ingredieris possidendam non est  
sicut terra Egypti, ubi iacto semine in hortorũ morem aquæ du-  
cuntur irriguæ, sed de cælo expectans pluuias. Atque idem mo-  
do experientia compertum est. Mauri, & infideles vberimos  
possident agros, & vix sciunt sterilem annum degustare, at verò  
inter Christianos maxima est sterilitas. Intelligit Deus nos esse *simile.*  
quasi bruta animantia, quasi porcos, qui in montibus depascun-  
tur qui dum humi habent glandes, quas rodant comedunt,  
& nihil aliud faciunt, sed alij in alios inuehuntur, nec vnquam  
Q 2 in al-

in altum, oculos extollunt, quousq; illæ glandes cōsumantur, tūc  
 vero cum glandes consumptæ sunt capita erigunt, & oculos attol-  
 lunt, vt videant, an plures ab illicibus excidant. Tales fumus nos,  
 dum terra nobis necessaria procreat, nec esurimus, non recorda-  
 mur oculos in Deum erigere: sed vt dicit David oculos suos sta-  
 tuerunt declinare in terram. Præmeditatè, & accepto suo cæco  
 consilio constituerunt oculos in terram dei cere. Nihil aliud fa-  
 ciunt, quàm edere & ringi tempus in litibus consumentes. Et cū  
 primum necessaria nobis defunt, statim oculos in cælum eleua-  
 mus, & à Deo salutem postulamus. Vult ergò diuina Maiestas,  
 vt aridos, & steriles agros habeamus, semperque imbres, & rores  
 à cælo expectemus, & siquidem non libenter, saltem necessitate  
 coacti semper oculos, & cogitationes in eum extollamus, quasi  
 ab eius diuina providentia suspensi misericordiam illius expecte-  
 mus. Mauri, Egyptij, & alij infideles, ipsi omnem vbertatem ha-  
 beant, quanuis enim inopia premerentur, oculos tamen ad Deū  
 nunquam extollerent, nos autem abundantiam non habeamus  
 vt oculos erigamus.

Ad hūc ergo puteum accessit bonus Iesus maximè fatigatus.  
*Iesus ergo fatigatus ex itinere sedebat super fontem.* Propter vnā tau-  
 tum mulierem, quam ad quærendum illuc veniebat Dominus,  
 tantum laborem voluit perpeti. Hic detegitur infinita Dei clemē-  
 tia, tot enim labores pro vno, quot pro omnibus voluit tolerare.  
 Hoc est: quanquam labores Dñi nostri Iesu Christi, eius vita, &  
 mors fuit in remediū omnium electorū: quātum ad efficaciam vnus-  
 quisq; illi tenetur eas gratias agere, ac si pro se solo pateretur: sic  
 solet si omnibus lucet, non minus vni lucet, quàm si soli illi, & nō  
 alijs luceret. Idcirco Sanctus Paulus dixit. Qui dilexit me & tra-  
 didit semetipsum pro me. Transis per diuertorium; septem, aut  
 octo sedetis ad mēsam, & caupo omnibus cibos apponit. Tu ede  
 bene aut male, tantū enim debes soluere, si malè & parcè ederis, ac  
 si opipare manducaueris: sumptus enim cibi in omnes diuiditur,  
 si vero tu solus comederes secundū quod comedisti persolueres.  
 Diuertoria quæ in hoc cæli itinere sunt, huius conditionis sunt.  
 Mēsa est præparata tot sacramētis, tormentis, verberibus, de fati-  
 gationibus, quas pro nobis Redēptor noster passus est, vide quo  
 modo edis; tu enim omnia debes soluere, ne arbitreris, quod sum-  
 ptus inter multos diuidendus est, tu solus debes soluere, & gratias  
 age-

Psalm. 16.

simile.

simile.

Gal. 2.

agere pro omnibus, quæ Iesus Christus filius Dei passus est, &  
 vnusquisque sigillatim hoc debet arbitrari, cū ita filius Dei pro  
 vnoquoque passus fuerit, vt pro vnoquoque; sigillatim, faceret, quod  
 pro cunctis fecit. Contemplamini nunc principem illum regū  
 omnium terræ iter facientem, peditē nudis pedibus, famelicum,  
 fatigatum, & cum peruenisset ad puteum sedit super eum, vt re-  
 frigerationem aliquam caperet, ab aere qui de eo exibat, vt ait sa-  
 cratus textus: *sedebat sic super fontē.* Res ineffabiles, & quæ dici ne-  
 queunt solent in sacris literis significari per hanc dictionem: sic.  
 Quando Dñs voluit à Diuo Ioanne baptizari dixit sine modo,  
 sic oportet nos implere omnē iustitiā. Sic nō sunt verba, quæ il-  
 lius sancti operis profundā humilitatē possint penitus explica-  
 re. Cū ipse diuinus Redēptor de Euangelij elucidatione, & re-  
 uelatione humilibus facta, & sapiētibus abscondita loqueretur,  
 dixit: sic fuit placitū antete. Cū idē hic Dominus exclamans  
 in cruce expirauit, dicit vnus Euāgelista: cū vidisset cēturio quia  
 sic clamans expirasset, &c. Et cū per Sanctū Ioannē ageret vni-  
 genitus filius de amore, quo æternus pater mundum amat, &  
 amauit dixit: sic Deus dilexit mundum. Cū Sanctissima vir-  
 go Maria reperit filium suum sacratissimum inter doctores, vt  
 exaggeraret quo dolore affecta fuerit propter eius absentiam di-  
 xit ei: Fili, quid fecisti nobis sic? In omnibus his locis illud, sic,  
 significat res quas nulla verba possunt explicare, & ita hūc signi-  
 ficat: sedebat sic. Quo modo sic? nullis verbis explicari potest. Sic  
 defessus, sic laxatus, sic vt nobis opus erat. O bone Iesu, ô glo-  
 ria & splendor animæ meæ, quis tam fortunatus fuisset, qui te  
 sic sedentem vidisset, quis vultum istum diuinum aspexisset præ-  
 sudore, & fatigatione, candidum, & rubicundum ros pulchriore-  
 rem, fruentem pauca illa refrigeratione, quæ de puteo potuit  
 exire! quis illic tibi posset ministrare, teque in tanta necessitate con-  
 solari? Notate diligenter super hunc locum, quod noluit Redem-  
 ptor vitæ venire, ad aliquem, qui ipsum liberaliter tractaret, &  
 sui miseretur, sed ad eam, à qua cum vas aquæ peteret eam sibi  
 denegaret. O Christe Reparator mundi, quam singularem nobis  
 doctrinam præbes, vt labores, & fatigationes patienter fe-  
 ratas. Non tibi deesset Domine Iesu Christe refrigeriū in tuis  
 laboribus sed ita durè, & sine consolatione eos perferre voluisti,  
 vt nobis patiētiz esses, & charitatis exemplo. O quot vires hinc  
 Tom. j. Q 3 potest

Matth. 11.

Mat. 15.

Ioan. 3.

Luc. 9.



potest elicere animus defessus in huius miserę vitę peregrinatione. Cum sic esset hora erat quasi sexta. Meridies erat, in ea scilicet hora, qua crucifixus fuit venit mulier de Samaria. Et solus locutus est Dominus cum ea. Discipuli enim iuerant in ciuitatē vt cibos emerent. Tunc nō erat malū exemplū hominem solū cum muliere loqui. Notate ad hoc propositū singulare quoddā exemplum. In Genesi legitur quōd accessit S. Iacob ad Mesopotamiam prope Haran & inuenit in agro pastores quosdam cū gregibus suis, & cū loqueretur ad eos dicit Sacer textus: Et ecce Rachel veniebat cū ouibus patris sui, nā gregē ipsa pascebat. Et de hac ipsa virgine dicitur ibidem, quōd erat Rachel decora facie, & venusto aspectu. Erat pulchra, casta & pudica. Nō aduertitis virginem decorā in agris & montibus in societate aliorū pastorū, & tamen castam, & pudicam? Non admiramini temporum illorum probitatem etiam inter infideles, vt erāt illi ex Haran tantam puritatem & adolescentum honestatem, & sceminarum virginitatem non miramini? in montibus, soli commorabantur, soli, & casti, nec castitatem, nec famam amittebant. O infelicitatem nostram, in quantam corruptionem, & deprauationē deuenimus. Et tamen nos iactamus quia Christiani sumus. O tēpora infelicissima in quibus cōclusis virginibus, & post septem parietes custoditis, vix audet mater ire ad missam, cum iam mille calamitates domi suę reperit. Tanta impudicitia, & dissolutio est in adolescentibus nostrę tempestatis ociosis, turpibus, domuū desolatoribus, destructoribus & prophanatoribus alienę famę & pudicitię. Virginesque ita sunt dissolutę, & prophanę, vt visu sit turpe, & indecorum. Videte hęc virginem, montibus affuefactam, cum Iacob accederet, & reuelaret ei se eius esse consobrinum, ac cum illa fleret (vt vbi dicitur) & eleuata voce fleuit, & indicauit ei, quod frater esset patris sui & filius Rebeccę. At illa festinans nunciauit patri suo. Vix illi Rachel verbum loquuta est, sed currens nunciat hęc patri suo. Et postquam iam desponsata fuit Iacob, septennio cum ea commoratus est in domo Laban patris eius, tanta cum puritate, & castimonia ac si ille non esset homo, nec illa esset scemina. Hęc omnia ad nostram confusionem dixi, atque vt nostri temporis calamitatem lachrymemur, & à Deo remedium deprecemur. Et vt intelligatis quōd in illis temporibus quauis Dominus in agro solus cum illa muliere

muliere loqueretur, tanta erat synceritas vt illud scandali materiam minime daret.

Cum igitur mulier accederet ad puteum ad hauriendam aquā: *Dicit ei Iesus: mulier, da mihi bibere.* O ineffabilem Dei clementiam, quā meritō dixit Sanctus Paulus. Gratia enim estis saluati per fidem, & hoc non ex vobis. Dei enim donum est non ex operibus, nequis gloriatur donum Dei est. Quōd absque meis meritis me vocauit, & illuminauit, & tot in infidelitate repudiavit. Quando perfoluimus fratres hoc tam singulare beneficium, quod à Deo accepimus? Quid fecisti tu, vt haberes fidem, quam habes, antequam illam haberes, plusquam Mauritanus, qui in barbarie commoratur? & tamen illum reliquit, & te illuminauit. Vocauit Deus Abraham, & dixit illi: egredere de terra tua, & de cognatione tua. &c. Et ante hanc vocationem, nulla Abraham merita leguntur, propter quę Deus hoc beneficium ei conferret: sed fuit ex sola Dei gratia. Hoc idem videmus in hodierna lectione Sancti Euangelij: absque eo, quōd vlla merita huius mulieris præcesserint, cum ipsa esset peccatrix, & concubina incipit lux mundi reuerberare in ea, & illam illuminare, atque ad hoc faciendum occasionem assumit, petere ab ea aquā. Quoties cum tu peccator actualiter peccas, cor tuum in pectore volutatur? Quid aliud sunt hęc volutationes, & conscientię morsus, quā pię quędam refrænationes Dei? qui cum dignus esses qui viuus terra absorbereris, à te cordis compunctionem petit & vt ad se conuertaris, atque per veram contritionem ei des bibere. Ecce quomodo tecum indigno misericordia etiam vitur.

*Quomodo tu Iudæus cū sis. &c.* Respondit Dominus: *si scires donum Dei &c.* Videamus nunc quomodo conuenit responsum Domini cum quæstione mulieris? Aduertite, & videbitis quā conuenienter, & congruē illi respondeat Dominus: O mulier si intelligeres tempus in quo viuimus, tēpus legis gratię: si intelligeres quot beneficia cōfert Deus absq; personarū respectu: si intelligeres Euangelicam legem iam accessisse, in qua fides, gratia, & gloria omnibus, Iudæis, ac gētibus sine vlla personarum acceptatione cōmunicāda est. Hęc omnia significat donū Dei. In Actibus ait D. Petrus quōd vidit cælū apertū, & vidit descēdens vas quod dā velut linteū magnum quatuor inijs submitti de cælo in ter-

ram, in quo erant omnia quadrupedia & serpētia terræ, & volatilia celi. Et facta est vox ad eum: surge Petre, occide, & māduca: O mulier si scires donū Dei. Si scires me esse linteum gratiæ, linteum misericordiæ, totiusque pietatis & omnes à me recipi, meque omnium esse redemptorem. Veniant serpentes, veniant leones, & tigres, veniant omnes peccatores, omnes enim in me medicinam inuenient. Si hoc intelligeres non mirareris videns me dissimilem alijs Hebræis, omnibus loquentem, & nullius familiaritatem repudiantē; sed forsan à me peteres, & ego tibi darem aquam viuam, o dulcissimum verbum, ad peccatorum spem maximam prolatum? Eia est hīc aliqua anima Samaritana? Ecce Deus te sua gratia inuitat. Est ne hic aliquis serpens aut draco? Aliquis peccator? Ne sis timidus homo, ne sis diuinæ Maiestati rebellis, diuinæ gratiæ ne resistas. Ecce quas alas tibi præbeat a mor filij Dei. O quam merito conquerebatur Iob deis qui nolūt beneficia à diuina Maiestate oblata accipere: cum diceret: Ipsi fuerūt rebelles lumini, nescierunt vias eius, neque reuerfi sunt per semitas illius. Videtis hoc, quòd lumen sese illorū oculis offerebat, vt viderēt, ipsi vero pertinaces erant. & oculos clauderāt ne viderēt, & ideo dicit, quòd vias diuinas scire noluerūt, quas Deus perābulat, & in quibus inuenitur, quæ sunt mādata altissimi Maiestatis, & eo quòd vias has nō currūt, rebelles sunt oblatae luci, nec eā volunt accipere. O duri quid vos fortes facitis, & cum Deo contenditis? Deus vobis bona offert, & vos dicitis quòd ea accipere non vultis? Deus vos illuminat, vos vero oculos clauditis, vt iucundius, & absque veritatis contradictione, quæ reprehēdere vos solet cum peccata cōmittitis, voluptatibus incumbatis. O miseri de vobis loquitur Deus quasi admiratus per Hieremiā dicens: quis audiuit talia horribilia? nunquid deficiet de petra agri nix Libani? quis vnquam (ait Dominus) tam obstupendas audiuit insanias, quod homines rationis participes, ita illius expertes viuant? repellat ne ager sitiens niuem, quæ descendit liquefacta de saxo montis Libani? aut libenter non recipiet aquas frigidās, & viuas ad se venientes? significans hac metaphora quantum peccator indigeat misericordia Dei, & quomodo eum Deus ad misericordiam inuitat, & per ipsius fores ingreditur, vt omnia illius peccata dimittat. Et vt ostendat quomodo peccator misericordiam Dei despiciat, eique ianuas claudat, Dominus quoque

Iob. 24.

Hier. 18.

quoque eam offerenti, vt in peccati sui siccitate, & sterilitate commoretur. Quid amplius hominum nequitiae super ad dei potest: postquam enim in summo iniquitatis gradu sunt, ad hoc nolunt veniam accipere, quam eis Deus offert. Cognoscite ergo fratres mei veritatem, & ne in nobis talis amentia reperiatur, sed curate hac optima occasione vti, quæ modo vobis offertur.

Ait mulier: Domine neque in quo haurias habes, &c. Respondit Iesus: Omnis qui biberit ex aqua hac sitiet iterum. Quid tam admirabile necesse est esse animam, etsi illam non videmus, cum nulla re, præterquam solo Deo fatiari possit. Confiteantur Domino misericordiæ eius, & mirabilia eius filijs hominum, quia fatiavit animam inanem, & animam esurientem fatiavit bonis. Sedentes in tenebris & in vmbra mortis, vincetos in mendicitate & ferro: dicebat David: Non dicit, Confiteantur Domino hominū lingue, sunt enim rudes, sed ipsæ met misericordiæ eius, & quare eum laudaturæ sunt? quia fatiavit animam inanem, &c. quia interim dū nō habet Deum vacua est, & licet plurima sine Deo habeatis omnia sunt quasi nerui, & compedes, quibus cogitationes alligantur. Omnia hæc in comparatione Dei sunt tenebræ quædam, & vmbra mortis. Quemadmodum vmbra siue sit rei candida, aut viridis, aut alterius coloris; semper tamen ipsa est nigra & obscura, ita prosperitas secularis, siue sit honoris, siue diuitiarum, siue voluptatum, semper ipsa in se est obscura, tenebrosa, & tristis, quia est res quæ præterit, non verò solida. O pater (dices tu) hæc tamē voluptatem nobis afferunt. Dico fratres mei, quòd potest esse venenum, quod sit dulce, sed vt primum ad cor accesserit, cum ibi vitam reperiat, segregat eam illic, & statim cor affligitur, sentiens se à vita separari. Ita res seculares, quæ sensibus sunt iucundæ intus animum feriunt, & in conscientia morsus & dolores efficiunt. Poetæ res fictitias dicebant, quas suis perspicacibus ingenijs fingebant, vt cū illis veritates aliquas significarent. Dicunt hi, quòd rex quidam Frigiæ, nomine Basia, hospitem habebat Deum Bacchum (Deum potationis) & vt eum in domū suā excepit, dixit Deus ille, vt pro hospitio quicquid vellet à se peteret. Volo (inquit Rex) vt mihi concedas, quòd quicquid tetigero, in aurum conuertatur & ita concessit. Accipit igitur saxum, & versum est in aurū, atq; etiam alterum: & quicquid tibi videbatur bonū esse tangere, vbi primum attingebat, efficiebatur aurum. Cum iā ha-

Psalm. 106.

simile.

Q5

seret

beret, quod (videri suo) sufficeret, iuit ad manducandum, & cum tetigisset panem, versum est in aurum, & idē, cum accessisset ad potum. Ita q̄; miser, fame sitiq̄; peribat. Cū autem hoc animaduerteteret, reuersus est ad Bacchū, & dixit: Oro te, vt quod dedisti, auferas mihi: quid mihi tantum auri prodest, si tamen fame periturus sum? Aurum enim nō potest stomachi famem satiare, hoc significabatur hac fabula. O sancte Deus, non videtis, o homines auentes, quod hanc voluntatis nobilitatem non potest aurum satiare, aut quicquid in toto terrarum orbe est, præter solū Deū. Et ita licet horum plus bibatis, semper tamen sitietis, quousque Deū habeatis. Ecclesiasticus videtur cōtrarium huic dicere. Qui edūt me, adhuc esurient; & qui bibunt me, adhuc sitient. Nota quod famēs duo connotat, dicit debilitatem, & rabiem, atque etiam appetitum excitat. Qui ergo Deum eiusque dona accipit, adhuc esuriet, & sitiet, non cum debilitate & rabie: sed significat, quod habebit promptitudinem, & viuum appetitum, vt cibus ei melius sapiat, & sitim sine rabie, sed ad maiorem delectationem.

*Domine da mihi hanc aquam, &c.* Dicatur totum ad literam vsque ibi. *Et hunc quem habes non est tuus vir.* In hoc significat Dominus, quod mulier illa erat peccatrix cum pertinacia; illud enim, quem habes, intelligitur affectu, & voluntate. Loquitur vt Deus, qui cor eius intelligebat; hunc, quem tanto opere diligis. Cum diabolus curat homines sui similes efficere; curat, vt in hoc præcipue sibi similes sint, quod est, vt in peccato perseuerent, sicut & ipse perseuerat. De eo enim dixit Dominus: Ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit. Perpendite illud: erat, scilicet, continuās affectum, e contra verò, vnum ex eis, quæ a nobis studiosius Deus, 26 petit, est, vt in bono maxime perseuerem: & ita suo nomine nos ad inonet S. Paulus. Ita q̄; fratres dilecti stabiles estote, & immobiles abundantes in omni opere Dñi, semper sciētes, quod labor vester non est inanis in Dño. Videte quot verbis hīc nobis perseuerantiam commendat, vt stabiles, immobiles, semper; & in Apocalypsi nobis dicitur: Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Quemadmodum perseuerantia in virtute, vsque ad finem corona gloriæ debetur, ita perseuerantia in culpa vsque ad mortem infernus iure optimo debetur. Et est valde notandum, quod nullius peccati hanc mulierem notauit, nisi concubinatus, & fuit, quia fortasse cætera omnia eius peccata exinde proficisce-

27 proficiscebatur, quo peccato ablato omnia alia in terram proci-derent. Dicit quis vnum mendacium, atque vt illud tueatur dicit postea quadraginta & iurabit, ac periurabit. Habet quis malam societatem, vt eam sustineat, mille peccata committet. Habet alius odium, atque vt vindictam sumat nullum crimen intantum relinquet. Ambitiosus verò, vt quod expetit, consequatur, quid non faciet? Ad hoc propositum potest dici illud diui Iacob. 2. 1. Qui in vnum offendit factus est omnium reus, id est, qui in vnum scelus incidit, quātum est ex se ianuam aperit, atque in promptu manet, vt alia plurima committat. Vt e contra intelligendum est verbum illud quod Sanctus Paulus dixit: Charitas nunquam excidit, hoc est, charitas ex natura sua nunquam hominem incitat, vt in peccatum excidat, sed eum prouocat & adiuuat vt in gratia cōseruetur, & in virtute perseueret. Atque hæc est propria intelligentia huius loci. Non autem quod postquam semel charitas intret in animā, durat in æternū. Cum sit veritas, quod ij qui in gratia non sunt cōfirmati, manē erunt in gratia, vespri autem & quidem antea, eam, sua culpa, possunt amittere.

Vt illa vidit Dominum peccata sua intelligere, dixit ei: *Domine, vt video, Propheta es tu, patres nostri in monte hoc adorauerunt.* Videris Domine Propheta, idcirco rogo te, vt quæstionem hanc mihi explices, vbi sit adorandum? In his verbis detegitur, quod licet hæc mulier peccatrix esset, aliquem tamen boni saporē habebat. Vnū erat, esse peccatricem occultā, & ita occultam, vt Dñm Prophetā iudicaret, eo quod eius peccatū sibi reuelauit, quod ipsa secretum existimabat. Alterum, quod expectabat, & desiderabat 29 aduentum Redemptoris, & rationem habebat de loco orationis, & licet concubina, quærebat tamen vbinā esset orandum? & simul cum hoc zelatrix erat religionis suæ & scrupulum iudicabat dare bibere homini Hebræo, & ita ei dixit: *Tu Iudeus cum sis, &c.* Et fortè hi boni respectus fuerunt aliqua dispositio, vt Deus eam auferret a malo statu in quo commorabatur. Quantumcunq; peccator quis sit, nunquā tamē bona opera debet prætermittere, quāuis enim illa nō ei profint ad æternā vitā, tamē inter alia, duo maxima cōmoda solent afferre. Alterū est, quod per hæc bona opera quodammodo disponitur, vt eū Deus illuminet, & a peccato abstrahat. Iter facit quis in aliquā urbē, aduenit caliginosa nebula, & aberrat a via, postea interrogat, hæc via ducit ad talem urbem? dicunt

Eccles. 24.

Ier. 8.

1. Cor. 13.

Apoc. 2.

Iacob. 2.

1. Cor. 23.

Simila

dicunt ei: Non multum est iam ex quo iter amifisti. Verum ecce 30  
 femitā. quæ licet ipsa non sit recta via, si per eā ambulaueris, ipsa  
 te ad iter ducet. Vide peccator, aberrasti à via cæli, quæ est gratia,  
 & acceptatio diuina, inuenisti seruum Dei, qui tibi dicit: Aduerte  
 frater, quod aberrasti, hæc via in qua graderis ducit ad infernū,  
 longè à via gloriæ erras, vide quot sunt dies, ex quo mortaliter  
 peccasti; tot enim sunt dies, ex quo viam amifisti. Reuertere, fa-  
 ciens bona opera, hæc enim te in cæli viam constituent, hæc te  
 ad gratiam Dei restituent. Alterum est, quod ex bonis actibus  
 gignitur habitus bonus, & facilis redditur, vt postea rediēs in gra-  
 tiam Dei, suauius bona operetur, & facilius ac velocius properet,  
 ad cæli viam percurrendam, ad recompensandum aliquid ex per-  
 ditō tempore: sicut viator qui à via errauit, postea acceleratione,  
 tempus perditum vult recuperare. His quæstionibus, & respon-  
 sis reuelauit se tandem Dominus huic mulieri, ei indicans se esse  
 desideratum, & maximè expectatum Saluatorem mūdi ad om-  
 nium salutē. Atque ipsa tam cælesti lumine illustrata lagenam,  
 funemque dimittit, & terrestrium omnium immemor omnes suos  
 chies inuitat, vt exeant, ad cognoscendum, & adorandum tantū  
 Prophetam ac Dominum. Vtinam fratres mei, hæc mulier nobis  
 sit hodie magistra, & si quidem iam habemus lucem, & cog-  
 nitionem Dei, expulsis omnibus sæcularibus impedimentis inui-  
 cem nos inuitemus, & confortemus ad eum amandum, ipsique  
 feruendum ex anima, vt cum nobis gratiam tuam hic concesserit,  
 eamus postea, ad perfruendum gloria sempiterna: ad quam  
 nos perducatur Iesus Mariæ filius, Amen.

### ¶ Sabbatho post Dñicā. III. in Quadragesi.

*Perrexit Iesus in montem Oliueti, & diluculo ite-  
 rum venit in templum. Ioan. 8.*

2<sup>a</sup> d. 144. **L**OQVENS David de infinita probitate Dei, dicit, Sua  
 Luis Dominus vniuersis, & miserationes eius super omnia  
 opera eius. In quibus verbis nos docet, quod misericordia Dei  
 est, quæ inter cætera opera altissimæ Maiestatis magis peripici-  
 tur, & est opus, quod magis dicitur Dei; nam per antonomasiam  
 miseri

2<sup>a</sup> misericordia in sacris literis opus Dei dicitur. Itaque cum in sacra  
 Scriptura petitur à Deo absolute; fac, nec additur quid facturū sit,  
 intelligitur quod petitur ab eo, vt faciat misericordiam. Hoc pat-  
 tet per Hieremiam, vbi dicitur: Si iniquitates nostræ responde-  
 rint nobis, Domine fac propter nomen tuum, id est, si peccata no-  
 stra vocata & interrogata responderint, & testificata fuerint con-  
 tra nos, & nos damnarint; tu Domine fac, scilicet, misericordiam  
 nobiscum propter nomēt tuum, hoc est, vt misericors appelleris,  
 quod est nomen gloriæ splendoris tui. Et Daniel dicit: Exaudi  
 Domine, & intende, & fac, &c. hoc est aduerte Domine miseriā  
 nostram, & fac nobiscum misericordiā. Et Habacuc rogans Deū,  
 vt annos captiuitatis dimidiaret, quibus populū suum fuerat cō-  
 minatus, rogans (in quam) vt eius misericordia intercederet, sup-  
 3<sup>a</sup> pliciumque susteret; dixit: Domine opus tuum in medio annorū  
 viuifica illud: vide Domine quod est quasi dormiens, & mortui  
 misericordia tua erga populum tuum captiuum, rescifica illā in  
 dimidio annorum eorum, quibus eum minatus es, & interceden-  
 te illa sistet ibi supplicium, & captiuitas. Et Esaias dicit: Laudate  
 cæli quoniam Dominus fecit, &c. scilicet, misericordiam nobiscum.  
 O quam inflāmato desiderio (si ita dici potest) flagrat Deus  
 dimittendi peccatoribus, ad primam enim lachrymam contritio-  
 nis, quam peccator effundit, statim misericordia mouetur, atque  
 ad peccatoris amicitiam conuertitur. Ingressus est Sāctus Esaias  
 ad Regem Ezechiam, & eum Dei nomine admonuit, vt præpara-  
 retur ad mortem, quia mors illi imminebat: coepit flere Rex, &  
 non quomocunq; sed, vt ibi dicitur, fleuit Ezechias fletu mag-  
 4<sup>a</sup> no, & antequam egredereetur Esaias mediam partem atrij, factus  
 est sermo Dñi ad eum, dicēs: Reuertere, & dic Ezechia: Hæc di-  
 cit Dñs Deus: Audiui orationem tuā, & vidi lachrymam tuā, &  
 ecce saluaui te. Pensate diligenter celeritatē, qua Deus occurrit,  
 nondum enim Esaias accesserat ad medium atrij regij quum illi  
 iterum loquitur, & dicit vt referat bonum nuncium Ezechia: &  
 quod hic ponderatione est dignius, est illud verbum: Et vidi la-  
 chrymam tuā, Quid est hoc? Dixerat paulò antè sacratus textus:  
 Et fleuit fletu magno; modo verò dicit: Vidi lachrymam tuam?  
 quare non dicit, vidit tuas plurimas lachrymas? Est, vt significet,  
 per primam lachrymā, quā effudit peccatū eius dimissum fuisse,  
 seq; ei salutem cōtulisse. O benedictus talis Deus! Benedicta talis  
 clemen-

clementia. Laudate fratres mei puro corde Deum ac tam clementem Dominum. Videte quàm meritò diuinæ literæ misericordiã eius, opus Dei nuncupent per singularitatẽ, eo quòd sic splēdeat erga eos, qui misericordia indigni sunt. Huius rei mirificũ quoddam in hodierna sancti Euangelij lectione habemus exēplum: vbi agitur, quàm facilẽ, & benignẽ receperit Deus peccatricem, ei que pepercerit. [Dicatur tota litera Euangelij.]

Desierat summus Prædicator animarum prædicare in tēplo: & perrexit in montẽ Oliueti cū suis sacris discipulis. O quã cælestis doctrina, & quàm viceversa modo agitur. Pergit Dñs noster Iesus Christus oratũ in montem, atq; eius sancti discipuli, ab omni occasione mali segregati cū eo cōmorãtur. Vos autẽ simul, vt prædicationem desistis audire, pergitis in vias, & plateas, visuri, & loquuturi, quæ nō sunt necessaria. Dicite quã utilitatẽ allaturũ est verbũ Dei, nisi sit parũ cōsideratiõis post cōcionẽ, in qua rumine-  
 6 tis, & mēte euoluatis ea, quæ in prædicatione dicta sunt, & cogite-  
 tis quomodo illa opere possitis exequi, quæ vobis pertinet ad salu-  
 7 tẽ animæ. S. Chryso. in quadam homilia super Gene. dicit: quod qui exit à sermone, oportet se habere quasi qui exit à balneo, qui statim se recipit, & multis vestibus cooperitur, vt sudorẽ accipiat, & nō exit à cubili maximo illo tēporis spatio. Quid arbi-  
 tramini esse hãc Ecclesiã, nisi domũ salutis, & balneũ in quo animæ morbi diluuntur? Et sic ingrediẽtes tēplũ, videbitis statim iux-  
 ta ostiũ pilã aquæ benediẽtẽ, vbi morbi faciles curãtur, quæ sunt peccata venialia. Progrediẽtes vlteriũs videbitis cōfessionaria, & pulpitũ, vbi mortalibus culpis remediũ adhibetur. Qui ergo in hoc balneũ ingressus fuerit, ad balneandũ se cælesti doctrina, quæ  
 7 est aqua vitalis, statim vt exit debet se in cubiculũ suũ recipere, & sanctis cōsiderationibus operiri, ab omnibus occasionibus separatus, vt ita lachrymarũ sudoribus insudet propter malẽ trãfactã vitã, vt ita eius anima curata, & cū sanctis cōsiderationibus maneat. Vos autẽ vt à tēplo exitis, incipitis modo ridere, & illudere. Quid de tãta dissolutione, & tali tēpore dici potest, præsertim cū inferni minas audieritis? signũ est, quòd non tetigit vos verbum Dei. Vipera dupliciter mordere solet: aut mordet rūpens corpus quousq; sanguinẽ attingat, aut in pelle tãtũ modo absq; eo, quod sanguinẽ attingat. Cũ peruenit ad tactum sanguinis moritur homo, quẽ mordet, cū enim virus attingat sanguinẽ: sanguis autẽ vi-  
 rus fu-

*D. Chryso. su-  
per Gene.*

*simile.*

8 rus fugiat non sinit quousque perueniat ad cor, qui eius naturalis est locus, quasi confugiens ad locũ sacrum, vt autem virus iam sanguini commissum est, perueniẽte sanguine ad cor, peruenit etiam & virus, & statim homo moritur, quod si morsus non tetigit sanguinem, nunquam virus cor attingit, & ita non occidit. Simile est verbum Dei: si attingit affectum, & cum affectu attingit cor facit operationem, & hominem secularibus rebus mortuum relinquit, quales erãt illi, quibus S. Paulus dixit: Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo. Si autem prædicator  
 9 non vos percussit quasi vipera morsibus suis, nec doctrina sua sanguinem attingit tanta prophanitate, & serenitate ex sermone exitis, ac si ex comœdia exiretis. O Deus infinitæ Maiestatis concede mihi hodie pro tua clementia, verba tantæ efficaciz, vt feriam hos fratres meos, vt vulnerati, omni sensualitati, & prophanitati moriantur. Fratres mei conijcite oculos in hunc cælestem Magistrum, considerate quòd postquam fatigatus fuerat longa prædicatione, refrigerium, quod querit est ire in montem, & ibi tota nocte pro vestris peccatis lachrymantem commorari. Discite quæ-  
 10 rere parum solitudinis, in qua prolixè de animarum vestrarum salute cum Deo loquamini. Quod si dicatis, ô pater non delector his cōtemplationibus. Ad hoc respondeo, interrogas quid esset de infirmo, si omnino cibos recusaret, eo quòd eos non sapiat? certum est quod moreretur. Quapropter remedium est, si-  
 11 bi vim inferre, vt absque gustu edat: nam si hanc vim sibi inferat, postea cibos sapiet, & quidem ei pauci videbuntur. Idem oportet in cibis spiritualibus fieri. Itanost docet Spiritus sanctus, di-  
 12 cens: Viam sapientiæ monstrabo tibi, & ducam te per semitas æquitatis, quas cum ingressus fueris non arctabuntur gressus tui, & currens non habebis offendiculum, id est, Ego docebo te gustũ percipere ex cognitione Dei. Hoc enim significat sapientia in sacris literis, vt ait Sanctus Bernardus: Sapientia, id est, sapida scientia, suaui quædam Dei cognitio. Quomodo ergo me doce-  
 13 bis? Ducam te (inquit) prius per semitas angustas virtutis, quas vocat semitas. Vt enim ait Aristoteles: Virtus versatur circa difficile. Postquam autem illas angustas semitas pertransieris, suaui-  
 14 ter per eas ambulabis, & quidem velociter cures nemine vndique obstante. Hac elegantĩ metaphora nos docet hĩc Spiritus sanctus, ne in iniitijs propter difficultatem deficiamus, cum  
 15 enim

*Colof. 3.*

*simile.*

*Prim. 4.*

*Bernardus*

*super Cant.*

*sermone. 35.*

*Arist. 2.*

*Ethica. c. 3.*

enim ulterius progrediemur, non solum non erit difficultas, sed & iactantia, ac voluptas. Et diluculo venit in templum, commoratus est optimus Magister tota nocte in monte, & statim, ut illuxit reuersus est in templum, ut predicaret. Quae diligentia est haec ad salutem nostram, quam summo mane surgebat ut hominibus beneficeret? Atque eius diligentia diligentes etiam reddebat auditores, omnis enim populus diluculo properabat in templum, ut diuinas illius praedicationes audiret.

Praedicante Iesu accesserunt Scribae & Pharisei, cum muliere, quae in adulterio deprehensa fuerat. Videte quibus curis intendebant, cum vniuersus populus praedicationem audiebat. O quam ad literam idem modo agitur. Nobiliores enim & magnates mille inutilibus rebus intendunt, cum homines plebei in concionibus audiendis, & Dei seruitute occupantur. Ingrediuntur quasi minime timentes Deum, absque respectu, & pudicitia per medium auditorium, perturbantes sermonem, nec sistunt quousque ad bonum Iesum accedunt, & dicunt ei: *Magister, haec mulier modo deprehensa est in adulterio, &c.* Occasione peccati huius mulieris oportet nos de hac materia aliquid dicere. Ecclesiasticus dicit:

Eccle. 26.

Omnis autem ponderatio non est digna laus continentis animae, id est, nulla est laus, aut exaggeratio, quae satis dignè hominem castum, & continentem valeat laudare. Diuina sunt haec verba sanè, & quae maximè continentiae excellentiam extollunt. Contra verò, vnum ex vitijs, quae hominem magis dedecorant, est sensualis turpitudine, ita ut ad eius confusione & ignominiam explicandam verba deesse videantur. Et sic de Salomone turpi, & sensuali dicit Ecclesiasticus. Inclinaisti foemora tua mulieribus. Potestatem habuisti in corpore tuo. Dedisti maculam in gloria tua, & prophanaisti semè tuum inducere iracundiam ad liberos tuos. Tanquam immanis bellua, sic uti voluisti corpore tuo, ac si nihil ad aliud creatum esset quam ad turpitudinè, honorè tuum infecisti, progeniem team dedecorasti: effecisti, ut propter peccata tua posteritui punirentur. Quid melius huius turpissimi vitij infamia poterat explicari? Etiam eius deprauationè magnopere exaggerat illud Hieremias: cum de turpibus quibusdam ac immundis loqueretur. Equi amatores (inquit) & emissarii facti sunt, vnusquisque ad uxorem proximi sui hinciebat. Vbi eos vocat equos libidinosos, & inquietos, quia omnia lacerant, & dirumpunt ut ad equam accedant. In alijs

Hierem. 5.

peccatis,

14 peccatis, licet Christianus in quocunq; statu, maximè à diabolo tentetur, & à mundo agitetur, semper tamen ei aliquis ad legem Domini respectus remanet: quae in eo operari potest, quod in Sancto Paulo operata est, ut ipse dicit: Lex enim spiritus vitae in Christo Iesu: liberauit me à lege peccati, & mortis. Plerumque enim ratio, quae non est obcaecata dicit: Hoc lege Domini cautum est, nullatenus fieri potest nec debet. Hoc autem vitio ita ratio obcaecatur, & mens peruertitur, ut homo legis reuerentiam amittat. Habes imaginem ceram *simile.* clauo suspensam, si fortè cadit, laceratur, & diuiditur in frusta; remanet tamen aliqua pars pedis, manus, aut capitis; ex qua colligitis esse talis imaginis: si verò imago in ignem excidit, totalique fit, ita, ut nulla imaginis maneat apparentia. 15 Homo qui est imago Dei suspensa, obedientiae illius clauo cum in aliquod peccatum incidit, frangitur: sed est differentia, quod si incidit in superbiam, cupiditatem, aut gulam, aliquis tamen illi hominis respectus remanet. Ex ipsa superbia occasionem sumit, ne se à diabolo captari patiatur: ex ira, in quam incidit, sumit occasionem inuehendi in se, & in imbecillitatem suam. Ex gula, quae eius stomachum euoluit, occasionem sumit execrandi illam. Denique licet alijs peccatis perfringatur, aliquod tamen boni remanet vestigium, quod est imago Dei. Si autem in luxuriae ignem excidit, totus liquefit, ac si non esset ad imaginem Dei factus, sed sicut equus & mulus, quibus *psal. 31.* non est intellectus. Itaque turpissimum sensualitatis vitium est, quod magis hominem infectum reddit, & eum tanquam liquefactum, & absque resistentia ad malum efficit. Hac de causa Patriarcha Iacob reprehendit filium suum Ruben, turpis peccati, quod patrarat, & ei dixit: Effusus es sicut aqua, non *Gene. 49.* crescas, quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius. Comparauit illum aquae, nam sicut aqua, cum emittitur, & obstacula dirumpit, magno quodam impetu profluit, nec ordinem sequitur, aut modum, sic etiam est libidinosus homo. Ideo ei dicit: Effusus es sicut aqua, quae effunditur, nihil aliud, quam effrenatum appetitum, & concupiscentiae impetum secutus fuisti. Et quemadmodum aqua effusa nullum sui vestigium relinquit, sicut alij liquores solent relinquere, qui aut saporem, aut odorem, aut aliquid vasi inhæ-

Tom. j. R. rens,



rens, in quo fuerunt, relinquunt, aqua vero omnino præterit, nec sui vestigium relinquit. Sic homini hoc vitio delibuto, videtur ratio adimi, & iudicium, & quod nihil hominis in ipso homine remanet, honorem, diuitias, vitam, & (quod peius est) animam ac Deum amittit, & ideo dicit: Sicut aqua effusus es. Et de his arbitror, Sanctum Paulum ad hoc alludens, dixisse: Qui sine lege peccauerunt, sine lege peribunt. Ita peccant, ac si non esset lex, & extra omnem hominum rationem, ac legem, atque ita sine lege punientur, hoc est, extra rationem, & consuetudinem, qua ceteri peccatores puniuntur. Quot horum nostris miseris temporibus, præcipueque in nostra in felicissima Hispania sint, quæ lingua poterit explicare? O Deus æternæ, infinitæ Maiestatis medere Domine his malis, tantamque mulierum, ac hominum dissolutionem aufer. Tot sunt misticæ, tot prophana conuiuia, tot denique occasiones, quibus se homines offerunt, in quibus vix homines possunt se conseruari, quin mortaliter peccent. Quid dicam fratres? Vos rectè animaduertitis vtrum ego verum dicam, necne? Lamentari ini ergo populi Dei perditionem, & calamitatem, lachrynamini homines stantes ad ostium templi, vt videant quomodo exeant filia Dei è domo patris sui. Deplorate hos tauros maximos, & pinguisimos, qui ad inferni macellum præparantur. Heu quam citò vos Deus euertet, nisi vos ad virtutem receperitis. Timete ergo fratres tam præpotentis Domini furorem, & amodo incipite malis vestris remedium adhibere. Et ad hoc notate, quod hoc peccatum est ac nitum quoddam, & venenum, quod oculis præcipue comeditur. Idcirco Ecclesiasticus dixit: Nequius oculo quid creatum est? Cum oculus tam pulchrum quid, tamque miraculosum sit, & maximum Dei beneficium, tamen hoc de illo dicit, eo quod homo male oculis vtitur: vt Sanctus Petrus epistola secunda, cap. 2. dixit de turpibus, habentes oculos plenos adulterijs: oculos vocat plenos adulterijs, quod sunt ianua, per quas hæc mala ingrediuntur præcipue. Videte quæ ianua sint oculi, siquidem non modo per os intrat mors animabus nostris, sed etiam per os totius mundi mors intrauit, vt dicitur in Genesi, vidit mulier, quod bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile, tulit, & comedit.

Roma. 2.

Eccle. 31.

Gene. 3.

comedit. Hac ingressum est malum in vniuersum mundum. Intelligentes ergo, quam periculosi sint oculi, & quot mala per eos ingrediantur: curate fratres obseruare consilium Ecclesiastici dicentis: Noli circumspicere in vicis ciuitatis, neque aberraueris in plateis illius. Ne dicas: Eamus huc, & eamus illuc, & videbimus. Sed facite, sicut faciebat Sanctus Iob, qui de se ipso dicit: Pepigi fœdus cum oculis meis, Quare non dicit: clausi oculos, sed vtitur hac elegantia, pepigi fœdus cum oculis meis: Non sine mysterio. Cum enim pacis fœdera componuntur, est, vt nequis alterutri officiat. Sic anima iusti fœdus percussit cum oculis suis. Siquidem ego, o oculi mei, vobis nunquam obfui, imò quicquid boni habetis, id à me prouenit sic vos, ne mihi noceatis, nec sitis ianua interitus mei. Etiam dicit, quod fœdus pepigit cum oculis suis, quia sicut in conuentionibus, & fœdere, vnusquisque de iure suo aliquid perdit, vt aliquid aliud commodum acquirit: sic etiam in hoc fœdere statuitur, vt oculi perdaat voluptatem, quam accipiunt, videndo ea, quæ libet, inde enim hoc eliciunt commodum, ne postea deplorent culpam, cuius causa fuerunt, vt contigit Dauid, qui de se dixit: Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, &c. eò quod ea, quæ dedecebat, aspexerunt. Et cum aliqua occasio videndi, aliquid nocuum offertur, cogita intrate: si modo non possum me vincere, vt hanc decoram fœminam non videam, quomodo postquam eam viderim, abstinere potero, quia eam cupiam? cum sit difficilius animam puram conseruare, postquam aliquid vidit, quàm antè, quàm viderit, illud non videre, cum offertur. Quare hoc argumentum non conficies frater? quod si cum offertur, oportet oculos claudi, quod sit occasio mali, tunc eos aperiri, quanto magis oportet ne die, noctuque vadas ad querendum quid videas? Dicit Plutarchus, quod noluit Alexander Rex Macedoniae videre vxorem Darij, quæ erat pulcherrima, ne illi aliquid incommodum propter eius pulchritudinem inferret, quod Regis esset indignum. Quid ad hoc dicent Christiani, cum infidelis tantum ab occasionibus cauerit? Etiam de Antiocho Rege Asiae legitur, quod cum inuitaretur ab amico suo, vt pulcherrimam virginem Pantheam aspiceret: noluit eam videre, ob eandem supradictam causam. Non est ergo lachrymabile, quod non det fides idem

Eccle. 9.

Iob. 31.

Psalm. 118.

Plutarchus.

Christianis, quod infidelitas gentibus concedebat? **O** quam<sup>23</sup> evidens signum est, quod mortua sit fides in te; siquidem ne in te operatur quidem (cum gloriæ, & inferni æternitatem credas) idem, quod in infideli solus humanus respectus operabatur. Etiam est hoc, venenum, quod per aurés ingreditur, audiendo verba, & persuasiones tertiorum, & ministrorum Sathanæ, quos libidinosi homines adhibere solent ad executionem suorum turpium appetituum. In Gene. dicitur, quod consummata est omnis caro, quæ mouebatur super terram. Admirabile profectò contra vniuersam carnem concitatus est Deus; & sic omnia animalia, & aues submersæ sunt; soli pisces impunes relictí sunt. Dicite, quid plus animalia, & aues, quam pisces peccauerunt? Dico, quod quia omnis caro est incitatrix peccati luxuriæ, quod non sunt pisces: imò debilitant homines,<sup>24</sup> & sensualitati sunt contrarij: & idcirco præcipimur piscibus ieiunare. Si ergo Deus de carne supplicium sumit, eo quod huic peccato solet fauere; quid erit de misero homine, qui Sathanæ efficitur instrumentum, vt verbis, promissionibus, & comminationibus quidem innocentes, ac synceras personas sollicitet? Submergit Deus vniuersam carnem aquis diluuij, te autem in ignem inferni non demergit? longè opinione falleris. Et quantum officiant verba vnius alteri, colligitur ex eo, quod dicitur in Genesi, quod mulier comedit, deditque viro suo, qui comedit, &c. Super quod dicit Sanctus Paulus: Adam non est seductus: mulier autem seducta in præuicatione fuit. Sciebat Adam diabolum mentiri, sed blanditijs, & verbis coniugis victus comedit, ne eam contristaret. Vnde colligitur, quanto plus valuerit mulier apud hominem, quam diabolus cum ipso homine, & etiam cum muliere confecerit. Cū homine patet, quia non fuit ausus eum perse tentare; & ita assumpsit mulierem in instrumentum, vt illi superaret, Cum muliere verò, etiã manifestatur ex his verbis Sancti Pauli, illa enim decepta peccauit cum sibi videretur, quod si ederet, esset quasi Deus: homo verò, mulieris persuasionibus ductus, non autem deceptus peccauit, sed videns, quid faceret: quod grauius malum fuit. Ex quo colligitur, nullum esse peiorem diabolum homini, quam mulierem: & quam maximum peccatum fuerit, quod mulier commisit, cum non contenta esset, peccare, sed effecerit

Gene. 7.

Gene. 3.

1. Timo. 2.

erit etiam, vt vir eius peccaret: declaratur illo verbo, quod Dominus dixit serpenti: Quia fecisti hoc maledictus es, &c. Maximam habent emphasin hæc verba: solet Deus exaggerare maxima mala, quæ sibi magnoperè displicent: sicut solet etiam exaggerare maxima bona, & quæ sibi magnoperè placent. Sic dixit Abraham perpendens heroicum factum, quod fecerat volens sacrificare filium suum: quia fecisti hanc rem tam admirabilem quid, quod vix sunt verba, quæ dignè valeant recenseri. Conflamus nunc argumentum. Si mulier plus valuit apud hominem, quam diabolus apud mulierem: quis ergo mulieris peccatum explicabit? Hæc omnia dicuntur, vt intelligatis fratres, quantum malum faciatis cum alios ad offensionem Dei inducitis, & vralteri ab alteris caueatis, nec eorum persuasiones, quibus vos<sup>27</sup> ad malum volunt inducere, audiatis. Nam (vt dictum est) peccata sensualitatis plerumque per auditum introire consuefcunt: & fortasè hæc peccatrix, de qua agit Sanctum Euangelium peccauit, aut quod viderit, aut audiuerit, & denique propter peccatum suum in tantam calamitatem, & dedecus deuenit inter tot homines comprehensa, & accusata; & instanter interrogant Pharisæi, vtrum lapidanda sit.

*Iesus autem pronus scribebat in terra.* Diuus Anselmus dicit, quod inclinauit pijsissimus Iesus oculos in terram, quando sibi oblata est illa adultera, ne eam magis confunderet, cognoscens, quanto pudore confusa esset. Et glossa ordinaria dicit, quod scribebat in terra characteres, quibus vnusquisque peccata sua agnoscebat, & illis sollicitantibus eum, vt responderet, dixit: *Qui sine peccato est.* &c. **O** Deus immensæ bonitatis, quare Domine non<sup>28</sup> faues his hominibus in executione iustitiæ, cum sit vnum ex ijs, quæ ad optimæ cuiusque Reipublicæ gubernationem magis pertinent? Vbi enim non est executio, nec crimina puniuntur, quomodo poterit quis viuere? Laertius refert, quod Thebani Philosophum nomine Phitonium Lacedæmonem miserunt, vt Lacedæmoniorum leges videret, quæ maximè laudabantur, & aliquas, quæ sibi meliores viderentur, transcriberet; volentes vt in sua Republica etiam obseruarentur. Iuit ergo Philosophus Lacedæmonem, & ibi annum commoratus est, & attentissimè illius prouinciæ leges animaduertit. Cùm autem post annum Thebas reuerteretur, conuenerunt omnes in generale consisto-

Anselmus.

Laertius in  
libr. de vita  
philosopho-  
phorum.

rium, vt nuncium suum illis referret, atque ad hoc innumeri ho-  
mines concurrerunt. Ingressus Philosophus in maximum thea-  
trum, adduxit furcam, linguæ incastraturam, gladium, flagella,  
compedes, atque manicas, & omnia hæc in theatro collocauit,  
ac descendit, ne minimum quidem verbum loquens. Cùm hoc  
vidissent gubernatores proclamarunt, dicentes, vt rationem red-  
deret nuncij, ad quod missus fuerat. Tunc dixit Philosophus:  
Misiſtis me Lacedæmonem, vt leges vobis adducerem: Eccele-  
gum instrumenta fero. Quid prodest prolixas habere leges, ni-  
si sint iudices constantissimi, qui eas exequantur? Quid pro-  
dest libros habere plenos legum, & institutionum, & quotan-  
nis plura decernere, cum tamen Republicæ plene sint flagitio-  
sissimis, ac perditissimis hominibus, publicisque peccatoribus,  
nec vllum de eis supplicium sumatur? Merito sanè hoc dixit. Ri-  
diculum est videre aliquos iudices, aut prælatos, qui vt primùm  
munus suscipiunt, volunt se cum monasterio, aut Republica  
habere sicut fartor se habet cum veste, qui interius in exteriori  
vertit, & antèrius efficit posterius, sinus in manicas conuertens:  
videntes sibi totum consistere in nouis constitutionibus decer-  
nendis; cùm nullam vnquam ipsi exequantur. O Christe verè  
mendici Doctor, quid hic facis? videris simulatione tua huic secu-  
lari relaxationi fauere.

*Simile.*

*Ind. 20.*

Vt intelligatis responsum huius quæstionis, aduertite prius  
mirabile factum, quod dicitur in libro Iudicum. Legitur ibi,  
quod conuenerunt omnes, tribus Israel ad puniendum maxi-  
mum illud peccatum tribus Beniamini: qui occiderant mulie-  
rem exercentes in eam terribilem turpitudinem. Præcepit Deus  
vt conuenirent duces cum vexillis suis, & irent aduersus Ga-  
baon, & adimplentes præceptum Domini bis superati sunt: rei  
verò liberi & indemnes remanebant. Videntes hoc Israelite  
coeperunt ieiunare, & agere poenitentiam; & iterum irruunt  
in hostes, & omnem ciuitatem interfecerunt. Non vult Deus,  
vt malus de malis vindictam sumat, quousque mundetur. O  
quam præclarum exemplum iudicibus. Hoc est quod dicit di-  
uina Veritas: *Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mit-  
tet.* O quam iusta sententia & tali iudice dignissima. Vult di-  
cere: iustum est, vt peccata puniantur, & lex impleatur, sed  
non, vt per alios nequiores, & maiores peccatores supplicium  
sumatur.

sumatur. Non dixit, quod supplicium non sumatur, sed quod la-  
tro quare desiderabit, vt alij latrones suspendantur, ipse vero iu-  
punitis maneat? Audientes illi flagitiosi hoc verbum, scientes  
quod Dñs eorum peccata cognosceret, alij post alios exierunt:  
pudore confusi. Postquã accusatores recesserunt erexit optimus  
Iesus faciem suam sacratissimam in illam miserissimam mulierem  
ipsamque clementiæ oculis aspiciens à peccato absoluit, dicens.  
Neque ego te condemnabo, vade, & iam amplius noli peccare.  
O benedicta talis clementia, o fortunata aures, quæ tale audire  
meruerunt? Obsecremus fratres charissimi hunc clementissimum  
Dominum, vt nos ita recipiat, atque culpas nostras abluens suam  
nobis gratiam largiatur, qua æterna gloria cõparatur. Ad quam  
nos perducatur Iesus Mariæ filius, Amen.

33

## Dominica Quarta in Qua- dragesima.

*Abijt Iesus trans mare Galilæa, quod est Tybe-  
riadis, &c. Ioannis. 6.*

**H**ODIE Nobis proponit sanctum Euangelium  
solenne quoddam conuiuium, quod Dominus no-  
ster Iesus Christus turbæ maximæ in deserto fecit,  
vbi eos quinque panibus, ac duobus piscibus satu-  
rauit: & postquam saturati, & contenti sunt, coepe-  
runt Dominum magnificare, qui eos inuitauit, dicentes. Quia  
hic est verè Propheta, qui venturus est in mundum. Qui om-  
nia voluerit, ac singula quæque recta animi statera perpende-  
re, reperiet, omnia opera Dei, mirificas quasdam esse linguas,  
quæ continuò clamant, & Dei perfectiones demonstrant, ac  
nos ad eius amorem, & laudem inuitant. Et sic Dauid dicebat:  
Bonum est confiteri Domino, & psallere nomini tuo altissime.  
Ad annunciandum mane misericordiam tuam, & veritatem  
tuam per noctem. In decachordo Psalterio, cum Cantico in ci-  
thara, &c. Nihil melius, nec iustius, quàm homines se totos oc-  
cupare

*Psal. 91*

R 4 cupare

eupare in Deo laudando, atque mane, & vesperi, noctu, dieque, ac omni tempore probitatem eius & misericordiam prædicando, eiusque laudes in Psalterio, Tympano, ac alijs instrumentis musicis decantando. Et reddens rationem huius diuini cultus, qui iure Domino debetur, dicit. Quia delecasti me Domine in factura tua, & in operibus manuum tuarum exultabo. Et postea incipit exclamare, dicens. Quam magnificata sunt opera tua Domine: nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ. Vir insipiens non cognoscet, & stultus non intelliget hæc. Stulti nesciunt ex creaturarum cognitione amorem, laudemque Domini elicere: nisi prudentes, & qui diuinarum rerum contemplationi dediti sunt. Ita quando Deus omnes creaturas detulit ad Adam, vt illis nomina imponeret: dicit quidam Doctor, hoc fuisse, vt in suis operibus creatoris perfectionem illi demonstraret: vt etiam ille postea lectionem hanc posteros suos doceret, & tanta fuit cognitio, quam ibi adeptus est: tantos thesauros probitatis, amoris, sapientiæ, cæterarumque perfectionum Dei in creaturis inuenit, tot, tamque diuersas, ac decoras eas animaduertens, vt in ecclasiim extra se præ illarum contemplatione raptus fuerit. Et hic est somnus, de quo sacra scriptura loquitur, quo Adam dormiuit, quem Græci excessum appellant: vbi nostra translatio dicit. Immisit Deus soporem in Adam. Et licet verum sit, communium, & naturalium rerum contemplationem sufficere, vt nos in admirationem rapiat. Veruntamen, quemadmodum alijs rebus assiduus vsus, & conuersatio pretium minuit, sic etiam contigit his: & ita cum opera sint tam præclara, dicit Beatus Augustinus, quod non paruitate, sed assiduitate viluerunt. Vtus assiduus ea apud nos vilia reddidit. Atque vt Dominus noster Iesus Christus nos ad cognitionem, amorem, ac laudem, excitaret, quæ ex naturalibus rebus deberemus acquirere, voluit pro sua infinita clementia alia opera facere extraordinaria, & supra cõmunem naturæ cursum: & vnum ex ijs fuit hoc singulare opus, de quo hic sanctum Euangelium agit, quod eos omnes, qui illud viderunt, excitauit vt Dominum laudarent, & dicerent. Quia hic est vere propheta. Nos etiam, qui hoc credimus oportet, vt ad nouas diuinæ Maiestatis laudes commoueamur.

Etiam voluit diuinus reparator noster hoc miraculum, & misericordiam cum his hominibus facere, vt nos doceret, suæ altissimi

mæ

5 me Maiestati confidere. Cum his necessaria sustentatio in deserto defuit, non illis Deus defuit. Nec tibi deerit. Si tibi, vir, liberi, aut diuitiæ defuerint confide, quia nõ deerit Deus, qui omnibus his excellit. In primo Regū legitur, quod erat tristis & collachrymās sancta Anna coniux Elcanæ, eo quod sterilis, & sine liberis esset. Cui dixit vir eius consolans eam, Anna cur fles, & cur affligitur cor tuum, nonne ego melior tibi sum, quàm decem filij? Si hoc dicere potuit vermiculus quidam, quanto maiore iure potest idem dicere Iesus Christus filius Dei animæ sponsæ suæ? Ita admonet sanctus Paulus viduas, vt ad cæleste hoc receptaculum, & refugium confugiant, cum dicit. Vidua, quæ vere vidua est, & desolata, speret in Domino, & instet orationibus, & obsecrationibus nocte, & die, & sanctus Esaias hoc omnibus contulit dicens. Quis ex vobis timens Dominum, audiens vocem serui sui? quis ambulauit in tenebris, & non est lumen ei? speret in nomine Domini, & innitatur super Deum suū. O quam diuina verba. Conijciat se inops in brachia Dei sui. Sed aduerte, quod dicit, si est timens Deum, & si audit & obtemperat verbis seruorum suorum. Vnum ex ijs, in quibus magis probatur viri iusti, est in hac spe, & fide, quod Deus verbum suum implebit & promissis stabit. Hac de causa, cum Deus constituit manna in deserto Hebræis dare, vt patet in Exodo præcepit ne quis plusquam ad diem vnū colligeret, & huius instituti rationem reddens dixit: vt tentem vtrum ambulet in lege mea, an nõ? Quæ est hæc tentatio? maxima profecto. Maxima experiētia fidei, ac spei erat, quod cum commoraretur populus in deserto, omnibus rebus ad victum necessarijs indigens, & ob oculos tantam ciborum copiam prospicerent, nihil tamen illorum omnium in diem crastinum colligerent: sed quod vniversus populus, & tantus populus in sola diuina prouidentia sperans, crederet meliorem esse fiduciam in Deo quàm cibos in arca. Et hoc est, quod Dauid dicit. Scuto circundabit te veritas eius. Fides, & spes in veritate promissorum Dei, erunt quasi scutum quod te vndique proteget, & circuibit. Loquitur de iusto, Qui habitat in adiutorio altissimi, quod fiducia in promissis Dei est illi scutum mirificum, ad se in omni necessitate protegendum, & vt propter eam ad nullum flagitium moueatur. O fratres charissimi, si disceretis protegi hoc scuto fiduciæ in promissis diuinis, quot Sathanæ ictibus liberaremini, cū necessitas

R 5 vos.

Gene. 2.

Augusti. tra  
ita. 24. in  
Ioan. non pro  
culà prim. to.  
9

I. Reg. 1.

I. Timo. 5

Esa. 50

Exo. 16

Psal. 90

vos inuitat, vt turpitudinem aliquam, aut peccatum incidatis: vt pudicitia, & honestate vestra vendatis: vt vsurarium aliquem contra ctu faciatis: vt denique proximi vestri substantia diripiatis: si tunc ad fiduciam caelestis patris vestri confugeretis, & ad promissorum eius veritatem recurreretis dicentes, Malo millies mori, quam Deum ac Dominum meum semel offendere. O in quantum obligationem induceretis altissimam Maiestatem, vt vobis opem ferret, & per quam viam minimam arbitramini subsidium vobis plenius manibus occurreret. Verum, o infelicitatem nostram, quod minima quaque inopia coacti, statim in diffidentiam incidimus, & ita mille peccata committuntur propter leuissimas res! Quod si dicas. O pater: ego sum maximus peccator, & indignus, cui Deus opituletur, eo quod sepe numero illum offenderim. Dico, quod si tu id non mereris propter suam ipsius probitatem hoc faciet. Recordamini ad hoc, illius quod dicitur in Numeris, quod cum Hebraei in deserto murmurarent, quod non haberent carnes, nec aliud ederent, quam manna, quod iniustus nihil aliud sapiebat, quam placentas oleo conditas: tunc cum illi murmurarent, eis nunciauit Deus per Moysen, quod daturus esset eis carnes ad vescendum non vno die, neque duobus, sed usque ad mensem dierum, donec exeat per nares vestras, & vertatur in nauseam: & huius rei rationem reddens dicit, eo quod repuleritis Dominum, qui in medio vestrum est, &c. Quid Dne? quia te repulerunt, & Pharaonem desiderant dicentes, quod melius fuerint in Aegypto, quam sub umbra alarum tuarum: ideo eos vis saturare, corumque desideria implere, quousque plura nolint? Imo videtur quod deberes illos relinquere, vt fame perirent, & manna illis auferre. Hoc esset (respondet Dominus) nisi ego Deus essem, sed homo, & ita tam parum patientiam haberem: tamque probitatis meae arctos haberem terminos, sicut homines habent, qui saepe, non modo ipsi qui sibi sunt molesti, verum ipsi etiam, qui sibi seruiunt, & quibus ipsi maxima seruitute diuincti sunt, panem adimunt, & corporalem auferunt alimoniam propter rem nullius ponderis ac momenti. Vbi minus meretur, ibi bonitatem meam volo ostendere, eosque carnibus saturare. Eo quod repuleritis Dominum, qui in medio vestri est, & flueritis coram eo dicentes, quare egressi sumus de Aegypto. O ineffabilem Dei clementiam! ecquis est, adeo durus, qui tui amore non rapitur? Eia pusillanimes confortamini ne tam bonum Deum offendatis, vt vos a necessitatibus vestris

exina.

eximatis: quia mille vijs, quas vos nunquam excogitastis vobis auxilium feret propter se & suam pietatem, licet vos id non merueritis, sicut succurrit his Hebraeis cum indigniores essent. Iterum etiam contigit, quod murmurante populo praenotata aqua praecipit Deus Moyse: dicens, tange virga tua petram, & illa dabit aquas. Quod dubitauit Moyses. Verum, nec propter dubitationem Moyse, nec propter populi murmuracionem potuit Deus sibi persuadere (si ita dici potest) ne illis aquam abundantissimam ex petra illa largiretur, vt eius pietas animaduertetur, & cognosceretur quomodo culpas nostras superet liberalitate sua, & quod eius misericordia potentior est peccatis nostris. Et idcirco sacra scriptura ibi dicit: Haec est aqua contradictionis; vbi iurgati sunt filij Israel contra Dominum, & sanctificatus est in eis. Ecce quomodo ostendit quanta sit eius sanctitas, & pietas conferendo in eos beneficia; cum illi irixarentur cum ipso Deo. Quis dubitat, quin maxima pars huius turbae, quae Christum Redemptorem nostrum sequebatur ob causas culpabiles veniret: alij propter curiositatem; alij vt hominum facta, & opiniones imitarentur; alij denique vt scrutarentur, vtrum esset aliquid, quod postea contra illum possent testificari: & tamen pijsimus hic Dominus, qui omnium animos penetrabat, neminem famelicum & sine conuiuio dimisit: omnes pro sua clementia saturauit: etiam te saturabit licet tu illud non merearis.

Videns ergo Dominus turbam maximam, quae illum sequebatur. Dixit ad Philippum, Unde ememus panes vt manducent hi? Agit cum discipulis suis de pauperum remedio. Ad hoc oportet esse gubernatorum congregationes; Doctorumque senatus, vt de publica utilitate disceptetur, non vero, vt passiones vestrae manifestentur. Et quia aliquis rem proponit, licet Deus eam praecipiat, quia hic fuit illius autor non est faciendum. Romanorum tempore templum fuisse dicitur nomine, templum depositionum, & cum Senatores in senatum ingrediebantur, prius illic passiones, & odia deponerent, & ita liberi passionibus, & expediti odio introibant. Atque idcirco fuit illa respublica florantissima, & melius gubernata, quae in toto terrarum orbe fuit: vt autem factiones, & partialitates esse coeperunt, statim labefacta, & deperdi cepit quae totius mundi gubernatrix erat. Si in fontem venenum inijs, quicquid ex eo exierit venenosum erit: si

am

*simile.*

in cordis vestri fonte passio dominatur, & affectus, odium, cupiditas, aut inuidia, quicquid ex eo prodierit venenosum erit: & ita congregationes & concilia talium venenosorum erunt non ad utilitatem, sed ad venenum, & corruptionem Reipublicæ. Quapropter oportet eos consilium illud Sancti Petri obseruare: Deponentes igitur omnem malitiam, & omnem dolorem, & simulationes & inuidias, & omnes detractiones, sicut modo geniti infantes rationabiles, & sine dolo. Quod consiliū licet omnibus sit valde necessarium, multo tamen magis est ijs, a quorum moderatio ne, utilitas, & incommodum reipublicæ dependet. Quos oportet in concilia, & senatus, summa cum synceritate, & puritate tanquam pueros intrare: non autem cum puerorum ignorantia: & ideo dixit; Rationabiles.

*1. Petr. 2.*

*Respondit ei Philippus: Ducentorum denariorum. &c. Quem subsecutus est Andreas dicens; Est puer vnus hic. &c. sed hac quid inter tan-  
tos? Et si S. Andreas senior erat, & antiquior in domo Dñi etiam a scopo aberrauit. Credite mihi. Bonū aut malū exēplū maxime prodest, aut obest. Si Sanctus Philippus respōdisset: Potēs es Domine, in manu tua sunt omnia, cælesti rore vniuersum mundum potes alere. Si hoc S. Andreas a S. Philippo audiret nō tā modicā fidē ostēderet. Vnde aperte experimur, quod cū in aliqua cōgregatione vnus deficit, occasionē prębet, vt omnes illū imitentur. Diffidēte S. Philippo diffidit etiā B. Andreas. In reti piscatoris perfracta linea vna illico omnes pisces illac fugiūt; in apprehēsiōne Dñi in Gethsemani vt primū vnus cœpit fugere statim illū omnes secuti sunt. Et relicto illo omnes fugerūt. Liberet vos De⁹ a tāto malo, vt alij occasione sitis, vt Deū offendāt. Qua exaggeratōne, nobis exaggerat hoc Spiritus Sāctus dicens? Fili non semina mala in sulcis iniustitiæ, & non metes ea in septuplū. Vbi dicit glossa interlinearis: in gehēna, doctissimus pater Lira declarat nō semina, id est, nō des exēplum malē agēdi hominibus pronis ad malū. Dare malum exemplum talibus hominibus est seminare in sulcis agri, qui pręparati sunt ad semen recipiendum, & statim iuxta illud producant. Quām diuina Metaphora Spiritus Sancti, qui vocat sulcos iniustitiæ homines inbecilles, qui sunt velut ager cultus, & dispositus, ad recipiendum, quicquid in eo factum fuerit, & fructum secundum virtutem seminis producant. Et non metes (inquit) ea in septuplum. O quām miserum*

*simile.**eccl. 7.**Lira.*

rum fructum metet in inferno, qui suo malo exemplo alios ad peccatum prouocauit? Contra verò: quantum bonum facit is, qui proximo suo optimum virtutis prębet exemplum. Illo enim non præsentes solum, verum absentes etiam, ad probitatem commouet. Refert Suetonius Trāquillus, quod cum Iulius Cæsar Alexandri effigiem depictam vidisset in tabula; cumque sibi iunior videretur, & tamen sciret eum tot præclaras res gessisse, totque ab hostibus victorias reportasse: lachrymari cœpit, seque obiurgare, quod ipse tam debilis ac remissus esset, qui tot illustria non patrasset. O quām maxima confusio, & iniuria hæc est omnibus nobis, qui hic adsumus, atque his, qui in toto terrarum orbe viuunt. Lachrymabatur ille, quod Alexandri tyranni des non fuisset imitatus, quibus ille infernum acquisiuit: & non plorabimus nos considerantes ea, quæ vniuersi sancti fecerunt, vt sempiternam gloriam compararent & quod modo facere inuenimur plurimos seruos Dei, cum nos tam tepidi, & pigri simus? In chronicis ordinis nostri legitur, quod homo quidam turpiter, & effrenatè viuebat, & multi erant anni, ex quæ peccata sua non confitebatur: qui cum audiret, consobrini suum puerum sedecim annorum in religionem fratrum Minorum ingressum fuisse, ita hoc exemplo commotus fuit, vt maximis vociferationibus dicere cœperit: Quid ille in mundo fecit, tener ille puer, innocens ac syncerus: quod tam asperam, ac perstrictā vitam vult ducere? Tu potiùs peccator grauissime (dicebat secum loquens) vitam illam acerrimam accipere deberes, tuorumque grauium peccatorum agere poenitentiam. Hac consideratione maximaque contritione super se, & peccata sua planctum maximum concitabat. Atque ita amarè flebat, vt omnes, qui eum audiebant ad lachrymas prouocaret. Et cum hac contritione integerrimè peccata sua confessus fuit, & peste percussus, viginti dies infirmatus fuit patientissimè infirmitatem tolerans, quibus diebus maximo cum dolore cordis sui coram omnibus se accusabat, & eos ad agendam poenitentiam incitabat. Denique acceptis diuinis sacramentis deuotissimè, creatori suo tradidit spiritum. O incomprehensibilis Dei misericordia, quām inuestigabiles sunt viæ tuæ Domine, & quām dissimiles ac varias rationes quaris, vt ad te peccatores allicias per semitas veræ poenitentia. Hoc oportet vos o prophani, & dissoluti considerare, cum alios tene-

*Suetonius in  
Vita Cæsaris.*



ros, & pativæ ætatis iuvenes videtis mundam relinquere, & in  
asperitimas religiones ingredi, ac acerrimã ibi vitam agere. Hos  
enim coram oculis vobis Deus proponit, ad confusionem ve-  
stram vt ad agendam poenitentiam peccatorum vestrorum con-  
cite mini, siquidem tot, ac tanta commisitis.

*Dicit ergo eis Iesus: Facite homines discumbere. Erat autem sanum mul-  
tuum.* Quamquam iuicator erat Deus, panes tamen erant or-  
deacei, nec erant aule regie, nec pretiosæ sedes, sed coniuas opor-  
tuit humi sedere; vt hos apparatus, & prophanitatem mensarum,  
earumque ornatum, quibus in mundo vtimini condemnaret, ad  
quæ sustinenda maxima peccata committuntur. Vt enim ho-  
mines pompaticè, & delicatè viuant fratres suos decipiunt, & Ty-  
ranni efficiuntur; quòd si moderato ornatu vellēt contineri, abs-  
que vilius præiudicio, & incōmodo vitam degerent. Aues solent  
nidos suos ex luto, fœno, paleis, sentibus, & his similibus confice-  
re, vt naturam suam conferuent, atque in hoc nemini officiant.  
Aliquando tamen contingit, quòd vt nidum odorum habeant,  
rostro abscindunt gariophilati floris, ac basilici extremitates,  
quas alter maximo labore procreauerat, mentæque germina scin-  
dunt, quam hortulanus plantauerat; alios denique odoriferos  
flores colligunt & in nidum deducunt. Ita etiam, quia maxi-  
mas ædes vultis ædificare, ac veluti principes manducare, &  
vos delicatissimè tractare, aliorū bona diripitis; & quoad potestis  
tyrannidem exercetis: si moderato nido contenti essetis, & illo  
quod sufficeret naturam vestram conferuare, non ita sollicitè  
viueretis, proximis vestris officientes. Si auibis formido ap-  
ponatur, quantumuis cupiant odoros nidos habere, ad veti-  
tum accedere non audent. O quam maximam formidinem vo-  
bis ostendit Dominus, quamque terribilem comminationem di-  
cens per prophetam Abacuch. Væ qui congregat auaritiam ma-  
lã domui suæ, vt sit in excello nidus eius; & liberari se putat de  
manu mala. Cogitasti confusionem domui tuæ, concidisti popu-  
los multos, & peccauit anima tua. Quia lapis de pariete clama-  
bit: & lignum, quod inter iuncturas ædificiorum est respon-  
debit. O quam, terribilia verba, & quam obstupenda formido,  
nisi homines insensibiliores essent brutis auibis; quæ ad veti-  
tum non accedunt, ne fortè temporalem hanc vitam amittant;  
miseri autem homines non dubitant vetitum pertingere, etiam  
cum

*simile.*

*Abac. 2.*

<sup>23</sup> cum periculo maximo æternæ vitæ amittendæ, & in infernum  
in perpetuum cadēdi. Væ (inquit) qui proximis suis nocendi-  
uitiasq; illicite accumulât, vt altissimum nidum, & odoriferum,  
& ædes amplissimas construunt. Væ tibi, quia vnde honorem,  
& amplitudinem elicere abitrabaris, æternam elicies confusio-  
nem, & ignominiam. Lapides & ligna perpolita ædium tuarū,  
& pretiosa supellectilia domus tuæ, omnia proclamabunt vltio-  
nem à Deo de te postulantiã. O Deus immensæ bonitatis! quis  
est adeò marmor, quòd his verbis non contremiscit; & amodò  
non incipit se recipere, & eo tantum contentus esse, sine quo vi-  
uere nō potest? Animaduertite fratres mei, quod supernus cali  
imperator, vestri amore factus homo, nihil aliud in promptua-  
rio suo habebat sibi suisque sacratis discipulis, quam quinque pa-  
nes ordeaceos, & duos pisces frigidos, vt videatis & cognoscatis,  
quomodo se tractauerit Dominus Maiestat; & discatis quomo-  
<sup>24</sup> do tractaturi sitis carnem vestram tam effrenatam atq; rebellem.  
Idcirco Sanctus Paulus postquam dixerat, quòd Deus filium  
suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato dā-  
nauit peccatum in carne: quòd laboribus, quæ sunt poenæ pecca-  
ti, & à peccato ortæ sunt, nos à peccato liberauit: addidit inferius  
dicens; Ergo fratres debitores sumus non carni, vt secundum car-  
nem viuamus; si enim secundum carnem vixeritis moriemini:  
si autem spiritu facta carnis mortificaueritis viuetis, hoc est. Sunt  
tanta, tamque ineffabilia dona, quæ homo à Spiritu Sancto re-  
cipit hîc, & in futuro sæculo, propter merita Iesu Christi Domi-  
ni nostri; & tot damna homo à suam et carne accipit, vt absolutè  
<sup>25</sup> nihil carni præter modicam quandam sustentationem, spiritui  
autem omnem possibilem seruitutē debeamus. Quapropter si se-  
cundum carnis appetitus vixerimus æternaliter moriemur. Si au-  
tem Spiritus Sancti fauore adiuuante spiritum nostrum, carnis  
passiones mortificauerimus, in æternum viuemus. Et dicit si spi-  
ritu, &c. id est, si fauore Spiritus Sancti adiuti. Atque hoc dicit,  
quia licet spiritus hominis sit præcipua pars, & principalior  
quàm corpus, separatus tamen à Spiritu Sancto, non habet  
integrum dominium in parte animali, & carnali; imò sæpenu-  
merò ab ea superatur. Quando autem diuini spiritus virtute in-  
dutus est, potentissimus manet, ad carnis passiones superandas.  
Omnibus his verbis nos ad carnis mortificationem confortat,  
nobis

*Rom. 8.*

nobis proponens exemplum quo modo Iesus Christus summum bonum nostrum carnem suam mortificauit; & dicens nobis, quod eius meritis in hoc opere, Spiritus Sancti fauore adiuuabimur. Quis ergo erit deinceps, qui hac consideratione carnem suam audeat permulcere? quis non confundetur, & verecundabitur tam boni Magistri vestigia non sequens? qui de caelo in terram descendit, ut nos doceret, quomodo miserima haec corpora tractare deberemus.

*Accepit Iesus panes, &c.* Distribuit discumbentibus. Coepit suis sacratissimis manibus panes illos diuidere. O aeternae Dei filii, totius liberalitatis, & magnificentiae fons, quare Domine hos panes frangis, non posses singulis singulos panes dare, cum omnia potentiae tuae sint possibilia? Posset quidem; sed voluit nobis ostendere, quam rationem seruet in donorum suorum, ac gratiae diuisione, quam iustis in hoc saeculo facit. Non enim eis integros panes dare consuecit, sed fragmenta, alijs alia, & alteris altera. Quod mysterium fuit, quod mittens Dominus duos illos fratres Moysen, & Aaron ad Pharaonem, dixit Moysi, Aaron erit Propheta tuus. Et antea dixerat. Erit os tuum. Tu loqueris, quae ego praecipio, & Aaron loquatur Regi. Notabile profecto, quod dat Moysi tantam potestatem, nec tamen ei loquendi gratiam concedit. Aaron vero non dedit potestatem gubernandi, dedit tamen illi eloquentiam, & gratiam ad dicendum. Quid referebat Dei, ut Moysen tam familiarem suum eloquentissimum efficeret? Hoc est mysterium, quod non vult omnia dona vni concedere, sed ea inter omnes diuidere. Diuidens singula singulis prout vult dicit Sanctus Paulus. Est Deus maximus diuisor bonorum suorum, non vult ea integra dare, non praeararitia, & illiberalitate; sed ut nobis plus proficiant dans nobis humilitatis occasionem. Diuisit ergo panes ac pisces, & manducarunt, quousque saturati sunt. O benedictae tales manus, quomodo diuidunt; & omnes lassatos confortantur, atque famelicos saturant, qui sua vestigia sequuntur. Curramus ergo liberalissimum hunc Dominum sequi, licet cum fatigatione, & fame, ipse enim tanquam gratissimus nos reficiet, & consolabitur, gratiam suam nobis hic diuidens; & postea nos ad gloriam perducens. Quam nobis praestare dignetur Iesus Mariae filius, &c. Amen.

Exod. 7.

1. Cor. 12.

¶ FERIA

¶ FERIA. II. post Dñicā. III. in Quadragesi.

*Ascendit Iesus Hierosolymam, & inuenit in templo vendentes, &c. Ioannis. 2.*

**S**TATIM, Ut Redemptor noster Iesus Christus coepit praedicare, ascendit Hierosolymam ad celebrationem Paschae iudaeorum: & ingrediens in templum inuenit multos, qui vendebant oves, & boues & his similia. Obstupenda res est, quod locus tantus sanctus & in toto orbe celebratus, ita esset profanatus. Venerabilis Beda huius rei rationem reddit dicens; quod cum ij, qui in templum veniebant non possent haec secum asferre, quae oblaturi erant, praecipue, hi qui ex longinquis regionibus venerant: ideo constituerant sacerdotes, ut pecus in templum vendendum adduceretur, ut ibi in promptu reperiretur. Atque etiam providebant, ut essent illic homines, qui publicas pecunias haberent, ad accommodandum eis qui non habebant ut emerent ad offerendum, & aliquibus (credo) usurarijs, & illicitis conditionibus id fiebat. Haec autem omnia faciebant, ut nequis reuerteretur, absque oblatione, & sic per negligentiam iura sua non amitterent: ac propter illam vtilitatem, omnem strepitum, & animalium voces quas in templo extollebant, libenter patiebantur. Perspicuum est enim quod oves balabant, & boues mugiebant, & maximus strepitus ementium & vendentium in templo erat. Ut videatis quantum apud homines cupiditas valeat, & quae eos cogat facere. Quam obliti erant hi sacerdotes eorum, quae Dominus cum ipsis loquens illis promiserat. In terra eorum nihil possidebitis neque habebitis partem inter eos. Ego pars, & haereditas tua in medio filiorum Israel. Vos qui estis sacerdotes (inquit) nolite haec terrena possidere: & cum haec vniuersaliter dixisset, subdidit statim peculiariter: Ego pars & haereditas tua, &c. Vnquisque sigillatim me vnum habeat haereditatem suam: ac si nullum alium haberem cui fauerem, nisi illum. Non amplius, quam me vnum velis (ait vnicuique) confide mihi: Ego te sub tutela mea suscipio. Hoc idem dicebat Propheta maxima animi gratificatione, & affectu. In me sunt Deus vota tua: quae reddam laudationes tibi: O Deus anima mea quantam de me curam habes: videtur

Beda super  
Ioan. c. 2.

Numer. 18.

Psal. 55.

Tom. j.

S

enim

enim in nihilo alio te occupare, quam in me vno adiuuando. Quas ergo tibi gratias agam? que reddam laudationes tibi, id est, quas erunt laudationes, quas ego reddam tibi? consentaneum est Domine, vt totum me in seruitute, & laudibus tuis occupem: ne diuitias aut voluptates amplectar; sed omnes curę mee sint quomodo te amabo, nomenque tuum in æternum glorificabo. Horum omnium oblitus erant pessimi illi sacerdotes; & acsi Deus illis non promississet se illos esse protecturum, vtilitates suas cum tanta offensione altissimæ Maiestatis quærunt. Itaque illius sancti loci prophanatio, ex sacerdotum cupiditate dimanabat. Si autem hoc malum in illis fisset, tolerabile esset. Sed hoc magis est plorandum, quod hæc eadem miseria ad nos etiã peruenit. Cupiditas enim vna est ex radicibus yndè tanta incõmoda ac strages sacrosanctę Ecclesię Dei ortę sunt.

*Exech. 8.*

Inter abominationes, quas vidit Propheta Ezechiel in loco sancto, prima fuit idolum, quod erat super ostium in ipso templi vestigio, & ita dicit: Et leuavi manus meas ad viam Aquilonis: & ecce ab Aquilone portę altaris idolum zeli in ipso introitu. Idolum emulationis & inuidię, Et hinc vbi nos legimus idolum zeli, trãstulerunt septuaginta interpretes: erat statua possidētis. Nam realiter, & verè idolum illud temporalium bonorum cupiditatē significabat, quę est mater inuidię. Et hanc ipsam abominationem, & idolum primum hodie inter plurimos Christianos reperietis; qui vtilitatē tanquam Deum venerantur. Hoc idolum est in ostio templi. Hoc est, multi ingrediuntur in sanctam Ecclesiã, & sacerdotes fiunt, propter solam vtilitatem, & vt temporalia bona possideant. Qui ad presbyteratum promouetur tantummodo, quia optimo canonicatui, aut pinguisimo beneficio præficiendus est, quomodo non est dicendus per idoli ostium introisse? Prius frater mi pecuniã veneratus es quam templum ingredereris; cum in solã temporalē cupiditatē prius oculos coniecisses, ipsaque omnino, aut saltem præcipue te ad ecclesiasticum statum amplectendum concitarit. O terribilem abominationem! qui propter hanc finem ingrediuntur quomodo non prophanaturi sunt sanctã ecclesiã? & quomodo non erunt infamię occasione plurimis bonis viris, qui in ea sunt: His, qui fratres mei ex vobis Ecclesiastici esse intenditis, Dei nomine diligentissimè commendo, vt intentiones vestras reformetis, ne per idoli ostium ingrediamini; ne tantam abominationem committatis, vt primum cultam & venerationem cupiditati faciatis.

Sed

8 Sed p̄ro corde curate vos totos diuinę Maiestatis seruituti dedi care in tam sancto statu, recipientes eum, vt magis expediti sitis, vt vos omnino tanto Domino tradatis. Qui autem iam estis in templo, si fortè in introitu, idolum adorastis agite modo pœnitentiam, & incipite verè, & ex animo, omnem cupiditatem, & inuidiam abijcere, & vos totos (vt par est) sanctę munerum vestrorum executioni tradere. Si enim legis scriptę sacerdotibus dicebat; in terra eorum nihil possidebitis. Ego enim pars tua, & hereditas tua: quanto magis debemus sacerdotes legis gratiã partem hanc, & hereditatem inquirere? Dicite Patres mei, cum spiritu, & efficacia dulcissima illa verba Dauidis; In me sunt Deus vota tua, quas reddam laudationes tibi? quibus rebus Domine tibi seruiam, aut quas dignè gratias agam, pro tanta cura, ac sollicitudine, quam de me habes?

9 Vt Dominus honoris patris sui cupidissimus templum vidit effectum locum animalium venalium, & emptorum ac venditorum forum, quid oportuit illum sentire? A parte constat quid sensit, siquidem, quo diuino illo ingenio, qua animi mansuetudine, & humilitate, qua deniq; viscerum teneritate sepiissime hominum miseras condolens lachrymabatur; nõ obstante tamẽ hoc dicit sanctum Euãgeliũ, quod *Fecit flagellũ ex funibus, illosq; flagellis cedens omnes è tẽplo eiecit, diruens mēsas, & nummos, qui insuper erant disperdens.* Non enim cor eius potuit tolerare, vt impudicitiam videret, qua sui æterni patris Maiestas amplissima offendebatur. Dicit insuper sacratus textus; *Recordati sunt discipuli eius quia scriptũ est, Zelus domus tuę comedit me.* Zelus eius viscera rodebat, & vitam illius comedit; propter zelum enim honoris patris sui, & propter animarum nostrarum zelum fecit quod fecit, dixit quod dixit, & reprehendit quod reprehendit. Vnde occasione sumpserunt impij interficendi eũ. Zelus est feruor ardentissimus, qui ex feruidissimo amore reprocedit. Quemadmodũ vinum purum positum in sublimatorio, supposito igne feruens à se vapores quosdam immittit, & ij in liquorem illum conuertuntur, qui ex ipso sublimatorio defluit, videlicet aquam vitę quam ardentem dicimus, quę est maximę fortitudinis & caloris: sic etiã ex feruentissimo amore, qui in corde est, procedunt feruidissimi affectus, qui per verba, & opera ardentissimè manifestantur: atq; hic dicitur zelus. Et vbi hic zelus nõ est, signum est aut quod nullus est amor, vel saltem siquis

*simile.*

S 2 est,

1. Thes. 3.

est, est frigidus & remissus. Quo zelo præditus erat D. Paulus cum ad Thessalon. in medio tribulationum suarum scribit? Propterea ego amplius non sustinens nisi ad cognoscendum fidem vestram. &c. Quoniam nunc viuimus si vos estis in domino. Quasi mortui eramus præ timore, ne fortè defecissetis, in quo vobis prædicaueramus; & non viuebamur nisi cum spe audiendi hoc: modo autem viuimus si vos estis fortes in Christo. Itaque tantum zelum animarum salutis habebat, vt mortem existimaret, si ipsi à virtute deficerent, vitam autem arbitraretur si in ea constantissime perseverarent. O ardentissimam sancti viri charitatem! Qualem igitur oportuit esse zelum humanæ salutis, quo Iesus Christus filius Dei flagrabat, cum sancti tantum habuerint?

Dicit sanctum Euangelium quod expulsis illis à templo plurimis verberibus præ sancto illo zelo, dixit eis Iesus: *Auferre ista hinc, & nolite facere domum patris mei domum negotiationis.* Vnde efficacissimum elicitur argumentum, ad intelligendum, quantus cultus, & reuerentia sacris locis debeat; & quanto odio Deus execretur insolentias, & peccata, quæ in illis committuntur: cum nūquam legatur fuisse manibus alios puniisse, præter eos, qui templum prophanabant. Si Rex à curia veniret in hanc urbem, & suis proprijs manibus delictum aliquod puniret, argumentum esset, quod maximè illud oderat. Venit ergo Rex maximus Christus ex cælo, vt suis proprijs manibus insolentiam hanc, & sacri loci prophanationem puniat: consequitur igitur, quod execrabile hoc inter cætera peccata, & maximè exosum peccatum est. Peccauit Adam, & misit Deus Angelum, qui eum à paradiso eijceret. Peccauerunt maledicti Sodomitæ, & Gomorrhæi, & pluit Deus ignem super eos, qui illos cõbussit. Peccauit vniuersus mundus libidinosus; misitq; Deus aquas diluuij, & submersit illum. Peccauerunt fenes in Susannam: misit Deus Danielem. Peccauit Dauid: misit Deus Angelum, qui populum eius peste puniret. Solum autem hoc peccatum suis proprijs manibus punit. Nec Angelos, nec ignem, nec aquas, nec Prophetas mittit, sed ipse semet de eo vindictam sumit. Non quod illud, quod in templo faciebant illi, malum esset, sed, quia illud in templo faciebant. Quod si, quia in templo ea quæ sacrificijs necessaria erant, emebant, & vendebant, sic Deus punit: tu, qui venis in templum, & ibi proximi tui saniam diripis murmurando: & tu, qui venis,

vt

13 vt mentale adulterium in templo committas aspiciens fœminam, & concupiscens illam: & tu, qui in locum sanctum venis, vt illicitos contractus facias: quo supplicio à Deo afficeris, cum in ipsam eius domum venias vt eum offendas? De quo querebatur diuina Maiestas maximo dolore, per prophetam Hieremiam dicentem: Quid est quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa: quod quidam proditor scelus in aliquo committat non est mirum. Sed quod amicus tuus propter accidens, quod sese obtulit ruri te iniuria afficiat, & alapam tibi infligat, magis mirandum est, & satis habes, quod queraris: quia amicus tuus tale fecerit. Sed si hic amicus tuus ex instituto veniret domum tuam, & te alapis cæderet, quid de eo diceres? Quod Mauritanus, & barbarus Deum offendat non est mirum, quia non illum cognoscit. Quod autem Christianus eum in foro offendat miserandum est maximum. Sed super omnia, quod veniat hic, qui est ex notis, & clienti bus Dei, cui Deus maxima beneficia contulit, in propria eius domum ad infligendum ei alapas, hoc est quod facit obstupescere. Quid est quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa? Quid animaduertisti (inquit Deus) in me, o Christiane, quæ ego nimis dilexi, vt coram me tot flagitia perpetrares? O quæ affectuosum est hoc verbum, & quæti doloris plenum: nisi Christianus sensum amisisset? Heu quomodo te puniet Deus, quousq; te à suorum gremio cum damnatis in infernum precipitet, nisi ad poenitentiam confugas. O fratres, quæ fœuissimæ erunt illa verbera! Si dicebat Iob, Miseremini mei, quia manus Domini tetigit me. Si tactum manus Dei vocat necem filiorum, diuitiarum subtractionem, & vlcus, quo totum eius corpus coopertum erat, & se ita in sterquilino deserui, at que ab amicis, & à sua propria vxore vexari: si hæc omnia tantum vocat, quid erit quando Deus manum compresserit, & pleno ictu miseros peccatores percusserit? Si talè reddidit amicum suum vno tactu, qualè te inimicum suum ictu contracti pugni efficiet? O fratres potentissimum hunc Deum timete. Et caute ne eum alicubi offendatis, & multo minus in locis sanctis; ad quæ oportet nos de uote, ac reuerenter accedere. Moyse dixit Deus; solve calciamentum de pedibus tuis, & huius rei rationem reddens dicit, quia locus, in quo stas terra sancta est. Homo prudens ac iustus scit differentiam inter loca constituere, & tempus à tempore separare, malus verò omnia vna regula demetit: ita agit in templo vt domi

Tom.j.

S 3

suz,

Hier. xi.

Iob. 19.

Exod. 3.

simile.

Gen. 3.

Gen. 19.

Gen. 6. &amp; 7.

Dan. 13.

2. Reg. 24.

simile.

fuæ, & in foro: ita ludit, & vagatur in quadragesima, vt extra quadragesimã, nescit tēpus, nec locum sanctum reuerenter tractare. Et vt homo intelligat non sufficere interiorem affectum, & deuotionem, sed quod est opus etiam exteriori opere, ideo præcipit Moyfi, vt calciamenta subtrahat, & ita nudatis pedibus accedat ad terram sanctam terendam. Si ergo Moyfi præcipitur, vt tanta cum reuerentia ad rubum accedat, in quo erat Angelus representans autoritatem Dei, qua reuerentia opus erit ad accedendum, & ingrediendum modo in rēplum, vbi realiter Dñs noster Iesus Christus verus Deus, & homo commoratur? O vtinam ex hoc intelligamus, quem cultum tam sacrosancto loco exhibere debeamus. Dicebat Dauid: in templo eius omnes dicēt gloriã, Si ergo in eo templo vbi erat arca cum manna, quod sæpe pedibus conculcauerant filij Israel, dicebat Dauid nihil aliud in eo loquendum esse, quam laudes, & magnaia Dei, quanto plus oportet in tēplis huius temporis hoc obseruari? In templo eius omnes dicent gloriã in templo Dei non oportet aperiri os nisi ad gloriã ipsius Dei.

Psal. 28.

Etiam hinc alterum efficacissimum argumentum abstrahitur, & est, quod cum Deus sic oderit, & puniat, quod materiale templum profanetur; quanto grauius puniet eum, qui spirituale templum profanarit, quod est proprium altissimæ Maiestatis domicilium? Ad quod necesse est sciamus, quod vita vniuscuiusque Christiani; & eius principale exercitium debet esse vt semper intentus sit in construendo domum, & habitationem Deo, vt nos admonuit Sanctus Petrus dicens: & ipsi tanquam lapides viui, superedificamini domos spirituales. Vos qui lapides estis viui, super hoc, quod Deus operatus est in nobis ædificatuni estis vnusquisque; domū spirituale, non ex lignis, aut lapidibus demolitis sed ex viuissimis, & concitatissimis desiderijs, atque; ex splendidissimis virtutibus, & nõ ædificaturus est vnusquisque; secundū suum liberū arbitriū: ex cælo enim nobis datus est modus, secundū quem domū istā cōstruere debeamus. Moyfi dixit Deus. Inspice, & fac secundū exemplar, quod tibi in mōte monstratū est. Atque; ibi figuratū est quod realiter nobis præcipitur, vt ædificemus secundū exemplar, quod nobis in monte datum est, qui est mons de quo Dauid dixit: Mons Dei mons pinguis, mons coagulatus, mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo. Qui est

1. Pet. 2.

Exod. 25.

Psal. 67.

est Dominus noster Iesus Christus, mōs omnibus gratijs coagulatus, in cuius humanitate beneplacitum est verbo diuino habitare per hypostaticam vnionē in æternum. Et in nulla conscientia habitabit Deus, quam non aspexerit ædificatam, secundū formam, quæ nobis ab hoc monte data est. Quod si tibi difficile videatur, quod conformari debeas illi, qui licet sit verus homo, est etiam Deus verus; conijce oculos in sanctos, qui etiam puri homines fuerunt, vt tu, quæ sunt formæ, & constructiones huius diuini templi, Iesu Christi. Hoc est mysterium, quare Sanctus Paulus nobis dicit: Imitatores Dei estote sicut filij charissimi, & ambulante in dilectione sicut, & Christus dilexit nos. Et alibi dicit: Imitatores mei estote sicut & ego Christi, quasi confortans nos ad illud hac ratione: si vobis maximū videtur, quod præcipiatur vobis Iesum Christū imitari, qui est Deus: saltē aspiciate me, qui sum purus homo, & me imitami, sicut & ego illum. Idcirco admonēs nos in vno loco, vt Deū imitemur, in alio admonet, vt sua vestigia sequamur. Et hinc inferitur, quod omnes viri iusti sunt regulæ quædam viuæ, quibus ducamur, & cōfortemur, ad idē faciendum, quod ipsi fecerunt. Ars ædificandi est in Euangelio; ibi sunt diuinæ regulæ, quæ sunt diuina præcepta & cōsilia Dei & ceteræ admonitiones, quæ nobis in illo dantur; modus verò sculptus est in sanctis. Itaque; vnusquisque; sanctorū est viuū quoddā & pictū etiam Euangelium; quid enim in Euangelio legitur, quod in sancto nõ reperitur? Mansuetudo, paciētia, castitas, & cætera omnia virtutis exempla, omnia (inquam) in sanctis insculpta cernuntur. Itaque; inexcusabiles erunt omnes negligentes in ædificandis cōsciētijs suis. Nõ poteris õ piger excusari dicēs: Nesciui legere Euangelium; nesciui legere regulas, quæ in eo sunt, nõ tibi hæc causa proderit, omnia enim depicta, & opere completa in seruis Dei conspexisti. Quantumcunque rudi ingenio sis scies legere hunc librum nisi sis cæcus. Fecit Deus sicut magistri, qui characteres in puerorum tabellis scribunt, vt tibi discant pueri scribere. Hoc promiserat Deus velut singulare beneficium dicens per Hierem. Hoc erit pactum, quod feriam cum domo Israel, post dies illos dicit Dominus: Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam, & ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum. In monte Sinai dedit legem in lapidibus scriptam: in monte autem Sion dedit ipsam in cordibus insculptam. Non le-

Eph. 5.

1. Cor. 4.

Hierem. 31.

gimus, quod Christus Redemptor noster legem suam in libro aliquo scriptam dederit, sed in ceterum viginti homines, quasi in centum viginti libros immisit Spiritum Sanctum, quos in uniuersum mundum diuisit, ut lex uiua, mortua corda uiuificaret. Et quantum fructus ex illis perceptum fuerit testes sunt Mundus conuersus, Idololatria sepulta, Ecclesia sparsa, & in toto terrarum orbe fundata, ab ortu solis, usque ad occasum. Ferre hos Sanctos viros in visceribus & corde suo scriptam legem, non solum significat, quod optime intelligebant illam legem, quam predicaturi erant, sed etiam significat, quod eam magnopere diligebant; & aperte apparet, quam fixam illam cordibus haberent, & quam capti eius amore essent, cum toties, ut eam in mundo docerent: morti se obtulerint, totque ac tantos labores perpessi fuerint, & vnusquisque in eius predicatione fuerit interfectus. In hos veros iustos, atque in alios plurimos, qui ex illis emanarunt usque; modo oportet nos, fratres mei, oculos conijcere, & ab eis discere vitas nostras reformare, conscientiasque nostras Domino edificare. Propter hoc debent predicatorum curare, ut plerunque antiquorum patrum mores, viuendique rationem in memoriam auditorum reuocent, ut qui intersunt animentur, & ad eos imitandos confortentur. Sic faciebat maximus ille predicator mundi Beatus Ioannes Baptista. Hoc enim significat, quod de eo dixit Angelus Zachariae: Ipse conuertet corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iustorum. Vult dicere quod predicatione sua hominum dura, ac vitiosa corda, mitia, ac pia, sicut maiorum suorum corda redditurus erat; & quod vitam, ac prudentiam patrum suorum, qui fuerant iusti, in filiorum visceribus erat impressurus, patres in filiorum memoriam reuocans, & filios ad illorum imitationem confortans.

Haec omnia diximus, ut vos ad spiritualem hanc edificationem excitemus; atque ut intelligatis, quod non construenda est iuxta voluntatis vestrae regulam, sed per eam quam Deus vobis in unigenito filio suo dedit, & in omnibus iustis qui eum sequuti sunt demonstrauit: quae antea in edificio templi Hierosolymae figurata est: cuius vnus maximè notabile in signe fuit, quod non modo ea, quae intus erant, cooperta erant auro, verum etiam, quae erant in porticu auro ornata erant. Sic nihil debet esse in templo anime nostrae, ne in porticu quidem templi. (Quod est corpus) quod diuini amoris auro non sit coopertum; ita ut in oculorum visu,

lin-

linguae locutione, pedum incessu, manuum operibus, in omnibus denique charitas insignis, & amor ardentissimus illucescat. Vt faciebat Sanctus Paulus, & eius socij, qui de se ac de illis loquens, dicit: Semper mortificationem Domini nostri Iesu Christi in corpore nostro circumferentes, ut & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris. O quis ad tam altum virtutis gradum perueniret: & interius, ac exterius bonus esse procuraret, interius ut Deo placeat, & exterius ut Deo placeat, & hominibus optimum pietatis praebeat exemplum, ut Deum glorificet. Hoc est enim, quod in omnibus operibus nostris debemus intendere, non autem gloriam aut laudem humanam; quod etiam in modo supradicti edificij Salomonis significatum est. Nam. 3. Regum dicitur, quod Salomon fecit in templo fenestras obliquas; quod fecit fenestras

26 exterius amplas, interius vero angustas, sicut sagittas: volebat enim Deus, ut in templo parum lucis exterioris introiret, ad illud clarificandum: maximus namque erat intus splendor facium, quae semper in eo ardebant: sic vult Deus, ut in spirituali templo maxima sint fide, ac charitatis luminaria, & lux ac gloria exterior seculi nihili aestimetur; sed quod omnes dicant cum sancto Paulo: Gloria nostra haec est, testimonium conscientiae nostrae. In hoc enim hominis felicitas consistit, ut in gratia Dei sit. Curamus ergo fratres dehinc edificationem hanc incipere cum omni feruore, absque defatigatione. Haec est enim vna ex maximis miseris mundi, quod cum aliquem aliqua virtutis opera videmus facere, statim nobis multum videtur, & quod si in ijs paucis eum imitemur, maximum aliquod nobis fecisse videremur.

27 Atque haec omnia proficiuntur ex eo, quod oculis nostris homines maximae sanctitatis non viderimus, nec eos mentibus nostris contemplati fuerimus. In Esdra res quaedam singularis dicitur: quod omnis populus vociferabatur clamore magno in laudando Dominum, eo quod fundatum est templum Domini. Plurimi autem de sacerdotibus, & principes patrum, & seniores, qui viderant templum priusquam fundatum esset, & hoc templum in oculis eorum; flebant voce magna, & multi vociferantes, & cum laetitia eleuabant vocem. Adde, quod postquam templum aedificatum est ab Esdra, pueri, & iuuenes, qui Salomonis templum non viderant, maximas voces praeter laetitiam extollebant, laudantes Deum; quod nouum illud templum erectum viderent. Senes autem, qui

S 5 alterius

2. Cor. 4.

3. Reg. 6.

2. Cor. 1.

1. Esdr. 3.

Luc. 1.

3. Reg. 6.



alterius templi diuitias aspexerant, eiusque perfectionem in-  
 tuiti fuerant, lamentabantur, ac si dicerent: O si vidissetis qua-  
 le esset alterum templum, & quantum hoc excelleret, non pro-  
 fectò gauderetis, sed nobiscum ploraretis. Hoc agitur nunc ad  
 literam: cum videmus quòd aliquis non deprædatur, non adul-  
 teratur, non interficit, statim cum sanctum iudicamus. O quàm  
 bonus seruus Dei, qui non facit malum: ô quàm pulchrum tem-  
 plum; quacunque minima re contenti sumus, & nobis optima  
 videtur. Viri autem considerationis, quilibet oculis suis ma-  
 ximos sanctos non viderint, oculis tamen animæ maiorum ge-  
 sta plerumque considerant, plorant videntes parum virtutis  
 ac perfectionis nostrorum temporum: sic oportet nos omnes  
 facere, non contentos esse oculos conijcientes, in præsentis iu-  
 stos, & eos imitantes; fortasse enim aliquas imperfectiones in  
 eis videbimus, quæ nos in sanctis exercitijs frigere faciant. Ve-  
 rum attentissimè vitas illorum inuictorum Martyrum, pijs-  
 simum Confessorum, illorumque tam constantium Eremitarum  
 præclara virtutis opera consideremus, qui in solitudinibus  
 asperrimis tanto cum ieiunio, ac vitæ acrimonia morabantur:  
 oculosque conijciamus in illas teneras, ac delicatas virgines, quæ  
 ne pudicitiam suam amitterent, tot, tamque varia tormenta  
 fuerunt perpessæ. Et consideremus simul, quòd omnes ex ossè  
 & carne puri homines sicut nos fuerunt, eandemque gloriam,  
 quam nos speramus, ipsi sperauerunt, ipsumque adiutorem  
 habemus, quem illi habuerunt; videlicet Deum, qui nobis in  
 hoc opere conficiendo, maximè fauebit: & sic non paucis eri-  
 mus contenti, sed cum fortitudine & nouo animo, spiritua-  
 lem hanc fabricam prosequemur. Hoc igitur est proprium Dei  
 templum, in quo diuina Maiestas semper commorari cupit,  
 & vbi vult maximam esse sinceritatem; & maximo cum ri-  
 gore punit eum, qui hoc prophanat, & coinquinat. Quapro-  
 pter intret vnusquisque in seipsum, & consideret, vtrum hoc  
 templum sit, sicut erat templum Salomonis, & vtrum sit stre-  
 pitus, & tumultus hominum, qui illud prophanent? Dixit Deus  
 Ezechiel: Fili hominis fode parietem. Et vt fodit illum dixit  
 ei: Ingredere, & vide abominationes pessimas; & ingressus  
 (inquit) vidi, & ecce omnis sim illiudo reptilium, & animalium  
 abominatio; & vniuersa idola domus Israel depicta erant in  
 pariete,

Ezech. 8.

3<sup>r</sup> pariete, in circuitu per totum. O quanto stupore plenus man-  
 sit Ezechiel, postquam in templo sancto tantam abominatio-  
 nem vidit. O incommutabilis Deus, quomodo non obstu-  
 pescit homo rationalis, si consideratione sua fodiat, & intra  
 se ingrediatur, videns tantum odium, auaritiam, ac inuidiam?  
 Quid ergo superest nisi quòd ex animo hæc mala lamente-  
 mur? O gloria iustorum, ac iustificator peccatorum Iesu Chri-  
 ste fili Dei, quid sentires præ ardentissimo zelo amoris tui  
 quo in animas inflammaris, si nunc passibilis esses, & tristitia-  
 m posses accipere, animaduertens, quàm prophanum sit  
 vnumquodque horum tuorum templorum? Eia ergo fratres,  
 incipite iam expellere has prophanitates à templo Dei; & cu-  
 rate illud ab omni immunditia verrere, vt dicebat Dauid. Et  
 3<sup>2</sup> meditatus sum nocte cum corde meo, & exercitabar, & scope-  
 bam spiritum meum, id est, posui rationem noctu cum corde  
 meo, & exercui me in auferenda immunditia secularium affe-  
 ctuum, cum bathilo timoris Dei. Qui optimè vult verrere, prius  
 bathilo radit humum, & omnia, quæ illi infixæ sunt, aufert,  
 & postea scopa peruerit. Sic faciebat Dauid, qui exercebatur,  
 in auferendo à corde suo omni malo. Sic etiam vos oportet fa-  
 cere purissimo Deo timore, quasi bathilo omnes has immundi-  
 tias à corde euellite, & postea exactissima quadam contritione per-  
 uerrite, & foras omnem hanc immunditiam expellite. Aliqui  
 sunt, qui verrunt, & tamen non euellunt limum consistentes se  
 ad superficiem relinquentes in anima limum amoris carnalis,  
 absque vera determinatione, & proposito fugiendi omne ma-  
 3<sup>3</sup>lum, & omnem illius occasionem euitandi. Vos autem non  
 oportet sic facere, sed noctu, dieque debetis in spiritu mun-  
 dando exerceri, vt nihil in eo sit, quod diuinæ Maiestatis oculis  
 displiceat. Sic enim semper in his templis commorabitur, vi-  
 uificans illa per gratiam, & donans perseverantiam in ea, quo-  
 usque gloria comparetur: ad quam nos perducatur Iesus Mariæ  
 filius, Amen.

Psal. 76.

FERIA

¶ FERIA. III. post Dñicā. III. in Quadrage.

*Iam die festo mediante ascendit Iesus in templum,  
&c. Ioannes. 7.*

**C**ELEBRABATUR Hierosolymis festum Scenope-  
gie, quod alio nomine dicitur tabernaculorum, in memoriā  
quod patres antiqui in deserto in tabernaculis habitauerūt. Hoc  
festum, ut declarat Sanctus Augustinus, agebatur septem diebus,  
quod etiam exponit Sanctus Ioannes Chrysostomus, & in dimi-  
dio illius (hoc est die quarto) ingressus est Christus Redemptor  
noster in templum: tunc enim magis expediti erant homines ad  
audiendum verbum Dei. Nam tribus prioribus diebus maximē  
occupati erant in executione ceremonialium legalium. Ingressus  
igitur in templum coepit more suo solito populū docere. Et mi-  
rabantur Iudæi, dicentes: *Quomodo hic literas scit, cum non didicerit?*  
Videntes illum exponere altissima mysteria sacre scripturæ, ob-  
stupecebant; & etiam præ malitia sua obsecabantur: consideran-  
tes enim quod non didicisset, cum Deum glorificare deberent,  
qui tantam sapientiam ei dederat, dicebant, quod demonium ha-  
bebat, & quod in virtute diaboli talia loquebatur. Videte in quā-  
tam calamitatem deuenerint hi miseri, qui ex medicina morbum  
eliciunt. Medicina animarum est verbum Dei, & ex hoc hauriūt  
hi morbum. In Apocalyp. dicitur quod vidit Sanctus Ioannes  
ex vtraque parte fluminis lignum vitæ, & folia ligni ad sanitatē  
gentium. Arbor plantata in duplici ripa, est Iesus Christus verus  
Deus, & verus homo: Plantatus in sinu patris, & in visceribus pu-  
rissimæ matris. Arbor vitæ, cuius folia sunt diuinissima verba,  
quæ sunt omnibus gentibus medicina. Et ex hac medicina vene-  
num auferbant miserissimi isti: liberet nos Deus à tanto malo,  
quod ex medicina, quæ vulnera sanare debet, mortem & condē-  
nationem referamus. Quotiescunq̄ prædicationem auditis, &  
secundum eam non operamini, imò peiores efficiimini murmu-  
rantes de prædicatore, ex medicina morbum elicitis. Cum audi-  
tis sacrum, & sceminam effærnata cupiditate aspiciatis, morbum  
ex medicina abstrahitis. Heu, heu, aduersus quot clamabit sacrū,  
& prædicatio in die finalis iudicij! O maximam infelicitatem  
Ecclesiæ

*August.  
Chrysof.*

*Apoc. 22.*

4 Ecclesiæ Dei, quod tantum bonum in tantum malū nobis cōuer-  
tatur. Si quando Iesus Christus filius Dei in cruce sanguine cruē-  
tatur pendebat, ex suis sacratis oculis maximam lachrymarum  
copiam effundens, æternum Patrem deprecabatur, dicens: Pater  
æterne, ego morior pro his animabus, parce his, quæ ad te volue-  
rint accedere cum dolore peccatorum suorum, & cum proposito  
iam amplius non peccandi. Dicite quid vos tunc faceretis si ibi  
essetis cum fide, quā nunc habetis? quot lachrymas effunderetis?  
qua animi contritione à Deo veniam peteretis? quomodo  
diceretis: Pater æterne per has lachrymas, per hunc sanguinem,  
per hanc dulcissimi filij tui mortem terogo, ut peccata mea di-  
mittas. Non esset possibile, quin hæc, & plura etiam diceretis.  
Cogitate ergo fratres mei, quod sacrum, quod auditis est idem sa-  
crificium, quod bonus Iesus in cruce patri obtulit, & quod hic est  
idem Dominus, licet gloriosus. Dicite ergo mihi quæso, quomo-  
do tam irreuerenter sacrum auditis? quis vestrum huic sacrificio  
adest eo modo, quem supra dixi? quare non verecundamini cum  
hoc ita sit? cum illic idem Dominus sit, & idē sanguis offeratur,  
cumque vos veritatem hanc fateamini, & cum oporteret pro ea  
essetis morituri: quare, quo tēpore lachrymis inspersi esse debe-  
retis, salutem ab æternō patre deposcentes, propter illum pretio-  
sum sanguinem, tunc cogitatis quæ vos scitis, machinamini de-  
molitionem diaboli, & ea quæ ad vos non pertinent, oculis aspi-  
citis? Non animaduertitis, quod ex medicina venenum assumi-  
tis? De prædicatione autem quid defertis? quod crebrius ex ea de-  
fertis, est contētio, murmuratio, aut admiratio. Si altissimus qui-  
dam sermo prædicatur, admirationem defertis, dicentes: O quā  
bene prædicauit: & tota res ibi fistit, nec ulterius progreditur.  
Si autem prædicator parum per scelera vestra perstringit, mur-  
murationem, & indignationem elicitis; quasi mula quæ calcitrat  
cum eius vulnera quis attingit. Etiam ex prædicatione contē-  
tionē plerumque aufertis: hic melius (dicitis) hic verò peius præ-  
dicat, detrahentes de seruis Dei propter affectum, aut odium ve-  
strum, & auctoritatem comminantes doctrinæ, quam Deus per  
illos prædicat. Quapropter S. Paulus discipulum suum Timo-  
theū exhortabatur, ut in executione huius sancti ministerij ma-  
xima sapientia fulciret, dicens: Testificor coram Deo & Christo  
Iesu, qui iudicaturus est viuos, & mortuos per aduentū ipsius, &  
regnum

*Simile.*

*2. Tim. 4.*

regnum eius: prædica verbum, in sta opportune, importune: argue, obsecra, increpa in omni patientia, & doctrina. Erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt, &c. Adiuo (inquit) te discipule mi coram Deo, & Domino nostro Iesu Christo, qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & per illum aduentum, non per primum, cum venit in pace, & mansuetudine: sed per illum aduentum tanti rigoris, cum in illo horribili die coram diuino eius conspectu sumus præsentandi; & per regnum eius beatum, vbi facie ad faciem eum visuri sumus. In quo sistet hoc? quid ex tanta prægnatione exire oportet? Valdè notabilis res erit, quam vult dicere, si quidem per tot, tamque notabiles res illum prius adiurat. Et ita verum est, quod omnes has exaggerationes posuit prius quam diceret: Prædica verbum. Vt significaret, quam necessarium sit hominibus verbum Dei: & sic dicit: Per hæc omnia te adiuo, vt diligentissimè aduertas hanc periodum huius epistolæ, quam ad te scribo, vt diuinam doctrinam, verbo, ac moribus prædices, & non quocunq; modo: sed in sta, maximam diligentiam, & efficaciam in ea prædicanda adhibe. Opportune, importune, hoc est, cum tempore, & sine tempore. Nullum enim est tempus & opportunitas ad rem tam necessariam tractandam. Aut significat cum inueneris opportunitatem, esto importunus in hac re. Argue, reprehende superbos, debiles roga, homines nequam cum rigore corrige, sint quicunq; fuerint. Ne dissimules, nec fileas veritatem propter minas, aut propter blanditias. Vide quod si hominibus placerem, Christi seruus non essem. Ne habeas rationem amicitiae, & hæc omnia facies in omni patientia, & doctrina. In omni patientia (inquit) significans, quod necesse est illum habere patientiam ad plurima, cum ne in ministerio laxetur. Ne statim deficias, si enim hodie prædicatio non proderit, cras proderit, quod si cras non profit, alia die proderit: tum etiam opus est patientia ad murmuraciones, & contradicções tolerandas, quæ offeruntur prædicanti veritatem. Etiam est valdè necessaria ad hunc laborem, de quo loquimur, quod est animaduertere, quot in hac lite iudices esse velint, & facultatem plebis videre, in sententia proferenda circa prædicaciones. In artibus mechanicis, nullus est, qui alterius opus audeat iudicare, nec in eo defectum notare; dicitur enim illi, quod

quod id non intelligit. Si examinandus est factior, non vocatur sutor, vt eum examinet. In arte autem prædicandi, in re tam difficili & ardua, omnes volunt sententiam ferre: vnusquisque decreta sua rata esse vult, diuini operis autoritatem minuens suis erroneis sententijs. Propter hoc, & propter plurimas alias contradicções, quæ offerri solent ijs, qui cum feruore, & zelo verbum Dei prædicant, illis maximè commendat Sanctus Paulus, vt patientia muniantur. Satis oportet vos ex dijs intellexisse, quod plurimis missa, & prædicatio in venenum, & condemnationem eorum culpa conuertitur: sicut Phariseis in venenum caelestis Domini doctrina vertebatur. Dic ergo o pater quam rationem seruabimus, vt diuinus sermo, & missa nobis profit? Placet mihi profecto; loquatur Salomon cum omni sua sapientia, seu (vt melius dicam) Spiritus sanctus in illo. Cælestem certè quandam doctrinam nos docet, dicens: Quando federis cum principe, diligenter attende, quæ sunt posita ante faciem tuam, & statue cultrum in gutture tuo: si tamen habes in potestate animam tuam. O diuina verba! imprimat ea Deus pro sua benignitate in cordibus nostris. Primo notandum est, quod audire prædicationem, est sedere ad mensam Principis regum terræ Iesu Christi: sic enim illum vocat S. Ioannes in Apocalypsi, Principem regum terræ: & qui in hac mensa comederit, debet sedere quietissimè. O quot hominibus nõ proficit diuinus cibus, quod est verbum Dei; quia stant in quieti. Discumbentes erant conuiuæ, qui in monte manducauerunt: & idè Dominus, qui eos inuitauit, iussit illos discumbere, & iussit etiã colligi fragmenta, quæ superfuerant ex mensa, ne mica quidem amitteretur, quod supernæ eius liberalitati videtur maxime repugnare. Hoc autem iussit vt significaret, quod ex conuiujs Dei nihil est, quod superfit, ne micam quidem vult Deus relinqui, nec minimam sententiam vult negligi, sed quod omnia custodiantur. Præter hoc, quod sedere debent oportet eos attentissimè animaduertere. Idcirco postquam dixerat: Cum federis cum principe, addidit, diligenter attende, quæ sunt posita ante faciem tuam. O quantum malum est nõ attendere, & hic esse corporaliter, at verò cor, & spiritum per foram diuagari. O quot hic estis, quibus omnia, quæ Dei nomine hucusque dixi penitus præterierunt. Attende ubi. Etiam fratres at-

Proph. 23.

Apo. 2.

tendite

tendite, attendite, ne hic cibus in venenum vobis conuertatur. **¶** Dicit vltorius, & statue cultrum in gutture tuo. **O** lepidam rē, quòd ad edendum in mensa principis, apponatur gladius gutturi. Dico quòd verbum Dei est culter, quòd dixit Sanctus Paulus *Philip. 6.* Assumite gladium spiritus, quòd est verbum Dei. Hunc cultellū (inquit Dominus) statue in gutture tuo. Hoc est, comede, & loquere de eo. Exitis de prædicatione. Defertis bona quædam desideria, non contēti solū esse debetis, quòd ea vos edatis, & faciatis, sed, ea, quæ audistis referte proximis vestris, qui illa non audierunt, & efficitte vos concionatores Dei: & ij etiam, qui illa audierunt, inter se debent conferre, & perpendere rationes. quæ dictæ sunt, vt ad virtutis executionem vos inuicem cōfortetis: hoc est, statuere cultrum in gutture. **¶** Postquam Spiritus sanctus nostra præcipua docuit, quæ in audiendo verbo diuino facere debemus, concludit, dicens: Si tamen habes in potestate animam tuā. Hic totares est. Multi enim estis, qui huc exanimis venitis. Dicitte, quare dixit Dauid: Lex Domini immaculata conuertens animas? Dico. quòd primus effectus legis Domini, est reddere animas obseruatoribus legis. Sequitur ergo, quòd antea exanimis, & extra se incedebant. Accedis ad prædicationem, & relinquis animam tuā in negotijs, in pecunia, & in alijs solitudinibus. Sic ergo nec sedebis, nec attentuseris, & per consequens nec cultrum in gutture portabis: cum nō plus animaduertes ea, quæ dicta sunt; ac si esses iumentum. Redite præuaricatores ad cor; dicebat Isaias. Redite, redite præuaricatores ad vos, vt ea quæ vobis necessaria sunt, cognoscatis; & quæ vobis præcipiuntur, adimpleatis: quin aliter nullum hinc emolumentum auferetis; imo potius confusionem maximam haurietis. **¶** In hoc ipso capite refert Sanctus Ioannes, quòd miserunt principes sacerdotum, & Pharisæi ministros suos, vt Christum Dominum apprehenderent, & cum eum inuenirent prædicantem, dixerunt: Expectemus paulisper, quousque desinat prædicare; ne populum conturbemus: & attentē prædicationem audierunt, & ita admirati sunt, vt non modo illum non apprehenderint, verum eius magnalia prædicantes abirent, & dicentes: Nunquam sic loquutus est homo. Itaque ibant, vt apprehenderent, & apprehensi sunt, vt cognoscatis quanti interfit attentē verbum Domini audire; licet malas intentiones habeatis, audite tamen fratres missam, & prædicationem.

16 dicationem: si enim diuinis his rebus diligenter attenderitis, aliter quando diuino amore capiementi.

Dicit vltorius sanctum Euangelium; *Respondit ei Iesus.* Quamquam Iudæi in cordibus suis murmurabant, dicentes intra se: Siquidem hic tantum scit, cum tamen nullas literas didicerit, non est possibile, quin diaboli virtute id sciat. Vt sanctus prædicator, qui prædicabat verus erat Deus, atque hominum corda scrutabatur, peruersis eorum cogitationibus respondit, dicens: *Mea doctrina non est mea, sed eius, qui misit me.* Quæ verba maximè perpendit Sanctus Augustinus, homilia huius Euangelij. *Aug. 20.* Videntur enim in se contradictionem habere, cum dicat: *Mea doctrina non est mea.* Dicit enim Christus Dominus quòd est sua, & quòd non est sua. Vult dicere Dominus: Non est mea, quia non est à me humanitus inuenta, aut ab hominibus percepta: & dicit, *Est mea, quia eam dedit mihi Pater, & in animam in fudit, vt mundum illam docerem.* Itaque est doctrina diuina, & diuinitus edocta, eius, qui misit me. Deus (inquit) qui me factum hominem in mundum misit, est autor huius doctrinæ, & qui illam me docuit. Si quis voluerit voluntatem eius facere, cognoscet de doctrina mea, vtrum ex Deo sit. Hic tangit summa veritas maximum quoddam mysterium; & est, quòd malitia propriæ voluntatis, & repugnantiæ diuinæ voluntatis, est causa, quare plurimi sint cæci, & cælestem doctrinam non intelligant: eadem enim nequitia eorum mentes obcæcat. Et hoc est, quòd ad literam dicit Iob. *Iob. 28.* Sapientia vbi inuenitur? & quis est locus intelligentiæ? Nescit homo pretium eius, nec inuenitur in terra suauiter viuentium.

Abyssus dicit, non est in me: Et mare loquitur, non est mecum. Non intelligit homo pretium sapientiæ, nec eam dignè satis æstimat. Hoc prius hic dicit Sanctus Propheta, quòd non cadit sub humana intelligentia, quantum sit pretium intelligentiæ, & sapientiæ cælestis doctrinæ. **¶** Secundò dicit, quòd non reperitur in hominibus turpiter, & inhonestè viuentibus, nec in eis, qui profundum, aut duplicatum habent cor cum malitia, & sine synceritate, qui per abyssum significantur. Nec reperitur in his, qui inquietum habent cor odio, & alijs effrenatis passionibus. **¶** Etiam est valdè notandum, quòd ponit hic Sanctus Iob duo: primum est, sapientia, alterum verò intelligentia.

*Bernar. ser-  
per Cant. ser-  
mons. 85.*

*Joan. 2.*

*Joan. 8.*

*Deute. 4.*

lia & neutram dicit in malis commorari. Quid sit sapientia diffiniuit Beatus Bernardus cum dixit: Sapientia, est sapida scientia. Est iuxta idem eius nomen Latinum sapida & suavis scientia. Et sic sapientia duo connotat, actum, scilicet, intellectus, & actum voluntatis: ex eo enim, quod sit scientia, est actus intellectus, ex eo autem, quod sit sapida, est actus voluntatis. Sapientia itaque est sapidus quidam diuinarum rerum gustus: & hic sapidus gustus certum est quod in malis non reperitur, qui iuxta Dei voluntatem non viuunt, diuinam eius legem obseruantes, vt sanctus Ioannes affirmauit, dicens: Qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non custodit, mendax est. Hic manifestè loquitur de sapida Dei cognitione: si enim de sola speculatiua cognitione loqueretur falsum esset quod dicit beatus Ioannes: Nam qui dicit se nosse Deum perfidem, licet eius præcepta non custodiat verum dicit. Apertè ergo colligitur, quod loquitur hic de practica cognitione, quæ est affectiua, & amans intelligentia. Hanc enim non habent mali, qui Dei præcepta non obseruant: & sic intelligitur quod dixit Iesus Christus Redemptor noster Phariseis, qui gloriabantur de fide, & cognitione Dei, quam habebant: Non cognouistis eum: ego autem noui eum. Et si dextero, quia non scio eum, ero similis vobis mendax: sed scio eum, & sermonem eius seruo. Vult dicere: Ego mentirer si dicerem, quia non nosco eum, sicut vos mentimini cum dicatis, quia nostis eum, quia eius legem non custoditis. Ego autem scio, & cognosco eum, quia præcepta eius seruo. Vbi illa coniunctio: &, idem significat, quod, id est: quæ est declaratiua. Vult igitur illic dicere: sed ego nosco illum, hoc est, seruo legem illius. Et sic, se hoc verbo Dominus declarauit, quod de affectiua cognitione loquebatur: & ita Dominus & eius Euangelista Sanctus Ioannes accipiunt illic cognitionem simul, pro cognoscere, & opere demonstrare, diuinam legem obseruando. Nec in malis est intelligentia secundum quod dicit Iob, & probat hoc, dicens: Recedere à malo est in intelligentia. Ideò Moyses Hebrais dixit: Hæc est enim vestra sapientia coram populis, vt audientes vniuersi præcepta hæc dicant: En populus sapiens, & intelligens, gens magna. Vbi apparet, quod diuinæ legis obseruationem, veram nominat sapientiam. Eadem enim legis obseruantia disponitur homo, vt indies eum magis illuminet Deus. Contra vero com-

22 rō commorans in peccato absque sapientia, & intelligentia, in dies magis ac magis obæcatur, vt Dei mysteria non intelligat, & paulatim disponitur vt in maximos incidat errores. Curemus ergo fratres mei efficacissimè, vt nos in diuina voluntate ad implenda exerceamus. Quod si queratis, quæ nam sit diuina voluntas, Sanctus Paulus vobis respondebit. Hæc est voluntas Dei. Sanctificatio vestra. Vt sancti sitis diuinam eius voluntatem facientes, sicut ipse in mandatis suis expressit. Et aliqua eorum hic nominatim ponit, quæ sunt: Vt abstineatis vos à fornicatione, vt sciat vnusquisque vestrum vas suum possidere cum sanctificatione, & honore non in passione desiderij sicut & gentes, quæ ignorant Deum, & nequis supergrediatur, neque circumueniat in negotio fratrem suum. Ad voluntatem Dei faciendam, 23 & viuendum in sanctificatione, primum, quod hic Sanctus Paulus assignat, est quod oportet nos castissimè, & honestissimè viuere munitentes nos contra turpe libidinis vitium, quod tot homines sub sua potestate habet, & ita dicit Beatus Augustinus verba quædam maximè timenda. Inter omnia Christianorum certamina duriora sunt prælia castitatis, vbi continua pugna, & rara victoria, & demptis paruulis, ex adultis propter hoc vitium pauci saluantur. O rem stupendam, qui stultus audiens à tam præstanti sancto toto corpore non contremiscat? quod exceptis pueris pauci saluantur propter sensualem turpitudinem. Curet ergo vnusquisque, vt summa cum cautione viuat separans corpus suum (vt nos Sanctus Paulus admonet) ab omni re immunda. Quemadmodum coraliū dum in mari est, est albū tenerum, & 24 sine utilitate, & colore: post quā autē à mari abstrahitur, obdurate, & salubre efficitur, & tã exactum habet colorē, vt visum, & cor lætificet. Sic etiam homo interim dum in voluptatum carnalium, & secularium delectationum mari submersus est, est debilis, inconstans, inutilis, ac sine colore, & proximis suis damnosus; postquam autem ab his aquis aufertur, solidus, ac firmus in virtute efficitur, & mirificum quendam colorem accipit. O quam iucundum est videre seruum Dei, hominem à carnalibus delicijs abstractum, quantam affert voluptatem ijs, qui eum in tanta perfectione, & sanctimonialia constitutum aspiciunt. Talis enim (vt Diuus Bernardus in Epistolis asserit) vitam potius angelicam, quàm humanam ducere videtur. Differunt (inquit) inter

*1. Thef. 4.*

*Augustin. in serm.*

*simile.*

*Bernar. in Epist.*

inter se, homo pudicus, & angelus, sed foelicitate, non virtute. Sed et si illius castitas foelicior; huius tamen fortior esse cognoscitur. Postquam Sanctus Paulus de castitate locutus est, agit statim de æquitate erga proximos. Ne quis supergrediatur, & c. ne quis se extollat, nec in conuersatione sua callidum se præbeat. Neque circumueniat in negotio fratrem suum. Ne insidias moliat, ut fratrem suum deiciat, sed omnes cum omni pace, & tranquillitate uiuant. Super hæc omnia oportet vos scire; quod scire seruire Deo, & secundum diuinam eius voluntatem operari, est singulare donum altissimæ Maiestatis: & sic Sanctus Paulus, Spiritus Sancti dona assignans inter ea hoc annumerauit tanquam præcipuum, dicens: Domino seruientes, scire Deo seruire, ut ipse vult donum est Dei, quapropter summa animi contentione oportet nos ab eo hoc tam singulare beneficium, noctu, dieque petere. Nam sine eo nihil secundum eius voluntatem facere sciemus; ad quod plurimæ vires spirituales requiruntur. Iosue primo legitur, quod dixit Deus: Confortare, & esto robustus. Et ad quid sum confortandus Domine? Non ut hostes vincas: hos enim ego sub tuam potestatem redigam, nullus poterit vobis resistere cunctis diebus vitæ tuæ. Quare ergo confortandus est? ut custodias, & facias omnem legem, quam, præcepit tibi Moyses seruus meus: ad hoc oportet nos confortari, & de imbecillitate vires elicere. In hoc oportet omnem curam nostram adhiberi: in cætero autem, quis nobis poterit resistere? & omnia, quæ nunc tanta sollicitudine acquirimus, facillimè consequemur: sicut hic promittit Deus Iosue. Confortare (inquit, ut legem meam custodias, & de cætero iacta cogitatum tuum in me.

Super omnia autem est, quod promittit in hoc Sancto Euan gelio Dominus noster Iesus Christus, dicens: *si quis voluerit, & c.* id est: Si feceritis voluntatem Patris mei, doctrinam meam intelligetis, & illius amore capiementi. Et ita tam cælestis rei amore captis, omnes exercitationes Christianæ vitæ, suaues, ac iucundæ vobis erunt. Hæc obedientia, & conformitas diuinæ voluntatis deerat maledictis his hominibus, ut Dominus hic illis declarat, dicens: *Nonne Moyses dedit vobis legem? & nemo ex vobis facit legem? quid me queritis interficere?* Ideo (inquit) doctrinam

meam

meam non intelligitis, & dicitis me illam à diabolo didicisse, quia legem Dei, quam vobis per Moysen dedi, non custoditis; & ideo tam iniuste me vultis interficere. At illi dixerunt: *Dæmonium habes, quis te querit interficere?* Respondit Iesus, *numquam opus feci, & c.* Vultis me interficere, quia Paralyticum in die festo sanavi, cum sit opus pium, propter quod festum non violatur. Quare ergo homo in die festo circumcidi potest? quare indignamini eo quod in die festo homini salutem conferam? O ineffabilem Dei probitatem. Notate fratres huius immaculati agni patientiam. Proponebat rationem quandam, & in medio illius inseruerunt Pharisei iniuriam maximam, vocantes eum mendacem, & quod dæmonium habebat; quia dicebat, quod volebant eum interficere, cum ita non esset. Et tamen non scidit benedictus Iesus propositionem suam, sed maxima cum sinceritate, & mansuetudine eam profecutus est: ac si nunquam sibi tale dictum fuisset. O Christe reparator vitæ, amor dulcissimi animarum nostrarum, quare non desinis prædicationem, & honorem tuum tueris; cum tibi dictum fuerit, quod dæmonium habes? Hinc cognosces frater, quantum tibi desit ad hoc, ut verus Iesu Christi imitator sis: siquidem minima quæque iniuria affectus, præ furore perturbaris, & impatientem te præbes, quasi fluctus maris, qui firmissimam rupem iustis suis feriunt, quæ in medio mari est, & nihil aliud faciunt, quàm se ipsos confringere, & in vanam spumam conuerti, remanente rupe firma, & integra nullo affecta detrimento. Ita, qui iustum persequuntur, nihil aliud faciunt, quàm se ipsos lacerare, & furoris sui spumam ostendere; remanente tamen seruo Dei integro, cum nullum animæ suæ detrimentum acceperit: est enim verus imitator huius diuini Magistri mundi qui integer, & indemnus remanebat ex ictibus, quos accipiebat. Tu autem, qui non es verus iustus, nec scis, quid sit Iesum Christum sequi, minimo quoque ictu laceraris. Vnde debis simulacra vitrea pulcherrima, sed valde fragilia, necesse est ad illorum conseruationem, ut collocentur, vbi nemo ea attingat, quouis enim minimo tactu franguntur, sic sumus plurimi Christiani, cum non pertingimur, videmur sancti, quasi simulacra vitrea optimè depicta. Verùm minima quæque fratris nostri negligentia, & licet absque malitia aliquam

Tom. j. T 3 nobis

Roma. 12.

Iosue. 1.

Simile.

Simile.



nobis afferat molestiam, omnis nostra probitas dissoluitur. <sup>31</sup> O maximam imperfectionem, o miseriam arumnam, si minimas iniurias, & labores patienter ferre assuesceremus, sic disponeremur, vt Dominus nobis patientiam concederet, ad maiora infortunia, & contradictiones tolerandas. Sic nos docet Sanctus Petrus, dicens: Deus autem omnis gratia, qui vocauit nos in aeternam suam gloriam in Iesu Christo; modicum passos ipse perficiet, consummabit, solidabitq;. Cum paruus labor (inquit Beatus Petrus) vobis aduenit, aut parua iniuria afficiimini, resistite vobis, & modicum hoc propter Deum patienter ferre: & hic optimus Deus, qui ita est gratus, vos confortabit ad maiora perferenda. Nam patientia etiam singulare quoddam Dei donum est, & ex eius manu oportet eam dimanare. Ideo dicebat Dauid: Quoniam tu es patientia mea Domine. Quid dicis Dauid, quod est Deus patientia tua? Est phrasia sacre scripturae, effectum pro causa accipere, & e contra: vt intelligitur illud, quod Dominus dixit. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis accipiat vos in aeterna tabernacula, id est: Porrhigite eleemosynam pauperibus; ipsi enim in aeternas mansiones vos recipient. Multi pauperes accipiunt eleemosynam, qui non ingrediuntur in caelum, propter nequitiam suam. Quomodo ergo in aeternas mansiones nos recepturi sunt? Dico, quod intelligitur, quia erunt occasione, vt vos in caelestes habitationes recipiamini, licet illi ad caelum non eant. Sic hic, Tu es patientia mea, id est, Tu es Domine causa patientiae meae, tuum donum est, a te oportet illud mihi concedi: sic vos debetis facere, & ardentissimo cordis affectu dicere: Tu es Domine patientia mea. O Domine <sup>33</sup> Iesu Christe, Magister patientiae, tu illius perennis es fons, & causa, propter clementiam tuam te rogo, vt eam mihi velis communicare; si quidem absque auxilio tuo, ne pulicis quidem morsum patienter potero tolerare, quanto minus contradictiones, quae sese mihi obtulerint.

Prosequens Dominus, vltimus propositionem suam, & euidenter probans, non violari Sabbathum, si infirmi in eo curentur, concludit, dicens: *Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate.* Non quod minimum defectum in proximo vestro animaduertatis, debetis statim vos praecipitare, vt male iudicetis, sicut iudicatis, eo quod videritis Paralyticum le-

34. Etulum suum asportantem in Sabbatho postquam sanatus fuerat. Sed ibi in ea exteriori apparentia debetis causam inuestigare, vt bonum iudicium faciatis. O quam caelestis doctrina. Aduertite eam fratres propter charitatem Dei, ne statim vos praecipitatis, vt de proximis vestris inique iudicetis, pro quacunque leuissima re, quam in eis experiamini. Charitas non cogitat malum (ait Sanctus Paulus) id est, Charitas inuitat, & mouet eos, qui illam habent, ne de proximis suis male cogitent. Et hoc est, quod Dauid dicebat deprecans Deum: Iudica me secundum iudicium diligentium nomen tuum. Domine, iudica me sicut solent iudicare iusti, qui semper solent proximi sui defectus tegere, & eos excusare. Sic ego te rogo, vt clementia tua omnia peccata mea cooperias. Non sic impij non sic, sed omnia in malam partem conijciunt. Aliquae sunt suspiciones, quae sunt [*Hijas de algo.*] Aliae vero sunt [*Pecheras.*] Quid vocas [*Hijas de algo?* *La sospecha hija de algo.*]. Est cum proximus occasionem praebet, vt de se mala suspicio habeatur, cum ingreditur vbi non conuenit, & cum non decet, cuique domi suae habet, quem non licet habere. Suspicio, quae de hoc habetur, dicitur, [*Hija de algo.*] Quia ex aliqua re oritur, quod ille occasionem vobis praebuit. Sed vos charitate vestra ne hoc quidem debetis deliberate iudicare, & contra talem hominem sententiam ferre, & si in bonam partem aliquo modo potest accipi, licet non satis constet: sufficit tamen quod contrarium aperte non pateat. Praecipiebat Deus, vt cum alicui mulieri ruri violentia inferretur, oppressor occideretur, <sup>36</sup> illa vero libera dimitteretur, licet non vociferata fuerit: non enim constare poterat, vtrum proclamauerit nec ne. Et tamen iudicat ibi lex, quod sola erat in agro, clamauit, & nullus affuit, qui liberaret eam. Perspicuum autem est, quod cum non affuisset, qui eam liberaret, neminem fuisse, qui eius voces audiret. Quomodo ergo dicitur, quod proclamauit in presumptione nititur, ad meliorem partem declinans. Aliae sunt suspiciones, quae sunt [*Pecheras*] & haec sunt viles, & rusticae: haec sunt suspiciones ex peccatore vestro profectae, quae ex propria malitia exeunt, cum proximus vester nullam occasionem vobis dederit. Liberet nos Deus a tali deprauatione quorundam hominum tam malorum, vt de omnibus rebus proximorum suorum male suspicentur. Rogemus altissimi

1. Petr. 5.

Psal. 70.

Luc. 16.

1. Cor. 13.

Psal. 118.

Deut. 22.

num Deum nostrum, vt nobis cordis puritatem, sinceritatem-<sup>37</sup> que concedat, & nos charitate ditet, vt cum æquitate, cum nostris proximis conuersetur: cum cauentes ne malum exemplū perhibeamus, tum etiam ne proximorum nostrorum sæuisimi iudices efficiamur, vt sic diuinam ipsius gratiam, & in futuro celestem gloriam consequamur: ad quam nos perducatur Iesus Mariæ filius, qui viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

### Feria. IIII. post. Dñicā. IIII. in Quadrag.

*Præteriens Iesus vidit hominem cæcum à Nativitate, &c. Ioannis. 9.*

**I**NITIVM Huius Euangelij, est initium capitis noni Beati Ioannis, & incipit per, &: quæ est coniunctio, quæ supradictum, cum subsequenti connectit. Narrauerat Sanctus Euangelista, quod cum voluissent Pharisei Dominum in templo lapidare, per suam admirabilem potentiam illinc exiuit relinquens eos cum lapidibus in manibus; & præteriens in ipso templi vestibulo vidit hominem cæcum, & stetit, ac illum aspexit, vt illi medereretur. O ineffabilem filij Dei patientiam, volunt eum homines lapidare, & in eodem instanti eisdem hominibus vult benefacere. Cum enim vellet illi visum dare, qui cæcus natus fuerat illū corporalibus oculis volebat illuminare; eis verò: qui ipsum volebat lapidare visum spiritualem volebat præbere. Hæc virtus patientiæ fuit vna ex gemmis, quas in Ecclesia sua reliquit ad lucē, & cōseruationem animarū. Et sic Beatus Paulus hoc admirabili dono locupletatus dicebat: Signa apostolatus mei facta sunt super vos in omni patientia, in signis, prodigijs, atque virtutibus. Certò scitis ô Corinthij, quod cum essem apud vos, munus, ac prædicationem meā mirabilibus signis, maxima patientia; plurimis deniq; ac insignibus miraculis confirmaui. Notate diligentissimè, quod inter signa apostolica, & prodigia primam nominauit patientiā. Ideò Sanctus Gregorius illam miraculis anteponit. Qui enim attente, considerauerit, quæ passus fuerit Beatus Paulus, tot, tamque crudelia verbera, tot carceres, tot naufragia, tot Iudæorum,

2. Cor. 12.

Gregor. I.  
dialogo.

<sup>3</sup> dæorum, atque gentium persecutiones & diligenter animaduertent, qua lætitia illa omnia fuerit perpeffus: statim cognoscet, quàm meritò in primo loco patientiam, quasi quid miraculosus collocarit. Quod autem hæc sit vna ex maximis fidei nostræ confirmationibus. Iustinus Martyr gloriosus, & magnus Philosophus affirmat. Qui scribit in Apologia ad Adrianum imperatorem, quod cum ipse ethnicus esset, Christianorū perfectionem, Martyrumque admirabilem patientiam animaduertens, cōmotus & conuictus fuit, vt ad catholicæ fidei veritatem conuerteretur: & quod hoc exemplum fuit sibi efficacissimum argumentū huius diuinæ veritatis. Et ita hic optimus philosophus conuersus est, vt propter fidei cōfessionem, glorioso martyrio fuerit laureatus. Miraculosum fuit etiam, quod refert Casianus, quod cum <sup>4</sup> Christianus quidam infidelibus circunseptus teneretur, grauibus iniurijs ab eis affectus est: cumque illi ethnici eum interrogarent: Dic nobis, quod miraculum tuus Christus fecerit: ille respondit: fecit hoc, quod videtis; quod non moueor, ad furorem contra vos, pro omnibus iniurijs, quibus me afficitis. Statuerat optimus ille vir oculos in patientia Iesu Christi summi boni nostri, & sanctorum martyrum eius: & inde dimanabat, vt iniurias sibi illatas patienter toleraret. Considerata tamē imbecillitate sua miraculosam iudicabat patientiam, quam sibi bonus Iesus largiebatur. Miraculosa hac virtute patientiæ Martyres suos Deus illustrabat, nominisque sancti sui gloriam, & gratiæ suæ potentiam declarabat. Quid miraculosius, quàm quod homines; qui ne culicis quidem morsum tolerare possunt, tot tamque varia tormenta tam hilari animo paterentur? Quapropter cum Christus Redemptor noster Beato Petro declarauit, quod propter suum diuinū amorem passurus erat dicens: cum esses iunior cingebas te, & ambulabas vbi volebas; cum autem senueris extends manus tuas; & alius te cinget, & ducet, quod tu non vis. Declarauit Sanctus Ioannes hæc verba dicens: quod de Sancti Petri morte intelligeretur; quam pro fidei cōfessione laturus erat: quæ licet cum sensualitatis contradictione futura esset, eam tamen libentissimè accepturus erat: & hoc illis verbis expressit. Hoc autem dixit significans qua morte esset clarificaturus Deum. Mortem Sancti Petri clarificationem Dei appellat; quia per patientiam, qua eam tolerauit Dei gloria magnopere declata est, quod, in hominibus talia poterit

Iustinus  
Martyr in  
apologia ad  
Adrianū.

Casianus.

Ioan. 21.

tuerit operari: O quantæ confusioni, & pudori sunt hæc omnia nobis, cum tam procul ab hac virtute abhorreamus: quæ deberet esse vna ex cõmunioribus, & vniuersalioribus; quã oporteret inter Christianos versari: eo quod, cum verbis, tum etiam exemplo à nostro cælesti Magistro fuerit tantopere commendata.

Proponite nũc ante oculos fratres mei mitissimũ hunc agnũ; & contemplantini, quomodo à templo exit, vbi admirabilẽ quẽdam sermonem prædicauerat, & locõ gratiarum, quas pro illo ei reddere deberent, illum lapidare voluerunt; & quod huius iniuriæ in memoriam in ostio templi stetit, vt suis benedictis oculis cæcũ aspiceret, qui ibi mendicabat, cum illo misericordiam faceret. In quo præter patientiam, quam ibi demonstrauit, nobis etiã simul ostendit, permagni interesse, ad hoc vt proximorũ nostrorum calamitates doleamus, eisque iuxta facultatẽ nostram succuramus: nos eos oculis intueri. Visu enim oculorũ maximẽ cor mollietur.

3. Reg. 17.

Quãdo Deus siccitatẽ illã misit in Israel, cõmorabatur Helias iuxta torrentẽ vbi ait sacratus textus, quod corui deferebant ei panẽ, & carnes manẽ; similiter panẽ, & carnes vesperi, & bibebat de torrente. Et cum statutã portionem ibi haberet, quã iam Deus illi per coruos mittebat, libẽter illic & contentus cõmorabatur; & quã quã Deus statuerat eius orationibus Israel succurrere, nihil tamẽ horũ Helias cogitabat quousq; decreuit diuina prouidẽtia, vt illi portio deficeret, & torrẽs exiccaretur, tũc abiit in ciuitates, & proprijs oculis inspexit necessitatẽ, qua populi premebãtur, & vidẽs miserus est eorum; & Deum rogauit, vt tantẽ calamitati subueniret. Plenus erat Sãctus Helias charitate, & amore erga proximos, sed cum in torrẽte cõmoraretur, nec egestatẽ videret, nõ curabat populorũ remedũ, quod necessitatẽ oculis nõ aspiciebat, voluit ergo Deus quod eã videret, vt illorũ miseretur. O fratres mei si vestris oculis videre velletis vulneratos, & famelicos, quomodo eorum misereremini; & omni facultate vestra eis succurrere curaretis. Idcirco sunt tot necessitates absque remedio, quia eas proprijs oculis cernere non vultis. Nihil amplius, quã vestras necessitates vultis aspiceret, & sic solis illis succurritis. Nõ est hæc cõsuetudo verorũ sectatorũ Christi, de quibus sigillatim dicit Ecclesiast. Homo sensatus in sapientia manet sicut sol. Et potissima ratio, quare eos soli comparat, est quia sicut admirabilis solis pulchritudinis, ac splendoris multo magis participes sunt creaturæ, ad quas

eius

Eccles. 27.

simile.

9 eius radij perueniunt, quam ipse sol, qui eos possidet: ita iusti sic bona possident, quæ cunq; sint, vt magis proximi sui eis fruantur, quam ipsi possidentes. Atq; etiam de Alexandro Magno (quanquam gentili) dicitur, quod ita inter suos subditos imperij sui felicitatem diuisit vt illis vtilitas prosperitatum eius contingerit, Alexandro autẽ remanserit honor, quod eas consecutus fuisset, & voluptas distribuendi illas. O quæ alapa est hæc Christianis, qui omnia sibi volunt.

Præteriens Iesus vidit hominem cæcum. Mos est artificum, cum aliquid vident, quod officij sui est materia statim in illud oculos infigere. Excultor præteriens via videt lignũ proiecũ ad quoddã ostium, quod nihil valet: ille autẽ intra se cogitãs dicit: O quã bonũ lignũ, ad conficiendũ simulacrũ. Eodẽ modo homo doctus,

simile.

10 qui accedit ad bibliothecas cum libros videt; qui officij sui sunt materia, statim in eos oculos conijcit, & eos euoluit. Si attentẽ cõsiderauerimus inueniemus vnũ ex officijs Dei esse pauperibus fauere, & opem ferre. Tibi derelictus est pauper, dixit Dauid. Omnes pauperem dei inquit vt tu Domine ei auxiliaberis. Idẽ cum pauperem Iesus Christus inueniret, statim in eum oculos conijciebat. Officiũ huius diuini Domini erat, egrotos curare, mortuos suscitare; cæcis visum dare: idcirco eos aspiciebat, vt illis salutem conferret. Eius etiã munus erat, animas illuminare, & spiritalibus infirmitatibus eas releuare. Vt ipse dixit per Esaiã: spiritus Domini super me, vt mederer contritis corde, & prædicarẽ captiuis indulgentiam, & clausis apertionem, vt cõsolarer omnes

Psalm. 9.

Esai. 61.

11 nostri Iesu Christi. Quapropter peccatores cõfortamini, qui vos vestris deprauatis moribus captiuos videtis & cordis amaritudinibus plenos animaduertitis. Attẽdite, quod aduẽtus huius Dñi, & eius munus præcipuum est, animabus mederi: & quem admodum architectus oculos conijcit in lignum, quod in via neglectum iacet; & nihil prodesse videtur, leuigans tamen, & adaptãs illud sancti cuiusdã simulacrũ conficit pulcherrimum, quod videntes miramini & dicitis; quis vnquam tale arbitraretur, ex illo ligno simulacrũ illud confici posse. O ineffabilem artem ac potentiam Dei, qui in lignum, in dissolutum peccatorem oculos conijcit, eumq; diuinis inspirationibus, singularibusq; admonitionibus leuigat, vt per penitentiam leuigatus, efficiatur

non

non solum sancti simulacrum, verum etiam verus sanctus. Eia-  
stirpes, eia ligna corrupta & putrefacta, in quibus diabolus ex-  
tā longo tēpore absidet. Eccē diuinum artificem, cuius officij vos  
estis materia. Rogate illum, vt vos aspiciat, quibus oculis hunc cę-  
cum aspexit, & in animabus vestris mirabilia sua operetur. Quid  
dicitis? vultis, an non? O infœlicem animam, quę tãto bono vt  
noluerit! ô lux beatissima, quę ad cęcos illuminandos venisti: vt  
nam pietas tua, hodie nos omnes illuminet.

Vt discipuli Dominum viderunt stantem, & cęcum aspicien-  
tem, interrogauerunt eum: *Rabbi quis peccauit, & c.* Hoc interroga-  
bant quia sciebant Deum conulescere filijs labores immittere  
propter parentum peccata. Notate obsecro subtilem illationem  
Sancti Pauli, dicit enim: Per vnum hominem intrauit peccatum  
in mundum, & c. Et addit inferius: In quo omnes peccauerunt.  
Vbi aperte fatetur, peccatum Adę causam fuisse omnium origi-  
narium peccatorum, & nō causam, sed occasi onem fuisse omnium  
actualium: & per consequens peccatum illius in nostris peccatis  
punitur. Et ita peccatum nostrum, est culpa, & poena. Est culpa  
nostra quia orimur auersi à Deo: filij irę, & est primi parētis pœ-  
na & ita impletur quod dicit Dauid: Appone iniquitatem su-  
per iniquitatem eorum. Ex hoc cognoscitur quantum malum sit  
peccatum, cum tam varijs supplicijs à Deo puniatur. Quemad-  
modum enim gloria patris est filius sapiens: sic pœna patris est fi-  
lius nequam. Sin autem, dicant parentes quid sentiant cum filios  
suos videant iniquos? Hunc oporteret fratres mei esse stimulum  
inter ceteros, qui vos qui liberos habetis, ab omni Dei of-  
fensione deberet cohibere, ne vostam acri pœna diuina Maie-  
stas puniret.

*Neque hic peccauit, & c.* Licet Deus assuescat plurimos labores,  
& morbos in suppliciū peccatorū immittere aliquādo tamen eos  
immitit non pro peccatis: sed vt manifestentur opera Dei in il-  
lo ad maiorem coronam, & vt manifestetur gratia, & patientia,  
quam Deus in seruo suo operatus est, qui patitur. Itaque iustus  
in tribulatione constitutus & meretur propter patientiam, quam  
habet & propter bonum exemplum, quod proximis suis perhi-  
bet; vt & ipsi addiscant calamitates suas patienter ferre. Atque  
hoc significat verbum illud primi capituli Iob vbi dicitur: Appa-  
ruit Sathan inter filios Dei, id est, inter Angelos. Angeli (vt ait  
San-

15 Sanctus Paulus) omnes sunt spiritus, vtilitatis nostrę administra-  
torij: & cum sacra scriptura dicat Sathanam apparuisse inter An-  
gelos spiritus nostri administratores; significat nobis, quod etiā  
Sathanas est administrator spiritus, & meriti nostri: & vt clari-  
us loquar, significat hic Spiritus Sanctus, quod quodammodo tanti  
refert iusti, vt Deus dimittat diabolum, qui eum affligat, & per-  
turbet, quanti interest, vt Angelum dimittat; qui eum console-  
tur, & releuet. O benedicta, & gloriosa sit talis probitas, ac clemē-  
tia Dei, laudate diligentissimē fratres mei hunc tam bonum Do-  
minum, qui cum nobis officit, & proficit, semper ad nostram vti-  
litatem id facit, ô quam optimē hoc Sanctus Iob cognouit cum  
dixit: si bona suscepimus de manu Domini, mala autem quare  
non sustineamus? quemadmodum bonis delectamur, quare, &  
16 malis etiam non gaudemus? cum bona, & mala nobis ad spiritua-  
lem vtilitatem Deus largiatur?

Dicit vltteriūs: *Ne oportet operari opera eius, qui misit me. & c.* In his  
operibus, ad quę pater eū misit vsq; ad mortem occupatus est. Et  
primū verbū, quod legitur in hoc mundo locutū fuisse fuit cū di-  
xit suę sanctissimę Matri: Nesciebatis, quia in his, quę patris  
mei sunt oportet me esse. Primū verbū, quod Incarnatū Verbū  
loquutū esse legitur: fuit occupare se & gaudere his operibus, quę  
sibi pater cōmendauit. O quā iustum esset, vt nostrū vnusquisq;  
hoc super omnia præse ferret. Opera, ad quę nos Deus creauit, &  
in hoc mundo constituit, non sunt hæc quibus plerumq; occupa-  
mur. Domos construere, vineas serere, diuitias acquirere, dignita-  
tes expetere & his similia: sed illa, quę Sanctus Paulus dicit: vt si  
17 mus in laudem glorię eius. & c. O miseros nos, illud namque ad  
quod Deus nos creauit minus facimus. Quam festinanter opera-  
tus est diuinus Magister donec dies est: & quantam negligentia  
nos habemus! Ne ergo arbitraremur, sibi soli conuenire vt opera-  
retur interim dum vixit, subdidit dicens: *Veniet nox, quando nemo po-  
test operari.* Veniet mors, & postea iam non erit amplius merendi  
tempus. Refert Valerius Maximus, quod cum Alexander vr-  
bem aliquam obsidione premeret, imperabat coram hostibus ac-  
centam facem poni & præcouio declarare, quod omnes, qui se  
sub suam potestatem redigerent antequam illa fax consumere-  
tur, liberalissimē recepturus erat, & eis maxima beneficia factu-  
rus; qui autē nollent, post quā fax illa consumeretur omnes ferro,  
& ig-

Rom. 5.

Psalm. 62.

Iob. 1.

Iob. 2.

Luc. 2.

Eph. 1.

Valerius

Maximus.

& igni interfectorus erat. Hoc idem facit Deus. Declaretur (inquit) hoc præconium in ecclesia mea. Præcipit altissimus cælorum Imperator, quod quicumque ad suam diuinam Maiestatem conuersus fuerit, seseque sub suam potestatem redegerit antequam vitæ fax consumatur; eum ad misericordiam recipiet, & ineffabilia illi beneficia faciet. Extrinsecta autem face transacta iam vita, nullū erit amplius remediū: sed quod omnes in inferno æternaliter cruciabuntur. Nam veniet nox quando nemo potest operari. Quid ad hoc respōdetis peccatores? Vultis modo redigi cum vos Deus sperat & inuitat? vt dicit E. saias. Propterea expectat Dñs, vt miseretur vestri. Idcirco vos hodiè, & cras expectat, vt vos sua misericordia protegat. O filij Adæ quid est quare hoc tam suauē verbū corda vestra non mollit? Profecto simul vt misericordiam Dei audiremus proferri, viscera nostra oporteret molliri, & intra corda, nostra summa amoris dulcedine tam iucundū verbū deberemus accipere. At tēdite, quod propterea vos expectat, vt ad misericordiam recipiat: incipite a modo ea vtī mores vestros corrigentes. Animaduertite, quod S. E. saias loquens de eo, qui saluandus est dicit: & vocaberis ædificator sepium. Et Hebræi legunt: vocaberis reparator ruinarum. Hoc est munus prædestinati, ruinas conscientie suæ semper reficere. Vt primum in se foramen aliquod, aut labefactionem animæ suæ aduertit, statim reparat, non in crastinum diem illud differt; semper sepes ædificat, qui timet Deum, ne fortè aliquod ad se peccatum ingrediatur. Oratio, matutina meditatio, gratiarum actio, vespertinum examen conscientie; missam deuotè audire, exercere se in operibus misericordie: hæc omnia sunt sepes, quibus anima à peccatorum telis protegitur. In ædificandis his sepibus oportet vos exerceri, hoc debet esse munus vestrum cunctis diebus vitæ vestræ. O vtinam æterna Maiestas spiritum vobis, & vires largiatur, vt sic operemini, vt absque cessatione semper de bono in melius, quandiu dies vitæ durauerit, progrediamini. Ita monet Spiritus Sanctus cum dicit: Ne verearis vsque ad mortem iustificari. Hic iustificari significat, de virtute in virtutem procedere. Et sic arbitror intelligendum esse illud beati Iacobi. Nonne Abraham pater noster ex operibus iustificatus est, offerens filium suum Isaac? certū est, quod hinc non intelligitur iustificatio à peccato. Cum quia prima opera peccatoris, licet moraliter bona sint, sunt tamen iustificati.

E. saias. 30.

E. saias. 58.

E. saias. 18.

Iaco. 2.

21 iustificatione indigna: tum quia Apostolus dixit illa verba postquam locutus fuerat de illo sacrificio; quod voluit offerre filium suum Sanctus Abraham quia dicit, Abraham, &c. Iustificatus est offerens filium suum Isaac super altare. Constat autem ante illud sacrificium fuisse Abraham iustum, & non coepisse per illud opus iustum esse, vt patet ex contextu, antea enim Deus familiarissimè sæpenumerò cum eo locutus fuerat. Intelligendum est ergo hic quod secunda iustificatione fuerit iustificatus, quod est augmentum iustitiæ, & diuinæ gratiæ: & sic intelligitur illud quod Sanctus Paulus dicit, contrarium (vt apparet) hinc: quod nullus iustificatur bonis operibus: sed per fidē, & gratiam Christi: ibi enim loquitur sanctus Paulus de prima iustificatione, quæ non cadit sub merito. Sanctus Iacobus verò loquitur de secunda iustificatione, quæ est augmentatio gratiæ, quæ cadit sub merito. Et de hac iustificatione loquitur sapiens in supradictis verbis, monens nos, vt omni feruore, ac diligentia curemus semper magis ac magis iustificari; hoc est vt semper in iustitia accrescamus: & cum non sciamus, quando hic dies finiendus sit, incipiamus hodiè a modo abiq; vlla dilatione; hoc enim nos ad monet & veniet nox. Quam bonum exemplum huius rei nobis præbuit sanctus Abraham, de quo nunc loquebamur; cui cū Deus difficillimas res præciperet, statim eas opere complebat. Cum esset septuaginta quinq; annorū præcepit ei Dominus dicens egredere de terra tua, &c. Vt tam prouectæ ætatis cum esset de terra sua egrederetur cum familia sua, & orbem peragraret, & absque eo quod interrogaret, quo iturus esset, humiliter declinato capite. 22 statim Dei præceptū executus est. Postea verò cum non agelimum annum ageret ei præcepit Deus, vt circumcideretur, rem tam molestantem: ac tanti doloris eodem die exequutus est, nec verò dixit cras id fiet: sed protinus circumcisus est, & Ismael, cunctamque familiam suam circumcidit. Postea verò præcepit ei, vt filium suū Isaac sacrificaret: continuo ipsa nocte eum excitauit, & cum illo perrexit in montem, quem sibi Deus ostenderat. Vide te accelerationem, ac diligentiam. Cum autem Angeli accesserunt iuuenem formam ferentes quam diligenter eos excepit? De eo dicitur ibi, quod festinauit Abraham, & Saræ uxori suæ dixit: accelera; de seruo dicitur etiā, quod festinauit. Super quod dicit Origenes: Nullus piger est in domo sapientis. Heu quam maior ratio

Roma. 3.

Gal. 2. 3.

Gen. 12.

Gen. 17.

Gen. 22.

Gen. 18.

Origenes.

nunc

Cor. 2.

nunc est, vt diligentiores nos exhibeamus. In Canticis dicit sponsus ad sponsam: surge, propera amica mea, columba mea, &c. Et rationem reddens dicit: Iam enim hyems transijt, imber abiit, & recessit. Id est, iam lex vetus transijt: iam hæc hyems frigidissima recessit quando homines, tam gelidi erant, propter gratiæ penuriam. Iam ver est: iam est maximus calor, & amor Dei, iam sunt plurima sacramenta: iam tempus est, vt festinanter acceleremus. Verùm quare non pudore confundimur videntes illam promptitudinē, ac diligentiam Abrahæ, & aliorū sanctorū patrum, in calamitosa hyeme, & animaduertentes pigritiam nostram, & relaxationem; cū iam in florentissimo vere & lege gratiæ decore viuamus? Abijciamus ergò deinceps ignauiam; & feruentissimè operari incipiamus. Nam Sanctus Bonauertura in libro, qui diuini amoris stimulus inscribitur affirmat, quòd celerius ascendit anima ad perfectionem per actus feruidos breui tempore, quàm per remissa opera in multis annis. Celebris est equidē sententia Sancti Thomæ asserentis: quòd habitus charitatis (in quo Christianæ Religionis perfectio constituta est) non augetur, nec intenditur actibus remissis, sed intensis, & feruidis. Hinc est quod plurimi, qui multos annos Deo seruiunt, & celebrant, non efficiantur meliores, sed semper in se eosdem defectus sentiant, nec sint humiliores, nec tēperantiores, &c. Sic sapiens: egestatē operata est manus remissa: manus autem fortior diuitias parat. Et alibi clariùs dicit: Manus fortium dominabitur; quæ autem remissa est tributis seruiet. Tepidus semper se tributarium, & passionibus suis captiuum experitur: feruidus autem, ac diligens ipse passionum suarum dominatur, & eas superat.

D. BONAUERT.

D. Th. 22. q.

24. art. 6.

PROV. 10.

PROV. 12.

*Quandiu sum in mundo, lux sum mundi. Cū hoc dixisset fecit lutum, &c. Vade, lava in natatoria Siloe. Quā maxima liberalitas quòd res tā pretiosa, vt visus pro tā paruo labore ei detur, & tā vili pretio largiatur. Illi autem, qui se conuertit, quanuis maximus peccator sit, quàm paruo pretio Deus ignoscit, tam vili nobis datur, quòd ille tam maximo pretio comparauit. Hæc sunt quasi bona, quæ ex primogenituræ hæreditate proueniunt, qui hæreditanti ea, vili pretio steterunt; at verò instituens primogenituram maximos labores perpeffus est? Ecce quàm facilis venia peccatorum cū tibi Deus dicat: poeniteat te grauius illorum, firmiter quæ emendam proponere, & dimittēris. O ineffabilem Deili-*  
bera-

beralitatem: vt amur ea vt oportet, & hic nobis gratia, & gloria in posterum concedetur. Ad quam, &c.

### Feria. V. post Dñicam. IIII. in Quadrages.

*Ibat Iesus in ciuitatem, quæ vocatur Naim: & ibat cum eo discipuli eius, & turba copiosa. Luc. 7.*

Dicatur totum Euangelium ad literam. Gloriosus Euangelista S. Lucas refert hoc miraculum immediatè post miraculū quod Dñs fecit cū seruo Centurionis. Et est valdè norandū, quòd quidē Euāgelistæ aliquas historias in vno loco ponūt, alij verò in alio. Cuius ratio est, quòd nō sufficit, quod œconomus opiparum prandium præbeat, ex plurimis cibis, sed est necesse etiam, vt eos per ordinē disponat, vnūquodq; in suo tempore, & loco. Contigit sæpè vnā rem in diuersis locis collocari, & vnāquaque secundū propriam sedem. Vt si gallinā asses sedem habet in principio prædij, si eam coquas congruit medio: si vero alium cibum ex ea conficies sicut [*manjar blanco*] in fine adhibēda est, secundū diuersos sapores, quos habet. Vnus ex maioribus cibis, qui nobis in mundo dari poterant fuit hic, quem Euangelistæ nobis condierunt ex vita, miraculis, ac doctrina Iesu Christi saluatoris nostri. Et Spiritu sancto ducti cibum Euangelicum hunc ita condierunt, vt vnā & eandem historiam in diuersis locis collocent, vt diuersos spirituales sapores præbeat ijs, qui eā legerint, atque omnes opportunè & congruè collocantur. Et hoc sufficiat, & firmū maneat, ad intelligendam rationem, quare S. Euangelistæ in miraculis Domini narrandis differāt. Vtrū autem hoc miraculum, quod in filio viduæ operatus est, fuerit immediate post miraculum, quod cum seruo centurionis fecit, nobis non cōstat. Constat autem, quod simul ea narrat S. Lucas, & vnum post alterū cōgruè narratur. Nā in miraculo Centurionis dicit prius iuisse omnes primarios viros ciuitatis, & Christum redēptorem nostrum rogasse, vt vellet ire ad puerum illum sanandum proponentes illi Centurionis virtutes, & quòd Synagogā illis fecerat. In hodierno verò miraculo nihil horum dicitur, nullus enim legitur, Iesum Christū pro puero rogasse, ne mater quidem eum rogauit. Sed clemētissimus Domi-

simile.



nus videns eam lamentationem misericordia motus puerum su-  
scitauit. O quam admirabilis doctrina hic declaratur gubernato-  
ribus, iudicibus, ac principibus terræ, ne expectent ut rogi-  
tentur ad viduarum, orphanorumque causas tractandas, sed ipsi ad  
exemplum huius cælestis Magistri, pietate commoti sese offerant  
ad eos protegendos, atque illis omni iustitiæ rectitudine fauen-  
dum. Inter ea, quæ Deus iudicibus, ac potentibus Israel magno-  
perè commendauit, si vellent. ut eorum peccata quantumcunq;  
grauia essent dimitterentur: hoc fuit vnum, & maximum dicens:  
lauamini, & mundi estote, auferte malum cogitationum vestra-  
rum ab oculis meis, quiescite agere peruersè, discite benefacere,  
quærite iudiciû, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite  
viduam, & venite, & arguite me, dicit Dominus. Si fuerint pec-  
cata vestra ut coccinum, quasi nix dealbabitur. Considerate di-  
ligenter quòd in fine huius magni catalogi, orphanorum, & vi-  
duarum causam posuit. Et dicit: si feceritis, quæ hic præcipio  
vobis: venite ad me, ego vobis facultatem concedo, ut me argua-  
tis, & ut falsum, ac mendacem Deum accusetis, nisi vos ad mise-  
ricordiam recepero, & adiuero. O quam diuina exaggera-  
tio. Videte fratres quam securi ad Deum accedere possitis, si hæc,  
quæ vobis hic præcipit feceritis. E contra verò vnum ex his, de  
quibus maximè queritur, est, quòd non fiat misericordia cum vi-  
dua, & orphano & impietatem hanc acerrime à se puniendâ pro-  
mittit: ut patet per Hieremiam: vbi comminans maximos quos-  
dam Tyrannos, vnum ex ijs, quæ eis primùm obijcit hoc est. Mag-  
nificati sunt, & ditati, incrassati sunt, & impinguati, & præterie-  
runt sermones meos pessimè. In quò Domine mandata tua pessi-  
mè violarunt? quòd causam viduæ non iudicauerunt, causam pu-  
pilli non direxerunt, & iudicium pauperum non iudicauerunt.  
Nunquid super his non iudicabo, dicit Dominus, aut super gen-  
tem huiuscemodi non vlsciscetur anima mea? O metuenda verbal-  
quarè non trepidant hi, quos perstringunt? Omnes suas querelas  
includit Deus dicendo, quòd viduis, orphanis ac pauperibus non  
fauent Et quarè non quereris Dñe de alijs pluribus peccatis, quæ  
credibile est hos pessimos homines commisisse? Dico quod de hoc solo  
questus est, ut significaret, quod si in hos pauperes se pios ostēdis-  
sent, per hoc disponerentur, ut Deus à cæteris peccatis eos abstraheret.

Est etiam valdè notandum, quòd in hoc pietatis opere, quo  
v<sup>us</sup>

Esai. 1.

Hiere. 5.

6 v<sup>us</sup> est Dominus cum hac vidua, nos docuit discursum quem in  
operibus misericordiæ oportet habeamus, quoniam sit fons ex quo  
dimanare debet, & quomodo ea prosequi debeamus. Dicit enim  
facit textus, quòd videns Dominus Iesus miseram viduam plo-  
rantem pro filio suo defuncto. *Misericordia motus super eam dixit illi:  
noli flere.* Primùm dicit compassionem de ea habuisse. Hic est fons  
misericordiæ egeni inopiam dolere. Et ita dicit B. August. *Mise-  
ricordia est quædam alienæ miseræ in corde nostro compassio;*  
quam si subuenire possumus, utiq; cōpellimur. Quòd alienæ mi-  
seriæ compassio nos cogit, ut ei succurramus, si possimus. Ideò cū  
vos potestis, & non vultis proximo vestro subuenire, signum  
est, quòd compassionē non habetis, quā si haberetis, vos ipsa com-  
pelleret eius necessitatem subleuare. Quapropter S. Paulus no-  
bis magnopere cōmendat, ut misericordiæ visceribus induamur,  
quòd est ornamentum sanctorum, & dilectorum Dei. Et sic dicit:  
Induite vos sicut electi Dei, sancti, & dilecti viscera misericor-  
diæ. Viscera misericordiæ exposcit. Si enim hæc fuerint, absque  
dubio erunt etiā, & opera misericordiæ si sint facultates. Mirabile  
est, quòd nos admoneat S. Paulus, ut misericordiæ viscera indua-  
mur, ac si in manu nostra id esset. Iob de se ipso dicit: Ab infantia  
creuit mecum miseratio, & de vtero matris meæ egressa est mecum.  
Apertè in hoc fatetur, quod eam non acquisiuit, sed innuit illā fuisse  
donum à potenti Dei manu concessum. Et ait, quòd hæc misera-  
tio, quæ est naturalis propensio ad misericordiam, (cum qua de  
vtero matris suæ egressus, secum semper accreuit) quod non fuit par-  
uum bonū semper in virtute profecisse, & nunquā in ea regressū  
fuisse. Quot sunt qui optimam habent indolem, & quasi naturā,  
ac propensioni suæ vim inferentes, deprauantur, & illam optimā  
indolē amittunt? Qui autem non sunt sicut Iob, nec habent natu-  
ralem illam propensionem ad misericordiā, quomodo misericor-  
diā induentur? dicit enim S. Paulus: Induite vos viscera misericor-  
diæ, & benignitatem. Dico quòd debemus hæc viscera misericor-  
diæ induere, cum quia ardentissimo affectu, & deuotione ea cre-  
brò debemus à Domino postulare, tū plurimis actibus pietatis,  
assiduāq; diuinarum rerum consideratione hanc cordis mollitiē,  
& teneritatem acquirere curaturi sumus. Et cum Beatus August.  
in sua diffinitione verbum illud: alienæ misericordiæ dicat: no-  
bis significat in cælo non futuram esse actualem misericordiam,

Augusti.  
lib. 9. de ci-  
uita. Dei.

Coloß. 3.

Iob. 31.

*Lem. 14.* nulla enim erit miseria. In hoc sæculo exercere nos oportet hanc  
 virtutem. In cuius figura præcipiebat Deus, vt ad purificandum  
 leprosum oleum in sinistra manu effunderetur. Sic ad purifican-  
 dum animam à peccatis, singulare remedium est opera miseri-  
 cordiæ facere. Sic monuit sanctus propheta Daniel Nabuchodo-  
 nosor, dicens: *Dan. 4.* Quamobrem Rex consilium meum placeat tibi,  
 & peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericor-  
 dijs pauperum, forsità ignoscet Deus peccatis tuis. Hoc est oleū,  
 quod ad peccatoris purificationem effundi oportet. Et vocatur  
 misericordia oleum, quia sicut oleum omnibus liquoribus, velut  
 aquæ aut vino commistum, super eos innatat, & omnes operit,  
 ita vt vix appareant: sic misericordia si cæteris omnibus virtuti-  
 bus conferatur; tanquam propinquior charitatis filia super om-  
 nes innatat, & omnibus illis excellit. Optima est humilitas, opti-  
 ma temperantia, optimæ cæteræ virtutes, melior autem miseri-  
 cordia. Reliquæ namque virtutes omnes ad tuum proprium  
 commodum diriguntur, misericordia verò in tuum & in alte-  
 rius commodum intendit. ¶ Dicitur etiam oleum, quia cæte-  
 ras virtutes splendere facit. Depingit pictor imaginem plurimis  
 coloribus, antea quàm eam oleo liniat nullum splendorem, aut  
 pulchritudinem habere videtur, & oleum efficit omnes colores  
 splendidos. Sic homo multis virtutibus, castitate, temperantia,  
 humilitate adornatus, nisi misericordia illuceat, omnes virtutes  
 apparent siccæ, & absque pulchritudine: adornatæ tamen, & illu-  
 stratæ misericordia, gratæ & decoræ Deo, & hominibus reddun-  
 tur. Hoc oleum non est effundendum in dextera, sed in sinistra.  
 Dextera enim futuram vitam, sinistra autem præsens sæculum  
 designat. In dextera quæ est gloria, non est cur oleum miseri-  
 cordiæ effundatur; cum ibi nullum sit genus ærumnæ cui succurri  
 debeat. Non est necesse famelicum cibari, nudum operiri, pere-  
 grinum recipi: vbi tanto splendore induti sunt cum tanta gloriæ  
 abundantia, & in tam foelicibus mansionibus. Non est necesse  
 ignarum doceri: vbi minimus beatorum peritior est omnibus do-  
 ctoribus huius sæculi. Non est opus afflictis consolatione, vbi om-  
 nes ineffabili lætitia exultant. Hic in sinistra huius vitæ vbi fre-  
 quentiſsimæ sunt ærumnæ, necesse est misericordia vti, ad eas  
 subleuandas. Et hoc significauit Deus præcipiens, vt in sinistra  
 oleum effunderetur.

Hæc

12 Hæc cordis miseratio, de qua hucusq; locuti sumus fons est ex  
 quo mitia verba, & optima opera manare oportet ad miseros con-  
 solandos, vt nos hîc docet noster diuinus Magister, de quo dicitur.  
*Misericordia motus super illā dixit illi: noli flere.* Suauibus verbis eā con-  
 solans, & statim post verba bonum opus, ac singulare beneficium  
 subdit, quod fuit defunctum eius filium suscitare. Si pium ac com-  
 passiuum cor habuerimus illicò mitia loquemur verba, quibus  
 afflictos consolemur: quando enim nihilo alio eos adiuuare pos-  
 semus, hoc vnum nobis Deus merito maximo cōputaret. Et mul-  
 tō magis cum suauibus verbis bona opera commiscemus iuxta fa-  
 cultatem nostrā. Hoc nobis summopere Spiritus sanctus cōmen-  
 dat, dicens: Non exasperes pauperem in inopia sua cor inopis ne  
 afflixeris. Declina pauperi sine tristitia aurem tuam, & redde de-  
 13 bitum tuum, & redde illi pacificè in mansuetudine. O verba cæle-  
 stia, ô singularis amoris, ac clementiæ præceptum. Dominus pro  
 sua clementia charitatis nobis lenitudinem largiatur. Impleat Di-  
 uina Maiestas hoc tam pretioso dono corda nostra, vt possimus  
 cælestem hanc doctrinam, quā hîc nos docet, penitus custodire.  
 Quoties hîc Spiritus sanctus negotiū hoc repetit: ne pauperes ex-  
 asperemus, nec affligamus, nec eos nostris asperis verbis desole-  
 mus: sed eis caput, & oculos inclinemus: aureq; hilari animo præ-  
 beamus, & illos mitissimè, ac benignissimè alloquamur. Perpen-  
 dite magnopere fratres, pro Dei reuerētia, singula hæc verba, & in-  
 ter omnia hoc præcipuū animaduertite, quod dicit: & redde debi-  
 tū tuū. Quod reddatis pauperi cū redditus, diuitias, ac iura sua à vo-  
 bis exposcit, in oculis vestris à Deo cōstituta; ibi enim ea Deus si-  
 14 bi deposuit. Omnibus creaturis decreuit Deus victū suū, vsq; ad  
 passerulos, ac formicas. Neminē sine remedio reliquit. Negotia-  
 tori victū præparat Deus in negotio, ac industria sua. Agricole in  
 agro victū statuit: mercatori in mercatione cibū collocauit, litera-  
 to, in libris alimenta proposuit: artificem denique in arte sua su-  
 stentationē voluit comparare. Pauperi verò soli in nulla peculiari-  
 re victum designauit. Sed in omnium oculis eius alimoniam  
 deputauit. Omnes status voluit eius esse debitores. Quapropter  
 siquidem sua iura, & redditus exposcit pauper cum petit eleemo-  
 synam hilares ei aures præbete, debitum persoluite pacificè, &  
 mansuetè, debitorisq; responſionem reddite illi.

Vt Dominus puerum hunc defunctum suscitaret, dicit sacra-

Tom.j.

V 3

tus

tus textus accessit & tetigit loculū. Loculum appellat pheretrum, quod mortuum portabat, quod est diminutiū loci, & non absq; mysterio, vt intelligas o peccator, quod locul<sup>9</sup>, & minimus quidē est ille, in quo sepeliendus est, quem totus orbis vix videtur posse capere; & maxima cum solitudine domos ædificas, tantoque opere, & auro atria construis, ac si immortalis esses, & in eis in æternum cōmoraturus esses. De Alexandro Magno legitur quod cū audiret, quod Anaxarchus Philosophus affirmabat plures esse mundos lachrymatus est dicens: heu me miserū, quia nondū pos sedi nisi vnum. Et hic miser, qui non contentus erat vno mundo integro postea quā mortuus fuit in paruulo tumulo sepultus fuit; & duabus vlnis terræ coopertus est. Et sic in eius morte Philosophus quidam exclamauit dicens: o Alexander heri non sufficiebat tibi totus mūdus, hodie sufficiūt tibi duæ vlnæ terræ. Quod hanc famem haberet ethnicus, qui nihil cæleste sperabat, non de<sup>16</sup> miror: sed quod Christianus fidei lumine illustratus, qui sperat, quod postquam cras vita finita fuerit habitaturus est in illis cælestibus atrijs in æternum, & tamen hac spe fultus illius obliuiscatur, & hoc, quod manē periturum est tam sollicitē & obnixē acquirat. O maximam amentiam! Nullus est peregrinus, qui vnam noctem quocunq; modo non ducat in diuersorio licet nudus humi iaceat, dicens. Vna nox est: cras ibo domum meam, & suauiter quiescam. Quare ergo non contineamur in hac vita, quacunq; minima re (vita inquam) ita breui, vt ne vnam quidem noctem certam habeamus, cum spe, quod cras in alia vita nobis illucescet, & sine contradictione suavissime delectabimur? Aliter profectō patres illi sancti faciebant, aliterque hac consideratione utebantur. Vt Sanctus Paulus exaggerat dicens: Fide<sup>17</sup> qui vocatur Abraham demoratus est in terra repromissionis, tanquam in aliena, in casulis habitando cum Isaac, & Iacob cohæredibus repromissionis eiusdem. Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem; cuius artifex, & conditor Deus. O Deus immensæ bonitatis quantæ confusioni, ac pudori sunt nobis hæc verba, cum de ijs dicantur, qui in lege gratiæ non viuebant sicut nos viuimus, cum Deus toties terram illam ipsis promississet (Nam ideo dicitur repromissionis) in ea quasi peregrini, & aduenæ in casulis, sicut vinitores habitabant. Vnusquisque inimilorum expectabat ciuitatem illam æternorum fundamentorum, cuius

Hebr. II.

28 cuius constructionem tam exactam summus opifex, & rerum omnium creator Deus confecit. Nos verò tanquam talpæ, ita submissi in terra iacemus, ac si non maiorem spem haberemus eundi ad æternam gloriæ ciuitatē, quā Iudas proditor, aut Mahoma habent; qui absq; vlla spe illuc eundi in impiorum sedibus commorantur. O incōmutabilis Deus, aperi Deus meus oculos nostros, vt videamus, quantum à veritatis viã aberremus; & deinceps incipiamus caduca hæc, & peritura abijcere, & summa animi contentione, cælestia, quæ in perpetuum duratura sunt quæramus.

Attingente Domino loculum, qui mortuum portabant steterunt. Et ait: *Adolescens tibi dico, surge.* Et statim in eodem instanti mortuus resurrexit: & in eodem loculo sedens loqui cepit. O admirabilem filij Dei potentiã, quæ vno verbo mortuos ad vitam reuocat! In hoc modo loquendi peculiariter cū defuncto, docuit prædicatores, quod cum peccatoribus peculiariter debemus loqui si velimus, vt vitam accipiant. Et hoc dupliciter intelligitur. Vno modo, vt prædicationem, iuxta auditorum rationem faciamus. Verum miserabile est, quod si prædicatio sit iuxta mores tuos statim tibi displicet placet verò, quod iuxta aliorum mores prædicatur. Vestem, & thoracem vultis ad mensuram, & staturã vestram fieri, prædicationem verò, nequaquam. Si in prædicatione de Ecclesiasticis agatur, & quid teneantur facere, & de eorum defectibus, & quomodo restaurandi sint disceptetur, illi exasperantur, ac indignatione replentur, seculares verò summo opere delectantur; quia iuxta alterius staturam vestis abscinditur. Si autem de secularium moribus agatur, eorumque vitia corrigantur, illi furore concitantur, Ecclesiastici verò maxime lætantur. Si de viris primarijs, & magnatibus disceptetur, gaudent mercatores; si autem mercatores reprehendantur, alij voluptate afficiuntur. Et sic nemo vellet prædicationem ad mensuram suam discindi. Ego tibi dico. O portet me accommodare, & scindere doctrinam iuxta statum auditorij cui prædico, si aliquid vtilitatis volo percipere, quin aliter prædicare, est aerem verberare. ¶ Secundo modo intelligitur illud verbum: *tibi dico.* Quod tali artificio & spiritu doctrina particulariter dicenda est, tamque particularibus verbis actanta cum prudentia prædicari debet, vt unicuique peccatorum omnia illa de se dici videantur, nec tamen conqueri possit quod fuerit infamatus. Peccatum

extrahit hominem à se ipso, & ita eum amentem efficit, vt licet<sup>21</sup> cum eo loquāmini vos cum alio loqui arbitretur: & quanuis in se ea sint vitia, quæ à prædicatore reprehenduntur; credit tamen prædicatorem non de se sed de alijs loqui. Qua propter oportet si gillatim loqui. Sic, Aduerte concubinarie de te dico. Vide vsurarie quòd Deus cor tuum scrutatur, & eius nomine hoc tibi dico, quicumque sis ne alij attribuas. Vide linguose quicumq; sis quot sunt dies, ex quo proximo tuo famam detraxisti, & eum infamē reddidisti, vide quòd tendis in infernum, nisi te retractaueris, atque ei famam restitueris. Tibi dico surge. Ne arbitreris hoc de alio dici, sed tibi. Quandiu ita peculiariter non prædicabitur, parum emolumentum ex prædicatoris parte percipietur. Generaliter enim loquendo nunquam peccator intelligit hoc de se, sed de alijs dici. Quando accessit Propheta Nathan vt prædicaret ad Dauid eumque argueret de peccato, quod cum Bethabee commisit & de homicidio Uriæ, hunc casum proposuit. Homo quidam diues habebat multas oues, & pauperculus non habebat nisi vnam paruulam, quam emerat, & nutrierat, & quæ creuerat apud eum cum filijs eius simul, de pane illius comedens, & de calice eius bibens, & in sinu illius dormiens, eratque illi sicut filia. Cùm autem peregrinus quidam venisset ad diuitem, parcens ille fumere de ouibus, & de bobus suis, vt exhiberet conuiuium peregrino illi, qui venerat ad se tulit ouem viri pauperis & preparauit cibos homini illi, qui venerat ad se: responde mihi iudicium. Et quanquam Dauid prudentissimus erat non intellexit se esse diuitem illum crudelissimum, quousque sanctus propheta virili animo illi declarauit: Tu es ille, qui fecisti hanc rem.<sup>23</sup> O si nunc viriles animos haberemus, & forti peccatore essemus, vt cùm intelligimus peccatores non vti doctrina, quæ in pulpitis prædicatur, priuatim ad eos iremus, sicut iuit Nathan ad Dauid, & sicut iuit gloriosus Baptista ad nequissimum Herodem & ei peculiariter dixit: Non licet tibi habere uxorem fratris tui, peccata enim publica tali medela indigent.

Super omnia ( vt rem hanc concludamus ) notandum est, quomodo constituit Deus sua diuina prouidentia defunctum hunc attingere, & eum in porta ciuitatis suscitare. Ibi eum expectauit, vt suscitaret, atque ibi illū à mortis faucibus liberauit; vt nos doceret, quòd qui voluerit à Sathane detribus eripi, & à culpe

inte-

<sup>24</sup>interitu vindicari, curare debet, vt illud in porta efficiat. In porta perficienda est hæc admirabilis redemptio, ac libertas: hoc est, in initijs peccatorum, antequam Sathanas eum consuetudine deuinciat. Ita nos admonet Sanctus Paulus, dicēs: Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscētijs eius; sed nec exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato: sed exhibete vos Deo, tanquam ex mortuis viuentes, & membra vestra arma iustitiæ Deo. O quàm singularem rationem hic nobis reddit Sanctus Paulus, quare peccato seruire non debeamus. Siquidem (inquit) corpus mortale habetis, & quod cras aut citò moriturum est; considerate quisnam vobis malum hoc attulerit, & cognoscetis peccatum illud malum attulisse; quod vos immortales, reddidit mortales: & siquidem tantum incommodum vobis<sup>25</sup> attulit peccatum, non regnet peccatū in corpore vestro mortali, nullo modo aditum ei patefaciatis: quòd si aliquando propter imbecillitatem vestram introierit, non regnet. Eijcite statim in principio ne illud patiamini vestri dominari, ne tantas vires accipiat, vt Rex vester fiat, & in vobis regnet. Sed neque exhibeatis, &c. Et caute ne ei arma præbeatis, quibus vos interficiat. Heu miseros nos! quando enim aspiciamus, loquimur, aut audimus res inutiles, & inordinatas, tunc arma exhibemus peccato, vt nos destruat. Quod si sententiam excommunicationis incurrunt ij, qui infidelibus arma præstant contra Christianos; quare non in excommunicationem Dei incidet, qui contra se ipsum diabolo arma porrigit? sed exhibete vos Deo tanquam ex mortuis viuentes. Quam singularis ratio! siquidem peccatum vos occidit, ne illud<sup>26</sup> in vobis dominari patiamini. Et quando quidem Deus vos à morte in vitam reuocauit, occupate vos totos in eius seruitute, cū id ei tanto iure debeatis. Itaque quod studiosius hic nobis commendat Sanctus Paulus est, vt cùm aliquando propter imbecillitatem nostram inciderimus, curemus in initio nobis mederi antequam consualescat peccatum; & hoc est, vitam in porta accipere. Ad hoc propositum inuenietis in libro Sapientiæ vnam ex horribilioribus, & magis metuendis sententijs quæ sunt in sacris literis, vbi dicitur: In memoria enim sermonū tuorum exterminabantur, & velociter sanabantur, ne in altam incidentes obliuionem, non possent vti tuo adiutorio. Attendite fratres. Horribile est enim quod hic dicitur. Homines peccatores (ait sapiens) qui

V 5 diris

Roma. 6.

Sap. 16.

2. Reg. 12.

Marc. 6.

diris serpentibus morfi fuerant, memores Domine tuorum diuini-  
 norum verborum, & quod eis veniam offers, & ad misericordiā  
 inuitas, ita sese disposuerunt, vt ipsemet serpentes eos fugerent.  
 Hoc est, in memoria sermonum tuorum exterminabatur; quod  
 ipsamet peccata, peccatores fugiebant, cum in eis, memoriam il-  
 lam animaduertent. Est hæc phrasis ad exaggerandum, quod  
 memoria misericordiæ Dei multum conducit, vt peccatores à se  
 peccata expellant. Et cum hac (inquit) memoria velociter conuer-  
 tebantur, ne in altam incidentes obliuionem, &c. Vt tu Domine  
 ad cor eis locutus fuisti, & vnicuique dixisti. Vt tibi homini per-  
 dito, conuertere ad me: assentiti sunt dictis tuis. O cælestis Medi-  
 ce, & velociter conuersi sunt, si enim diu in peccato se commo-  
 rari paterentur, in tam altam sui ipsorum obliuionem deuenire  
 possent; vt tuo auxilio vtī nequirent. Hoc est verbum horribile, &  
 quod vobis dicebam. Omnibus Deus manum porrigit, & eius  
 causa nunquam deficiamus, verum cum quis diu in peccato est,  
 nec prædicationibus admonitus, nec diuinis ictibus perterritus,  
 à peccato vult exire. In tantam sui obliuionem deuenit, vt licet  
 postea velit, nequeat tamen in se reuerti; quia in malum ita ob-  
 calluit, vt ab eo exire non sit in manu sua. Eia lapides, quis hæc  
 audiens toto corpore non contremiscit? Vultis in malis vestris  
 commorari, quousque ad hanc obliuionem perueniatis, quam di-  
 cit hic sapiens? O propter reuerentiam Dei fratres, ne expecte-  
 tis, vt in tantam calamitatē incidatis. Curate, vt in porta, id est, in  
 principijs resurgatis. Et non modo non debemus expectare, vt  
 iam post peccatum curaremur, licet sit in principio eius: sed dili-  
 gētissimè omni teatationis initio conuenit, resistamus. Hæc est  
 enim propria peccati ianua, in qua velocissimè malæ cogitatio-  
 nis scintilla excuti oportet, anteaquam in corde radicetur. Flam-  
 ma ignis facile in initio extinguitur; ac planta ex paruo tem-  
 pore sata facile euellit: postquam autem flamma conua-  
 luit, difficillimè extinguitur; & postquam radicata est planta,  
 difficulter euellitur. Atque (vt experientia patet) cum maxi-  
 mum saxum est in montis cacumine, facillimo negotio confir-  
 mari potest, ne excidat; postquam autem per vallem præcipitari  
 cœpit, difficillimum est huius motus furia resistere. O sancte  
 Deus quam facile possunt homines ab omnibus malis abstinere  
 in inijs tentationū: & quam difficulter possunt resistere, post-  
 quam

*simile.*

*simile.*

quam semel inflammati sunt, & in vitijs altissimas radices egerunt,  
 & tanquam saxum maximo impetu, de malo in deteriora labun-  
 tur. Modus animæ in effigiem Iesu Christi crucifixi conijciamus,  
 contemplantes eum cum omni illo horrore, & miseria, qua in cru-  
 ce pendebat, per totum corpus sanguinis riuos effundens, & ma-  
 ximam lachrimarum copiam à suis sacratissimis oculis immittēs.  
 Recordātes, quod hæc omnia perpessus est, vt peccatum destrue-  
 ret; & cum hac memoria maximo cordis affectu supplicemus, di-  
 centes: O dulcissime Reparator animæ meæ. Quod Domine ibi  
 affixus es tu, ne ego peccarem, & tamē ego te offendam? Ne velit  
 tua infinita clemētia, vt in tantū ingratitude genus incidā. Ad-  
 iuuā me Deus salutaris meus, ne me derelinquas. Beatus qui tene-  
 bit, & allidet paruulos suos ad petram. Fœlix (inquit David) qui *Psal. 136.*  
 cogitationes suas in principijs apprehendit, & eas infringit ad pe-  
 tram, qui est Iesus Christus filius Dei, & Dominus noster, & con-  
 sideratione laborum, quos passus est, vt nos peccato liberaret. Au-  
 xilietur nobis diuina Maiestas, pro illa charitate, qua hos labores  
 passus est; vt his tā salutiferis admonitionibus sciamus vtī, & eius  
 gratiam, ac postea gloriam consequi mereamur: ad quam nos per-  
 ducat Iesus Mariæ filius, Amen.

### ¶ Feria. VI. post Dñicā. III. in Quadrage.

<sup>1</sup> *Erat quidam languens Lazarus à Bethania, de ca-  
 stello Maria & Martha sororum eius. Ioan. II.*

**N**A R R A T sanctum Euangeliū, quod in vico quodam no-  
 mine Bethania, propè Hierosolymam, duæ erant sorores,  
 altera Maria, altera verò Martha. Atque hæc sorores habebant se-  
 cum virum nobilem fratrem suum, nomine Lazarum, qui ægro-  
 tabat. Vnde colligitur illos fuisse pacificos fratres, eū simul in vna  
 domo morarentur. Quando parentes obeunt, raro filij pacifici re-  
 manent, propter utilitatē, & diuitiarum diuisionē. Quod satis ma-  
 lè videtur. De lege gratiæ dixit S. Zacharias (vt refert S. Lucas:) *LUC. I.*  
 Per viscera misericordiæ Dei nostri, in quibus visitauit nos oriens  
 ex alto, &c. Ad dirigendos pedes nostros in viā pacis. Vbi legem  
 Euangelicā viam pacis nūcupauit. Quapropter debemus omnes  
 Christiani

Gene. 25.

Christiani in summa concordia viuere cum proximis nostris. Et est valde execrabilis Deo, ac malum hominibus præbet exemplū discordia inter Christianos, quanto ergo execrabilior erit Deo & hominibus discordia, & lis inter ipsos fratres vnius parentis filios, atque ex vna matre natos. Vt patriarcha Abraham horum malorum occasiones tolleret, dedit cuncta, quæ possederat Isaac, filijs autem concubinarum largitus est munera, & separauit eos ab Isaac filio suo, dū adhuc ipse viueret. Ante obitum suum bona sua inter filios diuisit, inter filium, quem ex Sara habuit, & inter filios secundarum vxorum: & reliquit eos sanctus vir prudentia sua omnes pacificos & contentos. O quam salutiferum consiliū fratres mei, ijs, qui liberos habetis, vt modò dum viuitis substantiam vestrā inter eos diuidatis, & eos paterno hoc amore, pacificos & quietos relinquatis. O quot lites, & offensiones Dei euitentur, si hoc faceretis. Vos autem propter cupiditatem, ne diuitias vestras in vita diuidatis, ne ve illas à vobis alienetis; nihil curatis, nec doletis, etiam si filij vestri propter hæreditatis diuisionem in infernum detrudantur. Hi beati fratres, de quibus loquitur sanctum Euangelium iam parente orbi erant, sed tamen pacifici, & in fraternitate remanserunt, vt antea.

Cum igitur Lazarus infirmaretur, constituerunt sorores nuncium mittere ad Christum Redemptorem nostrum, laborem suū ei exponentes, & epistolam ad illum scribunt in qua ei dicebant: *Ecce quem amas, infirmatur.* Non audent salutem petere, sed tantummodo necessitatem suam illi declarant, Domine non est tuum diligere, & obliuisci: quem amas, infirmatur, prouide, quod nobis plus conuenit: nescimus enim, quando nobis salus deest, vtrum sit melius, ea carere, an impetrare. Tanquam cupidos in nulla re errandi oportet nos dicere: Domine hoc mihi deest: prouide tu quod magis conuenit.

Respondit Dominus: *Infirmas hac non est ad mortem, sed pro gloria Dei, vt glorificetur filius Dei per eam.* O bone Iesu, vere hominum amator, quid hoc est Domine mi, quod velis honorem acquirere cum labore, & morte hominis tam amici & familiaris tui? Siquidem hæc infirmitas non est ad mortem, qua debeat Lazarus vniuersali debito satisfacere (omnibus enim semel moriendum est) vis vt atrocissimum mortis periculum patiat, vt tu inde gloriam haurias? Quando fecisti conuiuium in monte illi turbæ plurimæ

rimæ, accepto beneficio voluerunt te regem efferre; tu autem honorem illum fugisti quo homines te afficere volebant: hic autem vis gloriam acquirere, cum tanto labore hominis tam familiaris tui? O incomprehensibilia Dei iudicia, quos modos querit, vt nobis manifestet quanto studio salutem nostram desideret. Quod erat hominibus magis necessarium, erat vt crederent, quod Iesus Christus est verus Deus, & homo, & vt talis super omnia ab ipsis diligeretur. Atq; vt in hanc cognitionem, & amorem deueniret, vult vt Lazarus moriatur, & quod cum detrimento & morte tantamici sui eius potentia manifestetur, ad vtilitatem hominum, & hanc vtilitatem nostram vocat gloriam suam, pro suo nimio in nos amore. O benedictus & glorificatus sit talis Dominus. Benedicant tibi omnes Hierarchiæ cæli, & totus terrarum orbis laudet nomen tuum, Deus salutaris noster, refugium animarum nostrarum, qui tanti nos æstimas, tantoque amore nos amplecteris, vt salutem nostram appelles gloriam tuam. O quam contentaneum esset, vt nihil in toto terrarum orbe gloriosum, nihil decorum, nihil denique honorificum putarem, præter id, quod ad huius nostri diuini amatoris seruitutem maximam spectaret.

Vt ergo audiuit Dominus, quod Lazarus infirmabatur, duos dies illic commoratus est. Quis modus hic (humano videri) auxiliandi infirmo? Attendite fratres, cum aliquo labore oppressos vos videritis, & rogaueritis pro vobis sacrificia offerri, & oratis: Deus tamen videtur demorari, ne paruo flumine demergamini. Deus enim tempus, & occasionē expectat. Oprimè nouit quid potius vobis conueniat. Idè Isaias dicebat: Qui crediderit, non festinet. Et Habacuc: Si moram fecerit, expecta illum, quia veniens, veniet, & non tardabit. Illud nō festinet, est dicere: Ne statim deficias, & desperes. Et illa verborum duplicatio: Veniens, veniet, significat vtilissimum aduentum, & valde opportunum, & opportunitatem expectare, non est demorari.

Post duos dies dixit discipulis suis: *Eamus iterum in iudæam, & audientes hoc discipuli dixerunt illi: Rabbi, nunc quærebant te iudæi lapidare, & iterum vadis illuc?* Non obstat hoc, eundum est nobis ad conficiendum negotium redemptionis, licet vitam perdamus. Sæpe Dominus in Iudæam iuerat propter hoc negotium, ad quod Pater æternus eum miserat, & quanquam Iudæi eum crudeliter trauerant, non idè impeditur, quo minus illuc redeat ad diuinū redemptionis

Isai. 28.

Habac. 2.



redemptionis negotium conficiendum. Homines qui rem aliquam verè, & ex animo expetunt nullum lapidem intactum, nihilque intentatam relinquunt, vt illam consequantur: solum in rebus spiritualibus statim sistimus: quacunq̃ minima contradictione impediamur, non vltius progredimur, & sic opera nostra bona incepta manent, & ferè nunquam perficiuntur.

1. Reg. 17.

Videamus nunc, quæ sit ratio, quare cum David Gigantem Goliath superauerit, & primo saxo eum præcipitauerit, & cum postea caput eius gladio absciderit, nõ seruatum fuerit saxum in templo, vt seruatus est gladius? Ratio huius fuit, quia per lapidem cœpit victoria; ensis verò fuit vltimum instrumentum, quo impositus est finis prælio. Vt in hoc significetur, quod non tam considerat Deus bonorum operum initia, quam ipsorum felicissimum finem. Quapropter opus est virili, & constanti peccatore, ad resistendũ contradictionibus, quæ in incepti boni via offeruntur: & per omnes difficultates transeundum, quousque bona opera penitus consummentur. Vt enim ait Sanctus Isidorus: Salus, solis perseverantibus datur: non enim beatus erit, qui bonum facit, sed qui perseveranter facit. Totius huius cælestis doctrinæ nobis exemplum præbet noster cælestis Magister inuincibili illo peccatore, & diuino animo, dicens: Eamus iterum in Iudæam, &c.

Isidorus  
libro de  
summo  
bono.

Et post hæc dicit eis: *Lazarus amicus noster dormit.* Et inferius eis declarauit, quod amicus suus Lazarus defunctus esset. Nec enim, quod iuuenis, aut diues, aut quod illustris esset ei profuit, vt mortis fauces effugeret. Ideò David dicit: Nolite confidere in principibus, in quibus non est salus; exhibit spiritus eius, & reuertetur in terram suam; in illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Princeps & filius hominis animam exhalabit, id est, vir egregius & infirmus. In illa die peribunt omnes, &c. id est, omnino finientur in illa die machinæ illæ, quas in cogitatione sua fabricabant, illæ turres aeræ tunc corruent. Et aperte patet, quod de vanis eorum cogitationibus, & ambitionibus ac voluptatibus loquatur, cum dicat: Peribunt. Cogitationes enim sanctæ bonorum nõ pereunt, sed in acceptatione diuina permanent: vt dicit de illis Sapiens: Cogitationes illorum apud altissimum, vt eos in æternum remuneret. Cogitationes, & demolitiones malorum, quibus modos quærunt, vt se delicatè tractent, omnes illic perierunt, & pro eis æterna tormenta

Sap. 5.

menta patientur. O quã merito hos cõminatur Propheta Amos dicens: Audite verbũ hoc vaccæ pingues, quæ estis in mõre Samaria, quæ calumniam facitis egenis, & confringitis pauperes, quæ dicitis dominis vestris: afferte, & bibemus. Iurauit Dñs Deus in sancto suo, quia ecce dies venient super vos, & leuabunt vos in contis, & reliquias vestras in ollis feruentibus. Væ vobis vaccæ pingues, quæ cum pauperum sudore pinguescitis. Iurauit æternus Pater per vnicum filium suum, quod pœnas debitas sibi dabit, & quod hæc carnes, quas tam delicatè tractatis in inferni ollis coquendæ sunt in æternum. Quã miserabile est videre gregem ita exultantem ad occisionẽ pergere, ac si ad pastũ duceretur! O miserimi peccatores, quare nõ animaduertitis, quod in occisionem inferni pergitis, & ita hilares, ac ludentes itis, ac si ad aliquem voluptatis & recreationis locum veheremini: & quasi si essetis vaccæ, & bruta animalia, quibus nihil aliud est, quã oriri, & mori. fratres respicite quæso: homines enim estis rationales, & fidẽ habetis, ne in his rebus confidatis, cum vos morte liberare non sufficiant: imò sunt viæ, quæ vos ad æternam condemnationem deducunt. Nec profuit Lazaro, vt eum à morte eriperet, maxima necessitudo, quam cum Christo Redemptore nostro habebat. Et hoc est, quod Sanctus Paulus obscurissimis quibusdam verbis exaggerat, dicens: Si autem Christus in vobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum: spiritus verò viuuit propter iustificationẽ, id est, licet homo iustificationis gratiã consequatur: corpus tamẽ remanet mortale, corporali morti subiectũ, in supplicium primi peccati, per quod mors in mũdum intrauit. Et hoc significat: Si Christus in vobis est per gratiã, corpus quidem mortuum est propter peccatum, id est, quod remanet tamẽ mortale. Spiritus autẽ viuificatus manet per iustificationem. O quam admirabilis exaggeratio hæc est. Vult dicere, quod quanuis tantum sit donũ iustificationis, non liberat hominẽ morte. Non cessat mors, etsi cessat peccatũ, ne fidei meritum cesset. Si enim homo in se corporis immortalitẽ videret, & quod nõ moreretur: hoc infallibile esset argumentum, quod iustificatus esset. Et sic honor, & vtilitas corpori adderetur, spiritui verò meritum maximum auferretur. Atq; etiã esset contemptus aliquis gratiæ: quia si per iustificationẽ, & amicitiam Dei, immortalitatem homines impetrarent diligentius curarent baptismalem gratiam adipisci, vt morte liberarentur, quã

Amos. 4.

Roma. 8.

quàm propter ipsam gratiã. Ex hac exaggeratione D. Pauli, scilicet, quod ne gratia quidem nos morte liberat, infert idem Apollolus rationem efficacissimam, vt peccatũ execremur. Dicit enim: Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore. Attendite quam optimam rationem, ad non peccandum. Siquidẽ per peccatum primi parentis corpus vestrum mortale effectũ est, & morti subiectum quod est tantum malum, & propter alienum peccatum, quid erit propter vestrum proprium? si peccatum parentis tui a deo tibi obfuit, quantum damnum tuum proprium tibi inferet? Absque dubio maius tibi malum afferet. Nam illud alienum peccatum corpus tuum mortale reddidit, vt in vniuersali resurrectione resurgat, & ibi damnum hoc refarciatur: peccatum autem proprium æterno interitu animam occidit. Quapropter attende quomodo viuas. Caue à peccato cum tam venenosum sit. Atque etiam ex iisdem verbis Sancti Pauli aliud fortissimum, & subtilissimum argumentum elicitur. Peccatum actuale patris nostri prius fuit causa nostrorum originalium peccatorũ, propter quæ corpora nostra morti remanent subiecta: ergo propter peccata mortalia actualia magis subiecta, & astricta erunt ad mortem.

*simile.*

Quemadmodum homo, qui propter furtum, ad mortem remanet obligatus, si postea in homicidium, prodicionem aut heresim incidat, magis astrictus ad illam remanet. Ex quo inferitur, quod quanto grauiora peccata committimus, tantò digniores famus, quibus vita minuatur; & citius mors obrepit. Et hoc est, quod ad literam dicit Sapiens: Iniustitia autem mortis est acquisitio. Impij autem manibus, & verbis accersierunt illam. Dicit, quod iniqua vita allicit ad se mortẽ. Quod vita peccatrix, & iniusta, quasi funibus mortem attrahit, vt citius accedat, & quod impij, verbis, ac operibus suis eam semper accersiunt. Significat in omnibus his, q̄ quo quis maior peccator est, eò dignior est, cui Deus dies vitæ breuiet, & quod realiter, & verè multis propter eorum peccata Deus vitam breuiet: vt etiã significant verba illa Prophetæ. Viri sanguinum non dimidiabunt dies suos. Et alia vbi dicit, loquens de peccatore quodam. Minorasti dies temporis eius, & perdidisti eum confusione. Et siquidẽ scriptura, quæ fallere nõ potest, nobis dicit, quod propter peccata minuit Deus vitam, qui sic vitam diligitis, & multos annos viuere cupitis, quare peccatis? cum peccata vestra sint funes, qui mortem alliciunt, vt veniat, &

vos

*Esal. 54.*

*Esal. 88.*

17 vos in infernum præcipitet. O stulti, stulti, stulti, Deus vobis det sensum, Deus vobis det sensum, Deus vobis det sensum. Quis propter nihil aliud esset, quàm propter hoc, oporteret vos peccata maxime execrari; quanto magis si quod præcipiũ est, aduertitis: scilicet, quod non est iustũ, vt tam bonus Deus, cuique tantis beneficijs deuincti estis à vobis aliquo modo offendatur.

Cum iam Lazarus mortuus esset, ait Dominus: *Vado, vt à somno excitem eum.* Discipuli autem arbitantes eum de corporali somno loqui, dixerunt ei: *Domine si dormit saluus erit.* Ecce quomodo diffusum ei volunt impedire: quot rationes quærunt, vt illum ab hoc itinere diuertant. Antea dixerant: *Heri volebant te lapidare,* modo verò dicunt: *Si dormit non est opus nos illuc ire: infirmitatem hanc non oportet esse periculosam.* O sensualitas quàm vis in omnibus audiri, & in omnibus habere suffragium, licet sit Deus, qui loquitur! quas causas scit quærere caro nostra ad fugiendum laborem. Aliquando proprium periculum vobis obijcit. *Domine lapidabunt nos.* Quod si hoc non sufficit, proponit parum ab eoz utilitatis: *si dormit, non est cur illuc eamus.* Et veritate eius suffragium sepius præualeat. Cum enim sensualitas dicit, vide quod occidis te: vide quod Deo displicent extrema; & quod ex hoc nihil utilitatis percipit proximus; non habemus petus ad resistendum ei, sicut bonus Dominus restitit apparentibus rationibus, quibus ei discipuli sui dissuadebant iter. O pusillanimes, pusillanimes, quos quæcunq̄ minima sensualitatis repugnantia cogit, ne quid bonum apprehendatis, quantumcunq̄ illud Deus præcipiat: non animaduertitis, quia ipso facto 19 quod Deus aliquid præcipit, obligatur nobis fauere ad eius executionem, & omnes contradictiones auferendas, quæ in tali re se se obtulerint? Quando Deus præcepit Moyse, vt iret in Ægyptum ad redimendos Hebræos, multas causas opponebat Moyse, quæ iter impedirent, & omnibus his respondebat Deus, promittens se ei in omnibus auxiliaturum. Cum esset difficile, quod Deus illi iubeat, regnabat caro, & tantum onus fugiebat; quærebatque occasiones, ne Deo obtemperaret. Primam excusationem adhibet, dicens: *Quis sum ego, vt vadam ad Pharaonẽ?* Domine ego sum pauperculus pastor, qui ad nihil aliud profum, nisi ad custodiendum hunc paucum gregem, non autem, vt educam filios Israel de Ægypto, adimit Deus hanc difficultatem; di-

*Exo. 3. C. 4.*

Tom. j. X cens:

cens: Ego ero tecum. Ne consideres quis nam sis, nec rei magnitudinem, nec Regis potentiam animaduertas; sed considera me, & mandatum meum; non solum enim te adiuuabo, sed ero illic tecum. Vide, vtram sit timendum, cum tale habeas auxilium. Ablata omni hac difficultate, aliam statim proponit, dicens: Ecce, ego vadam ad filios Israel, & dicam eis: Deus patrum vestrorum misit me ad vos? Ego iturus sum: vt loquar de Deo ad filios Israel, homo tam ignarus, vt ne nomen quidem eius, aut qui vocetur, sciam? Non hoc erit impedimentum (ait Dominus) Ego sum, qui sum. Nomen meum est, quod habet infinitam essentiam. In Hebræo vero est: Ego ero, qui ero. Quod significat: hoc opus ostendet, qualis Deus ego sim. Talia operabor, vt omnes omnipotentiam, fortitudinemque meam cognoscant. Dempta hac difficultate, statim aliam obijcit: Non credent mihi, nec audient vocem meam. Etiam hanc difficultatem tollit, concedens ei potestatem, ad facienda prodigia, & ita dixit ei. Quid est, quod tenes in manu tua? Respondit, Virga. Et facultatem illi dedit, vt illa virga mirabilia faceret; ne hoc quidem sufficit, sed aliam excusationem reddit, dicens: Obsecro, Domine, non sum eloquens ab heri, & nudiustertius: ex quo locutus es ad seruum tuum impeditioris, & tardioris linguæ sum. Sum balbus, & nescio loqui. O quam indomita est caro nostra; & quantum subterfugit rerum grauius onus. Totum hoc ex amore proprio proficiscitur. Et est hic valde notanda res quædam obstupenda. In his enim verbis Moyse, ab heri, & nudiustertius, ex quo locutus es ad seruum tuum, &c. Videtur ostendere, hæc non vno solum die fuisse, sed in triduo. Vt videatis patientiam Dei, & repugnantiam Moyse. Triduo cum eo has res egit: Moyse vero causas ostendebat, & Deus omnes auferbat, ac pollicebatur omnes difficultates se adempturum esse; sicut etiam huic excusationi respondit, dicens: Quis fecit os hominis, nonne ego? Pergit itur, & ego ero in ore tuo, doceboque; quid loquaris. Cum vidit Moyse, quod omnibus suis excusationibus satisfacere non posset, dixit: Obsecro Domine, mitte quem missurus es. Hoc est. Si quidem pollicitus es te missurum esse in mundum Redemptorem: mitte nunc illum, vt eos liberet, non modo corporali captiuitate, sed eos, & vniuersum mundum spirituali seruitute redimat. Audiens Deus tot excusationes, iratus est in Moysem (vt ibidem ait sanctus textus. Iratus est

est Dominus in Moysem, & non respondit ad hoc. Vult diuina Maiestas, ne queramus occasiones, ad eius præcepta non adimplenda; quamuis sint cum bona intentione. Bonam intentionem habebat in hoc ultimo Moyse; videbatur enim sibi parum populo illi profuturum esse, si ab illa captiuitate auferrentur, cum tamen peccatorum vinculis tenerentur. At tamen irascitur Deus contra eum. In his omnibus excusationibus Moyse circa præceptum Dei, aperte manifestatur, quod quotidie inter nos agitur, & inconuenientia, quæ sensualitas nostra nobis offert, in quacunque re virtutis, quam velimus apprehendere. Verum, quemadmodum illi omnes excusationes omnipotens Deus ademit; ita oportet nos confidere, quod omnes difficultates nostras, quæ se se in bonorum operum executione obtulerint, ipse adæquabit. Quapropter fratres ne simus pusillanimes, cum talem adiutorem pro nobis habeamus: qui toties in Scriptura promisit se suis esse fauorem.

Tunc ergo dixit eis manifestè: *Lazarus mortuus est, eamus ad eum.* Cum dixit, illum dormire, addidit: Vado vt à somno excitè eum. Modò verò cum dicit, illum mortuum esse, addit: Eamus ad eum. Et non eamus ad resuscitandum eum. Verbum enim excitationis non est verbum instantiæ, nullam in dicente significat excellentiam; quicumque enim potest excitare alium dormientem: hic autem stetit, & non dixit, eamus ad resuscitandum eum, quod est verbum maximæ excellentiæ; vt nos doceat in omnibus inanem gloriam effugere, & verborum elationem euitare. Veri enim humiles in omnibus humiliantur, tam in operibus, quam in verbis: vt apparuit in sancto Moyse, de quo legitur. Quod cum iam à Deo institutus esset tanti populi dux, & princeps excellentissimus, loquens cum socero tuo, dixit ei: Vadam & reuertar ad fratres meos in Ægyptum, vt videam si adhuc viuant. Non dicit, vado, vt eos à seruitute auferam, quod erat verbum maximæ excellentiæ; sed dicit humiliter: Vado ad fratres meos, vt videam si viuant. Videte quam humilia verba. Dedit eos Deus sibi in subditos, ille verò vocat eos fratres suos: Præcepit ei Deus, vt eat ad liberandum eos, ille verò dicit: Eo vt visitem eos. Et tiam nobis Sanctus Paulus præbuit huius humilitatis exemplum, dicens: Desidero videre vos, vt aliquid impertiar vobis gratiæ spiritualis ad confirmandos vos, id est, simul consolari in vobis. Videte humilitatem Sancti Pauli: Non promittit se maximam prædicationem facturum, aut mirabilia

Exod. 4.

Rom. 15.

lia miracula esse operaturum, sed aliquid gratiæ, nec quidē dixit aliquam gratiam, est enim humilior loquendi modus cum dicimus; aliquid pecuniæ, quàm cum dicimus aliquam pecuniam dabo vobis. Ita hic dicit aliquid, gratiæ spiritualis vobis impertiar. Cùm autem loquitur de eo, quod illi facturi sunt, & de fructu, quem percepturi sunt, non loquitur per diminutionem, sed absolute dicens: ad confirmandos vos. Vult dicere, ita feruidos, & studiosos diuini verbi vos considero, vt ex hac parua gratia spirituali, quæ in mea prædicatione est, sperē vos maximum fructum esse percepturos. Discite fratres mei has diuinas lectiones, vt omnia verba arrogantiae fugientes, humillima verba loquamini, & cordis humilitatem significantia.

Igitur Dominus, & cùm accessisset, iā quatuor erant dies ex quo Lazarus defunctus erat & exiuit ad eum Martha, dicens: *Domine si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus.* Etiam postquam mortuus fuerat, eum fratrem vocat. Ita enim esse oportet, vt etiā postquam mortui sunt, cum defunctis fraternitatem obseruemus. O quantus defectus est circa hoc. Crudelissimum est profectō, quod mortuo fratre, aut patre vestro, ita eorum obliuiscimini, ac si ij nunquam fuissent: cum etiam canes se fideles in mortuos præbeant. Vnde arbitramini consuetudinem dimanasse, ponendi in tumulis ad pedes mortuorum simulacra canum, nisi ad significandam eorum fidelitatem cum mortuis? Refert Sanctus Ambrosius, quod cùm homo quidam alium ex Antiochia interfecisset, mansit cum mortuo canis, qui illum comitabatur antea, illum etiam tunc comitans maximis ululatilibus, quibus significabat dolorem, quem ex nece domini sui acceperat, cūque multi homines accederent ad videndum mortuum; accessit inter eos etiam homicida, dissimulans, quem cū canis vidisset, & agnouisset, in eum inuasit, & dentibus tenuit, significans illum esse, qui Dominum suum interfecerat, nec eum dimisit, quousque homicida confessus fuit se delictum illud commisisse, & inde ad supplicium ductus est. Hanc historiam assumpsit S. Ambrosius ex Plinio in libro de naturali historia, vbi casum hunc memorat, & alios mirabiles ad hoc propositū refert. O miram animalium fidelitatem, o miseram rationalium hominū infidelitatem. Ne patiamini (per reuerentiam Dei) cū homines suis pleni rationis & consilij; & cū Christiani sitis, vt bruta animantia

*Ambros.*

*Plin. libr. de natu. histo.*

animantia vobis excellent. Attendite, quod sicut cum defunctis vestris feceritis, sic (diuina permissione) filij vestri vobiscum agent.

Post Martham accessit etiam Maria. *Iesus autem vt vidit eam plorantem, & Indeos plorantes infremuit spiritu.* Omnes pro defuncto Lazaro lacrymantur. O quantum oportet omnes iusti mortem lamentari, quia mundo maxime necessarius est. Valet tantum iustus, vt eius causa plurimos peccatores Deus ferat, vt patet in Moyse: Et vt dixit Deus Abrahæ de Sodomitis. Hac de causa sepe Dominus iustos à mundo aufert, ne pro peccatoribus intercedant. Maledictis ciuibus Sodomæ abstulit Loth, vt eos combureret: Noe inclusit Deus in arca, eamque ab hominum familiaritate segregauit, vt mundum euerteret. Magnum signū est, quod Deus est iratus in aliquod regnum, aut ciuitatem, cum ab ea sanctos viros abstrahit; quos etiā aufert, ne dolorem accipiant, cū videant maxima supplicia, quibus vult vicinos suos punire. Cū voluit Deus euertere Hierusalem propter eius peccata, voluit vt prius Rex Ioas obiret, & eius plurimas virtutes annumerans, addidit dicens: Idcirco colligam te ad patres tuos, & colligeris ad se pulchrum tuum in pace, vt non videant oculi tui omnia mala, quæ inducturus sum in locum istum. Fuit mors huius optimi Regis signum supplicij, quo Deus volebat Iudæā afficere: non enim diu durare potest domus cū ab ea columnæ subtrahuntur, quæ eam sustinent. Columnæ reipublicæ sunt iusti, quibus Deus eam sustinet, cū videmus has columnas nobis auferri, plerumque, & à Deo misericordiam postulerimus, antequam in eius fortissimas manus incidamus.

Plorantes omnes perrexerunt cum Domino ad sepulchrum, ad quod cū accessisset, *Lachrymatus est Iesus, & non modò lachrymatus est, verum & infremuit spiritu.* Magnum aliquid & terribile oportet fuisse, quod optimus Iesus in pectore suo habebat, cū ita infremuerit, & suspirarit. Quid autem fuerit, quis intelliget: fortasse aduenit ei horror hic, & infremuit, considerans durtiem, & pertinaciam Iudæorum, quæ eum cogebat mortuos iam fortidos resuscitare, ad eos conuertendos, & quod nihil eorum profuturum esset. Idcirco Dominus secus sepulchrum maxima vocem extulit, dicens: *Lazare veni seras & statim prodijt.* O potentissimum verbum, cui statim mortuus obediuit, & surrexit!

Tom. j. X 3 Christe

Christe largitor vitæ, & destructor mortis, extolle Domine voces ad animas nostras mortuas, vt à sepulchris exeant, in quibus sepultæ sunt. Vni voci obediuit Lazarus, & surrexit, tot verò vocibus, quibus te ò miserime peccator vocat Deus, non vis respondere, nec exire, sed in peccatorum sepulchro commorari? Sicut vulnerati dormientes in sepulchris, quorum non es memor amplius. Ita tui ipsius, & Dei immemor es quasi mortui, qui in sepulchris iacent. Si cum auceps illicet suos facit, Inscium & incautum animal, quod in spelunca sua latet, sciret, quod in ostio paratus est sibi laqueus, non esset mirum, si potius in spelunca se mori pateretur, quàm ab ea exire vellet. Tu autem homo, quæ Deus tam suauibus vocibus vocat, suisq; brachijs extensis, ad recipiendum te cum misericordia, vitamque æternam tibi concedendâ; nec tamen ab ea spelunca exire vis? O miserum te, & cæcum, siquidem tantum bonum contemnis! Non sit ergo sic fratres mei, sed absque vlla mora statim, quæ vobis Deus præcipit, exequimini. Aduertite, quòd nihil à vobis petit, quod hic statim non possitis facere: non est cur dicatis; finite me ire domum meam, & illic faciam. Hic, hic potestis facere, quod Deus petit, absque eo quòd moueamini ab isto loco: hic potestis peccata vestra dolere: hic potestis firmiter proponere, amplius non peccare. Hic potestis statuere facere quod debetis: Hic potestis intentionem habere peccata vestra purissimè confitendi, & faciendi omnia, quæ vobis illic præcipiuntur. Et ita per diuinam misericordiam ad gratiam resurgetis, qua æternam gloriam comparetis: ad quam nos perducatur Iesus Mariæ filius, Amen.

### ¶ Sabbatho post Dñicâ. IIII. in Quadrage.

*Dicebat Iesus turbis Iudæorum: Ego sum lux mundi, &c. Ioannis. 8.*

**NARRAT** Sanctus Ioannes, quod postquam Redemptor noster Iesus Christus liberauit illâ mulierem adulteram à manibus Iudæorum, ac Pharisæorum, tanta pietate, & tam admirabili prudentia, mirificum quendam sermonem habuit, volens

2 volens Iudæos suauibus verbis attrahere; vt se verum Deum, & hominem animis agnoscerent, & ore faterentur. Atque in hoc sermone diuina illa verba dixit: *Ego sum lux mundi.* O quam felices nuncij sunt hi hominibus in mundo commorantibus, in quibus nobis declaratur quàm gratis in cælum ascendere possimus: auxilia enim & fauores diuini gratis dantur. Quòd si dicatis, quomodo hoc probabis? quomodo? videt quid dicat Dñs: Ego sum lux mundi. Dicite, quando vidistis vos lucem emi, aut vendi? quando dixistis: date mihi lucem ad duas libras, aut date mihi claritatem duobus nummis? Nemo vnquã tale dixit: non enim lux emi solet. Nihil viliori pretio habetur, quàm sol. Dormitis, & cum non arbitramini videtis solem ingredientem per fenestram vestram. Videamus, hic sol vilitat vos propter aliquam vtilitatem suam? Non profectò. O benedictus, & glorificatus sit Deus noster; quàm gratis se hominibus præbet, & quàm vniuersaliter communicatur ijs, qui ei aditum patefaciunt, & eum in domum suam recipiunt. Et hæc omnia significauit, dicens: Ego sum lux mundi. Arbitrabantur falsò Iudæi, quòd sibi solis venturus erat in mundum Redemptor, & vt eos ab hoc errore tolleret, dixit eis: Ego sum lux, non solum vobis, verum etiam vniuerso mundo. O Christe æterna veritas magnopere admiror Deus meus, quod dicis te esse lucem vniuersi mundi, & quòd tam pauci luce tua potiantur. Quomodo fieri potest, quòd sis tu lux mundi, & tamen tot in tenebris commorentur? Si hic sol materialis (licet in comparatione tui tam paruus sit) vniuersum mundum illuminat, & in eius conspectu nihil remanet obscurum, quomodo cum tu sis lux infinita, tot obscuros relinquis? Huic quæstioni respondet Dominus, dicens: Hoc est autem iudicium, quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quàm lucem: erant enim eorum mala opera. Et hoc quidem est (ait Dominus) quòd malorum iudicium aggrauat, quòd cum lux in mundum venisset, ij magis tenebras, quàm lucem dilexerunt; & ne tenebras relinquerent, lucem sequi noluerunt: erant enim eorum mala opera. Ita prauis operibus assueuerat, & iniquis moribus delibuti erant, vt ne à peccatorum suorum tenebris recederent, ne veram lucem accipere no'uerint; & ita eorum culpa, in obscuritate remanent. O cæcos filios Adæ, ò ingratas creaturas! quis vnquã tale perpexit? quis tale audiuit? quis deniq; tale cogitauit?

quod homines rationis participes tenebras plus quam lucem diligant? & quod creatorem propter horrorem creature derelinquant? Ecce fratres mei causam, quare tot infideles cæci, & absque Dei cognitione in orbe commorentur: quod peccata, quæ contra naturale lumen commiserunt, sunt quædam speluncæ, quibus inclusi sunt, ne ad eos fidei lumen ingrediatur. Nobis autem, qui diuina misericordia lucem hanc fidei iam accepimus, ne illam amittamus; sed semper eam in nobis conferuamus, viamque cum gratia, & charitate habeamus: Dominus statim inferius cælestem quandam admonitionem præbet, dicens: *sed habebit lumen vite.* Vt hoc intelligatis, notate prius verba Sancti Pauli dicentis: Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino, vt filij lucis ambulate: fructus enim lucis est in omni bonitate, & iustitia, & veritate probantes, quid sit beneplacitum Deo. Recordamini (inquit) fratres mei, quod antea fuissetis tam peccatores, vt vos possemus ipsum peccatum nuncupare. Magna est hæc exaggeratio Sancti Pauli, cum illis dicat, quod antea ipsæ tenebræ erant: nunc autem oportet vos esse ita iustos, & in seruitute Dei illuminatos, vt ipsa lux possitis appellari. Quæ est etiam alia maxima exaggeratio, & siquidem ita illuminati estis, vt filij lucis ambulate: operamini sicut opus lucis & gratiæ, fructus enim lucis & gratiæ hic est, vt in omni probitate, & iustitia, & veritate viuatis. Sicut fructus mali, sunt poma, & fructus arboris nucis, sunt nuges. Omnem probitatem appellat vnã bonam vitam: & quid est vna bona vita? seculares homines vocant eos, bonæ vitæ, qui sunt carnales, cibis, & potionibus dediti, qui mollibus vestibus, & perpolitibus induuntur, qui vsque ad meridiem in mollibus letis dormiunt, qui finita vna voluptate, aliam inuestigant. Et ita dicit Diuus Bernardus: vulgò dicitur, qui benè pascit se, benè viuunt. Qui se liberaliter, & delicate tractat de eo dicit vulgus: O quam bonam vitam viuunt. N. Respondet autem Sanctus Bernardus: Mentita est iniquitas sibi. Ego vobis dicam (ait Sanctus Bernardus) quænam sit bona vita. Bona vita est, facere bona, sustinere mala, & sic vsque in finem perseuerare. Et hoc est in omni bonitate viuere. Dicit vltèrius Sanctus Paulus: Et in iustitia. Quod etiam est fructus lucis, seruare in hac probitate debitã iustitiam, quæ est reddere vnicuique quod suum

*Ephes. 5.*

*Berna. in. 2.*  
*serm. in vigi.*  
*lia. Petr. &*  
*Paul. Apo.*  
*stolorum.*

3 suum est. Vult dicere, vt bonæ vitæ, quam degitis gloria soli Deo detur, à quo cuncta bona procedunt. Et alius fructus est: in veritate, non in fictione, sed vt tales interiùs sitis, quales vos exteriùs demonstratis, & etiam meliores. Propter hæc, quæ Diuus Paulus addidit probitati vitæ, dixit quidam, virtutē nō in verbis esse, sed in aduerbijs. Non esse in ieiunando, orando, aut eleemosynam porrigendo, sed, in benè, iustè, & verè idfaciendo: iuste & verè propter gloriam Domini, & eius diuinum amorem. His omnibus lucis fructibus addidit Sanctus Paulus, tanquam conclusionem, aliud excellentissimum, quod est: probantes quid sit beneplacitum Deo. Probantes, id est, discutientes; quod oportet nos examinare, in quo magis Deo seruire valeamus, & quomodo illi gratiores simus, & quæ sint, quæ illi magis placent. Nunc intelligetis quorū hęc verba Sancti Pauli vobis declararim: eò nam que fuit, vt vos cōmonefaciam, quod siquidem fructus fidei, & gratiæ, & quod in nobis operatur, est, vt examinemus, quid Deo placeat, & quomodo ei seruituri simus, nullum est melius remedium, quàm, vt oculos conijciamus in hanc lucem Iesum Christum Reparatorem nostrum; & in omnibus eum sequamur secū dum vires nostras: & sic sciemus grata opera æterno patri facere.

Dicit autè: *Qui sequitur me nō ambulat in tenebris, sed habebit lumen vite.* Hoc verbum: sequitur, perseuerantiam quandam & in virtute progressum, atque huius optimi Magistri sequelam cōtinuam denotat. Sic nos admonet Sanctus Paulus dicens: quapropter inmittentes inchoationis Christi sermonem, ad perfectiora feramur. Cū iam declarauerit, aliquos esse inchoantes seruitutem Dei; alios verò in eius seruitute iam perfectos: admonet nos modo, vt iam illa inchoata relinquamus, ne paruis rebus simus contenti; sed vt ad perfectionem aspiremus, semper desiderantes meliores effici, & in omni spiritali exercitatione vltèrius progredi. Vna ex maioribus mundi calamitatibus hæc est: quod terrenarū rerum quantumcūque homines possideant, semper plura desiderant, nunquam ijs, quæ possident continentur. Cælestibus verò rebus statim satiamur, & contenti manemus, cum vice versa esse oporteat. Commutemus ergò fratres mei hanc rerum sæcularium famem, & eam habeamus efficiendi nos meliores; & ad hoc in nullum bonum, quod fecerimus conijciamus oculos, quauis enim plurimum fuisset, parum tamen hoc est in comparatione il-

*Hebr. 6.*



lius, quod Deo debemus. Ad hoc debemus aspicere, & experiemur nos deficientes, & ad plura faciendum properabimus. Hoc de se fatetur Sanctus Paulus magna exaggeratione sic incipiens: vnum autē. Hæc est Phrasis Hebræa, collocari sic nomen sine verbo, hoc est. Vnū notabile vobis volo dicere. Quæ quidē retro sunt obliuiscēs, ad ea verò, quæ sunt priora extendens me ipsum. Omnium, quæ operatus sum in hoc spirituali itinere, in quo ambulo obliuiscor, & ea quasi à tergo relinquo, ea nō estimās, sed semper oculos in perfectiora propono, tradens me illis quantū possū. O quis gloriosum hunc Apostolum imitaretur, hic nunquā paruo contentus esset, quanuis plurimū bonum operatus fuisset. Cōfortemur, confortemur fratres mei, & incipiamus celerrimē currere conijcientes oculos nō in sanctos Apostolos solū, sed præcipuē in summum Magistrum, & ducem Iesum Christum; vt nos idē <sup>12</sup> Sanctus Paulus admonet dicens: Aspicientes in autorem fidei, & consummatorem Iesum. Notate diligenter duo nomina, quæ ei tribuit, autorem, & consummatorem: parum enim prodest coepisse, nisi inceptū bonū consummetur. Idcirco nobis dicit: Aspiciate attentē in vestrū diuinū ducem, qui est autor, qui bonum coepit, & non stetit quousq; illud consummaret, vt & vos in bono nō sistatis, quousq; id ad consummationē deferatis. Ad hoc propositum inuenietis mysterium in Propheta Baruch, qui affirmās Deum esse, qui suis sapientiam præstat, dicit: & tradidit illam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo. Iacob & Israel vna, & eadem persona fuit. Et est notabile, quod cum eum vocat Iacob, seruum Dei inscribit: cum autē eum Israelem vocat, dilectū nuncupat. In hoc docet, quod iustos de bono in melius oportet progredi, perficientes se in hac vita, quousq; finē suū cōsequantur; qui est, vt Deum in futuro sæculo videant & eo fruātur. Itaq; in initio fidelis Deo seruit, & obtēperat in timore, & quodammodo quasi seruus, sibi vim inferens; repugnat enim eius caro, & cum passionibus suis colluctatur, atque hoc significat Iacob, id est, luctator, & idcirco cum eum appellat Iacob seruum eius nominat. Postquam autem diuturna exercitatione appetitus suos vicit, ijs sēpissimē contradicens, & illos quasi subditos habens accedit ad libertatem filiorum Dei, & ad magnam eius familiaritatem. Nam hoc significat Israel, id est, videns Deum. Tunc eum dilectum appellat. Hoc idem discrimen posuit Dauid loquens de testame-

14 tamento Dei. Et statuit illud Iacob in præceptum, & Israel in testamentum æternum. Quia præceptum conuenit seruo, testamentū verò ad filium pertinet. Illud Iacob, hoc autem Israeli: quanquā erat idem populus, qui in dies melior efficiebatur, & ex seruo filius Dei & hæres reddebatur, Qui sic secutus fuerit Iesum Christum filium Dei, non ambulabit in tenebris quandiu sic perseuerauerit non incidet in errores, nec in peccata mortalia, quæ rationem tenebrosam reddunt. Sed habebit lumē vitæ. Habebit fidē viuam, & splendidam. Verū, heu dolor! quā pauci reperiuntur, qui sic in bono perseuerent. O quā miserabile, & pudendū est videre, quā viles, & pauci momenti sint res, quæ hanc sequelā, & in bono perseuerātiā nobis impediunt! pro nēnia, pro minima vtilitate, pro quacūque turpi voluptate, statim ab incepto re-  
15 gredimur. De pisce fati paruo narrat Plinius (qui dicitur Remora) quod licet naui celerrimē in mari nauiget eam retinet, quanuis maximam curam adhibeant nautæ. O miseri filij Adæ, quid similius inconstantiam vestram representare poterit, quam hoc: quod quantumuis sanctus quispiā videatur, & licet velocissime & magno impetu maris aquas scindat, & in virtutis prosecutione progrediatur, minimus piscis, quasi nihil impedimenti, & cōtradictionis, quod ei offertur, eū facit stare & etiam retrocedere. Nam (vt affirmat S. Bernardus) in via Dei stare, retrocedere est. Hoc deberemus sanguineis lachrymis lachrymari. Quod lamēta batur Iob eleganti quadam comparatione dicens: Memen-  
16 to mei Deus quia ventus est vita mea, nec aspiciet me visus hominis. Quā facile ventus mutatur, & hinc illuc transit in instanti, sic homo quasi ventus ab vno in alium statum; à gratia in culpam facile commutatur. Ita inconstans est, vt vix illum humanus visus possit aspicere. Qua propter necesse est mille oculos habere, cautissimē viuere; atque hanc perseuerantiā sanctis exercitationibus adiuuare, qui sunt postes, quibus humana fragilitas, quasi paries in virtute declinans sustinetur. In  
17 Genesi dicitur, quod tulit Deus hominem, & posuit eum in paradysum voluptatis, vt operaretur, & custodiret illum. Est dubiū, quam oporteret esse operationem illam, quam Deus in tam fortunato statu homini imposuit? si enim dicas, quod paradysum culturus esset, & in eo laboraturus, non rectē dicis: hoc enim pos-  
18 sita in supplicium peccati illi impositum est, vt patet ibidem  
vbi

Philip. 3.

Hebr. 12.

Baruch. 3.

Psalm. 140.

Plinius.

Bernardus  
Sermo. 2. De  
purificatio-  
ne in fine.  
Iob. 7.

Gen. 2.

Gene. 3.

ubi legitur, quod dixit ei Deus: in sudore vultus tui vesceris pane tuo. Atque huic dubio aliud additur. Quia dicitur: vt custodiret illum, à quo debebat illum custodire? non erant latrones, nullus erat homo præter eum, quis facturus erat malum? Respondet Sæctus Ambrosius prioris dubio. Homo creatus in gratia, collocatus in paradiso est, vt operaretur virtutum cõcessarum incrementũ.

Ambros.

2. Cor. 6.

Hæc est enim natura virtutis in creatura satæ, quod nisi exerceatur, & accrescat, facile corrumpitur. Idcirco Sanctus Paulus nos admo-  
nebat dicẽs: A diuinitate autem exhortamur, ne in vacuum gratiã Dei recipiatis, sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros in multa patientia in tribulationibus, in vigilijs, in ieiunijs, in castitate. &c. Videte quot postes ponat, quibus homo in virtute sustineatur, & in gratia perseueret. Nam ille gratiam Dei in vacuum accipit qui non curat melior, ac melior fieri, & cũ

August. 8.

super

Gene. e. 10.

ea fulciri. Posteriori dubio respondet Beatus Augustinus. Quod illud: & custodiret illud, significat: vt custodiret se ne committeret aliquid, propter quod inde eijceretur. Itaque in his omnibus declarantur modi, & artes quas Deus homini dedit, vt in bono cõseruaretur. Quod si in illo felicissimo statu opus fuit homini tot exercitijs, ad sui cõseruationem; quid erit nunc postquam natura corrupta, & debilitata est per culpam? O per charitatem Dei vos rogo fratres, ante vnum quemq; vestrum prostratus, vt hæc, quæ vobis dico aduertatis cũ sint vobis tam necessaria; nec patiamini, vt hæc mea verba, vestra culpa vobis in atrocissima verbera conuertantur: & quod plura vobis dico, eo grauius in die vltimæ rationis propter ea puniamini. Dicetis aliqui vestrum. Pater frustra laboras & fatigaris admonens nos vt vlteriũs progrediamur, & ne regrediamur: cũ ne pedem quidem in virtutis via, & Christi summi boni nostri festinatione posuerimus. Sic ego credo fratres mei, quod ita scelerum cathenis deuinctos vos tenet Sathanas: vt, nisi vos ab eius vinculis soluatis, non sit possibile hoc iter vnquam aggredi; quod nisi incipiat, videte, quid vobis erit? O quanto affectu commendabat Sanctus Paulus discipulo suo Timotheo rē hanc dicens: Hæc cõmone testificans coram Deo. &c. Seruum autem Domini non oportet ligare, sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem, cũ modestia corripientē eos, qui resistunt veritati: nequando de illis Deus poenitentiam ad cognoscendum veritatem, & resipiscant à diaboli laqueis à quo captiui

20 captiui tenentur ad ipsius voluntatem. Hoc tibi commendo, vt perditissimos filios Adæ admoneas, vt se à diaboli vinculis soluāt cuius cathenis victi tenentur. Date mihi hominem nimio affectu terrena inuestigantem, & statim ibit ex vno peccato in alterum; & tam longam cathenam conficiet ex illis peccatis, vt cum in infernum deoradat. Vide miser in quàm infelicem statum deuenisti. Vide quousque ærumna tua perueniat, quia Sathanæ captiuus effectus es. O Deus æterne propter pietatem tuam Domine te oro, vt horum hominum cæcorum mentes, illumines, vt calamitatem suam agnoscant, quos diabolus absque vlla contradictione sceleribus alligatos in infernum præcipitat. Ad hoc propositum ponit Sanctus Chrysostomus mirificum quoddam exemplum. Auceps, qui laqueos suos parauit ad aues vincendas, contentus est quando videt auem in laqueum pedem vnum immisisse; sic enim eam habet securam. Nos iter facimus ad Deum duobus pedibus, quorum alter est fides, alter verò sunt opera plena amoris, & charitatis. Liberet vos Deus ne ille crudelissimus venator, qui vos insectatur, alterum pedem tantum vobis apprehendat. Habete fidem, licet enim ea tanta sit, vt montes transferatis (sicut ait Apostolus) si vobis charitas, & bona vita deest, captiui estis diaboli. Et tẽ contra, licet omnia opera bona, quæ excogitare poteritis habeatis, si in minimo articulo fidei deficitis, reiecti estis à Deo, deuinctos vos habet Sathanas altero pede: siquidẽ sine fide impossibile est placere Deo. Ad huius confirmationē intelligetis rē à Sathana constitutam; qui cum videat aliquẽ in fide deficere, non contristatur quanuis eum videat omnia opera bona mundi facere. Sic videbitis hæreticos Gallie, & Germanie, qui corpora sua mortificant; eleemosynas porrigunt pauperibus, & maximum habent religionis suæ zelum. Quid hoc est? vinculis Sathanæ tenentur, qui cum eos vno pede comprehenderit securam iam habet venationem; iam non eius laqueos fugient, licet alter pes liber sit. Quapropter, quod ego te rogo o peccator nomine altissimi Dei, qui nos crucis vexillum banulans ducit, hoc est: vt à diaboli laqueis resipiscas, vt animam tuam à tãta tyranni de ac tam crudeli seruitute vendices, atque salutis viam peruenire incipias. Aduerte quod hæc peccata sunt compedes, & cathene. Si vis o anima, pretioso Domini nostri Iesu Christi sanguine redempta, ab illis dissolui, ego tibi dabo limam surdam, quæ hæc cathenas

Chrysost.

Hebr. II.

thenas dirūpas: hæc est crux Iesu Christi summi boni nostri, ex qua tantæ fortitudinis liquor defluit, vt eo omnes cathenæ diaboli confringantur. O sanguis sacratissime dulcissimi Redemptoris mei tu pro nobis intercede in conspectu æterni patris, vt per te omnes hi fratres mei, dissoluantur, & disponantur ad virtutis iter faciendum, vt ad æternam vitam accedant. Cū David se vitro q̄; pede liberū animaduertit, maxima lætitia exultabat, & Deo gratias agens dicebat: Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantiū: laqueus cōtritus est, & nos liberati sumus. Et statim fateretur vires suas nō suffecisse, vt à tanto periculo liberaretur dicens: adiutoriū nostrū in nomine Domini, qui fecit cælū & terram. Hoc idem adiutorium habebis tu frater si eo vti volueris.

Esai. 133.

Vt Dñs se lucē mūdi appellauit quē sequi debebāt ij, qui salui fieri volebāt: dixerūt ei Pharisei: *Tu de te ipso testimoniū perhibes: testimonium tuū nō est verū.* Vt hi pharisei erant qui pluris æstimabātur in populo, ita erāt & audaciores, ac impudentiores; & vt tales hoc dixerūt. Quemadmodū nemo potest esse iudex in propria causa, ita etiā testis esse nō potest: passio enim, & proprius amor rationis iudiciū peruertit. Si autē tã perfectus vir reperiretur, vt eum propria passio non perturbaret, non esset inconueniens, quod in propria causa testis esset, & iudex. Et idcirco respondit Dominus: si ego testimoniū perhibeo de me ipso verum est testimonium meum, quia scio vnde veni, & quo vado. Illud: ego; maximam in se habet emphasim. Ego, qui sum verus Deus & verus homo in quo humana ratio nequaquam perturbari potest; cū tam clarificata sit à diuina natura, rectè possum de me testimonium perhibere, & quod perhibeo verum est, & probat illud dicens, quia scio vnde veni, & quo vado. Tria de se prædicabat Dominus, de quibus testimonium perhibebat & in eis sibi fidem volebat adhiberi. Primum, quod esset filius Dei æternaliter genitus. Secundum erat: quod factus est homo in tempore. Tertium erat, quod propter hominum salutem homo factus est. Quæ tria his verbis declarauit: scio vnde veni, quia exiui à patre, & quo vado: quia misit Deus filium suum in mundum, vt saluetur mundus per ipsum. Ecce vnde venerit, & quo vadat, & ad quid vadat. Vos autem nescitis vnde venio, quia secundum carnem iudicatis. Cū nihil amplius aduertatis, quàm hoc corpus carnis, ex muliere natum, non iudicatis nisi carnaliter

ter

26 ter, nec vultis credere plus in me esse, quàm hoc, quod corporali-  
bus oculis intuemini, licet plurima miracula me videatis operari:  
atque hæc cecitas, & infidelitas vos ad cōdemnationem deducet.  
Quod ex his verbis plenè posteriorū elicimus est: quod qui cèle-  
stē hunc Magistrū sequimur debemus testimoniū de nobis perhi-  
bere, nō tantū verbis, verū & operibus etiā; & hoc significat etiā il-  
lud, quod supra dictum est: qui sequitur me habebit lumen vitæ;  
non modò animam viua fide illustratam habebit, verū exte-  
rius etiam habebit optimi exempli splendorem. Speculum cry-  
stallinum exactum, & mundum, in quo solis radij reuerberāt, nō  
solum ipsum in se clarificatum manet, verum à se etiā radios simi-  
les solis radijs immittit. Itaq; idē speculū alter sol apparet. Ita ani-  
ma pura, & munda virtute adornata, sic diuinos radios recipit, vt  
27 tota in Deum transformata, etiam ipsa à se radios immittat mira-  
bilium exemplorum, proximis suis, ita, vt alter sol, & diuinum  
quid, ac cælestē in terra videatur. O filij Adæ si velletis conscien-  
tias vestras sancta contritione; puraque, ac integra confessione  
mūdare, quàm dissimile de vobis testimoniū perhiberetis, ac per-  
hibetis! Quanta cū exaggeratione hoc cōmendabat S. Paulus di-  
cēs. Charissimi cū metu, & tremore vestrā salutē operamini &c.  
Vt sitis sine querela, & simplices filij Dei sine reprehensione, in me-  
dio nationis præuæ, atq; peruersæ: inter quos lucetis sicut lumina  
in mūdo. O quā diuina verba, quis ex toto cordis sui affectu ea  
amplecteretur, & omnibus viribus suis ea curaret exercere; quàm  
optimū de se testimoniū perhiberet. Tã perfectè ea adimplebant  
Christiani illius tēporis, vt non Ecclesiastici solū, verū cōmunes  
28 etiā homines, & matrimonij vinculo alligati (vt referūt S. Paulus  
& S. Petrus) ita perfectā vitā viuerēt, vt mulieres Christianæ viros  
suos infideles conuerterent ad catholicam fidem, qui adeò infide-  
les erant, vt sanctorū Apostolorū prædicatione nollent conuerti,  
etsi miraculis cōfirmata erat, & diuini spiritus igne inflāmata; ip-  
sæ verò eos ad fidem conuertebant, quia illi videbant sanctam  
conuersationem, & puritatem operum, & vitæ illarum. Itaque  
illa sanctimonia sua virorum infidelium conuersionem asse-  
quebantur, & similiter viri fideles cum suis vxoribus infide-  
libus faciebant. Quod Sancti Apostoli prædicatione, exemplo,  
& miraculis conficere non poterant. Vnde apparet quanta sit  
vis amoris coniugalis, cū matrimonium pijs operibus adorna-

simile.

philip. 2.

1. Cor. 7.

1. Pet. 3.

RUX

tor. Non minus obligati sumus modo exactissime hæc verba S. Pauli adimplere, curantes, ut simus luminaria, & soles, qui proximos nostros illuminemus, eosque ad amorem, & charitatem inflammemus, ut sic virtutis, & gratiæ repleti æternam beatitudinē impetremus. Ad quam nos perducatur Iesus Mariæ filius. Amen.

## Dominica in Passione.

*Dicebat Iesus turbis Iudæorum, & principibus sacerdotum, Quis ex vobis arguet me de peccato? Ioann. 8.*



**M**VCVSQVE Fratres mei occupata est alma mater Ecclesia in incitâdo nos, ut plorarem mortem, in quâ nostræ animæ propter peccata incurerunt, & illa lachrymis pœnitentiæ, ac pura & integra illorum confessione doleremus. Modo verò incipit nos excitare, & inuitare ad lamentandâ mortē nostri sacratissimi fœons; qui pro nobis mortuus est, ut nos hac morte liberaret. Et sic dies hic dicitur Dñica in Passione: quia ab hodierna die vsque ad sanctâ resurrectionē occupatur sancta Ecclesia, in celebrando mysterio pretiosissimæ passionis huius die in Dñi. Atq; hinc infertur, quo sensu, qua deuotione, quibus deniq; cogitationibus, his diebus esse debeamus. Verū (ut vobis verū dicā) pudet, & pœnitent me nostrorū tēporū calamitatis, in quibus hæc dicim⁹, plus, ut rē narremus, quàm quod spē vllā habeamus, quod prodeunt, aut aliquis ex illorum relatione fructus percipietur. Multi enim sunt, qui nihil inter hoc tēpus, & cæteros dies interesse putant, & nullum discrimen inter eos constituunt. Ita rident, ludunt, ambulat, & tam inordinatē omnia faciunt, sicut in reliquo tempore. Itaque solum nomē ex his diebus nobis remanet, quod dicimus, quia in die passionis sumus, cum tamen non magis illius recordemur, quàm earum rerum, quas nunquā vidimus nec audivimus, ac si nunquam Deus talia pro nobis fuerit perpeffus. O fratres ad uertite propter charitatē quia operi, quod nos æterna morte liberat, æternas gratias referri oporteret: quod siquidē nō semper facimus; his paucis diebus saltem faciamus. In Exodo dicitur, quod

Exod. 12.

prz-

præcepit Deus Hebræis, ut agnus Paschalis, qui decimaquarta luna immolandus erat, decima luna domum adduceretur, ut illis omnibus diebus videntes agnum ante oculos & eius balatus audientes, veteris illius beneficij recordarentur, cum Ægypti captiuitate liberati sunt; & gratias Deo agerent propter illud. Dicit obsecro fratres mei, si beneficium illud tot dies in memoriam reuocandum erat, quid oportebit fieri propter remedij, ac reparationis nostræ beneficium? A perite ergo nunc oculos ne sitis ingrati tanto bono. Cogitate, quod cantus & ceremoniæ almæ matris Ecclesiæ horum omnium dierum, sunt affectuosi balatus Paschalis agni Iesu Christi; qui pro vobis immolatus est.

Propositur nobis hodie euāgeliū hoc, quod passionis eius causam cōtinet: in quo agitur de innocētia, & sanctitate huius diuini saluatoris, de veritate doctrinæ eius, ac de duritiæ Iudæorum. Agnus ille, de quo modo loquebatur præcipiebat Deus, ut esset sine macula; & thus quod offerendum erat, ut esset purum; & tritici adipem sibi offerri volebat. Et pro leproso, præcipiebat offerri duos agnos immaculatos, & ouem puram, & mundam. Et volebat ut carnes, quæ offerendæ erant, essent valdè ablutæ; & in ipso templi vestibulo esset lauacrum, in quo abluerentur ij, qui oblaturi erant: præcipiebat etiam, ne impura comederentur, nec manibus quidē immunda pertingerentur. Est Deus amicus puritatis; quia ipse in se est purissimus. Origenes, Augustinus, & Chrysostomus super Exodū, & Leuiticū dicunt, quod hæc omnia sacrificia, in quibus puritas petebatur, significabant purissimum sacrificium corporis, & sanguinis Domini nostri Iesu Christi, quod eterno patri oblatum est. Quod si tantam puritatem Deus petebat in illis sacrificijs, qualem puritatem, & innocētiā oportebat esse in sacrificio sacrificiorum; & hostia pacifica, quam illa omnia figurabant, qui erat Christus salus nostra? Talis enim decebat, ut nobis esset Pontifex sanctus innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cælis factus, ait Sanctus Paulus, Pensate maximè quot verba, repetat, ad Domini puritatem significandam; & omnia quidem hæc non sufficiunt ad eam penitus explicandam. Quapropter, cum celestis hic Magister passionem suam iam appropinquare animaduertet, voluit hostiæ pro peccatis offerendæ puritatem mundo manifestare, & ita dicit: quis ex vobis arguet me de peccato?

Origenes.  
Augusti.  
Chrysof.

Hebr. 7.

Tom. j.

Y

Perpen.

Perpendite, & examine vtrum habeat hic agnus aliquam maculam, & vtrum sit secundum legis præceptum, quod siquid amplius habetis, quod desideretis, dicite illud. Ecce hostiam pro peccato, absq; peccato, Accedite ad eam peccatores, & sanctificabimini. In Leuitico dicitur, quod homo attingens hostiam, quæ pro peccato offerebatur, sanctificatione plenus manebat, quanto magis manebit, qui hæc hostiam attigerit? & sic beatus Hieronymus. Dicit, quod qui cum vera fide, & in infeco amore hunc agnum tetigerit sanctificabitur.

Leui. 6.

Hier. homi  
lia. 4. in Le-  
uit.

Marc. 10.

Esal. 124.

simile.

simile.

Quam verè potuit dicere Christus Redemptor noster: *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Nam in quantum Deus tam bonus est, vt nemo sit bonus nisi solus Deus: si ergo solus Deus est bonus quare dixit Dauid: Bene fac Domine bonis, & rectis corde; & plurimis in locis sacre literæ iustos appellant bonos? Dico quod in comparatione bonitatis in Deo existentis, non est bonitas ea, quæ est in creaturis. Cum videris fornacem ardentissimis flammis inflamatã, quod ab eo exit, & sursum ascedit per caminũ, non dicitur proprie ignis, sed scintille; sic fornax, in quo infinita probitas ardet, Deus est. Probitas verò quæ est in creaturis, melius dicitur scintilla, quæ exit ab illo igne incomprehensibilis probitatis Dei; quã pura bonitas. Atq; etiã dicitur solus Deus bonus, quia solus ille habet bonitatẽ ex natura sua, & quia essentialiter est bonus; bonitas verò, quæ est in creaturis non est illis essentialis & solida, sed accidentalis, & ab extrinseco adueniens. Sunt hinc duæ statuæ, altera ex auro solido, altera verò fictilis, sed tamen deaurata, si vtranq; aspicias, quod apparet totum est aurũ: verũ accedat aurifex, & vtranq; attingat, si statuam auream attigerit, quo magis retigerit semper aurum vtrinque deteget, attingat autem alteram, & statim fictilem materiam, quæ intus latet deteget: non enim habet aurum, nisi in superficie. Deus totus est aurum. Solidum, nihil in eo detegi potest, quod non sit bonitas. Si verò creaturam pertingatis, licet minimo quouis tactu; statim lutum, & miseria detegitur. Attingite eam contemptu, vilitate, voluptate, ac denique honoris puncto, & videbitis statim quomodo intus lutũ manifestetur: nihil enim amplius in illa erat quã exterius illud accidens. Cũ igitur solus Deus essentialiter bonus sit, non poterat Christus quatenus Deus erat, peccare. Si per aliquam ianuam poterat peccatum introire, erat per ianuam huma-

9 humanæ naturæ; quæ ex natura sua debilis & facillimè excidit. Sed nec hac quidẽ ianuã, potuit peccatum in illam sanctissimam animã introire. Nã virga, quæ ex se facillè potest infringi; fortissimè alligata colũnæ æneæ, tã difficile potest flecti, quã ipsa colũna. Voluntas humana ex se flecti potest; adiuncta tamen diuinæ voluntati in diuino supposito, tam difficilis est flexu, quã ipsa diuina voluntas. Et quanuis humanitas illa non esset vniuersa Verbo; eo quod anima beata esset, impossibile esset in eam peccatum cadere. Quem admodum quandiu in crystallo solis radij reuerberant, impossibile est, in eo vmbra aliquam esse: sic etiam anima illa, mille crystalis splendidior, in qua diuinitatis radij reuerberabant; cum illa eos acciperet per clarã visionem, & fruitionẽ: impossibile erat eam aliqua peccati vmbra pertingi. Quocirca se iocurẽ dicit: quis ex vobis, arguet me de peccato?

simile.

simile.

Sequitur in textu: *Si veritatem dico vobis, Quare non creditis mihi?* Comprobata vitæ suæ innocentia: consequenter sequitur doctrinæ suæ comprobatio. Si sit vitæ innocentia, etiam erunt eius verba sana, certa, & secura. Et ideò dicit: si veritatem dico vobis. Si sum bonus: ergo doctrina mea bona, & vera est. Sapiens quædam mulier dixit: ego sum, quæ respondeo veritatem in Israel. Quanto melius potuit hoc dicere summa veritas? Ex puritate vitæ, sequitur doctrinæ veritas. Et hæc omnia simul sunt vires fortissimæ, ad corda rebellia domanda, & ad veritatis viam adducenda. Et quanquam eandem veritatem ac doctrinam modò prædicamus, quam Christus Dominus noster prædicauit parum tamen efficiamus; quia hoc fundamentum sanctitatis vitæ nobis ideest. In Apocalypsi dicit Sanctus Ioannes: vidi alterum Angelum volantem per medium cælum habentem Euangelium æternum, vt euangelizaret sedentibus super terram; dicẽs magna voce: Timete Dominum, & date illi honorẽ: & statim venit alter Angelus, & dixit: Cecidit Babilõ illa magna. Mirabilis res, quod volante Angelo per medium cælum, habenteq; Euangelium in manibus, & simul prædicante; vt homines timeret, & glorificarent Deum, statim dicitur, quod cecidit Babilon, & maxima illa confusio dissoluta est. Atque ita est profectò: Nã si prædicator est alter Angelus, & per altũ contemplationis volat, & in manibus habet euangelium, operans ea, quæ in eo præcipiuntur; statim eius vocibus, & prædicatione dissoluetur, & corruet mudi confusio:

Apo. 14.

*Esa. 40.*

& eius vitia finientur. Idcirco dixit Deus Esaiæ: quæ sit tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo scelera eorum. Quare non dixit: Rugi vt leo, & exalta vocem, quæ si tonitruum? Nam tuba ore inflatur, & sustinetur manibus: ita verbum Dei manibus, & operibus sustinetur, & vigorem recipit. O patres prædicatores, quantum oportet vt hæc attendamus; caueamus ne de vnoquoque nostrum dicatur illud, quod dixit Patriarcha Isaac filio suo Iacob: vox quidem vox Iacob est: manus autem Esau. Vox iusti Iacob, quia optimas res prædicat, ac si esses vir sanctus; opera verò peccatoris Esau. Quid tali prædicatione proficies? Quis crederet homini dicenti, caute a tali via, quia est periculosa in qua latrones plurimi grassantur; & nemo per eam præteribit, qui non spoliatur omnibus suis rebus, & interficiatur: si tamē videret ipsum per illam viam statim ambulare? quis illum non illufores iudicabit? Affirmas, quod via peccati in infernum ducit, & homines vidēt te per eam ambulare; occasionē præbes simplicibus, & ignorantibus, vt arbitrentur, illam esse exaggerationem, & dicendi modum. O

*Gen. 27.**simile.*

quàm præclarus prædicator Paulus, qui dicebat: De cætero fratres quæcunq; sunt vera, quæcunq; pudica, quæcunq; iusta, quæcunq; sancta, quæcunq; amabilia, quæcunq; bonæ famæ; si qua laus disciplinæ, hæc cogitate, quæ & didicistis, & accepistis, & audistis, & vidistis in me. Ecce quomodo gloriosus Apostolus hæc duo simul adiunxit quæ audistis, & vidistis in me. Ore vobis prædicaui omnem sanctitatem, & virtutē, & oculis vestris vidistis, quomodo ego opere cōplerē ea, quæ docebam: quæ excusationē possent dare illi, vidētes tale exemplum in Magistro suo? & plus dico quod non modò prædicatores maximè proficiunt suo bono exēplo, verū etiā & alij peculiare homines: tantas enim vires virtus habet, vt vbi cunq; sit prædicet, & ad Dei seruitutē inuitet. S. Athanasius affirmat, quod Idololatraz ita admirabatur virgines Deo dicatas; vt etiā inuiti faterentur, eas esse viuam templam Dei, & inter solos Christianos verū esse Dei cultū. Quapropter multi diuina hac luce illustrati, expulsa omni Idololatria ad catholicam fidē conuertebatur. Et Sanctus Theodoretus affirmat, quod Iberi, qui erant maximi Idololatraz mulierem captiuā duxerunt, quæ in parua quadam domuncula morabatur; & tampusuram, ac innocentem vitam degebat, vt contemplantes eam infideles interrogauerint, quam religionem, & legem sequeretur illa.

*philip. 4.**Athanasius**Theodoretus*

illa mulier, aut quem Deum adoraret, qui tales seruos suos effiebat; & dicit, quod optimum exemplum huius mulierculæ fuit initium expellendi idololatriam ab illa regione, & sequendi verum Deum. Quid vobis videtur? Ecce quantum possit bonum exemplum vbi cunq; sit. Idcirco S. Paulus dicebat Corinthijs: Epistola nostra vos estis, quæ scitur & legitur ab omnibus hominibus: manifestati quod epistola estis Christi ministrata a nobis & scripta non a tramento, sed spiritu Dei viui: non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Perpēdite diligēter, quod cū omnibus loquēs, vnumquemq; vocat epistolam, in qua diuina lex scripta est; & ita illi viuebant, vt quisquis eos videret, in eorum vita sanctum Dei Euangelium scriptum aspiceret: & eorum bona opera erant characteres illius scripturæ. O quam magnus splendor ille Christianorum? quam dissimilem aspectum modo habemus! Qui nos exteriorius viderit, nescio ex quo poterit cognoscere nos esse Christianos; nisi ex eo, quod in nostro immundo ore sanctum ac venerabile Domini Dei nostri nomē assumimus, tanquā dissoluti, & perditii ad iurandū, & periurandum; ita vt videamur ad nihil aliud illius recordari, quàm ad iurandum milliēs impertinenter. Hoc autem non modo Corinthijs dicit, sed scribens etiam ad Romanos eis dicit, gratias ago Deo meo, per Iesum Christū, pro omnibus vobis, quia fides vestra annūtiatur in vniuerso mūdo. Ad intelligenda hæc verba notandum est, quod populus Romanus audies mirabilia Redemptoris nostri Iesu Christi, & eius mortis, ac gloriosæ resurrectionis, antea quā vllus Apostolorū Romā veniret, in eū credidit, eiusq; Euāgeliū suscepit. Quando enim B. Paulus hæc epistolam scripserat, nondū Romā venerat, & iam Romanos laudabat; quia eorū fides pervniuersum mundū redolebat. Quod autem Paulus cum hanc epistolam scripsit, nondū Romā venisset, patet: idē enim dicit illis nolimus vos ignorare fratres, quod sepe proposui venire ad vos, & prohibitus sum vsq; adhuc. Ergo nondū Romā venerat. Nec legimus, quod alius Apostolorū venisset, cū S. Paulus hæc scripsit. Vnde infertur, quod cum miracula non vidisset; nec Apostolū aliquē audissent crediderunt, & ita perseveranter, vt cum Romæ tot tamq; crudeles Tyranni fuerint, qui atrocissima tormentorum genera in illis exercuerunt, nunquam tamen a concepta fide defecerunt. Propter hoc bonum exemplum, quod præbuerunt gratias agit Sanctus Paulus et

*2. Cor. 3.**Roma. 1.*



no patri, qui propter merita Iesu Christi filij sui, talem virtutem; & illis hominibus contulit, vt suo exemplo vniuersum mundum ad catholicam fidem inuitarent. Et debetis notare quòd dicit: pro omnibus vobis, quia fides vestra, &c. Quòd omnes à maximo vs que ad minimum illud optimum exemplum præstabant. O quàm tum est modo plorandum circa hoc! Ea est morum nostrorum deprauatio, vt credam, hanc esse suasionem maximam, vt infideles non conuertantur. De illis Christianis, qui primò Indias inuenerunt dicitur tanquam certissimum, quòd tantam cum illarum incolis sæuitiam exercuerunt, vt videntes se ita oppressos, & perturbatos ab eis, Iesum Christum, Deum crudelitatis vocauerint, arbitantes legem Christi immanitates illas docere, & eas Christianis præcipere. O maximam Christiani nominis ignominiam! ò nequitiam in seculis inauditam? ò infamiam dignam, quam perpetuis lachrymis lachrymemur, quis non dolebit cum videat tãtam calumniam impositam optimo Iesu filio Dei viui, propter turpissimos, & atrocissimos Christianorum mores? Hic est fructus, quem optimus Iesus à nobis percipit, pro innumerabilibus beneficijs; quæ in nos contulit, quòd cum ipse sit perennis fons pietatis infinitæ, Deus, crudelitatis iudicetur. Quid huic sceleri addi poterat? Quare non tristitia, ac dolore conficimur hæc audientes? O ærem e Deus, largire mihi verba, & efficaciam, vt honorem tuum propugnem; si quidẽ tui Christiani te dæ decorant. Querebatur Sãctus Iacob de filijs suis, quòd crudelitate sua odiosum eum fecerant Chananæis. Turballis me (dicebat) & odiosum fecistis me Chananæis, & Pherezæis habitatoribus terræ huius. O Christe vere Pater noster, quam maiori ratione de nobis 20 querẽs, qui immanitatibus nostris, cupiditatibus, ac superbia te hominibus odiosum fecimus. Sic nominis sancti tui gloriã illustramus: sic tuam gloriosam doctrinam nostris turpissimis moribus honestamus? O fratres charissimi pudeat nos tam dissimiles esse illis prioribus credentibus, qui sic vniuerso mundo vitæ suæ puritate, operumque suorum sanctimonia persuadebant, vt ad Christianam fidem conuerterentur. Quòd si gens plebeia, & communis hos effectus faciebat suo bono exẽplo, quid esset si prælati, principes, & gubernatores tãta morum integritate florent, vt possent dicere: quis ex vobis arguet me de peccato? O quàm utile hoc esset mũdo, & nõ esset mirũ si illud faceretis: cũ etiã infideles absque

Gen. 34.

21 absque fidei lumine, in muneribus suis puritatem ostendere curauerint. Plutarchus affirmat, quòd veteres depingebant iudicũ statuas sine manibus. Et huius causam esse arbitror, vt significarent iudicem non oportere manus habere ad donum aliquod accipiendum: magnoperẽ enim dona peruertunt, publicoq; homines iniquos reddunt: quòd est perniciosissimum reipublice. Nam quem admodum statera, qua peditur aurum, & qua penditur plũbum eadem est, ita etiam iustitiam, qua maximus, & minimus iudicatur eandem esse oportet, & idem pondus fidei; & absque fallacia diuiti, & pauperi reddendum est. Et Cælius Augustinus refert quòd Ægyptij solebant iustitiam iuxta cælum, & sine capite depingere. Mirabile hoc est. Pingere eã sine manibus (vt Thebani faciebant) ne dona acciperet, conueniens erat; at verò sine capite, videtur stultum, & absurdum. Credo illos nolle significare in hoc, iustitiam non habere caput, sed illud in cælo absconditum habere. Volebant in hoc ostendere, quòd iudicem iustum oportet oculos in Deum conijcere, à quo gubernari debet, non autem partes respicere, à quibus nequaquam vinci debet. Non oportet enim in terram caput declinare, terrenas utilitates desiderantem, sed in cælum illud erigere, cum intẽtionẽ soli Deo placendi. Præstantissimus senatus, qui fuit in Græcia, fuit Areopagus Athenarum cuius iudicium incorruptissimum habebatur, vt ait Tullius. Iudices verò Areopagitæ semper noctu sententiam proferebant, ne partes viderent: qui cum orabant, non debebant vti eloquentia, sed rem nudam referre cooperto capite, absque vlla affectuũ motione. Atque de Lacedæmonijs narrat Alexander, quòd cum 23 iudicabant, in quadam domo includebantur ne aliquem viderẽt, neue donis, aut verbis alicuius mouerentur. O quantæ confusio- ni & pudori est hoc Christianis, cum hanc infidelium rectitudinem considerent, & modos, quos quærebant, vt non peruerterentur, nec errarent.

Quis ex vobis arguet me de peccato? Voluit Dominus de se inquisitionem fieri, cum iam prope esset, vt ad patrem migraret, vt nos doceret, quòd si securè ex hac vita volumus migrare, prius de conscientijs nostris inquiramus, & cum eis rationem ponamus. Quia autem huius discessus horam nemo sicut nisi solus Deus, optimum erit consilium semper arbitrari, hanc esse profectio- nis horam. Quapropter singulis horis

Y 4 hæc

Plutarch.

Simile.

Cælius.

Tullius in  
epist. quadã  
ad Atticũ.

hæc inquisitio faciēda est; & oportet vos inetipſos interrogare ſenſus veſtros: quis ex vobis arguet me de peccato? Interrogatē hoc conditionem veſtram, negotia, conuerſationes, & deſideria. &c. *Gene. 1.* Hæc omnia examinantes, vtrūm in eis aliquid ſit, in quo Deus offendatur; vt illud à vobis eijciatis. In Geneſi legitur, quòd poſtquam Deus omnia creauerat, ea examinauit. Vidit Deus cūcta, quæ fecerat, & erant valdè bona. Hic apparuit quā maximo amore Deus hominē æſtimet. Cū artifex opus aliquod facit magno cuidam Dño, curat diligentiffimè, vt ſit perfectiſſimum; & iterū atq; iterū illud examinat. Cū vero illud opus eſt homini plebeio nō illud toties videt, & nihil curat, quale ſit. Animaduertite ergò Dei bonitatē, qui tantoperè curauit, vt exactiſſimum eſſet opus, quod vermiculis patrabat; nobis in hoc ſignificans, quā maximi nos æſtimet. Quare ergò nos ita ruſſici, & tam parūm urbani 25 erimus, vt opera, quæ ad tam ſupremæ Maieſtatis ſeruitutem facimus, iterum atq; iterum nō examinemus; vt videamus, vtrum aliquid in eis diſſentaneū, aut imperfectum ſit: Quòd ſiquid inuenis ò frater mi, quod tibi diſpliceat; conſidera quanto magis diuinæ Maieſtati diſplicebit. Hoc eſt argumentū, quod facit Beatus Ioannes dicens: quoniam ſi reprehenderit nos cor noſtrū, maior eſt Deus corde noſtro; qui nouit omnia. Si cūm habeamus nos cor tam negligens; tam parumque ſcrutans peccata, tamen noſ reprehendit: quid faciet Deus, qui ita ſcrutatur, vt minimas etiam culpas animaduertat? Quo circà aperiāmus oculos, & videamus quomodo tam inæſtimabilē hanc vitam cōſumamus, quā Deus ex intimo cordis & amoris ſui abſtraxit; vt eam nobis communi caret. Hoc enim voluit ſignificare non contentus, quòd poſſet dicere: fiat homo in animam viuentem, ſed ſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viuentem, quaſi hauriens ex corde ſuo, & ex intimo viſcerum ſuorum vitam, quā nobis communicauit. Vide igitur ò homo quomodò hanc vitam conſumas; in quibus rebus occuperis, crebrò illam examina: cum tam pretioſa ſit vita, quæ à Dei viſceribus exiuerit.

Explicata vitæ ſuæ innocentia, dicit: *ſi veritatem dico vobis quare non creditis mihi?* Idcirco Domine tibi non credunt, quia eis veritatem annūcias. Eſt iam res communis mendacium, in omni hominum genere. Atquæ hoc tam impudicè ſit, vt obſtupendam ſit dictū. Summam inuoniam ducitis mendaces vocari, & vo-

27 & vobis dici, mentiris, & ſtatim vultis medium vultum abſcindere illi, qui vobis tale dicit, & non ignominioſum putatis realiter mendaces eſſe? Cūm Sathanas primæ mulieri, vellet mentiri faciem ſuam immutauit. Vos autem tam effrontes eſtis, & parum timentes Deum, vt non pudeat vos nunquam veritatem loqui: & ſi aliquando vobis dicitur, non illam creditis. Eſtrobæus dicit, quòd interrogatus Pythagoras, quid facerent homines, vt Deo eſſent ſimiles: reſpondit; loquantur veritatem. Veritas eſt centrum, in quo omnes virtutes quieſcunt; atque idèd miniſtra fuit hæc ſententiæ Pythagoræ: & ſic vna ex præcipuis conditionibus, quam habere oportet qui ſaluandus eſt, hæc eſt (vt ait Dauid) Qui loquitur veritatem in corde ſuo, vt ſit verus interioris, & exterioris, & cūm ita ſit, ſtatim ei veritas placebit, ei que credet, & illam ſequetur. Quoniā his rebus carebant illi maledicti Hebræi, eam non credebant. Vt ante conqueſtus fuerat Deus de illis per Eſaiam dicentem: Corruit veritas in plateis. Et Dauid conquerens exclamabat: Diminutæ ſunt veritates à filiis hominum. *Eſai. 59.*

*Qui ex Deo eſt, verba Dei audit.* Vnum ex ijs, in quibus meliùs cognoscitur, qui eſt ex Deo; eſt, audire verbum diuinum cum attentione, affectu, & firmiſſimo propoſito exequendi illud. Sicut de leſtatur venator loquēs de aſtutijs venationis: & medicus de herbarum proprietatibus diſceptans; ac denique nauta de infortunijs, & periculis maris; ſicut etiam dux de varijs bellorum euentibus loquens, & mercator de nundinis, & mercationibus agens, obleſtatur: ita etiam qui ex Deo eſt, ſumma voluptate afficitur, cum de Deo loquitur, & audit. Quanta ſuauiſſitate dicebat Dauid:

29 Latatus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi, in domum Domini ibimus! *Propterea vos non auditis, quia ex Deo non eſtis.* O quam duriffimum verbum, miſerum illum, ad quem pertinet. Et ne arbitremini quòd ſufficit exterioribus ſenſibus diuina verba audire, vt ex Deo ſitis, ſi illa corde reiſcitis; atque etiam (vt hi inſolentes) murmuratione, & indignatione pleni exitis. Cūm terra eſt nimis arida, & pluit, ferè omnes guttæ aquæ conuertuntur in bufones, ſeu rabeta: ſic multi ex vobis ita aridi in virtute eſtis, & ſanctæ intentionis vacui, vt diuina verba in ſerpentes & bufones vobis conuertantur; & in iudicium, ac condemnationem ſiant. Ecce quomodo diuina verba Domini in bufones illis fuerint cōuerſa; ſiquidem cūm deberent conuerti, ceperunt eum vocare Sa-

maritanum, & habentem Dæmonium, ac lapides arripuerunt, ut iacerent in eum. Ne arbitremini vos aliter facere: cum exeuntes à prædicatione, vaditis ad committenda plurima peccata. Timete ergo fratres mei hunc præpotentissimum Dominum, & sanctis admonitionibus, quibus vos eius nomine exhortamur, utimini; ut ita vobis ignoscat, & gratiam suam conferat, qua gloria comparatur: ad quam nos perducatur Iesus Mariæ filius, Amen.

## Feria. II. post Dominicam in Passione.

*Miserunt Principes, & Pharisei ministros, ut apprehenderent Iesum. Ioan. 7.*

1. Reg. 19.

**S**AUL Persequens Dauidem, quia arbitrabatur eum vsurpaturum regnum eius; sciensque illum esse cum Samuele, aliisque prophetis, res Dei loquentem: Misit quosdam ministros suos in Ramatha, ut apprehenderent eum, & vinctum sibi adducerent. Qui profecti sunt, & cum peruenissent vbi Prophetæ erant laudantes Deum, tetigit eos spiritus Domini; & immemores regij præcepti immisi sunt inter Prophetas; & cum illis coeperunt prophetare. Quod cum nunciatum esset Sauli, misit & alios nuncios; quibus idem contigit. Et rursus misit tertios nuncios, qui & ipsi sicut primi prophetarunt. Cum autem Rex videret quid ageretur, equum conscendit, & illuc iuit; & accedenti, idem accidit, quod & nuncijs suis. Totum hoc fuit vis, & virtus diuini verbi, quod hominū corda conuertit. Ibat S. Paulus, quasi leo furens, ad persequēdos fideles, & vno verbo, quod Deus loquutus est ei, dicens: Saule, Saule toto corpore contremuit, ita ut dixerit: Domine quid me vis facere? O quam merito dixit Dauid: Vox Dni in virtute, vox Dni in magnificentia, vox Domini confringentis cedros. Atque etiam, & lapides sentiunt, & confringuntur præ diuini verbi virtute. Ut apparet in tertio Regū, vbi dicitur de sancto quodam Propheta: Et exclamauit contra altare, in sermone Dni, & ut vociferatus est ad altare, ad hominum confusionem dicitur illic, quod altare scissum est, & effusus est cinis de altari. Huius ad mirabilis virtutis, & efficaciam diuini verbi, habemus singulare quoddam

Acto. 9.  
Psalm. 28.

3. Reg. 13.

quoddam exemplum, in sancta hodierni Euangelij sectione vbi refertur, quod miserunt Pontifices, & Pharisei ministros quosdam iustitiam, ut Christum Redemptorem nostrum apprehenderent, qui diuina illius verba audientes, ita commoti, & perstricti sunt, ut redeuntes ad eos, qui illos miserant, illis dixerint: Nunquam sic locutus est homo, sicut hic loquitur: significantes se celestis illius doctrinæ amore captos esse. O quantæ confusioni est hoc nobis, cum sæpe ex prædicationibus tam sine timore, sine affectu, ac sine sensu quasi lapides exeamus.

Accedentibus ergo his ministris, dixit illis Dominus: *Adhuc modicum tempus vobiscum sum: & vado ad eum, qui misit me.* Hoc dixit eis, quasi loquens cum Phariseis, & sacerdotibus qui eos miserant: ad illos enim præcipue hæc verba dirigebantur. Adhuc mansurus sum vobiscum parum temporis: & postea vadam ad eum, qui misit me. Ac sic dicat: Ne tantum acceleretis, nondum enim est tempus. Vos mortem meam desideratis; magis autem eam ego desidero accipere. Circa me manibus vestris tradam, ut mortem mihi inferatis: hoc autem erit cum ego voluero, in mea enim manu est. Hæc omnia significantur his verbis.

Dicit ulterius: *Queretis me, & non inuenietis. Et vbi ego sum, vos non potestis venire.* Queretis me importune, & idcirco non poteritis ad me peruenire. Et si Christus Redemptor noster erat mortalis, & passibilis cum hæc dixit; iam tamen eius anima erat gloriosa, & ad hanc gloriam vbi ipse iam tunc erat, nunquam illi accedere potuerunt: non enim eum quaesierunt sicut oportebat. O terribilem Dei comminationem, quanto tempore antea peccatores proteruos illa comminatus fuerat per Salomonem dicentem: Quia vocaui, & renuistis, extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret: despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis, ego quoque in interitu vestro ridebo, &c. Cum irruerit repentina calamitas, & interitus, quasi tempestas ingruerit, quando venerit super vobis tribulatio, & angustia, tunc inuocabunt me, & non exaudiam manum confurgentem, & non inuenient me. Ecce quomodo hoc, his verbis Domini respondet. Confurgent, & non inuenient me. O verbum durissimum, quod est marmor audiens te, quod tamen timore maximo non confringitur? Nunc fratres mei cum tempus habemus, ne hanc occasionem prætermittamus. Præcepit

Præm. 1.

*Hiere. 18.*

cepit Dñs Hieremix, dicens: Surge, & descende in domum figuli, & ibi audies verba mea: quia volo tibi loqui in domo figuli. Perrexit illuc Propheta, & vidit quomodo figulus vasa conficeret in rota, volutans eam; viditque quod cum faceret vnum ex illis vasibus à manibus excidit, & fractum est: qui accipiens eandem massam vasis fracti, ex ea aliud optimum fecit, prout libuit. Tunc locutus est Deus ad Hieremiam, dicens: Nunquid sicut figulus iste non potero vobis facere, domus Israel? Ecce sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu mea, domus Israel. Hoc est, quod ad literam agitur inter Deum, & homines. Nos tanquam vasa conficimur (tam in bono, quam in malo) assiduis volutionibus. Veluit sapere rotam figulus, & facit cantharum; voluit iterum, & efficit ollam; ita homines in hoc seculo fiunt voluentes, & reuoluentes. Quis te beneficiatum, aut canonicum cum tot diuitijs, & redditibus effecit? Pater tot volutiones Romæ feci, moliens, & decipiens, quousque diues, & potens effectus fuerim. Pro te autem, quis in lite protulit sententiam, cum plus iuris non haberes quam ego: tot volutiones, quas in foro & curia feci; & tot largitiones, & munera, quibus hos, & illos corrupi, effecerunt, ut quod expetebam, assequer. Te verò, quis ita locupletauit, cum antea pauperrimus esses? tot volutiones, quas terra, marique, & in mundanis feci: assiduis volutionibus locupletatus sum. Ecce quomodo fiunt vasa assiduis volutionibus. Etiam ad efficiendum se in virtute, & diuina acceptatione faciendæ sunt plurimæ volutiones; per carceres, per pauperum hospitia, per templa atque alias sanctas exercitationes. Cum ergo omnes simus quasi vasa, quandiu in huius vite rota versamur, quanuis aliqua infelicitate à figuli (qui est Deus) manibus excidamus, & per peccata confringamur: si ad huius diuini figuli manus per poenitentiam velimus reuerti, confidenter speremus, quod nos restaurabit, & reficiet per gratiâ iustificationis. Si autem semel ab huius vitæ rota exierimus; nunquam amplius remediû consequemur. Postquã vasa à figuli manu exeunt, & in fornace coquantur, & postea infringuntur, nullum iam habent remediû. Ita manebunt fracti peccatores, absq; eo quod in se bonû aliquod valeat accipere. Hoc exaggerabat diuinitus Sanctus Isaias dicens: Subitò dum non speratur, veniet contritio eius: & comminuetur, sicut conteritur lagena figuli contritione perualida, & non inuenietur de fragmentis eius teita, in qua portetur igniculus

*Isai. 30.*

igniculus de incendio, aut hauriatur parum aquæ de fouea. Cum damnati duplici tormentorum genere affligantur; scilicet, calore, & frigore: ut significauit Dominus, dicens: Ibi erit fletus, & stridor dentium. Declarat Remigius, quod fletus est ex igne, & stridor dentium ex horribili frigore. Contra frigus opus erit eis aliquo igne, qui eos calefaciat: & contra calorem indigebunt aqua, quæ eos refrigeret. Sed ita erunt confracti, ut ex eorum fragmentis neutrum reperiri possit, nec corpus, nec anima, quibus aut aquam ad extinguendum ignem, aut ignem ad euitandum frigus possint portare. Hoc est, nullum malis suis refrigerium inueniet. Ita fracti erunt, ut nullatenus in se solatium aliquod possint accipere. O filij Adæ siquidem rationales estis, aduertite nunc hæc, restaure modo confractiones cordium vestrorum; ponite vos in manibus huius diuini artificis: quærite nunc, quum tempus habetis, hoc summum bonum, qui de se dicit, quod eum non inuenient, qui importunè quæsierint. Non solum requiritur temporis occasio ad inueniendum Deum; sed etiam necesse est locum scire vbi inueniri solet. Vnquidque in suo loco reperitur. Pisces non reperiuntur in monte, nec lepores in fluuio, sed pisces in fluuio, lepores verò in monte inueniuntur. Vnquidque in suo loco. Dauid declarat vbi inueniendus sit Deus, dicens: Audiuius eum in Ephrata: inuenimus eum in campis syluæ. Audiuius vocem eius in abundantia. Vult dicere, quod in quantumuis prophano, & delicato statu homo viuat: & quantumuis terrenis voluptatibus deditus sit, ad illum tamen Deus clamat; & non desinit eum ad misericordiam inuitare. Ideò dicit, quod auditur in Ephrata. Si autem repertiendus sit, oportet esse in campis syluæ, in vita poenitentii, in lachrymis profusis pro peccatis, in ieiunijs, & mortificationibus, in diuinæ legis obseruantia. Ideò Sanctus Propheta Baruch dicit de sapientia Dei: Non est audita in terra Chanaan, neque visa est in Theman. Filij quoque Agar, qui exquirunt prudentiam, quæ de terra est, negotiatores terræ, & Theman, & fabulatores, & exquirtores intelligentiæ: viam autem sapientiæ nescierunt, &c. Non obeditur diuinæ sapientiæ inter idololatrias, significatos per Chanaan, nec visa est in Theman, quæ erat gens in solis terrestribus bonis beatitudinè suâ constituens, ut apparuit in Eliphaz Themanita, qui vnus erat ex amicis Iob: nec inuenitur in filiis Agar, qui carnis prudentiâ sequuntur: de qua dicit S. Paulus: Prudent

*Luc. 13.  
Remigius.**Psalm. 137.**Baruch. 3.*

Roma. 8.

Ecclef. 15.

Prudentia carnis mors est. Itaque fies idololatra diligens creaturam, ita ut propter eas creatorem deseras: si hæc præsentia amas, quasi animal rationis expers; quod nihil aliud potest sperare, quam nasci, & mori in hac terra, & omnis tua prudentia est carnalis: quo modo alijs præferas, quomodo æstimabor, quomodo rerum omnium affluentiam habebis, quomodo voluptatibus potiar? Si Chanæuses, & Themanites, & ex peruersa generatione Agar: crede quod non inuenies sapientiam Dei; nec diuinam eius gratiam: non enim ibi reperitur, si ita uiuis. Et ne tristis, ac confusus maneat, tibi volo ostendere apertius, ubi non modo diuinam hanc misericordiam inuenies, sed ipsa se se tibi offeret. Dicit Spiritus sanctus: Qui continet iustitiam apprehendet illam, & obuiabit illi, quasi mater honorificata, & quasi mulier à virginitate suscipiet illum. Qui undique iustitiam habet; qui eam oculis habet, auribus, lingua, & omnibus corporis partibus, & præcipue corde suo possidet, hoc est, qui ex omni parte curat esse iustus, & omnem iustitiam obseruat, hic assequetur sapientiam. Et ut intelligas, illam non fugere eum, qui se diligenter inuestigat: dicit, quod ipsa obuiabit illi, & quod inuenietur à cupiente, & quærente illam. Et duas mirificas similitudines ponit ad declarandum, quam affectuose accedat diuina Dei sapientia, ad eos, qui eam inquirunt: & dicit quod obuiam exhibetis, quasi bona mater, quæ exit ad recipiendum filium suum, quem valde diligit. Et sicut vxor recipit virum suum ex longinquo loco venientem, qui eam virginem duxit, & integro amore complectitur. Dicit insuper, quod magis desiderat sapientia Dei offerre se nobis, quam nos eam amplecti desideramus. Quomodo non deficit sensus præ consideratione tam admirabilis clementiæ, & probitatis Dei erga nos? qui tam diligenter se se nobis offert, ut in nos beneficia conferat, dummodo nos debitam diligentiam adhibeamus? E contra verò etiam est mirandum, quare non obstupemus, timentes ne super nos calamitas hæc, & maledictio incidat, ut velimus Deum inuenire, & non inueniamus. Hoc autem non timere signum est, quod tam deprauatum sumus, sicut hi Hebræi, qui comminationem hanc tam feruenter, & rigorosam suis auribus perceperunt: nec tamen eam intellexerunt: & erant quasi insipientes quærentes inter se: *Quid est hoc, quod nobis dicit, quia eum inuenire non poterimus?*

*15* *quis est ne ad gentes?* O iudicium incomprehensibile Dei: liberet nos diuina Maiestas, pro sua clementia, à tali cæcitate. O quantum hic dici poterat, sed omnia mentibus vestris relinquere, ut verè & ex animo ea ruminetis: nulla enim sunt verba, quibus debite possint exaggerari. *In nouissimo autem die magno festiuitatis, &c.* In ultimo illorum septem dierum, in quibus celebrabatur festum tabernaculorum, qui erat maioris solennitatis; cum unigenitus filius Dei inter illam hominum multitudinem esset in maiori seruore alicuius prædicationis, quam faciebat, cœpit exclamare, & dicere: *Si quis sitit veniat ad me, & bibat.* O sanctissime Saluator mundi, quis tam foelix esset, qui auribus suis diuinas has exclamaciones perciperet! quem spiritum, & efficaciam secum haberent. Eia fratres mei, excitamini vocibus boni Iesu, qui sui ipsius præconem se facit, & *16* vocibus vos ad misericordiam inuitat, & aquam vitæ vobis offert, quæ sufficit sitim vestram extinguere. Attendite quod aquæ huius seculi sunt mortuæ, detentæ & putidæ quæ vos non possunt consolari, solus Creator vester integram vobis satisfactionem potest præstare. Picus Mirandula, in quæstione, quam mouet de homine, ponit ad hoc propositum optimam similitudinem. Imprimatur sigillum in cera, manet sigilli imaginem impressam nulla ei quadrat, imò eam delent, & inficiunt: solum ipsum sigillum quod eam impressit, ei conuenit, ac ex omni parte quadrat, & omnia eius vacua adimplet, itaque si illa imago capax esset rationis posset dicere solum hoc sigillum mihi satisfacit. *17* O anima Christiana dic mihi, quis te impresserit? impresserunt ne te Angeli, aut Sancti, aut aliqua creatura? non profecto: sed ipse Deus. Sic, hoc fateris? Ex eo igitur intelliges, quod omnes creaturas, quas vis tibi applicare per inordinatum affectum te delent, & deformant. Nihil est, quod tibi conueniat, nec tibi quadrat, aut te verè consoletur nisi ipse Deus, qui te creauit. Hoc est sigillum, quod omnes sinus tuos, ac potentias implet, & quamuis homo arbitretur in creaturis aliquid esse voluptatis; licet aliquid sentiat, non est talis voluptas ut ad animam perueniat. Si infirmo, qui maxima febris laborat buccam aquæ des, ut refrigeretur: non illius sitim extinguit; nam antequam ad stomachum perueniat, maximus calor

*Mirandula**simile**simile*

calor, quo ardet parum illud aquæ consumit. Ita voluptates huius  
 ius seculi prius quam ad cor accedant, in exterioribus sensibus fi-  
 niuntur, nulla ingreditur ad interius animæ: & sic non extinguit  
 sitim, quæ intus est. Idcirco dicebat Dauid: Redde mihi lætiti-  
 am fakariis tui. Nō petijt lætiti-  
 as, quas in turpitudinibus habuerat,  
 sed salutaris tui: quam nemo potest auferre, imò laboribus magis  
 inflamnatur: sicut fornax guttis aquæ magis incenditur. Et sic su-  
 mendus est hic genitiuus, salutaris tui, vt non possessionem, sed  
 efficientiam significet, id est, redde mihi lætiti-  
 am, quam salutare  
 tuum efficit: lætiti-  
 am tam sufficientem, quam nemo potest dare  
 nisi solus Deus; nec omnibus mundi infortunijs amitti potest, ni-  
 si homo velit eā amittere. O quis sciret prudenter, & attentè hæc  
 considerare: & sciret singula quæque perpendere, vt ipsa meren-  
 tur, quantum in alijs inueniret, quod eum inuitaret, ad ea quærē-  
 da & quantum in alijs reperiret, quo ad eorum odium mouere-  
 tur! Sanctus Gregorius Nazianzenus affirmat in tractatu, quem  
 de se ipso fecit reuersus à deserto; quod solebat se ponere iuxta  
 mare, & fluctus contemplabatur, quomodo fiebant, & dissolue-  
 bantur: & quomodo alij rupes feriebant, & ibi sistebant; alij verò  
 per littus extendebantur pisces, & conchas, quæ in eo erant con-  
 turbantes, aliquando eas absorbebant, aliquando easdem foras ex-  
 pellebant, & in sicco manebant; præter aliquas, quæ maximè  
 cuidam rupi inhærentes, licet à fluctibus vehementissimè concu-  
 terentur, fixæ tamen, & immobiles ibi manebant. Atque hæc ani-  
 maduertens sanctus, ac prudens vir, mundum comparabat mari;  
 qui suis fluctibus, & mutationibus, aliquando nos reijcit, & in  
 sicco manemus: aliquando verò nos recipit, vt immerfi in fraudibus  
 aquarum dignitatum, honorum, ac diuitiarum eius submer-  
 gamur, vt nos iterum à se maiori ignominia, & periculo expel-  
 lat: & ira nos huc, atque illuc ducit, & reducit. Non autem hoc fa-  
 ciet, si firmo lapidi adhæserimus: de quo dixit Sanctus Paulus.  
 Petra autem erat Christus. Nam sic, licet à fraudibus, ac molestijs  
 huius seculi concutiamur, non tamen commutabimur. Hoc mo-  
 do contemplabatur gloriosus ille Doctor, & à contemplatione  
 sua fructum percipiebat. Tale namque est iustorum ingenium,  
 vt ex omnibus rebus considerationes magnæ utilitatis sciant eli-  
 cere: vt moueantur ad cælestia ardentius amplectenda, & terrena  
 efficacius repellenda. Et quia filij huius seculi hoc non faciunt,  
 idcirco

2. ad. 50.

Gregorius  
Nazian.

2. Cor. 10.

21 idcirco per secularia ita se se effundunt, & æterna tam parui æsti-  
 mant: quibus omnibus, & singulis sigillatim dicit Deus per Hie-  
 remiam: Statue tibi speculam, pone tibi amaritudines: dirige cor  
 tuum in viam rectam, in qua ambulasti; reuere-  
 re virgo Israel re-  
 uertere ad ciuitates tuas istas. Vsq̄ue quo delicijs dissolu-  
 eris filia  
 vaga? O anima Christiana, quæ habes fidem; & ideo te virginem  
 appello: (in hoc enim cōsistit fidelitas, & virginitas fundamenta-  
 lis animæ,) vsque quo erratura es, & dissoluenda tuis turpibus vo-  
 luptatibus, nunc hæc, nunc illa inquirens? Hoc enim est esse va-  
 gam, & dissolutam bestiam, quæ nescit ad præsepe alligata esse.  
 Quousque cum Christiana sis, cum tanta dissolutione viues? Po-  
 ne tibi speculam, fac tibi altissimam speculam, quæ est sancta cō-  
 sideratio, & inde esto suspiciens cælum; illam Dei pulchritudinē  
 22 contem-  
 plare; nobilitatem illam curiæ eius, vrb-  
 nitatem, & for-  
 mosam speciem famulorum eius, scilicet, Angelorum, & Sera-  
 phim. Aspice fontem illum vitæ Iesum Christum: incipe ex hac  
 specula considerationis suspirare, & dicere. O fons frigidissime,  
 quando in te balneabor? O fons clarissime, quādo in te lauabor?  
 O fons dulcissime, quando in te bibens satiabor? & post quā hæc  
 attentè consideraueris, ego tibi concedo facultatem, vt ex ea tur-  
 ri deorsum oculos iniicias, & secularia aspicias. O quam minima  
 tibi videbuntur. Qui est in summitate turris, & deorsum aspicit,  
 quanuis videat homines quasi gigantes omnes sibi pueri viden-  
 tur. O quot pueros (inquit) video. Non sunt nisi gigantes. Mihi  
 non videntur nisi pueri. O anima, quæ in ista specula collocata  
 es, quid aspicias? quid vides? omnes mihi videntur pueri, & neni-  
 23 hæ. Istæ cathedrarum expetitiones, ista ambitionis negotia, istæ  
 vanitates, & pompæ nobilium, istæ Regum monarchiæ, omnia  
 mihi videntur neniæ, & illi videntur pueri rebus puerilibus, &  
 inanibus occupati. Nunc ergo siquidem istuc peruenisti: Pone ti-  
 bi amaritudines, propone coram te peccata tua, quæ propter hæc  
 vilia, & caduca commisisti, & quod propter illa Dei inimicus, &  
 eius gloria indignus, effectus es, & inferni pœnas meruisti, & vi-  
 debis quā amara tibi sint, quæ antea iucundissima erant, & quā  
 libenter hæc omnia repellas. Cum patriarcha Iacob voluit re-  
 linquere Laban, refert sacra Scriptura, quod conuocauit suas  
 duas vxores Liam & Rachelem, & mētem suam illi declarauit,  
 & rationem discessus sui reddens, dicebat: Video faciem patris  
 Tom. j. Z vestri

Hiere. 31.

simile.

Gene. 31.



uestri, quod non sit erga me. Deus autem patris uestri fuit mecum, & ipsi nostis, quod totis viribus meis serui-<sup>24</sup>erim patri uestro. Sed & pater uester circumuenit me, & mutauit mercedem meam decem vicibus, & tamen non dimisit eum Deus, ut noceret mihi. Tulitque Deus substantiam patris uestri, & dedit mihi. In his omnibus volebat dicere, eo quod patris uestri malitiam expertus fuerim, & Dei bonitatem cognouerim, constitui Dei præceptum sequi, & patrem uestrum relinquere. Hanc prædicationem illis faciebat, & ita eis persuasit, ut omnes simul dominum Laban relinquerent. O si ita eadem consideratione sciremus uti. Quod præcipue sacræ literæ clamant, est exaggerare bonitatem, liberalitatem, magnitudinem, excellentiam, infinitamque Dei misericordiam extollere: & ex alia parte, iniquitatem, instabilitatem, vanitatemque mundi manifestare, ut <sup>25</sup> falsum hunc Laban relinquentes ex animo sequamur optimum Deum nostrum: præsertim cum nos tanto affectu inuiter, dicens: *si quis sitit, veniat ad me, & bibat.* Eia sitientes boni, sitientes gratia, & veræ salutis accedite ad hoc pelagus infinitæ suauitatis: aperite ora, ampliate ista desideria, expedite vestra corda, & diuinum bonum, quod vobis offertur, accipite. Et notate valde quod dicit, quia qui suorum præstantium beneficiorum particeps fuerit, à visceribus illius fluij maximi aquæ viuientis defluat. O rem admirabilem, & plenam mysterijs, vnde manifestatur, quam potens sit vnusquisque seruorum Dei, & quantum valeat in proximorum remedio efficere. Certum est, quod qui fluuios capitales à se immiserit, satis mûdas relinquet vias, per quas transferit. In hoc significat Dominus, quod qui particeps effectus est donorum, ac gratiarum suarum statim à se fluuios boni exempli immittit, quorum imitatione proximorum anime lauabuntur, & purificabuntur. Atque hinc inferitur, quod si Christiani essemus, quales esse oportebat, vix esset meretrix, quæ non conuerteretur, & à peccato suo exiret, aut peccator, quæ non puderet scelera suorum. Verùm heu dolor! quia virtutis fluij exsiccantur, & iniquitatis flumina accrescunt. O quantum hoc lachrymabatur Sanctus Propheta Oseas, dicens: Non est enim veritas, & non est misericordia, & non est scientia Dei in terra. Male dicium, & mendacium, & furtum, & homicidium, & adulterium inundaerunt. Exhaustis virtutibus veniunt maxi-<sup>26</sup>me peccat

Osc. 4.

27<sup>ma</sup> peccatorum diluuiis. Confortemur ergo fratres, & de hoc infinito mari bibamus, ut de nobis tales fluuij excant, qui sufficient, has peccatorum diluuias mundare. In Levitico præcipiebat Deus: Si cessauerit lepra, lauabit aqua ea, quæ pura sunt: secundo, & mûda erunt: ut vestes illius, qui iam à lepra mûdus erat, iterum atque iterum abluerentur, & postquam sanus esset interior, & iterum atque iterum lotus exterior, mûdus haberetur. Significans in hoc, quod non solum debemus non esse mali, verum nec mali videri, sed quod debemus esse interior, & exterior boni. Quam parum hoc æstimare solent homines seculares, qui cum à se probitatis, ac synderitatis fluuios non immittant, eos malorum exemplorum immittunt, quibus proximos suos magnopere contaminant, & eis maxime nocent, & quam acriter Deus hos puniat: patet ex mirifico quodam exemplo, quod est in Numeris, vbi legitur, quod irati sunt Hebræi in deserto malis nuncijs, quos illis attulerunt maior pars illorum exploratorum, qui tuerunt ad considerandam terram promissionis dicentes illis, quod erant in ea Gigantes maximi, qui eos quasi locustas poterant deuorare, quo nuncio tam timidi fuerunt effecti, ut dixerint. Constituamus nobis ducem, ut reducat nos in Ægyptum. Cum Deus valde hanc iniuriam sentiret, (etsi orationibus Moysi oratus eos statim non euerit) promissit nullum illorum ingressurum esse in eam terram promissionis, & postquam eos sicminatus est, dixit eis. Cras mouete castra, & reuertimini in solitudinem per viam maris, & rationem reddens, dicit. Quoniam Amalechites, & Chananeus habitant in vallibus, ne in eorum manus incidatis, & vos interficiant, cum auxilio meo non adiuuemi-<sup>28</sup>ni. O admirabilem Dei clementiam! & quam merito de eo scriptum est. Dū iratus fueris misericordiam recordaberis. Posset eos non admonere, siquidem illam iniuriam sibi fecerant, quod ulterius progredientes, omnes perirent, sed noluit, nisi ut agenda poenitentia tempus haberent, & ne corporibus, & animabus perirent. O quot homines modo Deus expectat: & ab occasionibus, & incōuenientibus eos aufert, ne moriantur, sed poenitentiam agant. Verum va illi, qui poenitentiam non egerit. Et quod hic valde notandum est, quod expectat populū, ut agat poenitentiam pro peccato suo, sed non expectauit exploratores, qui eum cōnouerūt, & perueuerunt, & sic dicitur ibi. Igitur omnes viri, quos miserat Moyses ad contemplandam terram, & qui reuerfi murmure fecerant

Leui. 13.

Numer. 14.

contra eum omnem multitudinem detrahentes terram, quod esset mala mortui sunt, atque percussi in conspectu Domini, ad terrorem aliorum, & quia non ex imbecillitate, sed ex malitia peccauerant: ut videatis quod supplicium Deus sumat de illis, qui alios scandalizant, & peccare faciunt, morte, scilicet, repentina eos punit, quod est seuerissimum supplicij genus. Historia est hæc, & casus dignissimus ponderatione, & qui nos magnopere deberet exhortari, ut non modo non scandalum alijs afferamus: sed, ut omnes ad amorem, & obedientiam nostri optimi Dei curemus inuitare, qui pro sua infinita probitate, & misericordia nobis hic suam gratiam concedat, & postea ad æternam gloriam perducatur, Amen.

### Feria. III. post Dominicam in Passione.

*Ambulans Iesus in Galilæa, non enim volebat in Iudæa ambulare, quia volebat eum Iudæi interficere. Ioã. 7*

**D**ICIT Sanctum Euangelium, quod quodam tempore ante festum Scenopegia commorabatur Christus redemptor noster in Galilæa, & ibi prædicabat, & magna miracula faciebat, & dicit, *Quod volebat in Iudæa ambulare, quia volebat eum Iudæi interficere.* Res mirabilis, quod reddat nobis sanctus Euangelista hanc causam, quare non vult ire in Iudæam, dicens, *Quia volebant eum interficere.* Quid? Sancte Euangelista tu non cernis quod dedecoras maximum redemptorem mundi? Non vides, quod eum pusillanimitatis arguis? S. Isaias eum appellat, admirabilis Deus fortis. Si ergo fortis, cur nunc timet? David non defuit qui in spiritu eum interrogaret, aut ipsemet interrogauit. Quis est iste Rex gloria? Et respondet, Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio. Tu verò dicis modo, quod quia Iudæi eum volunt occidere, non vadit in Iudæam. O ineffabilem Dei potentiam. Dic mihi Domine, si esset dux quidam præstantissimus præclarissimæ fame, qui milites suos valde confortaret, postea verò cum præliandum esset absconderet se, & coram hostibus nollet apparere, non amitteret magnam partem honoris sui? Quid Domine? Tu non es Dux, qui nos confortas? Nonne dicis tu, Nolite timere

*Isai. 9.*

*Psalm. 23.*

*Simile.*

*Matth. 10.*

eos

eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: id est, neminem in terra timeatis propter me. Quare ergo tu fugis? Niste peccator, multum enim te præcipitas. Deus non recusat ire propter utilitatem suam, sed propter tuam, ut te doceat quid debeas facere. Omnia tempus habent, & suis spatijs transeunt vniuersa sub cælo: dixit Salomon. Sol iam habet constitutum tempus ad immittendos radios suos super terram, & habet etiam tempus, in quo eos debeat abscondere. Arbores & flores suo tempore viriditatem suam ostendunt, & fructus proferunt, alio autem tempore omnem virtutem suam includunt. Et ita hominē oportet habere tempus ad explicanda dona, quæ sibi à Deo communicata sunt, & tempus ad ea abscondenda quodocumque; animaduertit præsentiam suam malis profuturam esse, ostendat se, & cum illis conuersetur, cum autem cognouerit illam non esse profuturam, imò quod cum illa magis indignabuntur, recedat. Hoc nos docet altissimus cæli magister cum nolit tunc temporis ire in Iudæam. Etiam nos docet ille, qui aperiens os suum posset imperare, ut terra aperiretur, & eos omnes inimicos suos absorberet, & vsque in profundam inferni mergerentur, cum non vult aliud supplicium ab eis sumere, quam ab eis abesse nos (inquam) docet patientiam. O quæ bene dixit Dauid, Et de viris sanguinum salua me. Liberet me Deus ab hominibus effusoribus sanguinis, qui statim volūt vindictam sumere, & desiderant proximum suum lacerare. Aspice Iesum Christum tuum optimum Magistrum, quomodo patitur, & simulat. Pater non est in manu mea non irasci contra inimicum meum: hoc est, quia nescis tibi resistere. Sed siquidem irasceris, recede ab illo, ut ista ira prætereat. Sol non occidat super iracundiam vestram: dicebat Sanctus Paulus: Caute fratres, si quando, ut fragiles, in aliquam iram incideritis, ne in tantam miseriam deueniatis, ut cum occiderit sol, adhuc in vobis ea ira maneat. Iesu bone, quantum malum est, quod sit homo iramani bellua peior, & nesciat rationem aliquam querere, qua se ipsum mitiget! Iratus est semel Plato in quendam puerum, & cum iam eum vellet verberare, erectâ manū iam habebat, ut illum flagellaret, & non flagellabat: & interrogatus est quid faceret? at ille respondit: castigo hominē iracundum antequam puniā puerum. Nolebat plagam vnā puero infligere ira cōcitatus, & prius se ipsum aliqua bona consideratione vincebat. O quam bonā cōsideratio

*Eccle. 5.*

*Psalm. 58.*

*Ephes. 4.*

Tom. j.

Z 3

est

est hæc omnibus Christianis, qui super naturale lumen, quod hic habebat tot lucibus super naturalibus illustrati, & tam mirificis exemplis diuini magistri edocti sumus, quorum vnum est hoc, quod dicit: *Non volebat in Iudæam ambulare. Vt te doceat, quod scias inimicum tuum subterfugere: nõ enim oportet totum esse, vultus abscindere, & corpora transfigere.*

Erat autem in proximo dies festus Iudæorum. *Dixerunt autem ad eum fratres eius: Per fratres hic significantur propinqui, & consanguinei. Dixerunt ei propinqui eius: Multa sunt testimonia huius rei in Scriptura. In Deuteronomio dixit Deus, quod non possent aliquem eligere in Regem, qui non sit frater tuus, id est, qui non sit Hebræus; & Sanctus Paulus dixit: Optabam ego anathema esse pro fratribus meis. Et iterum in Deuteronomio: Si vnus de fratribus tuis ad paupertatem deuenit, id est, si vnus ex Hebræis in paupertatem inciderit. Esset longum dicere quoties in sacris literis propinqui vocentur fratres. Hic propinqui Christi Redemptoris nostri, vt ipsi erant inanis gloriæ cupidi, arbitrabantur quod etiam pijsissimus Dominus sibi similis esset, & quod mundi gloriam quæreret, sicut ipsi faciebant, & sic dicebant Domino nostro Iesu Christo, vt abiret Hierosolymam ad facienda illa maxima miracula, quæ ibi faciebat, (illic enim vniuersus mundus erat) vt sic honoraretur propter illa singularia opera. Qui in nauis sunt, arbitrantur rupes, quæ in litore firmissima sunt, commoueri: cum tamen ipsi solummodo moueantur. Sic qui in aliquo vitio sunt, putant alios etiam eodem modo viuere. Arbitratur malus impossibile esse quemquam viuere absque eo quod sit malus. Etiam de firmissimis rupibus, qui sunt iusti, hoc iniquum iudicium faciunt. Quando vnquam in toto terrarum orbe fuit rupes firmior, quam Iesus Christus filius Dei? Aut, quis vnquam tam paucam occasionem præbuit, vt de se cogitari posset, quod inanẽ huius seculi gloriam expeteret, quã hic diuinus amator, & doctor veræ humilitatis, qui nullam penitus præbuit? Et tamen tanta erat malitia, & deprauatio illorum, vt de eo malè suspicarentur. Non per eam viã ambulat iustus plenè charitate. Vt enim Sanctus Paulus affirmat: Charitas nõ cogitat malum: se solum iudicat iustus imperfectus, de nemine malè sentit, nisi de se. Hi gloriæ vanæ cupidi cum hoc falso iudicio, Domino suadebant, vt abiret ad facienda illa opera*

Deut. 17.

Roma. 8.

Deut. 15.

Simile.

I. Cor. 13.

in

in publico, dicentes: Nemo quippè in occulto quicquam facit, & querit ipse in palã esse. Omnes sunt vanæ gloriæ cupidi, & propter opera sua volunt laudari, atque ideo nihil clam volunt facere. Quam viceversa hi faciebant, & quam procul ab obseruantia illius diuinæ doctrinæ, quam idem Dominus prædicauit, & docuit, dicens: Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis, alioquin mercedẽ non habebitis apud patrem vestrum, qui in cælis est. Heu quot sunt hodie similes his infelicibus, qui in hora mortis se deceptos experientur, eo quod non custodierint hoc, quod Dominus hic dicit. Itaq; qui videbantur in cælũ ire, tunc in infernum præcipitabantur, Sicuti de prædatoribus, qui equos habent, in quibus incedunt, inuersis soleis ferreis calceatos, & qui eorum vestigia considerant, in ciuitatem eos ire iudicant: ipsi verò à ciuitate fugiunt. Ita isti tales incedunt in equis, quæ sunt eorum corpora, inuersis soleis calceatis, ieiunijs, orationibus, &c. Veruntamẽ hæ soleæ sunt inuersæ. Nã hæc, quæ propter gloriã Dei faciendã erant, propter gloriã mundi illi faciunt, & qui exterius vestigiũ animaduertunt, iudicant eos ad gloriã iter facere, ipsi verò ab ea recedunt, videntur in cælum properare, cum tamen in infernum pergant. O terribilem amentiam, velle bonis operibus tantum malũ emere, vt est æterna condẽnatio. Cauete fratres mei, ne in tantam insaniam deueniatis, vt tã sordido luto vestra bona opera contaminetis, vt est inanis mundi gloria. Reformate in initio vestrarum exercitationum intentiones vestras, ita vt omnia vestra opera ad gloriã & honorem Dei dirigantur.

Dicit eis Dominus: *Tempus autem meum nondum aduenit. Ite vos ad istud festum, quod est tempus vobis aptum, in illo enim festo tabernaculorũ primis tribus diebus maximè in pöpis, cibis, ac portionibus, ludisq; , & alijs secularibus vanitatibus occupabantur. Hoc est tempus vestrũ, & quod vos queritis. Hoc tẽpus non est meũ. Imò his diebus si me illic videret, molestiã illis afferrem, & me odio haberet, vt semper habet, quia eis veritates annuncio, & illos reprehendo. Vos non potest odisse mūdus, quando cunq; acciseritis, benignissimè recipiemini, quia estis similes mundo. Ecce nunc detegit Dominus vnã ex maximis miserijs, quæ sunt in filijs huius seculi, quæ est, quod non possunt videre, aut conuersari cum illis, qui eos obiurgant, & vitia eorum reprehendunt, imò illos summo odio, psequuntur. Omnis eorũ amor, & affectio*

Math. 6.

Simile.

Z 4 est

est erga alios sibi similes, quia eis fauent in executione suorum turpium appetituum. Hoc est malum adeo perniciosum, vt ad agendū de eo Sanctus Iob tot tamque terribilia verba prius dicat ad attentionem petendam, vt sit dictū obstupendum. Ait enim: Attendite me, & obstupescite, & ego quando recordatus fuero, pertimesco, & concutit carnem meam tremor. Timeo, & carnes meæ cōtremiscunt cū cogito hæc, quæ dicturus sum. Et incipit loqui de quibusdam hominibus, quibus Deus multas diuitias tribuit, qui prosperi abundantes, ac sani viuunt, & omnē vitam in voluptatibus degunt. Domus eorum securæ sunt, & pacatæ, & non est virga Dei super illos. Bos eorum concepit, & nō abortiuit, & nunquam recordantur gratias Deo agere: imò ex omnibus his bonis sagittas contra Deum efficiunt: qui dicunt Deo: Recede à nobis, & scientiam viarum tuarum nolumus: quis est omnipotens, vt seruiamus ei? Quòd si dicatis: quomodo Deus hos patitur? expectat Deus, vt corrigantur, alioquin: In diem perditionis seruat malus, & ad diem furoris ducetur, illic cuncta persoluent. Hoc est valde hic notandum, quòd de vno quoq; horum malorum, & ingratorum Deo dicit S. Iob obscura quædam, & mysterijs plena verba, quorū causa omnem hūc locū Sancti Iob recitauit: Dulcis fuit glareis cocyti, & post se omnē hominē trahet, & ante se innumerabiles. Cocytus, est nomen Graecum, & significat idem, quod luctus infirmantiū, lacrymationi ferorū. Poetæ finxerūt, quòd ex lacrymis damnatorū erat in inferno fluuius maxim⁹ nomine Cocytus. Glareæ sunt arenæ, quæ sunt in profundo fluuij: & glareæ Cocyti significat arenas illius fluuij inferni. Perpendit Lira quòd tēpore Iob erat hic dicendi modus, quòd vt dicerēt hominem perditissimum, dicebant eū arenā Cocyti, vt nūc vocam⁹ homines perditissimos, titiones inferni. Et quanquā in inferno nō sunt titiones, est tamē optimus loquēdi modus vocari eos titiones inferni, & sic licet in inferno nō sint lacrymæ, nec fluuius lacrymarum, aut arenæ. (Illa enim erat fictio: nam si damnati possent lacrymas effundere, & in mille annis lacrymam vnā effunderent, facerent mare maximum, & aliud, atque aliud, & propè nihil esset in comparatione durationis tormentorum suorum.) Erat tamen proprius loquēdi modus malos vocari glareas Cocyti, vt nunc titiones inferni appellari. Nunc intelligetis verba Iob. Dulcis fuit glareis Cocyth

Iob. 21.

Iob in fine  
in inferno ca.

15 Cocyti. Vnusquisque horum perditorum non est dulcis, nec affabilis nisi alijs sibi similibus illis se lætum, liberalem, ac dulcem præbet, cum illis conuerfatur; non verò cum eo, qui illum reprehendat. O quantum malum est non posse videre eum, qui tibi dicat: malè facis: & de vnoquoque illorum dicitur etiam ibi: quis arguet coram eo vias eius. Non quia non sunt prædicatores, sed quia illi fugiunt, & sic quis poterit eorum vitia coram ipsis reprehendere, cum nunquam prædicationibus interfint? si reprehendi sint oportet esse in eorum absentia, nam coram eis non est possibile, cum illi fugiant, & de hoc, qui ita viuit, dicitur quòd trahet post se in infernum hominum multitudinem, & post se omnem hominem trahet, & etiam antè quàm moriatur multos in infernum immittet. Et ante se innumerabiles. O rem durissimam 16 dictū, & auditū, quòd sis tu hic edens, & bibens; & exultans, & quòd tua causa iam in inferno tot ardeant, quot illorum, quos tu prouocasti, in uitasti, ac muneribus donasti, vt propter te peccarent, sunt iam defuncti, & quid scis quam pœnitentiam egerint, an, vtrum illis flammis gehennalibus, & iustitiæ Dei vtricibus inflammentur? Quare non contremiscis homo pestilentissimè: quare non queris speluncam, & non includeris sub rupe, vt protantissimè sceleribus pœnitentiam agas? o milles miserum te, qui tanti mali causa fuisti, & insuper hæc omnia rides, manducas, & delestaris & tam quietus dormis ac si nihil mali feceris, o cæli, o terra obstupescite, & tantam insensibilitatem admiramini. O pater luminum, o lumen infinitæ charitatis illumina hos cæcos, vt infelicem statum, in quo viuunt, cognoscant, & te tanquam clementissimum patrem salutem deprecantur. Videte fratres, vtrum merito trepidauerit Iob considerans hæc, quæ nobis dicere volebat, quæ nostris oculis nos intuemur in plurimis, quibuscum conuerfamur, & non tremimus, nec id sentimus, quia charitatem nō habemus,

Idcirco illis dicit: *Non potest mundus odisse vos.* Quia estis similes illi: Tempus vestrum semper paratum est. Ad vestras voluptates, & honores omni tempore occasionem inuenietis, & mundū, qui vobis in eis fauet. Postea autem omnem hanc dissolutionem persoluetis. O quàm meritò nos admonet S. Paulus dicens: *Ephes. 5.* videte itaque fratres quomodo cautè ambuletis, non quasi insipientes, sed vt sapientes redimētes tempus quoniam dies mali sunt.

fuit. Vnum ex maioribus detrimentis hominis est tempus amittere, & ideo temporis distractores, vocat Sanctus Paulus stultos, & insipientes, sapientes verò appellat eos, qui tempore uti sciunt. Videte quomodo caute ambuletis. Aduertite hoc, quod permagni interest. Redimite tempus. Non est iustum redimi nisi captiuos. Id igitur vult dicere. Videte quòd habetis captiuum tempus, & catenis vinctum, quæ sunt peccata, redimite, & soluete illud, vt in Dei seruitute occupetur, redimite illud à tanta captiuitate, vt est consumi in seruitute Sathanæ, cum ad Dei seruitutem concessum fuerit: & quam rationem reddis, quare illud redimere debeamus? quoniam dies mali sunt. Nonne Deus cuncta creauit optima? vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona. Quomodo ergò dicis, dies malos esse? ego vobis dicam. Moratur homo malus in aliqua domo, & dicis tu filio tuo. Si amplius in malam illam domum ingressus fueris puniam te. Quid dicis? domus illa non est bona? quid mali habet? Bona est: veruntamen vocat eam malam, quia habitat in ea homo malus. O quàm hoc sanguineis lachrymis plorari oporteret. Dies quos Deus fecit optimi sunt, nos verò quos omnibus creaturis meliores esse oportebat, tam mali sumus, vt tempus, ac dies ita infamemus, vt occasionem præbeamus quòd Sanctus Paulus eos malos appellet. Ita quæ in omnibus his verbis vobis ostendit Sanctus Paulus summe esse sapientiæ bene uti tempore, & ad hoc necesse esse, in primis illud à captiuitate redimere nostrorum scelerum, ipsa enim efficiunt, vt nostra tempora, & dies mali sint. Dices tu: quanuis dies in malis non consumam, attamen deest mihi tempus ad hoc opus saluationis meæ, quod tantopere mihi commēdatur: habeo enim familiam, & cum illa mille impedimenta, quæ me à Dei seruitute distrahuat. Esto tu sapiens (vt ait Sanctus Paulus) quasi sapientes redimite tempus, & statim habebis tempus ad vtrunquē. Si iam redemisti tempus, vt illud in vanitatibus non consumas, etiam curare debes, vt ab his quotidianis negotijs illud redimas, & ita sapienter illud diuidas, vt ad omnia habeas tempus. Maximè laudatur in factis literis iudicium illud, quod fecit Salomon. Vt legitur in libris Regum vbi dicitur quod litigabant duæ mulieres super puerum affirmans vnaquæque suum esse. Properantes ad Regem Salomonem, iudicium exposcunt, & post multas contradictiones, quia vnaquæque volebat sibi puerum

*Simile.*

*1. Reg. 3.*

reportare, protulit sententiam Salomon dicens: Diuidatur: detur vtriq̄ pars pueri, & sic perspectum est vtra illarum esset matreius pueri. O quantum honorem impetrabitis coram Deo, & eius Angelis, si hac arte utimimini, qua vsus est Salomō, præcipiens puerum diuidi. Quis infantior quàm tempus? singula puncta nascuntur, vnum quodque est nouum, quouis instanti venit in mundum, tempus enim præteritum iam non est, nec futurum adhuc est: vnum itaque est temporis punctum, vt sæpe vobis dicitur quòd de tempore non habemus nisi nunc. Hunc puerum duæ mulieres exposcunt, scilicet caro, & anima. Meū est tempus (ait caro) & in vtilitate mea consumendum est: idem dicit anima, quòd tempus est suum, & quòd ad res sibi necessarias præcipue illud Deus dedit. Vis ergò esse sapiens? vis Salomonem imitari? accipe gladium, & hunc puerum rationis gladio diuide. Diuide frater mi tempus, & vnicuiq̄ partem suā dato, partē vnā, quæ in rebus corporalibus consumatur, & in diuitijs, in gubernāda familia, aliam verò partē da spiritualibus rebus vt in eis illam consumas. Hoc est tempus redimere & in conspectu Dei esse verè sapientē. Non sic faciunt, qui omne tempus festis, gaudijs, & secularibus voluptatibus volunt paratū habere: quibus dicere possumus quod dixit Dñs illis vanis: Tempus vestrū semper est paratū. *Vos ascendite ad diē festum hunc.* Ascēdite, & delectamini in tempore, quod Deus in manus vestras tradidit, aliquando autē hæc gaudia vobis in amaritudinē conuertentur. O fratres anime meæ, vos dicite cum Iesu Christo: ego non ascendam ad diem festum istum quia tempus meum nondū impletū est. Nolo gaudia, aut festiuitates in hac mortali vita: cū aduenierit tempus meum, tunc delectabor. Conijcite oculos in breuitatem, & paucitatem voluptatum, quibus hi modo funguntur, & in aternitatem tormentorum, quæ pro illis accepturi sunt & statim amittetis tentationē sequēdi eorū vestigia. Loquens Esaias de Babylone, dicit: Nec ponet ibi tētoria Arabs. Declarat Diuus Hieronymus, Arabs, id est, occidētalis. Occidētalis, qui cogitationē suā in morte positam habet, non ponit sedē suam, nec requiescit in Babylone, qui est hic mundus, nec in eius voluptatibus commoratur. Considera attente quomodo omnia finiuntur, & omnia tibi horribilia videbuntur, & fœdida, & noles cor tuum pone in rebus tam caducis. Quia enim hoc non considerant, qui

*Esai. 13.*

*puer*

nunc voluptatibus fruuntur, aliquando rabie conficiuntur, & barbaras præ dolore dilaniabunt, aduertentes quot occasiones prætermiserint, & nihil illis proderit, cū tanta opportunitate vti noluerint. In Genesi legitur famem maximā in Ægypto fuisse, quæ septem annos durauit, antequam dicitur ibi, tantam fuisse tritici abundantiam, quæ fuit in præcedentibus septem annis, vt arena maris adæquaretur. Finitis verò his septem annis successerunt alij septem tantæ sterilitatis, vt in primo anno illorum venerit omnis Ægyptus ante Regem Pharaonem, clamans, ac dicens: Dano bis alimenta. Quid igitur facerent in subsequenti sex annis, cū primo anno hoc facerent? Denique tanta fuit fames, à qua vt se eximerent omnes hæreditates, ac bona sua vèdiderunt. Dic ergo mihi frater mi quid sentirent illi miseri in medio tantæ inopia cum præteritæ foelicitatis recordarentur, & viderent, quam paruo pretio, & labore possent sibi in posterum alimenta prouidere, atque etiam sic in omnem vitam suam thesauros acquirere: quam merito angerentur, & se ipsos reprehenderent dicentes: ò stultos nos, quam facillè nobis prouidere potuissimus, & nolimus, quòd si de hoc non fuissimus admoniti fortasse aliquam defensionem negligētia nostra haberet: sed cū tanto tempore antea de eò commonefacti fuerimus, quumque Regis ministros tam diligenter maximam frumenti copiam accumulare viderimus: quod deberet nobis sufficere, vt intelligeremus, quantum illud fieri oporteret, & tamen tam negligentes fuimus! quam ergo excusationem habere poterimus? ò quantum modò nobis prodesset, quod tunc disperdebamus, vbi erat sensus noster, cum tam bona opportunitate vti nescierimus? sic, credò, omni illo tēporè affligerentur tantam negligentiam animaduertentes. Dic mihi ergo frater quid est hoc in comparatione rei, quam nunc agimus: illa fuit fames, quæ septem annos durauit, fames autem inferni erit æterna. Illa habuit remedium, quanuis difficile, hæc autē in perpetuum remedio carebit. Denique illi transactis septem annis caput erexerunt, & de ærumna exierunt, qui verò semel in infernum ingressus fuerit ad patiendum, nullo vnquam tempore requiem videbit. Si igitur illi tam afflicti erāt, quanto magis ij erūt, qui nullam penitus spēs habent salutis? ò si scires cōsiderare quomodo vnusquisque illic se lacerabit, & intra se dilaniabitur dicēs: ò miserū me quam opportunum tēpus, & quot occasiones prætermisi!

27 termisi frustra! Tempus fuit, in quo eū lachrymis, & peccatorū dolore, ac vera pœnitētia facillimè malis meis remedium adhibere possem. Quare ergo in posterū oculos non conieci? quomodo præsentibus rebus obæcatus sum? quare frustra prætermisi annos illos tantæ foelicitatis, in quibus locupletari possem? Quod si inter infideles vixissem, nec plus esse, quā oriri, & mori, credidissim aliquā fortasse excusationē haberem cū dicerē me ignorasse quid nam mihi preparatū esset. Cum autē inter Christianos vixerim, & vnus ex illis fuerim, & hæc horā aduenturā crediderim, cumque quotidie Ecclesiæ clamoribus admonitus fuerim, multofoque viderim, qui his vocibus admoniti opportune remediū quærebāt, & properabant multa bona opera cumulare, me verò omnibus his operibus, & exēplis surdū effecerim, & ne gratis quidē 28 cælum accipere vouerim: quo supplicio dignus est, qui tale perpetravit? ò furia infernales dilaniate, & discruciate viscera meas, satis enim hoc dignus sum. Hac rabie, & anxietate in sempiterna sæcula torquebuntur. Quid igitur ad hoc dicitis fratres? videtur ne vobis bonū esse, vt vobis modo prouideatis, siquidem tēpus habetis? quid dicitis? quid decernitis? ò per clementissima Iesu Christi viscera, vos rogo, vt hoc feruentissime proponatis, & in hoc tempore, saluationis vestræ negotiū valde necessariū vere, & ex animo agere incipiat. Cū tempus, vita, mors, cælum, infernus vos inuitent, vt nunc id faciatis. Et ita vobis gratiam suam Deus largietur, qua æternam gloriam consequi valeatis. Ad quam nos perducatur Iesus Mariæ filius, &c. Amen.

### 1 FERIA. III. POST DOMINICAM IN PASSIONE.

*Facta sunt encenia Hierosolymis, & hyems erat, & ambulabat Iesus in templo in porticu Salomonis.*

Ioannis. 10.

REFERT Sanctū Euangelium, quòd celebrabatur Hierosolymis festū in cōmemorationē purificationis tēpli, quod fecit Iudas Machabeus. Vt enim legitur libro. 1. Machabeorum. 2. Antiochus ingressus Hierusalem templum Domini in porticu Salomonis abominationibus prophanauit. Cum autem postea. S. I. 10. 11.



chabæus ab eo victoriam reportasset cum exercitu suo ingressus est Hierosolymā, templumque omnibus illis immunditijs purificauit, illudque quod melius potuit adornauit. In memoriam huius pij operis celebrabatur quotannis eo die celeberrimū festum Hierosolymis. Et de hac dedicatione, & solennitate loquitur hic Sanctum Euangelium. Super hoc initium dux nobis vtilissimæ considerationes oriuntur. Prior est, quod legitur in eodē lib. quod cum introiret Sāctus dux Iudas cū exercitu suo viderunt sanctificationē defolatā, & altare prophanatum, & portas exustas, & in atrijs virgulta nata sicut in saltu vel in montibus, & sciderunt vestimenta sua, & planxerūt planctu magno, & imposuerūt cinerem super caput suū, & clamauerūt in cælū. Si hi tantū dolorem acceperūt, & tristitiæ suæ tot signa demonstrarunt, quod materiale illud tēplum sordidū, & immundū aspexerint, & quod in altari Dñi, sacrificiū idolis immolatū fuerit, & totum templū, & eius sacræ res omnes prophanatæ, ac dissipatæ erant: quid nos facere oportet contemplantes animas nostras, quæ vera Dei sunt tēpla, tam destruktas, tantæque immunditiæ plenas, & peccatis contaminatas? & vidētes voluntatem, quæ propria est ara Dei, in qua quotidie Sathanæ sacrificia immolantur, & affectus, ac amores creaturis offeruntur, & quod omnes portæ huius templi qui sunt sensus, humi prostratæ sunt, sensualitatis igne exuste? quare vidētes hanc euersionem in nobismetipsis non ploramus, in cælū clamamus, cilicioque operimur? nec maiorem dolorē ostendimus, quā lapides? ò Christe dux superne, diuine Machabæe pro tua diuina clemētia, & pietate hæc damna tu refice, & nostrarum calamitatum cognitionē ac dolorem nobis largire. Quod cum à tua diuina manu tam excellens quid acceperimus, vt animam ad similitudinem tuam creatam & eam tot tantisque peccatorum sordibus infecerimus, nec tamen hoc sentimus? Dicit S. Propheta Ezechiel sibi Dominū dixisse. Fili hominis leua plāctum super Regem Tyri, & dices ei, Hæc dicit Dominus Deus. Tu signaculum similitudinis, perfectus decore, & peccasti. O quā lachrymabile est hoc verbū, quod cum ad imaginem meam creatus fueris (ait Deus) & tāta pulchritudine plenus, & tamē peccasti? & licet aliqui hoc applicent ad Sathanā, illic tamen loquitur cū peccatore Rege Tyri, & sic cū ceteris omnibus peccatoribus. Quid cū homo sit similitudo Deo, & ad eius similitudinē factus, cumq; alia pluri

1. Mac. 4

Ez. 28

ma

5 ma beneficia acceperit à Deo, potuit tamen cor, ac manus habere ad peccandum? & quod postea maneat tam sine sensu, & cognitione huius mali, sine lachrymis, ac dolore, acsi gratissimum ali-quod opus diuine Maiestati fecisset? Caue ergo ò homo ingratus, ibidem enim dicit Dominus: producam ignem de medio tui, qui comedat te, nisi velis peccata tua agnoscere, & ex toto corde tuo tanta incommoda lamentari: siquidem illi Machabæi pro exterioribus rebus tantum animi dolorem demonstrabant.

Altera cōsideratio, quæ sese nobis offert hæc est. Quāti facere de beatus hæc tēpla materialia, quæ erecta sunt, vt in illis Deus glorificetur. Cū videamus quo spiritu, & lachrymis illi boni viri tēplū purificari, & adornari, & postea per tot annos hoc festū celebratū fuerit in memoriā honoris, quo illa domus Dei restaurata fuerat. Vt de hac materia loqueremur multo tēpore opus esset. Miserabile enim est, quod hodie inter Christianos agitur. Nō est necesse, Antiochū venire aut alios idololatrias ad Dei tēpla prophanāda. Ipsi enim Christiani ea sic cōtamināt, & inficiunt, vt nesciā quibus verbis hoc explicē: siquidē in cōspectu Dei aspiciūt, loquūtur, atq; ea desiderāt, quorū declaratio satis aerē corrūpere sufficeret. Vnū tantū verbū de hac re loqui volo, & est, vos rogare, vt attentissimē perpendatis exaggerationem maximā, quæ fecit Deus ad Hieremiā dicens: Tu ergo noli orare pro populo hoc, & ne assumes pro eis laudem, & orationem, quia non exaudiā in tēpore clamoris eorū ad me, in tēpore afflictionis eorum. O Dñā, & Regina cælorum, quid potuit esse, quare patet misericordiarū ita in homines iratus esset, vt nollet misericordia pro eis se exorari? ipse Deus hoc declarat, addēs: quid est quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa? ecce malū. Et tantū malū quod infinitē misericordix Dñi ianuas claudere videatur. Duo peculiariter dicit: Dilectus meus, & in domo mea: quæ maximē tertiū aggrauāt, quod est: fecit scelera multa. A micus meus, & in domo mea plurimas, & maximas iniurias mihi fecit. Quid est quod cū ecclesia malefactores protegat & vbi primū homicida in eā sese receperit nō audeat iudex eū apprehendere; illum autē non valeat, qui ad eā cōfugit desiderans tradere se Deo, & cū illo res suas cōmunicare? sed ibi reperiat Sathanam & eius ministrū, qui conetur ei spiritualem mortē ibi inferre? quod veniat prophanus, & filius Dei illic perturbet? valeat eis, pro Dei reuerentia, sacra Domini edes.

Dicit

Hier. II.

Dicit vltimus Sanctum Euangeliū, quod in illo festo *Ambula-  
bat Iesus in porticu Salomonis.* Quoniam tēplum Salomonis euer-  
sum fuit à Chaldæis, & postea reedificatum fuit hoc de quo lo-  
quitur Euangelium, illi tamen nomen remansit pristinum, & vo-  
catū est tēplum & porticus Salomonis. Quod in principio Salo-  
mon illud fecerat. Maximū est esse hominē principem in aliquo  
insigni opere & ei initium dare. Propter honorem Salomonis,  
quod ille in principio tā illustre illud opus erexit semper illud  
nomen templo remansit. Et ita solet Deus magnis præmijs affice-  
re, & magnopere honorare eos, qui alicuius boni principes, & au-  
tores sunt, & homines ad alia sancta opera, ac exercitationes indu-  
cūt. Cū Hebræi accesserunt ad mare rubrum frugientes Pharao-  
nem, & Deus præcepit Moyfi vt virgā mare percuteret, & mare  
in vias diuisum est: timebant Hebræi nec per aquas audebant in-  
gredi. Tunc Aminadab vir præcipuus ex tribu Iuda confortatus  
est, & per medias aquas introiuit: & ita metum expulerunt reli-  
qui, eumque secuti sunt, & sic omnes in mare ingressi sunt. Et pro-  
pter illam spem, quam bonus Aminadab in Deo habuit, & pro-  
pter fortem animum, quē exercitui vniuerso addidit: pro certo  
habetur illam tribum à Deo electam esse, ex qua Reges Israel ef-  
fent: & sic declarat Titelmanus ad hoc propositum versum illum  
Psalmi, Facta est Iudæa sanctificatio eius. Et ita declarauit quidā  
autor nostri temporis verba illa Canticorum, Anima mea cōtur-  
bavit me propter quadrigas Aminadab, Vocat ibi currus Amina-  
dab fortitudinē & spem animi eius, qua ausus est in maris aquas  
se immittere. Hi currus, quę sunt bona exempla excitant animā,  
republicam, regnum, & mundum denique, vt vnusquisque in  
tra se perturbetur eò quod idem non faciat. Itaque in hoc sensu:  
Anima mea conturbavit me, significat: Anima mea reprehendit,  
& confudit me propter optima exempla viri boni, & iusti. Si-  
cut fuisset confusio, & ignominia non sequi Hebræos tunc A-  
minadab, videntes eum tam tutò transire per medium mare. E-  
contra verò ignominiosum est valdè, esse hominem inuentorem ali-  
cuius mali, quod solet Deus acerrimè punire propter malum exē-  
plum, quod alijs proximis præbetur. In Numeris legitur, quòd  
quidam homo in die festo ligna collegit, & ideo Deus eū iapidi-  
bus obrui præcepit. Quare Domine pro tam leui culpa tam graui  
pœna eum punis? Non præcepit hoc Deus tantum propter pec-  
catum,

Exod. 14.

Psalm. 113.  
Cant. 6.

Numer. 15.

11 catum, quantum quia fuit ille primus, qui Sabbathum violauit,  
post præceptum sanctificationis Sabbathi promulgatū. In Actibus  
dicitur de Anania, & Saphira, quòd quia omnia sua offerētes  
nescio quid sibi seruauerunt eos occidit S. Petrus. Quare Domine  
quia aliquid bonorū suorū sibi seruauerint, cū reliqua sua de-  
derint, eos occidis? Nunc Christiani omnia sibi seruāt, & vix pro-  
pter te ea, quę sibi supersunt, quęque relinquūt pauperibus ero-  
gāt, & hoc suffers, hos vero miseros pro tam leui culpa interficis?  
sic. Quia fuerunt primi, qui in Ecclesiam catholicam proprietatem  
introduxerunt. Primi transgressores legis sacerdotalis, quę  
præcipiebat: nequis Deo thus, aut sacrificium offerret nisi cū ip-  
so altaris igne, fuerunt duo filij Aaron, qui legem hanc fregerunt  
offerētes corā arca Domini ignē alienum, & sic eos Deus puniuit  
12 efficiens, vt ignis de altari egrederetur, qui eos cōbulsit, & in cine-  
re conuertit. Et ita dicitur in Leuitico quòd egressus ignis à Dño  
deuorauit eos, & mortui sunt corā Dño. Ex histerrilibus exem-  
plis apparet, quā exofus sit Deo qui malorū inuentor est. Vt ani-  
maduertatis, quid faciatis, qui ludorū vitia, vestes, dissolutiones  
& conuiuia, atq; alia inuentionū genera in republicā introducitis  
ex quibus maxima peccata, & reipublicæ deprauationes oriri so-  
lent. Et arbitrantur, qui ita peccant, & modo pœnas statim nō sol-  
uūt, nullo supplicio se puniēdos esse. Arbitratur ambitiosi, & se-  
ditiosi, qui ambitione sua omnia euoluūt, quia statim terra nō  
aperitur, & eos absorbet tanquā Dathan, & Abyron, nulla pœna  
afficiētur. Etiam sibi persuadent turpes, & sensuales, quòd quia  
statim ex cęlo ignis non pluit, qui eos cōburat, sicut Sodomitas,  
3 & Gomorrhæos, impunes manebūt. Et existimāt, qui status suos  
corrumpunt, & confundunt vocationi suę non respondentes,  
quia Deus statim diluuium non immittit, quod eos demergat, si-  
cut illos qui corruerant viam suam, quòd Deus eos non vi-  
det, & quod nihil ampliùs futurum est. Et omnes inobedien-  
tes Deo, qui in peccatis maria nauigant, quia statim Deus non  
excitat tempestatem, vt in profundum submergantur, & eos ab-  
sorbeat cete, sicut Ionam, putant nullum sibi supplicium para-  
tum esse. Et cū mali sacerdotes transgressis diuinis præceptis  
ad missæ celebrationem accedunt, quia statim ignis de altari nō  
egreditur, qui eos deuoret, tanquam filios Aaron, arbitratur Deū  
suorum scelerum obliuisci. Et fratres ac moniales proprietarię,  
Tom. j. Aa quę

Act. 5.

Leuit. 10.

Leuit. 10.

quæ Deo paupertatem voverunt, nec tamen eam seruant, & creatori, prælatoque suo mētiuntur, existimant quòd quia illic statim Deus non eas interficit, sicut Ananiam, & Saphiram ad pedes S. Petri occidit, nihil amplius futurum est. *Act. 5.* O cæcos nos, non sumus etiam peccatores sicut, & illi? quomodo ergò nos soli impunes mansuri erimus? An alium illis, alium verò tibi Deum futurum esse credis? An alijs legibus te esse iudicadū existimas, ac illi iudicati fuerunt? erras erras miserrime si tale cogitas, exēplum sume ergò peccator ab alienis periculis, ideò nāque Deus eos hac in vita puniuit, vt certò scias omnes aut citò, aut serò puniendos esse, nisi pœnitentiam agant. *Eccles. 8.* O quanto affectu dicit Spiritus sanctus, etenim, quia non profert citò contra malos sententiam, absque vllò timore filij hominum perpetrant mala, & ita Sanctus Paulus videtur velle cælum manibus capere animaduertens, quòd homines ex patientia, & longanimitate, qua eos Deus expectat occasionem accipiunt, vt deteriores efficiantur. Quocirca dicit: An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contēnis? ignoras enim, quod benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit: secundum autem duritiam tuam, & impœnitens cor thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet vnicuique secundum opera eius. Fieri potest, vt cum tu diuitiarum tam cupidus sis tantas diuitias, vt has, contempnas, quæ in æternum te locupletare possunt? forè non cognoscis eas: & ignoras quòd benignitas Dei ideò te expectat, & tolerat, vt te ad pœnitentiam adducat, tu verò hac Dei misericordia abuteris. *Psal. 7.* Ad hoc propositum dicit etiam David: Deus iudex iustus fortis, & patiens, nunquid irascitur per singulos dies? nisi conuersi fueritis gladium suum vibrauit, arcum suum tetendit, & parauit illum, & in eo parauit vasa mortis, sagittas suas ardentibus effecit. Non erit semper, vt minetur, & tamen non puniat, quia nisi conuersi fueritis, iam nihil est amplius, quod expectetur, iam gladium suum euaginauit, & eum vibrat, quasi, qui iam vult percutere: atque etiam arcum suum tetendit, & in promptu habet, & in eo sagittas suas mortiferas, & ignibus obduratas (vt fortiores, & penetrabiliores sint) adaptauit. His elegantissimis metaphoris vult comminari, & deterrere Spiritus Sanctus peccatores ne se securos esse existiment, quia si hodie cum peccauerunt statim supplicio non affecti sunt, cras est ibi, aut

17 aut alia dies cum eis poterit aduenire, quando minus arbitrentur. Quamobrem caueamus omnes diligentissimè ne malorum inuentores simus atque etiam, ne quæ mala alij inuenerunt committamus, sed nostra ingenia occupemus querendo inuentiones, & modos, quibus magis Domino Deo nostro placeamus, & proximos nostros ad omnem virtutem inuitemus: quod tam gratum est diuinæ Maiestati, vt non modo æternis donis illud remuneret, sed etiam in hac vita velit, ne ab hominum memoria labatur.

Cum igitur Dominus in illa porticu Salomonis ambularet. *Circumdedeunt eum Iudei.* Circumdedeunt eum, vt vndique illum concuterent. De hac obfessione prophetauit David, dicens: *Psal. 117.* Circumdedeunt me sicut apes, &c. Quare non dicis, circumdedeunt me sicut leones, tigres, aut lupi, sed sicut apes? illa namque animalia plerunque cum vtilitate sua damnum inferunt, & ipsa salua manent. Apes verò si damnum inferunt, est parum, & ipsæ illud inferentes moriuntur. Vt enim naturales dicunt apes, habent viscera inhærentia stimulo, & sic effundentes stimulum, viscera etiam effundunt, & ideò moriuntur. Apertè hic ostenditur proprietates eorum, qui proximos suos lingua, aut manibus persequuntur, damnum enim, quod proximis suis inferre possunt, parum est, cum sit corporale, damnum verò, quod sibi faciunt, maximum est, siquidem animas suas occidunt. Idcirco Sanctus Paulus dicebat: In nullo terreamini ab aduersarijs, quæ illis est causa perditionis, vobis autem salutis. *Philip. 1.* Circumdantes bonum Iesum, dixerunt illi: *Quousque animam nostram 19 tollis?* Quousque nos ita animi suspensos esse patieris? ò quæ verba hominum desperantium, qui malitia, ac rabie consumebantur! liberet nos Deus ab inuidia cordi infixâ, quæ hominem suspensum, & quasi mortuum trahit, & est grauissimum supplicium, quo Deus malos punire solet, suspensio quædam animi, vt incedat homo quasi pendens. Ita dicit Moyses Hebræis: Dabit enim Dominus animam consumptam mœrore, & erit vita tua quasi pendens ante te. Perpendite diligenter quòd dicunt omnes: quousque animam nostram tollis? non verò dicunt: animas nostras. Habebant omnes vnâ animam, vnâ intentionem, & desiderium ad malum. O quam adunati incedunt mali ad nequitias suas perpetrandas; quomodo confortantur, & inter se inuicè

*ose. 9.* fulciuntur. De his, S. Propheta Oseas dicit: profundè peccauerunt sicut in diebus Gabaa. Tripliciter solent homines peccare, aliqui peccant superficialiter (vt ita dicam) sicut iusti qui cum absoluta deliberatione per virtutem currunt: oblata tamen aliqua grauisima occasione aliquando contingit eis semel peccare, sed statim per pœnitentiam ad Deum conuertuntur. De his dicitur, iustus cum ceciderit non collidetur, quia Dominus supponit manũ suã. Non penitus confringetur, & dissoluetur, quia protectio Dei eũ sustinet, & in se reducit. Alij dirutius peccat, ita tñ vt nequaquã alios ad peccatũ vellēt inducere, & hi iã ingrediuntur magis in peccatũ. De his loquitur S. Paulus dicēs: Cũ enim essemus in carne, pafsiones peccatorum, quæ per legem erant, operabantur in mēbris nostris, vt fructificaret morti. Peruersi mores, & deprauati habitus, qui tantopere lege prohibebantur, nos incitabant vt mortiferos fructus proferremus. Alij verò peccant profunde vsq; ad centrum peccati, qui non solum sibi, sed alijs etiã condemnationis causæ sunt. De his dicit Oseas: Profunde peccauerunt sicut Gabaonitę: de quibus legitur, quod turpissimè peccauerunt cum vxore Leuitæ, & quod se ipsos ad illam stupendam nequitiam sollicitabant. Et inter peccata, quod frequētius commouet, vt alij ab alijs excitētur, & in vnum conueniant, est inuidia: vt apparet in fratribus Ioseph, qui inuidia pleni inuicem commouebantur, dicentes: Venite, occidamus eum. Et maledictus Pharaos, vt patet inuidia concitatus, dixit suis: Ecce populus filiorũ Israel multus, & fortior nobis est, venite sapienter opprimamus eum. Propter quod se regnumq; suum tãdem labefactauit. Semper alienæ res inuidioso meliores videntur quàm suæ: quocirca proximos suos odit, & persequitur. Venite (ait) sapienter opprimamus eũ. Non accrescat proximus, euertamus eum, & bona eius, ne nobis excellat. Inuidia obcæcauit illos, vt has gratias referrent optimæ, & fidelissimæ seruituti, quam Ioseph Regi, regnoque vniuerso exhibuerat. Non reperietis, quod dicat ibi sacra Scriptura, Hebræos in rebellionem incidisse, aut aliquod damnum Regi intulisse: nullam aliam rationem reddit, nisi quod multus est, & fortior nobis, idcirco opprimamus eum. Ecce quid faciat inuidia. Quare persequeris proximum tuũ? quid tibi mali fecit? nihil. Nisi quia est honorificentior, doctior, & præstantior me. Opprimamus eum. Ecce quomodo inuicem inuitantur, & confortantur.

23 tur ad tyrãnidem. Proximus meus, qui plus valet in senatu, in cõfistorio, in congregatione paremus ei supplantationẽ, qua abiectus maneat. Verũtamen videte ad inuentionẽ Dei, q̄ quãto magis opprimebantur, tãto magis multiplicabãtur, & crecebãt. Et tãto magis in Ægyptijs inuidia pullulabat. Et sic vbi nos legimus oderãtq; filios Israel Ægyptij, in Hebræo legitur: Naufcebãt, & abominabantur. Horrebant illos, & vidētes eos execrabãtur: tãta erat eorũ inuidia in filios Israel. Atq; hinc intelligemus quid significauerit S. Paulus in illis verbis, facti sumus omniũ peripsemã. Vt si vobis apponãtur in disco cortices, & putamina pomorũ hu-  
 24 mi prostrata, & pedibus attrita esset vobis horrore, & naufecã ita mali iustos horrent, & abominãtur. O quã admirabilis exaggeratio est hæc S. Pauli. Hęc ergo inuidia est, quę miseroshos torquebat & adunabat, & alij alios conuocãtes conuenerunt, & mitissimũ hunc agnũ circũdederunt, vt tentarent, vtrũ aliquod verbum ab eo audire possent. quo eũ calumniarentur & illi mortẽ inferrent, liberet nos Deus ne semel inuidiæ ad corda nostra aditũ patefaciamus. Si enim semel ingrediatur, & in illis radices agat, quod malum nos facere non coget? Claudite fratres mei ianuas tam crudeli pesti, & diuinã Maiestatem die, ac noctu feruentissimè supplicate ne vos ab hac perniciosissima glandula, & atrocissima rabie contaminari patiatur. Hinc enim nascuntur iræ, odia, similitates, ac denique animarũ, & reipublicæ euersio proficiscitur. Quãrum incommodum, & quot mala euenerunt miserimæ illi reipublicæ propter eius ciuium inuidiam.

*Si tu es Christus dic nobis palams. Respondit Iesus: loquor vobis, & nõ creditis. Opera, quæ ego facio. &c.* Sæpenumerò hoc vobis manifestè ostēdi mirabilibus operibus, quæ coram vobis feci in nomine patris mei. Sed vos non creditis, quia non estis ex ouibus meis: oues meæ vocem meam audiunt. Duplicẽ vocem habet hic diuinus pastor. Alterã exteriorẽ, alterã vero interiorẽ. De exteriori scriptũ est. In Apocalypsi, vidi Angelũ fortẽ vestitũ nube, descendente de cælo: & clamauit voce magna quemadmodũ cũ leo rugit, & cùm clamasset septem tonitrua dederat voces suas. Hoc nomẽ: Angelus: nõ est nomẽ naturæ, sed officij. Et sic intelligēdũ est illud, qui facit Angelos suos spiritus, idest qui facit spiritus suos Angelos. Non dicimus quod rex facit equites homines, sed quod facit homines equites. Ita Deus spiritus facit Angelos, quia facit eos nũcios suos, & ita

*1. Cor. 4. simile.*

*Apo. 10.*

*Psal. 103.*

*Isai. 9.**Luc. 13.**Luc. 11.*

Et Ias appellat Christū Redēptorē nostrū, magni cōsiliij Ange- 26  
lū. Quod significat, quia est seru<sup>9</sup> quidā hominū maximi cōsiliij,  
& prudētia. Hunc ergo Angelū, & hominū ministrum vidit Sā  
ctus Ioannes vestitum nube, quæ est eius pretiosa caro, & veluti  
leonem rugientem. O quantum clamauit bonus Iesus in mundo  
dicens: Nisi pœnitentiam egeritis omnes simul peribitis. Illæ au-  
tē feueræ reprehensiones, quibus Iudæos reprehēdebat dicēs to-  
ties: Væ vobis Pharisei, qui diligitis primas cathedras: Væ vobis,  
qui estis vt monumenta &c. Et væ vobis legis peritis, quid aliud  
erāt, quam terribiles rugitus metuēdi leonis? quoties rugiuit, &  
quoties nūc rugit cōminans, vocans, ac deterrēs peccatores cōmi-  
nationibus mortis, ac inferni, nec tamen eū volunt audire, & cū  
clamaſſet, septē tonitrua dederunt voces suas. Postquā clamauit,  
& voces suas extulit Iesus Christus filius Dei, tribus illis annis 27  
quos prædicauit, ascēdit in cælū, & cū misisset septem dona Spi-  
ritus Sācti in Apostolos suos: hæc septē tonitrua dederunt voces  
suas accipiente Spiritu Sancto in instrumenta sanctos illos viros.  
His alij successerunt: & semper diuinus hic pastor curā habuit vo-  
ciferandi exterius per ministros suos ad suas oues quæ in sua san-  
cta Ecclesia depascuntur. Alterā vocē habet interiorē, & frequen-  
tissimā, quæ est sancta ei<sup>9</sup> inspiratio qua loquitur interiūs ad cor-  
da omniū suarum. Has igitur voces dicit hīc Dñs ab electis suis au-  
diri, & eos his clamoribus obedire, quib<sup>9</sup> ducti eū sequūtur. Quā  
obrem homo in te ipsum oculos conijce, & vide quomodo hu-  
ius diuini pastoris vocibus obtemperes: vide quomodo eū sequa-  
ris: vide quoties quasi ouis perdita ab itinere diuinorū præcepto-  
rū eius recesseris. Quādo ouis est pigra, & semper post alias venit: 28  
quia ita gulosa est, vt passim in segetes ingrediatur & in pratisma-  
neat, & pastor semel ei sibilat, iterū eā deterreret fundē strepitu, ite-  
rū lapidē in eā iniicit, iterum pedum conijcit, iterum mittit so-  
cium, iterum deniq; ipsemet humeris suis illam ad gregē portat:  
toties poterit remanere, vt pastor iam molestatus eam derelin-  
quat dicens: mane ibi, nescio quid tibi faciam, etsi comedant te lu-  
pi. Væ illi cui hoc contigerit, Quia te iterum, atq; iterum Deus re-  
ducit: tu verō pertinax es. Derelinquet ergo te Deus, vt maneat  
cum pœna tua pro culpa tua. Oves quas diuinus hic pastor mag-  
ni æstimat, sunt, quæ ei obtemperant, & illum sequuntur. Quod  
si aliquando à recto limite exeunt, & in vetitum ingrediūtur mi-  
nimo

*simile.*

29 nimo quoque sibilō, quo eas Deus vocat, statim reuertuntur ad  
illum per pœnitentiam, & perseuerāter illum sequuntur. Et ego  
vitam æternam do eis, & non rapiet eas quisquam de manu mea.  
O foelices iusti, qui talem sedem habent, & qui Dominum ha-  
bent, qui eos præ manibus suis fert. Quantum exaggerabat bene-  
ficio hoc, & commoda, quæ ex eo sequuntur Dauid dicēs: qui 29  
habitavit in adiutorio altissimi in protectione Dei cæli commora-  
bitur, Dicit Dño, susceptor me<sup>9</sup> es tu, & refugiū meū De<sup>9</sup> meus  
sperabo in eum. Qui sedem suam in Deo habet, & in eius prote-  
ctione cōfidit, ab eo protegetur, maximè enim hoc decet magni-  
tudinem diuinæ probitatis eos, qui ad se confugiunt, & sub sua  
protectione commorātur, protegere. Si hoc faciunt principes hu-  
ius sæculi, qui nullam aliam rationem reddunt ad fauendum eis,  
30 qui ad se confugiunt, quā hanc, dicentes: constituit se sub prote-  
ctione mea, cōfidit in me protecturus sum eum. Cum hoc homi-  
nes faciant, quanto magis pertinet ad infinitam Dei clementiam  
hoc facere? qua propter, qui ad illum confugerit: dicit Dño: susce-  
ptor meus es tu, & refugiū meum. Et huius rei rationē reddens  
dicit: Deus meus sperabo in eum. Ad quē alium confugiet creatu-  
ra præter Deū, & creatorem suum? ô dulcissima verba, & quomo-  
do oporteret ea in omniū cordibus imprimi? Deus meus sperabo  
in eum: quia est Deus meus sperabo in eum. Vide quā benè hoc  
cōfirmet suauissimus pastor cū dicat: & nemo rapiet eas de ma-  
nu mea. Ego & pater vnū sumus. Et quæ admodum nemo eas potest  
à manu patris auferre, sic etiā de manu mea nemo illas poterit ra-  
pere. Siquidē vnus Deus cū patre sum. In potētissima manu mea  
31 oues meas fero semper corā oculis meis, vt eas semper aspiciā. O  
Benedict<sup>9</sup> talis pastor, super exaltat<sup>9</sup> talis hominū amator, quis  
huius diuini Dñi amore nō capitur? Dicit S. Propheta Amos ad 30  
mirabilem visionē sibi fuisse demonstratā. Ecce Dñs stās super mu-  
rū litū, & in manu eius trulla cœmētarij. Et in hoc loco trāscripse-  
rūt septuaginta interpretes sic: ecce Dñs stās super murū adamā-  
tinū, & in manu eius adamas. Vbi dicit S. Hieronymus: Per ada-  
mantē in manu Dñi, virum iustum intellige. Et quæ admodū la-  
pidarius finit concuti adamantē, quia scit nullum damnū illi in-  
ferendū esse, imo magis æstimādū intelligit. Sic habet Deus mu-  
rū adamantinū, quod est fortissimum refugiū ad suos protegē-  
dos: & habet vnūquemq; iustorum quali adamantē pretiosum,  
quem

*Amos. 7.**Hieron.*

quem habens lapidarius in manu iterum, atque iterum eum aspici-  
cit magni illum æstimans. Quòd si aliquando iustum concuti pa-  
titur, est quia optimè cognoscit, iustus ei non debere nocere, imò  
maiori coronæ futuros esse. Vide ergò ô anima quanti te Deus  
faciat, videne contemnas eum, qui te tanti æstimat. Ne amittas  
hanc foelicem sedem sed cura, vt in eius gratia semper conferue-  
ris, & sic æterna eius gloria perfrueris. Ad quam nos perducatur Ie-  
sus &c: Amen.

### ¶ Feria V. post Dominicam in Passione.

*Rogabat Iesum quidam Phariseus, vt manducaret cum  
illo. Luc. 7.*

**S**ENTENTIA Est Aristotelis non omnes auditores ido-  
neos esse ad omnes doctrinas percipiendas. Sed secundum  
doctrinæ qualitatem, ita & auditorem requiri. Vnde ipse colligit  
iuuenes non esse idoneos ad illam partem Philosophiæ audien-  
dam, quæ dicitur Ethice. Agit enim de virtutibus, & ita requirit  
animum pacatū, & dispositum. Cum de pœnitentia huius san-  
ctæ peccatricis diuino auxilio agendum nobis, & de illius admira-  
bili conuersione dicendum sit, opus erat auditoribus, qui pœni-  
tentiam sum mopere diligerent, qui que ad flendum prœptiores  
essent, quam ad audiendum. Hoc animo erat Sanctus Gregorius  
cum de hac materia ageret, siquidem in Homilia super hoc Euan-  
gelium, quæ hodie recitata est coepit dicere: cogitanti mihi de Ma-  
riæ Magdalenæ pœnitentia flere magis libet, quam aliquid dice-  
re. Cuius enim vel faxeū pectus illæ huius peccatricis lachrymæ  
ad exemplum pœnitendi non emolliat? vtinam diuina Maie-  
stas viscera, & corda nostra emolliat, vt cum simili dispositione  
hæc dicamus, & audiamus. Hoc primum debemus notare, quòd  
vna ex præcipuis humanæ vitæ miseris est, quòd possit homo  
per se cadere, & non possit per se surgere. Sic dicebat Sanctus He-  
remias loquens cum Deo, his verbis: scio Domine quia non est  
hominis via eius: nec viri est, vt ambulet, & dirigat gressus suos.  
Sunt aliquæ feræ ita factæ, vt absque clauis possint claudi, non ta-  
men absque clauis referari. Tale est cor hominis, quod potest clau-  
di per

*Greg.*

*Herem. 10.*

*Simile.*

di per libertatem liberi arbitrij, non tamen potest recludi ad gra-  
tiam iustificationis nisi per clauim omnipotentia diuinæ. Hoc  
significauit Spiritus Sanctus per Esaiam, dicens: Ponam desertū  
in stagna aquarum, & terram inuiam in riuos aquarum. Dabo in  
solitudinem Cedrum, & Spinam, & Myrthum; & lignum Oli-  
uæ, vt videant & sciant, & recogitent, & intelligant pariter, quia  
manus Domini fecit hoc, & Sanctus Israel creauit illud. Egre-  
gia sanè repetitio verborum, & omnia vnum, & idem sig-  
nificant. Si nunc quidam homo cum alio loqueretur, & ei  
diceret: Hoc tibi dico; vt videas, scias, recogites, & intelligas  
optimè rem hanc: videretur superfluum, & impertinens esse hic lo-  
quendi modus. Si quidem vnum ex his verbis sufficebat sicut &  
cuncta. Quis autem dubitat, optimè dictum esse, quòd ab Spiri-  
tu sancto dictum est? Atque ita oportuit fieri, vt apertè videre-  
mus, quòd opus tam admirabile, vt est, quòd cum esset peccator  
desertum aridum, absque vlla via, aut vestigio virtutis: postea flo-  
reat, & quasi hortus amoenissimus repletus fontibus, ac arboribus  
pulcherrimis, & suauissimis fructibus onustus efficiatur: non hu-  
manæ potentia, sed potentissimæ Dei manus, atque infinitæ eius  
clementia est opus. Idcirco tot illa verba cumulauit, vt videant,  
sciant, &c. Itaque in hac verborum repetitione cõsuluit Deus glo-  
ria suæ, & nostræ humilitati, vt cum nos ita cõuersos viderimus,  
nihil de hac conuersione nobis arrogemus, sed omnia ad eius su-  
pernam gloriam, & ineffabilem misericordiam referre curemus:  
immemas ei gratias pro illa agentes. Verum est, quòd quanquam  
Dominus est præcipuus autor huius operis diuini; ministro ta-  
men, & illius instrumenta assumit alios homines. Quapropter  
omnes qui de peccatorum remedio agunt, vt sunt prælati, prædi-  
catores, confessores, & patres familiars, & omnes illi, qui ad corre-  
ctionem fraternam tenentur, intelligentes se Dei esse instru-  
ta, atque in tam excellenti opere oportet, se examinent, & omni  
peccato mundi, & absterri esse curent quasi instrumenta, quæ tam  
supremi artificis manibus cõtrectanda sunt, & in tam sancti offi-  
cij ministerio, & rem hanc maximi æstimant, & in ea diligentissi-  
mos se præbeant. Glossa super acta Apostolorum notat quòd  
Sactus Paulus (vt omnes scimus) antea vocabatur Saulus, & quia  
Sergium Paulum conuertit nomen suum reliquit, & vocatus est  
Paulus, quia fuit illud primum spoliū, quod sanctæ Ecclesie  
Aa 5 attulit.

*Esai. 41.*

*Glossa super  
Acte. 13.*



attulit: glorians se tam excellentis operis, vt fuit instrumentum 6  
esse conuersionis infidelis ad omnipotentis Dei seruitutem. Si-  
cut antiqui Romani nomina sua deponebant, & illa à suis præ-  
claris factis assumebant. Illi insignes Scipiones, illi Marcelli,  
Fabij, ac Cornelij quomodo reliquerunt nomina sua tam nobi-  
lia in mundo, & alter vocatur Affricanus, alter Atticus, alter verò  
Numantinus appellatur? quia magis honorabantur nominibus,  
quæ declarabant præclaras res, quas gesserant. Ita Beatus Paulus  
nomen suum deponit, & nomen assumit à maximo & præcla-  
rissimo opere, quod fecerat infidelem illum ad Catholicam fidem  
conuertens. Et hoc idem notat etiam Sanctus Hieronymus Hęc  
omnia vobis dico fratres, ac patres, vt aduertatis quomodo tam ex-  
cellens opus faciendum sit.

Cum igitur hoc opus conuersionis peccatoris sit tam admira- 7  
bile, in quo filius iræ, & maledictionis, efficitur filius Dei, dignif-  
simum est (licet sit difficillimum) quod sciatur quomodo id fiat.  
Atque ad hoc summus Magister mundi aditum quendam nobis  
patefecit, per quem, quasi per vim arcanam hoc perspicere  
mus. Cum enim dixisset. Nemo potest venire ad me, nisi Pa-  
ter meus traxerit eum, addidit statim quomodo homines ad Pa-  
trem adducantur, dicens: Est scriptum in prophetis: Erunt om-  
nes docibiles Dei, omnis, qui audiuit à Patre, & didicit, venit ad  
me. Ad intelligenda hæc difficillima verba Domini aduertend-  
um est, quod homo per peccatum in obscurissimam caliginem  
interiorem incidit. Sicut Sanson, vbi primum in inimicorum  
suorum manus incidit, quod prius perdidit, fuit lux oculorum.  
Hac caligine ita obæcatus manet homo, & etiam tam demens, 8  
vt quantum cum eo loquaris de gloria, aut de inferno, de morte,  
aut de Sancti Euangelij mysterijs, siue de cruce, ac passione Do-  
mini, non plus ijs omnibus commoueatur, ac si obscurissimas res  
audiret, & quæ ad se nihil attinent. Videte quomodo peccatum  
adulterij obæcauerit Dauid, siquidem quasi totum annum in eo  
commoratus fuit. Quando enim Nathan ad eum iuit iam infans  
adulterij ortus erat, & ita insensatus erat, vt iratus fuerit, & mor-  
tis dignum esse dixerit, qui ouem à domino suo arripuit, necta-  
men cognoscebat, qua ipse dignus esset poena, quod alienam  
uxorem arripuerit cum morte Domini, ac viri illius. Quid plus  
dici potest? vt videatis quid efficiat peccatum cum virum antea

9 tam sanctum in tam mortali obliuione sui ac Dei sepeliuerit. Quid  
terribilius quam quod tam sanctus, tamque sapiens rex, qui que  
tot beneficia à Deo acceperat tanto tempore à pristinis moribus ac  
statu alienus esse potuisset? Ad abstrahendam animam à tam mise-  
ro statu, hoc primum Deus facit pro sua misericordia, ac propter  
merita Iesu Christi filij sui, quod has tenebras ei aufert, & doctri-  
ne sue lucem in eo imprimi: vt sic illustrata videat, quod antea per-  
spicere non poterat: clarificata anima hac luce ineffabilem Dei  
pietatem, clementiam, ac iustitiam cognoscit, & quantum huic  
summæ bonitati debeatur, intelligit; & quod est grauissimum  
malum toties Deum offendisse pro tam caducis rebus, & cogno-  
scit quod peccata, quæ prius sibi leuia videbantur, sunt grauissi-  
ma, eo quod sint contra infinitum Deum, & quod infinito bono  
10 hominem priuent, quod est Deus, & quia animam ad poenas sem-  
piternæ durationis deuinciunt. Ita cognoscit homo mala sua, &  
non satiatur cæcitatem suam admirari eo quod tot malis circun-  
datus tam quietus dormiisset. Sicut qui ingressus est in speluncam, *Simile.*  
& quia nox erat non vidit quod plena erat serpentibus & ex iti-  
nere defatigatus recubuit inter eos, & dormiuit: si eo dormiente,  
homo quidam veniret cum face accensa, & eum excitaret, atque  
excitatus hic serpentibus se circumseptum animaduerneret, qua  
celeritate illinc fugeret, & remedium quæreret, quo se tanto peri-  
culo liberaret? Hoc igitur significat: Erunt omnes docibiles  
Dei: Omnis ergo, qui audit à Patre, & didicit, venit ad me, qui iu-  
stificandi sunt prius doceri oportet, & qui diuinam hanc lucem  
à Patre accipiunt, ita illuminati veniunt ad Iesum Christum quæ-  
rentes in illo remedium ad exeundum ex peccato, & gratiam iu-  
stificationis accipiendam.

Hæc omnia in hac muliere manifestè apparent, de qua dicit  
sanctum euangelium, quod erat in ciuitate peccatrix. Maximas occa-  
siones forsan illa mulier præbuerat, siquidem publicum pecca-  
tricis nomen in tota ciuitate obtinuerat. Nomina enim singula-  
ria non facillè impetrantur. Plurimas scuitias commisit Nero &  
inde ab omnibus vocatus est crudelis, ita vt cum quis crudelis &  
immanis vocadus sit, dicatur Nero. Maximis liberalitatibus flo-  
ruit Alexâder, siquidè singulare liberalitatis nomē adeptus est.  
Cum homines eo perueniunt, vt singularia nomina cōsequantur plu-  
rima iam fecerunt, forsan nimis profanata fuerat hæc mulier siquidè

tam infante nomen comparauit. Deus vos liberet ne ita viuatis, ut  
 ut ab omnibus noceamini, & nulla sit congregatio in ciuitate, in  
 qua de vobis non loquantur. Nam cum omnes de vno dicunt, aut  
 omnes sunt mali, a velle maximas occasiones ad illud præbuit,  
 quod crebrius solet accidere. Vnus ex fontibus, ex quo tot mala  
 dimanant, fuit pulchritudo, propter quam fortasse à multis so-  
 licitata fuit. Idcirco dico ego maius periculum esse in corporali  
 pulchritudine, quam in igne. Ignis enim ex propinquo combu-  
 rit, pulchritudo verò ex propinquo, & ex longinquo loco con-  
 cremat. De Pàthera, Hispanicè [*Onça*] scribitur, quòd est animal  
 pulcherrimum, & aspectu iucundissimum, quo multa anima-  
 lia ad se allicit, quæ allicita mordet, & occidit. Multo crudelior  
 est corporalis pulchritudo rationalis animalis, quæ proximorum  
 animas occidit, & est occasio mortis ipsius animæ possidentis eã. 13  
 Multorum oculos quasi Panthera ad se attrahit, quot postea de-  
 struit. Non immeritò Spiritus sanctus dixit: Fallax gratia, & va-  
 na est pulchritudo, mulier timens Deum ipsa laudabitur. Corpo-  
 ralem pulchritudinem fallacem appellat. Et sic dicit Theophras-  
 tus de pulchritudine, quòd est fraus tacita, & muta, quia absque  
 loquela, hominum corda decipit, & simul est vana. Quid vanius,  
 quam quod vna febris euanescit? Est flos absque substantia, & per-  
 manentia, qui mane est viridis, & decorus; vesperi autem mar-  
 cescit, & arefcit, ac in humum decedit. Et quauis tam vana & no-  
 civa sit pulchritudo, illam tamen omnes maximi faciunt, atque ar-  
 tibus, & medicaminibus cupiunt adaugere. Non ita fecit decorus  
 adolescens, de quo dicit Sanctus Ambrosius lib. 3. de virginitate,  
 quod sentiens speciem, & pulchritudinem suam multarum mu-  
 lierum oculos rapere: easque in sui amorem inflammari, faciem  
 suam percussit, ne tam mortalis damni alicui esset occasio. Et  
 idem dicitur de alio iuvene Toscano. Pauci sunt modo hoc spi-  
 ritu, qui proximorum suorum spirituale incommodum doleant,  
 & sui ipsius misereantur, & qui occasiones, & inconuenientia au-  
 ferre curent ad euitanda peccata: sed omnes summopere curant  
 pulchriores videri, tam viri quam foeminae, ut plus desiderentur,  
 & ad malum sollicitentur, qui que plus habet pulchritudinis foeli-  
 ciorum, & beatiorum se existimat. O cæcos, & miseros vos, qui  
 damna, quæ vobismet ipsis, & proximis vestris infertis non co-  
 gnoscitis. Hac enim ingreditur paulatim Sathanas, ut vos penit-

uertat.

*Pron. 31.  
Theophrastus.*

*Ambros. li.  
3. de virgini.*

15 euertat. Mercatores cum res venales coniunctim vendunt, mino-  
 ri pretio vendunt. Quando verò diuisim, maiori pretio vendunt.  
 Nos verò è contra facimus. cum dæmone: si enim diabolus ab ali-  
 quo peteret ut omne tempus vitæ suæ simul sibi daret: quis illi  
 hoc concederet? potius milles mori velletis, quam sic cunctam vi-  
 tam diabolo dare. Si verò à vobis petit, consume hunc diem totum  
 in seruitute mea, indue, & exorna te, ut videaris, ut in hominum  
 conspectum prodeas, & concupiscaris, videtur vobis parum, vnus  
 dies est, & illum non æstimatis. Postea postulat, ut alium diem con-  
 sumatis in seruitute eius & libentissimè, pro vili pretio facitis. Si  
 vobis persuadeat diabolus, ut duos aut tres menses in aliquo pec-  
 cato consumatis, cito dicetis, quòd sic vobis placet: cunctam verò  
 vitam si petat, dicetis quòd non vultis. Idcirco diabolus est astutus:  
 16 nunquam enim vobis dicit statim in principio, ut maxima flagi-  
 tia committatis, nec quòd diu in eis commoremini, sed paulatim  
 petit diuisim emens, nam sic vili pretio vos venditis sperantes  
 quòd postea poenitentiam agetis; & sic super vestram animam  
 paulatim diabolus potestatem capit, & postquam semel in vobis  
 dominatur, experimini vos tam debiles, ut vix iter videatis, quo  
 remedium quæratis: hoc enim artificio vos ducit quousque pe-  
 nitus destruat. Idcirco David dicebat: Declinate à me maligni,  
 quia dicitis in cogitatione, accipient in vanitate ciuitates suas. *Isal. 43.*  
 Discedite à me spiritus maligni, quoniam dicitis peccatoribus,  
 quod vanè viuentes in fine vitæ facient poenitentiam, & illarum  
 mansionum, & æternarum ciuitatum possessionem accipient.  
 Cum diabolus intelligat neminem velle, in infernum subito præ-  
 17 cipitari paulatim peccatores ducit, & tam cæci sumus, ut horum  
 nihil intelligamus. O mali mercatores, qui nos diuisim tam vili  
 pretio vendimus, & totos simul nullo pretio nos daremus. Si scin-  
 tillam amoris & timoris diuini haberemus, nec diuisim, nec simul  
 daturi eramus diabolo vel minimum vnguem, quem de pedibus  
 abscindimus. Ex pulchritudine, & artificijs, quibus illam hanc mu-  
 lier adaugebat calamitatem maximam animæ suæ abstraxit. Et  
 sic paulatim eam diabolus in peccatorum pelagus demersit. Al-  
 terfons ex quo illius malum dimanauit, fuit iuuentus cum liber-  
 tate. Foemina decora, diues, & cum libertate, quid non faceret? li-  
 beret nos Deus à similibus occasionibus. Loquens Iob de proui-  
 dentia Dei maximam quãdam propositionem affirmauit dicens:  
 qui

*Iob. 28.*

qui fecit ventis pondus. Antea, septimo capite dixerat: *Memeto mei, quia ventus est vita mea.* Maximè necessarium est mihi Domine, vt oculos tuos semper in me conijcias, & frequenter mihi faueas cum vita mea sit tam inconstans quam ventus. Quod si vita viri tam sancti, quasi ventus erat inconstans, quales erunt vitæ iuuenum, & mulierum leuissimarum? isti ergo vento pondus oportet apponi subiectionis, & quod omnino libertas ei auferatur. Ponit Deus repensum ventis, hoc est, eos refrænât, & cohibet ne eorum flatus, tam furiosi sint, vt vniuersum mundum euertant. Peiores quidem, & magis furiosi sunt impetus & morositates iuuenum, & idcirco magis indigent repensu. Peritus nauta tempore procellæ vela colligit, & comprimit. Tempus maioris procellæ est iuuentus, auferre ei vela, quæ est libertas, ne nauis pereat, & statim secuta erit. Hoc fratres mei, quibus rei publicæ, aut familiæ cura incumbit immensi Dei nomine vobis commendo & iterum, atque iterum exhortor. Si enim libertatem iuuentuti concedatis, nullum ex ea bonum speretis. Paulatim fortasse, & diuisim hanc mulierem Sathanas emit, quousque eam ita prophanauit, & contaminauit, vt peccatrix in ore omnium diceretur. Ille autem, qui dixit. Ego sum lux mundi, pro sua immensa misericordia illam illuminauit, vt videret quomodo in spelunca inter tot serpentes iaceret, & tot draconibus, & basiliscis circumsepta teneretur. Quæ vt se in tanto periculo constitutam animaduertit, tam celeriter festinat, & periculum illud fugiens in tanta necessitate remedium quærit. Nec verò expectauit quousque Dominus finem faceret prandendi: sed feruentissimo dolore ardens ingressa est in domum, vbi Dominus recumbebat: & sedens secus pedes eius tantam lachrymarum copiã effudit, vt se totã in riuos conuertere videretur. Atq; (vt ego credo) non solum tunc plorauit, quanquã inde iustificata exiit, sed toto vitæ suæ tẽpore, eius oculi, quasi fontes vberissimi lachrymis emanarunt. Ita proponebat Dauid de se ipso dicens: Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo.

*D. Hiero.* Et Diuus Hieronymus transtulit ex Hebræo: Natate faciam lectum meum, faciam lectũ meum singulis noctibus lachrymarũ pelago innatare, & vbi nos legimus: Urbatus est à furore oculus meus: transtulit idem sanctus: caligauit præ amaritudine oculus meus, quòd assiduis lachrymis obcæcatus est. *O peccator quare hæc*

*simile.*

*Ioan. 8.*

*Psalm. 6.*

*D. Hiero.*

*21* re hæc audiens non confunderis? quia cum sceleribus oneratus sis, & tam crudelibus serpentibus obsessus tenearis rides, & delectaris? Tu non es Christianus? quare in lachrymarum pelago non innatas, cum te in tanto periculo animaduertas? Profecto caligo, qua te Sathanas obcæcauit, efficit, vt talis comoreris. Ad omnium confusionem volo dicere, quem dolorem habere solet vir sanctus de alienis peccatis: vt ex hoc cognoscatis quid faceret si propria essent. In libris Esdræ legitur, quod audiens sanctus Propheta quia populus sibi traditus peccauerat, & Deũ offenderat, sic afflictus, & verecundatus est vt præ dolore vestimenta sua sciderit, & barbam ac capillos dilaniarit, & tota die vsque ad vespæram flens sederit, & in tempore sacrificij vespertini surrexit ab afflictione sua & humi prostratus manus suas ad Deum expandit

*22* dicens: Deus meus confundor, & erubescio leuare faciem meam ad te: quoniam iniquitates nostræ supergressæ sunt caput nostrũ. Qua luce, & quibus oculis peccati faciem intuebatur, qui propter aliorum scelera tanta animi afflictione torquebatur? Nos autem miserrimi peccatores quanta impudicitia, & quam hilari vultu in conspectu Dei ingredimur, cum tot tamq; horribilia flagitia perpetrauerimus! Eia homines insensati, & tot tantisq; sceleribus delibuti oculos conijcite in hanc mulierem peccatricem, videte, quam celeriter festinet, vt ad Pharisei domum accedat, & quæ tot amatoribus comitata solebat incedere, quam sola, & dolorosa nunc properet. O mulier quo vadis? nescis, quia Dominus est in conuiuio? Si dixit sapiens. Musica in luctu importuna narratio. Si ergo in luctu musica importuna: etiam in conuiuio, & musica luctus importunus esse apparet. Non habet quid nobis respondeat, quia trahebatur ab illo, à cuius ore, lingua, gratia & doctrina populi dependebant, qui stupebant in doctrina eius, & in verbis gratiæ eius, quæ procedebant de ore eius, quod eos rapiebat, & post se trahebat illo verbo penetranti vsque ad animam, efficaci, ac viuo. O Domine si mihi verba huiusmodi dares, vt prædicans nomen tuum horum fratrum meorum corda percuterem, eosque ad tuos diuinos pedes subiectos, & deuinctos animo adducerem, vt venit hæc sancta mulier peccatrix!

*1. 2. dr. 9.*

*Eccles. 22.*

Constituta in eo tã foelici loco nõ loquebatur, neq; enim præ anxietate, & dolore loqui poterat. Cor volebat omnia operari, nec

nec linguā loqui patiebatur. Illic lachrymis & visceribus loque-<sup>24</sup>  
retur in corde suo. O Magister mi, calorū meorū refrigeratio,  
furiolæ tempestatis meæ serenitas, mortis meæ vita, salutis meæ  
Medice. O Iudex misericordiæ ad pedes tuos me subiectam ha-  
bes, ne me deseras, quia sum creatura tua licet ingrata, deum in  
tenes cor meum, & subiectam voluntatem meam, tracta me quo  
modo volueris. Attende ad suspiria mea, quæ ex intrinseco con-  
tristati animi mei prodeunt. Extingue his lachrymis ignem il-  
lum gehēnalem, quo me combusturus eras nisi ad te allicerer. Re-  
ge cor meum habenis amoris tui, & spem meam his clementissi-  
mis oculis conforta, quibus me aspexisti, cum me ad tui amorem  
attraxisti. Sic loqui poterat in corde suo ad Dominum illa san-  
cta peccatrix. Cum alia manducabant, tunc illa lachrymabatur,  
quod in conuiujs fieri nō solet, nisi in conuiujs Iesu Christi, ubi  
hæc erat præcipua conuiuia & quæ dulciori cibo Dominum inui-  
tabat. Hic enim est cibus, quo ipse libentius vescitur, & sic eum  
exposcit per Hieremiam, loquens cum perditissima anima, &  
*Hierem. 3.* dicens: Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere.  
Ergo saltem à modo voca me. Pater meus, dux virginitatis  
meæ tu es. Obtuli tibi veniā, ac te ad misericordiam inuitavi (ait  
Deus) O anima peccatrix, & ita corrupta es, vt tui te non pudue-  
rit, nec erubescere volueris. Nunc ergo saltem voca me, & suauis  
verbis sic alloquere. Tu es pater meus, tu es dux & protector  
meus, cui ego meum primum amorem debebam. O benedictus  
talis Deus, qui talia verba suo diuino ore profudit, quibus quasi  
acutissimis sagittis omnium corda percuti oporteret. Atque vt  
eorum vim intelligatis notate, quod sunt aliqui homines, tam de<sup>26</sup>  
uincti aliquarum mulierum amore, vt quanuis in cōspectu suo ip-  
sæ mille iniurijs eos afficiāt, & molestijs exasperent, si tamē vnū  
verbum amoris, & beneuolētiæ eis dicant, cera leniores illos effi-  
ciant. Sic Deus est amantissimus animarū, adeo, vt pro illis mor-  
tuus fuerit, & ipse docet modum, quem seruare oportet animam  
ad eum sibi reconciliandum, cum illum offenderit, loquere (in-  
quit) ad me verbum suauē, nam illo me cera mitiorem, & mollio-  
rem reddes. Hæc omnia faciebat Magdalena, stans retro secus pe-  
des Domini. Humi prostrata, sparsis crinibus, lachrymis consper-  
*simile.* sa ad pedes Domini. Cum dux vincit, & redigit alium, in signum  
victoriæ vexillum victi humi prosternit. Dimicauit Iesus Chri-  
stus

<sup>27</sup>stus filius Dei cum anima Magdalenz. & eam superauit, & rede-  
git & cum corpus illud Magdalenz tam pulchrum, atq; exorna-  
tum esset vexillum, quod plurimi homines turpissimi sequerentur,  
siquidem iam victus, & redactus est dux, quod est cor in signū  
victoriæ prosternit hodie humi hoc vanitatis vexillum.

Cum sancta Magdalena hoc tam gratum sacrificium cordis,  
corporis, crinium, vnguentique sui offerret, efficacius mordebat  
Pharisæus famam Iesu Christi Redemptoris nostri, quam opti-  
mus Dominus eius panes & escas. *Et intra se dicebat: Eic si esset Pro-  
pheta, hanc mulierem cognosceret quod esset peccatrix, nec eam ad se ac-  
cedere pateretur.* Non erat mala fors præteriti temporis cum ad  
mulierem peccatricem cognoscendam necesse erat Prophetam  
esse, & infelix est fors nostri temporis, siquidem ad cognoscen-  
<sup>28</sup>dum quæ sit mala, aut quæ sit bona non est necesse, nisi vt ho-  
mo non sit cæcus. Multa hic dici possent, sed vltius progre-  
diamur ad aliam maximam miseriam notandam, quæ est in mi-  
seris filijs Adæ, & est: quod postquam semel de aliquo malè opi-  
nantur, licet postea eum prodigia facere videant, nunquam ta-  
men malam de eo conceptam opinionem deponunt. Videt hic  
Pharisæus mulierem hanc cum tot signis veræ poenitentiae, & do-  
loris, & tamen dicit: *quid peccatrix est.* Consentaneum esset vt eius  
nomen mutaret cum illam tam mutatam animaduerteret: hoc  
autem humana malitia nescit efficere. In Genesi dicitur, quod di-  
xit Deus: Fiat firmamentum in medio aquarum, &c. & postea dicitur  
citur ibi, quod vocauit Deus firmamentum cælum, eius nomen  
mutauit, nam consentaneum est, vt res iam meliores effectæ  
*Gene. 1.*  
*Gene. 17.*  
<sup>29</sup>alio nomine nuncupentur. Sic Abræ nomen permutatum est  
in Abraham, & Iacob in Israel: & Simoni Bar Ionæ. Tu es Pe-  
*Gene. 35.*  
*Matt. 16.*  
trus (ait Dominus.) Ita oportet facere cum hominem ad Deum  
conuersum viderimus, ne eum iam amplius peccatorem appelle-  
mus, vt hic Pharisæus vocabat. Cui cordium scrutator respondit,  
probans illū immeritò de hac muliere murmurare: cum ipsa Phari-  
sæo excelluerit, & gratiorem seruitutem sibi exhibuerit, quam  
Pharisæus.

*Et conuersus ad mulierem, &c.* Aduertite quæso, fratres mei, & in  
clementissimi Domini misericordiam oculos conijcite. Mulier  
erubescens diuinum eius vultum intueri, accessit retrò. Domi-  
nus autem, qui humilibus corde non est contrarius quærenti ter-

Exod. 33.

ga vultum ostendit, & ei obtulit. Moy si roganti Deum, vt faciem suam sibi ostenderet, respondit, dicens: Nō poteris videre faciem meam, tollam manum meam, & videbis posteriora mea. O ineffabilem Dei clementiam! quōd tanto sancto, vt Moy si faciem suam Deus negat: & hodie eam hilarem, & benignam huic sanctæ mulieri conuertit, quæ satis contenta erat sanctissimæ eius terga aspicere; & ita benignè eam aspiciens loquitur cum Phariseo, dicens: *Fides hanc mulierem? intravi in domum tuam, aquam pedibus meis non dedi.* Videte quomodo omnia, quæ fecerat tam diuisim numeret: vt cognoscatis quantam curam habeat Deus de quacunque cunctatā vestri boni operis: siquidem seruitium huius mulieris sic diuidit, & separatim numerat sicut liberalissimus, & gratissimus, qui que singulis particulis peculiare præmium statuerat. Ita etiam promisit se in finali iudicio facturum, cum rationem operum nostrorum poposcerit: & mercedem unicuique; secundū opera sua reddiderit: quia cum posset omnia iustorum opera vno verbo comprehendere, dicens: præceptis meis obtemperastis, dicit se diuisurum esse illa, singula opera sigillatim referens his verbis: venite benedicti Patris mei, & surini enim, &c. Sitiui, hospes eram, &c. vñ quodque opus sigillatim numeraturus est, quia singulis singula habet præmia præparata. Vides hanc mulierem (dicit Phariseo) intravi in domum tuam, & non fecisti mecum, quod illa fecit; nec me amplexus es, ne pedes meos lauisti. Has querelas reddit de Phariseo ad illius confusionem, & pudorem, atque ad illius sanctæ peccatricis laudem, & honorem. O quoties, & quam meritò conqueretur nunc Deus de plurimis Ecclesiasticis, qui non faciunt, quod muliercula quædam facit. Quam admirabilis est visu, præparatio quæ habet muliercula, ad accipiendam sacrosanctā Eucharistiam: quot lachrymas effundit, quoties in cogitatione sua Domini pedes osculatur: quam suaves & dulces affectus in corde suo habet. Quam ficci autem sunt aliqui eius ministri: quam indeuotè accedunt, & celebrant, quæra pauca reuerentia, & deuotione Regem cælorum tractant, habentes eum quotidie in manibus suis, & in peccatoribus accipientes.

*Propter quod dico tibi, remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* Vna declaratio horum verborum est, quod propter charitatem eius remissa sunt ei peccata, quantum ad poenam: quia quantum ad culpam gratis ei remisit Dominus, propter suam infinitam

33 tam misericordiam. Itaque quantum Deus peccata mea mihi remittat, nisi poenitentia mea tam efficax fuerit, & preparatio tam singularis, vt pro poena satisfaciatur, iturus sum ad purgatorium. ad satisfaciendum pro poenitentia, quam in hac vita non egi. Et hic dicit Dominus Magdalene, quod iam per dulce purgatorij amoris præterijt: & sic si illa die moreretur iret in imbum directè absque purgatorij interuallo, quoniam dilexit multum. Et licet hæc sancta mulier à Domino audierat, quod peccata sua remissa erant ei, postea in asperimas solitudines perrexit, vbi maximam triginta annos egit poenitentiam. Tu verò peccator, qui nescis vitium peccata tua remissa fuerint, non potes diem ieiunij tolerare, nec cilicium, nec minimam quamque asperitatem perferre. Statim dicis, te esse debilem & non posse id perpeti: quis esset magis 34 delicatus, & maioribus delicijs educatus, quam Magdalena? In ciuitate effecta est peccatrix, & extra ciuitatem iuit ad agenda poenitentiam: vt esset sancta, ad solitudinem se contulit. Discite ergo fratres mei ab hac sancta: quam Deus, vt exemplar exactissimum nobis proposuit, Fugite confusionem, & perturbationem seculi; quaerite angulam, vbi securè peccata vestra possitis dolere, & lachrymari. Sic nos monet Deus per Hierem. dicentem: Si quidē, & murus Babylonis corruet, egredimini de medio eius populus meus, vt saluet vnusquisque animam suam, ab ira furoris Domini: & ne fortè mollescat cor vestrum, & timeatis auditum, qui audietur in terra. O quot malis se liberat, qui mundum fugit, iam enim eius muri, vires, & potestas, prope sunt, vt corruant: liberabit se ab æterna condemnatione, & à furore Dei, & non audiet terribilem illam sententiam, quæ in terra audienda est. Ite maledicti in ignem æternum. Atque etiam ab animi pusillanimitate, & ignauia liberabitur: seculares enim timidi sunt, & habent mollesimum cor, vt in eis omne malum imprimatur, quod in eis Sathanas voluerit imprimere: hanc ergo molliem cordis amittent ne in eis Sathanas inueniat dispositionem ad imprimendum, quod voluerit. Fugite igitur hanc Babylonem, ne mollescat cor vestrum, vt cum fugeritis delicias, & dulcem conuersationem per poenitentiam, & vitæ acrimoniam cor vires accipiat, ad resistendum malis, & perseverandum in bonis & in gratia, quousque eamus ad perfruendum gloria sempiterna. Ad quam nos perducatur Iesus Mariae filius. Amen.

Hierem. 51.

Feria. VI. post Dominicam in Passione.  
*Collegerunt Pontifices & Pharisæi concilium aduersus Iesum, &c. Ioannis. II.*

Rom. I.

**N**arrat S. Euangelium quod cōuenerunt seniores, Pōtīfices, & Pharisæi Hierosoly mæ, vt de reipublice reformatione agerēt, & nihil in ea inuenerūt, quod expellendū sibi videretur, præter Iesum Christū filiū Dei: & de eo deponētes, dicebāt, q̄ multa signa faciebat. Vt cognoscatis quomodo hi miseri in tantā infamiā & præcipitiū deuenerint; volo prius vobis declarare qđ S. Paulus de quibusdā hominib⁹ dicit, quos Dñs à se reiecit: quod primū de illis dicit, est, q̄ dicētes se esse sapiētes, stulti facti sunt. Primū malū illorū fuit, quod se sapientes iudicabāt, & sapientiæ suæ maxime nitebātur, & propter hanc superbiam obzcati sunt: & mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinē imaginis corruptibilis hominis. Gloriam, quam Deo oportebat reddere, mutarūt; & creaturis dederunt. Propter quod, tradidit illos Deus in desideria cordis eorū: in immunditiā, &c. In supplicium huius peccati, tradidit illos Deus suis turpibus desiderijs: quia cōmutauerunt veritatem Dei in mendaciū. Cōmutare, est aliud pro alio dare. Cognouerūt illi infideles plurimas perfectiones Dei, quod esset omnipotēs, iustus, & summē sapiēs. Omnes has veritates cōmutarūt, pro mendacijs idolorū: quæ fuit vna ex maximis injurijs, quas Deo intulerunt. Cū enim aliquid pro aliquo cōmutatis, perspicuū est, q̄ hoc pluris æstimatis quā illud. Pluris æstimarūt Idolorū mendacia, quā Dei veritates: & seruierunt creaturæ, potius quā creatori, qui est benedictus in secula amen, & quia tantam iniuriā, tam benedicto Deo intulerunt, propterea tradidit illos Deus in passionēs ignominiz: permittit illos cadere in alias nefandas passionēs, summæ ignominiz, cōtra eiusdē naturæ cursum. Pēlate quomodo Apostolus hic magis, ac magis aggrauet pœnas, quas illis De⁹ imponebat: eo q̄ illi magis ac magis culpas adaugebāt. Sed dices tu: quomodo de ratione, & natura pœnæ est, quod sit inuoluntaria, sicut de ratione culpæ est, q̄ sit voluntaria: quomodo ergo culpa, quæ sequitur ex priorī culpa potest esse pœna? Dico q̄ licet actus eiusdē culpæ sit volūtarius, attamen plurima habet connexa, quæ sunt inuoluntaria, sicut conscientie morsus, maiores obligationes

ad

**4** ad grauiiores pœnas, maiores deniq; eiusdem naturæ deprauationes; & has res nulla anima vult. Sed nō propter hoc vnū peccatū alterius dicitur esse pœna. Verūm vtrū D. Tho. peccatū est pœna peccati, non secundū suam formā, & rationem. Nā sic cōsideratū ex electione proficiscitur liberè, & volūtariè, sed secundū suā causam, ex qua oritur, scilicet secundū subtractionē diuini auxilij, quo seruatur homo ne corruat in peccatū. Itaq; quia Deus ob peccata cōmissa peccatorē suo auxilio priuat, quæ quidē pœna est peccati: peccata, quæ hinc sequuntur, supplicia sunt præcedētis peccati. Dicit vltērius S. Paulus, & sicut nō probauerunt Deū habere in notitia: tradidit illos De⁹ in reprobū sensum. Ecce aliā grauiorē pœnam, q̄ quia sufficientem cognitionē Dei habuerunt, ad seruicium illi, & non probauerunt in vita sua se cognitionē Dei habere: permittit diuina maiestas, vt male sentirent, & nō solum illā notitiam, quā de Deo habebant, amitterent, verū etiam reprobū sensum in diuinis rebus haberēt, quæ grauissima est pœna, pro culpis. Sic enim in tantā deprauationē, deueniunt, vt eorū iudiciū, & intellectus eis dictet, cōsentaneū esse, vt peccatis, quæ commiserūt magnoperè deleatūtur, & hoc est quod dixit sapiens: qui letatur cū malefecerint, & exultant in rebus pessimis: & hinc prouenit, quod statim inferius subdit S. Paulus, vt cū reprobo sensu faciant ea quæ non conueniūt: repletos omni iniquitate, &c. Verbū horrendū, q̄ omni malitia adimplentur, cū mensurā illā, & periodū complent de qua loquitur Beatus August. Adrianus & Caieta. Omnes hi tenēt, quod in talē statū homines possunt deuenire, & tā repleti esse peccatis (repletos omni iniquitate) vt Deus finiat rationes cū illis, nec eos amplius expectet. De quibus etiā S. Paulus dixit: vt impleant peccata sua semper. Peruenit enim ira Dei super illos vsq; in finē. Quod super eos peccatis repletos, semper ira Dei super illos erit, vsque in illorū interitū. Heu Heu fratres quā diligēter hoc cauere deberemus! Peccam⁹ semel, atq; iterū, toties creatorē pro creaturis cōmutamus: offendentes eū propter pecuniā, voluptatē, & honorē: apertē experimur, q̄ permittit, nos in dies in grauiora peccata incidere: nescimus quēnā sit taxis, & mēsurā peccatorū nostrorū, secundū sententiā hanc S. August. deberemus nos cohibere cōsiderātes ne fortē sit hoc vltimū peccatum, aut quod cras cōmitteremus: & vita finiatur, ac sic in eternū cōdēnemur. Timete pro reuerētia Dei, rē tam terribilē, & dignā, quæ timetur

D. Th. I. 2.  
q. 87. ar.  
2.

Prou. 2.

Augusti. de  
vita Christi-  
stian. c. 3.  
Adrian.  
q. 1. de peni-  
tētia Caiet.  
lenticulo. 8.  
q. 3.



meatur. **C**Ad inceptū deueniētes dicim⁹, quod sic illos infideles, quia naturali lumine nō fuerunt vsi in dies magis ac magis sua potētissima manu Deus dimisit: & illi obcæcati sunt in dies magis ac magis, in pænā ingratitude eorum: quousq; in improbitatū cōsummationē deuenērunt: Repletos omni iniquitate. Quid ergō merebātur hi pōtēfices, & Pharisæi, qui tot lumina à Deo acceperāt, & suis oculis tot miracula cōspexerāt, nisi quod eos diuina iustitia desereret: siquidē nolebāt omnibus his beneficijs vti, vt relictū deuenirēt quō deuenērūt, & in tot p̄cipitia inciderēt, in quot inciderunt: in quā maiorē cæcitatē, crudelitātē, & amētīā deuenire potuerūt, quā vt, cōcilium inirent, vt innocentissimum virū interficerēt, eo quod multa miracula faciebat, dicentes? *Quid facimus quia hic homo multa signa facit?* Videte quā operationem facerēt miracula in intellectu illorū maledictorum. Hæc omnia erāt supplicia malitiæ illorū, & peccatorū, quæ illi cōmiserāt. Tritō æreus pinnaculis tēplorum affixus si diu sistit, & nō mouetur ferrugine ita operitur, & cū supposito ferro coarctatur, vt postea fortissimis quibusque vētorū flatib⁹ nolit obedire, o quot flatus Dei hi acceperunt, quot diuinos sermones, quot opera mirabilia: nectamen fructū ex illis perceperūt. Ita enim eorū voluntates nequitie affixæ erāt, vt diuini flatus nullā in eis operationē efficerent. Caveamus fratres in aliorū periculis, diuinis flatib⁹ vtamur, siquidē tāto perē horū hominum malitiā execramur: q̄ nihil in sua republica p̄ter Deū repudiandū reperirent. Excremur etiā hoc in nobis & multo magis. Quæ maior potest esse calamitas nostra, quā, q̄ in illorum cecitatē deueniamus? O miserimā ærūnā? quod nihil aliud etiā tu Christiane reperias quōd repudies, p̄terquā Iesum, Christū, omnia amplecteris, omnia diligis, p̄ter Deum pro qua cunquere diligentissimē laboras: de Deo autē nullā habes curā.

Dicūt: *si dimittimus eū sic veniēt Romani, & tollēt nostrū locū, & gēte.*

*Psalm. 9.*

*3. Reg. 17.*

*jud. 13.*

*Ester. 7.*

*Psalm. 36.*

In laqueo isto, quē abscoederūt cōprehensus est pes eorū. Quid dicitis? q̄ veniēt Romani si eū dimittitis? si autē eū occideritis: ipsi trucidabūt vos oēs. Arma, quæ impi⁹ cōtra bonū sumit, ipsa sunt, quæ illū persequētur. Eodē gladio, quē gestabat Goliath ad necādū Dauid, interfectus est ipse. Eodē ense, quo Holofernes volebat Hebræos interficere, caput ei⁹ abscisū est, in furca, quæ volebat Amā Mardocheum suspēdere, suspēsus est ipse. Quā ad literā dicit hoc Dauid, gladi⁹ eorū intret in corda ipforū. Idē gladi⁹, quē ad nocē

dum

dū proximis apprehēdūt, in eorū corda ingreditur. Caveamus fratres ne propter timorē incidēdi in aliquod tēporale damnum, Deū offendam⁹; propterea enim in ipsa, & grauiora quidē incōmoda incidemus. Cum autem necessitate oppressi fuerimus, recordemur illius sancti cōsilij quod bonus Tobias dedit filio suo dicēs: Noli timere fili mi, pauperē quidē vitā gerimus: sed multa bona habebimus si timuerim⁹ Deū, & recesserimus ab omni peccato, & fecerimus bonū. Quid tibi deerit, nisi Deus desit? Quid aut possidebis, si Deo carueris? Narrat Lucanus, q̄ cū Iulius Cæsar vellet iā cū Pōpeio dimicare, mutatis vestibus in nauiculā ascendit, & cū mare trāliret, vt nōtulos duces cōuocaret capit excitari maxima tēpestas, cū iā in medio mari esset; cūq; nauta tantā tēpestatē, & eminēs periculū videret, timebat, & iā diffidebat. Tūc reuelauit se Iulius Cæsar (erat enim cooperto vultu) & dixit ei: Ne timeas: fortuna enim Cæsar te comitatur. Si ergō hominis fragilis fortuna sufficit animū addere nautę contra tēpestatem maris: quāto minus timere debet, qui Deū in anima sua portauerit? quare timebim⁹ infortunia, paupertatē, aut persecutionē: cū tali propugnaculo muniamur? quā securē dicebat Dauid: Si ambulauero in medio vmbra mortis non timebo mala: quoniam tu mecū es. Quātū profuisset his miseris damnū prospicere, q̄ illis inde poterat euenire, si tantā iniustitiā, & iniquitatē cōmitterēt? De philosopho quodā legitur, q̄ in sublimi quodā loco fori cōstitutus dixit se intellectū, & sapiētīā vēdirurū esse volētibus emere: cūq; princeps illius regionis illud sciret, misit ad eū nuncios suos, cum nūmis, vt rationē, & intellectū emerēt: philosoph⁹ aut detexit illis schedulā, dicēs: in omnib⁹ quæ factururus es, semper cogita, quid tibi possit accidere. Quod respōsum etsi nūcij illuserūt: princeps tamē summa cū lētitia accepit, & aureis caracterib⁹, in ostio palatij sui inscribi iussit, & meritō quidē, est enim hæc clarissima sententia. O si in omnibus, quæ volumus apprehendere, cōsideraremus: quid ex hoc auferemus? quid nobis euenire poterit, si hoc aut illud fecerimus? p̄cipuē, cū id, quod volumus facere est peccatum: ex quo quid boni potest succedere? Rectē sciebant hi, aut oportebat eos scire, quod Deus cōminatus fuerat per Isaiam dicētem: Præuaricantes præuaricati sunt, & præuaricatione trāsgressorū præuaricati sunt. Formido, & fouea, & laqueus super te, qui habitator es terrę. Valdē notādū est quod toties legis præuaricatores

Bb 4 nominat;

nominat; eadē verba quater referēs. Quod est ad significandā transgressiōem maximā, & prauaricationē iustitiæ, veritatis, & rationis; ac naturalis, humanę diuinęq; legis violationem. Quæ fuit ad literam, hæc transgressio, & prauaricatio iustitię, quæ cōtra iustum iustorū facta est, propter quod peccatū, in tot incōmoda incidit. Atq; etiā eorum peccatū grauisimum reddidit auctoritas ipsorū, & diuturna deliberatio, qua hoc flagitiū exequi decreuerunt: & tot concilia, quot circa illud inierunt. Sicut ē conuerso virtus solet esse magis meritoria, quando est magis deliberata, & amata, & sapius cum ratione cōstituta, vt cor maiori illius amore capiatur, vt S. Paulus exaggerat, disputans de volūtaria paupertate primitiua ecclesię Christianorū, vbi dicit. Altissima paupertas eorū abundauit in diuitias simplicitatis eorū, quia supra virtutē volūtarij fuerūt. Quo magis amata & deliberata est virtus, eo magis meritoria est. Et ideo dicit, quod quia illa paupertas erat volūtaria: ideo fuit altissima: & abundauit in diuitias meritorum.

Supradictis additur etiam ad maiorem peccati illorum grauitatem: quod ipsi met dicebant: *Quia hic homo multa signa facit*, quod ex resurrectione Lazari, & ex visu, quem cæcus à natiuitate accepit: & ex salute, quam paralytico contulit; qui triginta octo annos habebat infirmitatis suæ, ad tantum malum commoti sunt. Impossibile est, si perdicis oua gallinæ supponas, quod suo naturali calore pullos gallinæ parturiat, nec ex ouis gallinæ producat perdix pullos perdicinos, ita enim natura constituit. Impossibile est equum ab homine, vel hominem ab equo generari, quod autem natura nō peruertit, peruertit inuidia, quis tale cogitaret, quod ex tā bonis ouis: tā mali pulli abstrahendi essent, & ex tā mirabilibus miraculis, tā malus effectus erat producendus? De peccatoribus qui busdā dixit Isai. oua aspidū ruperūt; & telas aranæ texuerūt: qui comederit de ouis eorū morietur: & quod cōfotum est erūpet in regulū. Oua aspidū abstraxerūt, qui comederit ex eis morietur, & inde erūpet basiliscus. Hæc cōsequentiā nō admiror ego, quod ex malis mala abstrahāt homines: & ex paruis malis maxima mala eliciant: & quod ex ouis aspidū erūpat basiliscus. Sed quod ex bonis ouis; ex bonis operib; tā venenosum basiliscū auferat: & opus tā crudele eliciat, vt est iustū, & talē iustū interficere, hoc nimis obflupēdum est. O quātum debemus cauere, ne inuidia in cordibus nostris radices ageret: si enim semel ab ea possidētur, omne bonū

in

16 in malum cōuertēt. Habes vestē pretiosam, extrahis eam crebrō ad aerē, ne tinea rodatur, & eā diligentissimē à puluere scopis abstergis: & ensē, quē maximi æstimas, crebrō ad expiandum defers. Et non abstraheres semel (saltem quotidie) cor tuum ad aerē, quando illud ad diuinarum rerum cōtemplationē extollis, vt faciebat Dauid cum diceret: leuau i oculos meos in mōtes, vnde veniet auxilium mihi. Erigite fratres mei corda vestra in cælū, inde enim flat ventus, refrigeratio, & auxilium Spiritus Sancti, quod ea à seculi corruptionibus liberat: ibi expiatur spiritus, & inuidiæ, ac cupiditatis, & aliorum vitiorum similitum ferruginem perdit. O quantum in nobis appareret emolumentum, & spiritualis progressus, si his sanctis exercitationibus nos verē, & ex animo traderemus. O si hoc vobis persuadere possem, vt hīc modo

17 proponeretis ad animarum vestrarū remedium paululū temporis consumere, ex omnibus horis, quas in rebus inutilibus conteritis. Non faceretis saltem, quod facit formica, quæ cū triticum includit in horreum suum, interiūs illud rodit, vbi est virtus productiua; ne quando pluerit granum erumpat? O ineffabilem Dei prouidentiam, quæ tale instinctum dedit vermiculis, ad confusionem, & pudorem hominū rationaliū. Discite fratres à formicis; rodite partem illam cordis vestri, quæ potest inuidiam producere, aut aliud malum; rodite (inquam) sanctis considerationibus: & quærentes interiūs rationes, vt ad bonum inducamini, & ad omnem proximi amorem, atque vt ab omni malo recedatis. Hoc est enim vnum ex ijs, quæ ad Christianam vitam maximē conducunt.

18 *Vnus autē ex ipsis Caiphas nomine, cum esset Pontifex anni illius, Dixit eis. Vos nescitis quicquam, &c.* Cū in hoc concilio commemorarētur, in quo fortē erant dispares sententiæ locutus est prælatus, & pontifex anni illius Caiphas dicens: vos nescitis, nec quid intersit penitus cognoscitis. Quia expedit vobis, vt vnus moriatur homo. Non est inconueniēs, vt vnus pro omnium salute moriatur. Sicut solet homo pedē, aut manū in discrimē offerre, ne vitā amitrat; sic non est inconueniens, quod vnus homo peculiaris in republica moriatur, ne omnes pereant. Videte quomodo malitia faciat rationabile id apparere, quod est totius rationis expers. Ad quamcūque rem, quam homines velint facere, quātumuis mala sit, semper tamen eis videtur rationem inuenire ad eam faciendam.

Bb 5 dam.

2. Cor. 8.

simile.

Isa. 59.

Psal. 120.

simile.

Es. 4. 10.

dam. Et hæc omnia frequentius inter iudices, & iuris peritos, aguntur; qui rationes querunt ab res ad omni ratione, & iustitia alienas; & ad omnia leges inuenire sibi videntur: quod etiam si sibi non ita videatur, volunt tamen ut alijs videatur. De quibus terribili animi affectu conqueritur Deus per Esaiam dicentem: vae qui condunt leges iniquas, & scribentes iniustitiam scripserunt: ut opprimerent in iudicio pauperes, & vim facerent causæ humilium populi mei, ut essent viduæ prædæ eorum, & pupillos diriperent. Quid facietis in die visitationis, & calamitatis de lōge venientis? ad cuius confugietis auxilium? vae vobis legislatoribus, tam leges sancientibus, quam interpretantibus; nemini hinc pepercit nec iudici, nec aduocato. Vae vobis qui leges adducitis quasi caligas in confutiles, modò ampliantes eas cum vultis, & quibus cū vultis: & modò coarctantes cum illis, quos vultis. Audite, vox enim est Dei cum ira, & furore loquentis. Vae vobis, quibus siquidē non licet iniquas leges sancire; leges iam sanctas, iniquè declaratis: & eas voluitis, ac reuoluitis, ut dicāt, quod vos vultis, hodie in hac causa vno modo; cras vero in alia cōtrariū habeāt sensum. Qui causas, & fauorē pecunia veditis, & pauperes in iudicio opprimitis; nō iudicantes eis quod iustū est, eorū causas differentes, quousq; in maximā penuriā, & angustias redigantur: diuitū verò causas diligentissimè dimittentes. Viduæ autem iam sunt præda vestra. Quod si eos alloquamini pro misericordia, & cōpensione reddent vobis tationes tam apparentes, quibus probant quicquid faciunt, & iudicant æquissimum esse. Vae vobis (ait Dominus) me enim nequaquam decipietis, quid erit de vobis, quando in die vltimæ rationis de omnibus istis iniquitatibus iudicabimini? Ad quem confugietis, qui vos in illo die maximi laboris adiuuet? O fratres ac Dñi mei, perpendite, vtrū hac in re culpatos vos experiamini. Si hæc Dei comminationes vos perstringāt, opportunū vobis remediū adhibete: in illa enim die nullum penitus reperire poteritis.

*Hoc autem à se ipso non dixit.* Vfus est Spiritus Sanctus ore Caiphæ tanquam in instrumento. Sicut vfus est asina Balaam, quæ loquebatur, & dicebat, quod Deus volebat, ut diceret Dño suo: illa verò non intelligebat, quid diceret. Sic locutus est Caiphas, nec tamē quid diceret intellexit. O Caipha quare nō dixisti: expedit ut hic homo moriatur: sed expedit ut vnus homo moriatur pro populo? Nō erāt verba tua: assumpsit te Spiritus Sāctus, quasi ba-

tillum

22 tillum ad extrahendos carbones ab igne. Ille intelligebat quod expediret Christū mori, ne Hebræi à Romanis euerterētur: & Spiritus Sanctus fecit, ut quod nō intelligebat, loqueretur. Ut vnus in singularitate perfectionis, & totius excellētis, in quātū homo mereretur, ut filios Dei, qui erant dispersi congregaret in vnū & non tantū pro gēte. Vult dicere, quod expediebat, ut moreretur non tantum pro gente Abrahæ, verum etiam pro omnibus filijs Dei, qui sunt omnes prædestinati. Qui licet dispersi erant, & sub diuersis ritibus vivebant; nec adhuc filij Dei erant per gratiam, sed per prædestinationem: eos congregaturus erat, non in vno loco, sed in vna lege, fide, Ecclesia, & in vna charitate. Hoc significatum & demōstratum est in Genesi, vbi peracto diluuiō dicitur: *Edificauit autem Noe altare Domino; & tollens de cunctis pecoribus,* *Gene. 8.*  
 23 *& volueribus mundis obtulit holocausta super altare: odoratusq; est Dominus odorem suauitatis, & ait ad eum: Nequaquam vltra maledicam terræ propter homines. Et statim inferius dicit: Hoc est signum fœderis, quod do inter me; & vos: & ad omnem animam viuentem; quæ est vobiscum in generationes sempiternas. Arcum meū ponam in nubibus, & erit signum fœderis inter me & inter terram: cum quæ obduxero nubibus cælum, apparebit arcus meus in nubibus: & recordabor fœderis mei vobiscum. Eritque arcus meus in nubibus, & videbo illum; & recordabor fœderis sempiterni, quod factum est inter Deum, & omnem animam viuentem. Credo, si hæc verba diligenter perpenderitis, omnibus vobis propter aliquas causas admirationem maximam allatura. Prima est, quomodo potuit esse tantæ æstimationis sacrificium* *Gene. 9.*  
 24 *illud, quod Noe ex animalibus obtulit, propter quod Deus omnium hominum peccata dimitteret, & omnium sæculorum, cum Deus non animalium cruore, sed misericordia, ac iustitia mitigetur. Nec ei munus; sed meritorum placet magnitudo. Secūda causa, & quæ multo maiorem mihi affert admirationem, est signū, quod huius amicitia, & fœderis præbet: qui est cælestis arcus, qui verè nō est arcus; sed quædā oculorū illusio. Quæ admodū cū* *simile.*  
 vitrū rubrū ante oculos ponis omnia tibi videntur rubra; cum tamē rubra nō sint: sic hic arcus apparet cū illis coloribus, cū tamen nec arcus nec colores sint: nā totū est nihil. Hūc autē arcū, qui nihil est, dat Deus in signū? Nec minus admiror vidēs quoties hūc arcū repetat. Erit (inquit) arcus meus, & apparebit arcus meus, & ponā

arcum

arcum meum, & videbo illum. Item quid opus erat, quòd hic ar<sup>25</sup>  
 cus esset intercessor, & causa, ob quam Deus recordaretur? nun<sup>26</sup>  
 quid potest in Deo esse obliuio promissorum suorum, aut alte-  
 rius rei? Non profecto. Ideò eius æternitas instans nomine signifi-  
 catur. Nam sicut in instanti non est diuisio, nec est ante aut post:  
 sic in æternitate omnia sunt Deo præsentia. Ad hoc responde-  
 mus non fuisse tanti meriti sacrificium illud Noe, propter quod  
 vniuersi mundi incolumitatem Deus promitteret. Nec arcus ille  
 (cum nihil sit) Dei oculos mitigat. Sed solummodo fuit sacrificiū  
 illud, figura diuini sacrificij, quod Christus redemptor noster  
 obtulit. Atque hic diuinus reparator cruci affixus ita extensus, &  
 sanguine còspersus, tot liuoribus, & flagellis repletus, in cui<sup>27</sup> cor  
 pore tot plagæ fatæ erant, est arcus diuersorum colorum: qui eter-  
 ni patris iram placauit. Ipse est (ait Sanctus Ioannes) propitiatio  
 pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum; sed etiam pro  
 totius mundi. Et ideò cum arcus cælestis nihil sit, illum toties re-  
 petit, vt corda nostra ad aliud maius erigat; atque vt intelligamus  
 Deum nò de illo arcu principaliter loqui. Hoc modo vsus est in  
 lege circa illas ceremonias, & sacrificia, quæ ex se ad pietatem nò  
 spectabant, vt per ea mētes nostras erigamus ad credendum: quòd  
 siquidem Deus illa præcipiebat, & humano videri, tam parum  
 necessariae erant, aliud volebat per ea significare. Et ita significa-  
 bat, quod per mortem, & crucem Iesu Christi filij sui, semper in  
 mundo virtutē florere oporteret, nisi hūc floreat, illic, & nisi illic,  
 alibi vigeat. Quapropter non futura erat causa ad vniuersum  
 mundum euertendum. O quantum huic diuino Redemptori de-  
 bebamus; si quidem tanto cum suo labore nobis voluit remedium  
 afferre. Hoc significauit sponsa his verbis: Botrus cypri dilectus  
 meus mihi. Ex botro cypri vinum nisi in torculari non exprimi-  
 tur. Quod maximè quadrat optimo Iesu: qui dolorum pondere  
 & tormentorum magnitudine oppressus, nobis cæleste redem-  
 ptionis vinum expressit. Si quis labores patitur, ad vineam tuā,  
 aut diuitias defendendas, nescis quas illi gratias referas, & multò  
 magis si patiat, vt corpus, ac vitam tuam tueatur. Quod si vide-  
 res, eum non solum labores perpeti, sed quòd pro tua vita mori-  
 tur, quo animi affectu, eius meminisses, & illius mortem doleres?  
 Quanto magis igitur debemus gratias agere, & dolere videntes,  
 quòd filius æterni Dei non pro vinea, aut pro domo nostra: sed  
 pro

I. Ioan. 2.

Cant. 1.

<sup>28</sup> pro anima nostra mortuus est, vt eam ab æterna morte liberaret,  
 & vt nobis gloriam, & sempiternam vitam compararet? quare ex-  
 go pro tanto beneficio sempiternas illi gratias non agimus? quare  
 non efficiamur teneri, & ad amorem non compellimur, recordan-  
 vestram ineffabilis charitatis? quare nos non poenitet, quod mortis  
 Regis gloriæ causa fuerimus? o lapidibus duriores, si hoc non senti-  
 mus, o immanibus belluis irrationabiliore; si huic beneficio in-  
 grati sumus! quomodo autem grati erimus, cum vis sciamus dimi-  
 dium horæ in illius consideratione attentè consumere? sed dicetis:  
 siquidem dicit S. Ioannes sacrificium illud sufficiens esse ad vni-  
 uersum mundum saluandum, quare tam pauci saluantur? vt dixit  
 idem Dominus: A recta est via, quæ ducit ad vitam, & pauci sunt,  
 qui ambulant per eam. Et Sanctus Paulus dixit: Non enim sicut  
<sup>29</sup> delictum ita & donum: vbi autem abundauit delictum, superabū-  
 dauit & gratia. Magis placuit obedientia Iesu Christi æterno Pa-  
 tri, quam inobedientia Adæ illi displicuit. Ergo siquidem per ino-  
 bedientiam omnes ceciderunt, quare per obedientiam non om-  
 nes saluantur? quæ est causa quare tam pauci saluantur? Huic que-  
 stioni respondet Sanctus Augustinus his verbis: Poculum salutis  
 nostræ, quod ex diuina, humanaque natura confectum est; quan-  
 uis ex se habeat, vt omnibus proficit, non tamen prodest, nisi biba-  
 tur. Quibus verbis significat, quòd Passio Domini est efficacissi-  
 ma medicina malorum nostrorum. Et sicut nullum medicamen-  
 tum quantum saluberrimum sit, nullam affert ægrotis vtilitatē nisi  
 accipiant illud. Sic est hoc medicamentum. Quapropter fratres cui-  
 rate diligentissimè, vt quantum poteritis hoc cælesti remedio vtami  
<sup>30</sup> ni. Propterea enim condēnantur tot, quia hanc sanctam medicinā  
 non bibant. Accipite sancta Sacramenta in maxima quadam præpa-  
 ratione; & cum stabili proposito nunquā offendendi Deum, atq;  
 intento peccatorum vestrorum dolore, & sic sanctę eius passionis  
 participes efficiamini, & gratiam accipietis, qua æterna gloria cõ-  
 paratur: ad quam nos perducatur Iesus Mariæ filius, Amen.

Matth. 7.  
Rom. 5.

Augusti.

## Sabbatho post Dominicam in Passione.

Cogitauerunt Principes sacerdotum, vt & Lazarum  
 interficerent. Ioannis, 12.

Hoc

**H**O C Facere volebant, vt resurrectionis eius miraculum occultaret. Illam veritatem tam perspicuam volebant mundo abscondere. Vnde manifeste horum nequitia declaratur, & quod aperte Deo bellum inferrent cum non possent non intelligere illam resurrectionem opus illius esse. Vt videatis in quantam cecitate possint homines deuenire. In hoc peccatum incidunt hodie aliqui peruersi iuris periti, aduocati, & scribe, ac falsi testes largitionibus corrupti, & omnes denique qui ex industria, & malitia veritatem celant.

*Osee. 4.* Quos satis comminatus est Deus per Oseam dicentem: Iudicium Domini cum habitatoribus terre. Et quare hoc iudicium tam seuerum futurum est: primum, quod respondet est: Non est enim veritas. Quia in habitatoribus terrae non reperitur veritas. Etiam de hoc conuenitur magno cum dolore Esaias dicens: corruit veritas in plateis. Et *Psalm. II.* David instantissime Deum rogabat, vt sibi faueret dicens: saluum me fac Deus, quoniam defecit sanctus: quoniam diminutae sunt veritates a filiis hominum. Et fontem vnde hoc malum dimanet, declarat David dicens: quoniam non est in ore eorum veritas: cor eorum vanum est. Non significat hic quod ex fallacia linguae, nasceretur fallacia cordis: sed e contra. Et est figura, quam Graeci vocant Hyperbaton, quae verborum permutat ordinem, & sic intelligitur: quia eorum cor est vanum, non est in ore illorum veritas. Et hic est naturalis ordo. Vt enim *Arist. 1. Physicor.* quod non consequitur suum finem & quia naturalis finis humanae rationis, est cognoscere veritatem, & hoc est eius naturale desiderium; ideo horum cor vanum appellat, quia finem suum naturalem non consequitur; qui est scire veritatem: nec habet desiderium sciendi eam, quod etiam illi est naturale. Quod si cor vocatur vanum: quia nescit veritatem, nec eam scire desiderat: etiam vocabitur vanum si curat veritatem, quam scit, abscondere, vt alij mendacium tanquam veritatem credant. Etiam dicitur cor vanum ac vacuum, quod Dei amore caret, & charitatem erga proximum non habet; qui est caelestis liquor, qui humanum cor adimplere solet. Et ex eo quod cor ita vacuum sit, prouenit, vt lingua mendacium loquatur in offensionem Dei: & proximi incommodum. Atque haec mendacia sunt grauiora, & maioris incommodi in eis, quorum officium est curare, vt veritas sciatur, vt in iustitia restitudo obseruetur. Idcirco dixit Ietho Moy si genero suo: prouide de omni plebe, viros potentes, & timetes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiam.

Dicit

**4.** Dicit vltimum Sanctum Euangelium, quod videntes Pharisei quod sanctissimus Redemptor mundi ingressus est cum illo admirabili triumpho Hierosolymam, & vniuersi homines exierunt obviam ei, cum ramis, & maximis clamoribus eum laudabant, dicentes: *osanna, Benedictus qui venit in nomine Domini Rex Israel.* Inuidia repleti obstupuerunt, & rabie conficiebantur, ac dicebant: videtis, quia nihil proficimus, ecce mundus totus post ipsum abit. Aduertite fratres, quod maior stimulus inuidiosi est propria eius inuidia, quae semper eum torquet, & ex aliorum prosperitate, & gloria sagittas efficit, quibus cor eius transfigit. Ideo idoneus Plutarchus inuidiam vlcus animae nuncupauit; quia semper putredine odij, & malitiae manat. Et Socrates illam ferram animae appellauit. Quia semper abscindit, & percutit animam. Et Sanctus Basilius eam animae ruginem vocat, quae ferrum consumit: sic inuidia inuidiosi viscera consumit. Et Sanctus Chrysostomus dicit illam esse tineam cordis. Et dicit inuidiosos quodammodo peiores esse diabolis. Diaboli enim alij diabolis non inuidet, qui sunt eiusdem suae naturae. Homo vero nemini inuidet, nisi illis, qui suae naturae sunt. Propterea Sanctus Gregorius Nazianzenus hoc vitium iniustissimum dicit. Et iniustissimum iustissimum. Iniustissimum, quia est contra bonos. Et iustissimum, quia magis autorem suum torquet, quam illum, cui inuidetur. Nullus est tam atrox carnifex in alios, quam inuidiosus in se: nec est peccatum, in quo similitior quis sit daemone, quam in hoc, nam; Inuidia diaboli intravit mors in orbem terrarum. Cum igitur hoc ita sit, aperte cognoscetis fratres mei, quantum curare debeatis, vt hanc pessimam pestem a vobis excutatis: & feruentissime diuinam Maiestatem deprecemini, vt eam a cordibus vestris expellat, nec in illis radices agere patiatur. Illa enim est, quae homines ingratos reddit; & efficit ne Dei beneficia aestiment. Quemadmodum ligna viridissima, si igni applicentur, non solum non accenduntur, sed ignem humiditate sua extinguunt. Ita sunt inuidiosi, qui non solum beneficijs non inflammantur, sed illa contemnunt; vt apparuit in his maledictis hominibus, qui tot beneficia, quot in illos Deus contulit, tot miracula coram eis faciens, vt eos illuminaret; suauissimis praedicationibus illos ad misericordiam inuitans: atque aeternis poenis illos comminans: omnes hos ignes sua malitia & inuidia extinxerunt, duriores in dies ac proteriores remanentes

*Psal. 77.* tes. Simillimi erant maioribus suis, de quibus David, postquam præstantissima beneficia narrauerat, quæ Deus illis fecerat; subdit hæc verba: in omnibus his peccauerunt adhuc, neque sperauerunt in salutari eius. Maledicta gens, qui tot beneficijs, quasi diuinis ignibus, non inflammati sunt amore; veruntamen in suis peccatis, sicut diffidentes remanserunt. Non sunt ita boni, qui viscera sua ita disposita habent, vt minima quaque scintilla in amorem inflammentur; sicut stipulæ sulphure delibutæ quacunque scintilla ignis incenduntur: ita sunt iusti, tam pleni bono, & ab omni malo humore alieni, vt quouis beneficio inflammantur: & quouis verbo sancto diuino amore incenduntur. Rogate fratres mei diuinam Maiestatem, vt viscera vestra ab omni malitia, & inuidia excicet, vt diuina eius beneficia illis adhæreant: & ea suo diuino amore accendat.

*Erant autem quidam gentiles.* Peracto illo solenni triumpho non nulli gentiles, qui ad festum venerant, desiderantes Dominum videre, accesserunt ad Sanctum Philippum, & rogauerunt illum, vt Dominum sibi ostenderet. Sanctus Philippus dixit hoc Sancto Andreæ: & ambo diuino Magistro suo nunciauerunt, quod erant illic gentiles, qui illum volebant videre. In hoc docemur, quod ea, quæ ad nostram salutem spiritualem spectant, non cum hominibus perditis, & dissolutis; sed cum Apostolis & seruis Dei debemus communicare. Vnum ex maioribus beneficijs, quod Deus suis in hoc seculo facit, est inclinare eos, vt cum suis electis conuerterentur: & hos eligant confessores, & conscientiarum suarum consiliarios. Ego audeo dicere, & credo, quod multi in peccatis suis remanent, eo quod bonos confessores non inuenerint. Peccauit *Matt. 27.* Iudas, & inuenit malos sacerdotes, qui cum deberent ei bonum aliquod consilium præstare, remedium, quod ei dederunt, fuit dicere: quid ad nos? tu videris. Nostra nihil interest, vidisses tu quid fecisses. Et sic quia non inuenit remedium venit, vt desperaret. Peccauerunt Hierosolymitani etiam in morte Iesu Christi; & quia inuenerunt Sanctum Petrum, & alios Apostolos, multi ex illis poenitentiam egerunt, & salui facti sunt. O Christiani, si hæc cura anxietatem vobis afferret, & noctu expergisci, ac die suspensos vos faceret incedere, aliter illam ageretis. Maxima miseria est, quod si infirmamini non contenti estis, nisi vos melior medicus curet. Sed quid dico si infirmamini? si equus tuus infirmatur, & qui-

70 quidem si a sinu tuo est vulneratus, meliorem veterinarium statim vocari & accersiri iubes. Misere verò animæ, quæ mortalibus vulneribus repleta est videtur vobis sufficere quilibet confessor. O miseras vos animas, quæ tam parui æstimamini, vt non tanta cura de vobis habeatur, quanta de asino: qui quinque aureos valet. Videbitis alium, qui mille fraudibus & grauissimis peccatis oneratus est: & scit sacerdotem esse imperitum; & de industria eum inconfessariū eligit: & tam securus postea manet illius consilijs, & cum rebus quas ille sibi præcipit; ac cum omnium Doctorum sententia concordaret, quam ad literam calamitatem hæc plorabat Sanctus Propheta Hieremias loquens cum Deo & dicens: A, a, a, Dñe *Hier. 14.* Deus, Prophetæ dicunt eis: Non videbitis gladium, & fames non erit in vobis; sed pacem veram dabit vobis in loco isto. Et dixit Dñs ad me: Falso prophetæ vaticinantur in nomine meo, non misereos, & non præcepi eis, neque locutus sum ad eos: visionem mendacem, & diuinationem; & fraudulentiam, & seductionem cordis sui prophetant vobis. Idcirco hæc dicit Dñs de prophetis, qui prophetant in nomine meo, quos ego non misi dicentes: Gladius, & fames non erit in terra hac. In gladio, & fame consumentur prophetæ illi. Et populi, quibus prophetant erunt proiecti in vijs Hierusalem præ fame, & gladio. & non erit qui sepeliat eos. Consiliarij, & petentes consilia peribunt: vtrorumque erit infelix finis; & ab ira Dei comprehendentur. Petis consilium ab hominibus deprauatæ conscientiarum; petis ab eis subscriptionem, vt securus sis in iniustitijs, quas proximis tuis facis. O quam parum proderunt hæc subscriptiones in die vltimæ iræ Dei! vt ipse hic dicit Hieremias de illis prophetis mendacibus; & illis, quos ipsi suis mendacijs securos reddebant se poenas sumpturum esse.

*Iesus autem respondit eis dicens: Venit hora vt clarificetur filius hominis, nisi granum frumenti, &c.* Hoc dixit vt significaret gentes conuertendas esse si ipse prius moreretur. Et postea magis se declarauit dicens: *Et ego si exaltatus fuero a terra omnia traham ad me ipsum.* Quo modo Dñe? Hoc opus tam necessarium, scilicet, vt nos ad te attrahas, & membra corporis tui mystici facias, ponis sub conditione! Res hæc est digna, quæ sub conditione ponatur, quinque dies ante mortem tuam nobis dicit: Si exaltatus fuero a terra omnia traham ad me ipsum? si minus quid facient illi qui quinque mille annos sunt sperantes tua beatifica visione frui? quid faciet vniuersus mundus crude-



*simile.*

lissimæ Sathænæ tyrānidi subiectus? quid sentiret homo, qui ab aliquo viro nobili maxima beneficia speraret, quæ ille sæpè sibi promisit si cum ea facturus esset diceret: si abiero in curiam, faciā tibi hæc beneficia: sin minus, non faciam. Heu memiserum (diceret) nunc mihi istud dicis? melius esset si spem mihi non dedisses, quam quod beneficia, quæ mihi toties promisti, nūc sub dubio, & conditione poneres. S. Augustinus affirmat quod hæc nota: sit idem significat, quod: cum aduerbium temporis, id est, cum ego exaltatus fuero à terra, & crucifixus, omnia traham ad me ipsum. Bene est: sed accipiamus illud subtilius in vigore conditionalis. Dico quod mori Christum pro redemptione nostra fuit voluntarium, quod sicut nos liberè creauit & potuit nos non creare, & nihil illū ad nos creando compulit. Sic liberè nos redemit; & potuit nos non redimere: ac nihil ad nos redimendos illū compulit nisi solus amor. Atq; hoc pœnale medium sicut voluit, potuit noluisse & alia plurima media habuit ad nos saluandos. Sed voluit nobis hoc tantum beneficium facere, hoc medio tam molesto, atque amaro, ad corda nostra vincienda. Et ita mysteriosè dicit si exaltatus fuero à terra: voluit in aere mori, quia aer est communis: & sic eum vocat sacra scriptura dicens: communem aerē accepi. Bene potest aliquis terrā, & aquā circumdare, ita, vt nemo ad eam accedat: aere verò quauis nolis intra domum tuam, & loquēs tecū fruor. Nemo potest dicere: Hic aer est meus. Sic mors Iesu Christi ex se est vniuersalis omnibus: & idcirco voluit in aere pati, vt significaret quam commune, & vniuersale sit hoc bonum.

Dicit amplius: *omnia trahā.* Omnia dicit se attracturū esse ad se: qui sunt homines; & hi sunt omnia, quia omnibus rebus participant. Habent esse cū lapidibus, & elemētis; accrescunt velut plantæ, sentiūt sicuti animalia, & intellectu, ac ratione participant sicut Angeli. Sed agamus modo de hac attractione huius superni Dñi, qua nos ad se attraxit. Quæ cathena fuit hæc, aut qui laquei, quos ex cruce coniecit, vt nos ad se alliceret? si enim dignè hoc verbum: traham: cōsideretur, significat idē, quod vi allicere. Christianum autem per vim allici intolerabile est. Beatus Augustinus dicit: cetera potest homo nolens: credere autem non nisi volens. Quomodo ergo vult bonus Iesus: nos ad se trahere, & quod in eum inuiti credamus? Ad hoc dico, quod est modus loquendi, quo sæpe utimur. Tot beneficijs te aliquis deuincit, vt quauis difficillimum quid-

*Ang. de prædestinatione sanctorum.*

quidq; tibi præcipiat, nescias tamē renuere: quod si interrogaris, quare hoc feceris? dicis Dñe nō potui aliter facere, coactus fui obligatione, & beneficijs, quibus me deuinxit. Hęc igitur est cathena, quam nobis iniecit ex cruce diuinus Saluator noster. Quod si in nobis aliqua esset gratitudinis scintilla, eius passione fatis deuincti sumus, vt nihil aliud præter illū desideremus. Itaq; propter nostrā tepeditatē opus fuit, vt nos ita cōpelleret; totq; ac tā ineffabilibus beneficijs deuinciret. Huc spectat illud sponsæ dicentis: traheme post te: curremus. Quid dicis? si tu eū rogas vt te alliciat, quid necesse est vt cōpulsam te trahat? Atq; iterū. Quomodo compatitur, quod sponsa & dilecta per vim abeat post sponsum suū? Non sic solent facere, quæ intimo cordis affectu sponfos suos amant, in longissimas regiones vadūt, & vsq; ad terminos orbis terrarū perueniunt, ad quarendū illos, vt plurima peccata euitent: quomodo ergo tu per vim itura es, cū tā fideliter spōsum tuū diligas. S. Bernardus super hæc verba dicit: Nō omnis, qui trahitur inuitus trahitur. Fieri potest, vt quis per vim trahatur, & tamen libetè veniat. Est aliquis cathenis vincētus, si aliquo vult ire, bene potest dicere: traheme post te, id est, ego volo quauis nō possum. Trahe me summo brachiorum tuorum conatu: idem potest dicere infirmus, qui vult, & tamē nō potest aliqū ire nisi brachijs feratur. Idcirco optimè dicit sponsa, quia non potest per se solam ad Deum accedere: traheme post te. Nos etiā dicamus omnes cū David: funes peccatorum circumplexi sunt me, siquidē tu Domine potestatem tibi referuasti dicens: sine me nihil potestis facere, nihil fere nobis remanet nisi velle. Quapropter traheme nos sicut mater benigna infan-  
tē suum trahit: & sicut sanus infirmum baiulat. Trahet utiq; & humeris quidē tanquā pastor bonus ouē asportat. Dicit etiam sponsa: traheme post te. Si dixisset: ad te, melius conueniret cū verbis Dñi: omnia traham ad me ipsum. Sed cum dixerit, post te maiorem intelligētiā requirit. Verū est quod nemo potest venire ad Christū, nisi veniat post Christū, ductus à patre, & Spiritu Sāto: neq; potest post eū venire nisi per eum veniat, qui dicit: Ego sum via, veritas, & vita. Vt vadas ad Christum, oportet te ire per Christum; & post Christum, & Christi viribus ductum. Omnia tibi debemus Domine, cū non possimus cogitare aliquid ex nobis, tanquā ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est. Nec bonā quidē cogitationē, absq; tuo auxilio possumus producere. Multi  
Cc 2 sunt,

*Cont. de**Eccl. sup. Cant.**Psalm. 118.**Ioan. 15.**2. Cor. 3.*

Num. 23.

Bernard.

Psalm. 118.

2. Cor. 3.

Philip. 4.

Isai. 40.

sunt, qui volunt ire ad Christum: veruntamen non per Christum, neque post Christum. Volunt mori, ut iusti, & viuere, ut peccatores. Sic dicebat Balaam: moriatur anima mea morte iustorum, & fiat nouissima mea horum familia. Cum esset idololatra, & sicut talis viueret, volebat iustorum morte mori. Huiusmodi sunt innumerabiles homines in mundo, de quibus dicit Sanctus Bernardus, Non curant quærere, quæ tamen desiderant inuenire; cupientes cõsequi, & non sequi. Si vis inuenire oportet te quærere; atque, si vis consequi oportet sequi: alioquin nõ habebis partem cum Deo. O suauissime sponse animarum nostrarum Amator filiorum Adæ, rogamus te per viscera clementiæ tuæ, ut nos doceas, & confortes: ut ad te eamus, per te, & post te curramus. Trahe nos ad te, hoc est ad tuam claram visionem, & gloriam, Et per te, hoc est, per gratiam & auxilium tuum, & post te, hoc est, per veram imitationem vitæ tuæ sanctissimæ, & tuarum altissimarum virtutum. Hoc fratres mei debetis efficacissime desiderare, & ardentissime diuinam Maiestatem illud exorare. Et quantum ex vobis est, debetis efficere quantum possibile est, ut hoc cõficiatis. ¶ Dicit vterius spõsa: Curremus. Vnde tibi tanta prouenit velocitas, ut audeas dicere statim: Curremus? quæ antea nõ poteras moueri, quomodo nunc audes currere? Verum est, quod illi quem Deus trahit, non solum pedes ad currendum, sed etiam alas largitur ad volandum. Et sic ipse Dauid, qui dixit, Funes peccatorum circumplexi sunt me, dixit etiam: Viam mandatorum tuorum cucurri cum dilatasti cor meum. Et idem Sanctus Paulus, qui dixit: Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, dixit etiam: Omnia possum in eo, qui me confortat. Quæ omnia clarius expressit Sanctus Propheta Esaias dicens: Deus sempiternus Dominus, qui creauit terminos terræ non deficiet, neque laborabit; neque est inuestigatio sapientiæ eius. Qui dat lassõ virtutem, & his, qui non sunt fortitudinem, & robur multiplicat: deficient pueri, & laborabunt, & iuuenes in infirmitate cadent; qui autem sperant in Domino, mutabunt fortitudinem, assument penas sicut aquilæ, current, & non laborabunt: ambulabunt, & non deficient. Ille Deus omnipotens, cuius sapientiæ non est numerus, nec fatigatur, aut deficit in operibus, quæ facit, aliquo modo communicat has conditiones amicis suis; quibus, cum sint debiles admirabilem fortitudinem concedit, qua remanent quasi infatigabiles. Iuniores, & robustiores fatigabuntur: ij autem qui sperant in Domino

nos

22 non lacescent, neque deficient. Qui est baculus, in quem inniteris cum talem habeas fiduciam? Inniteris ne in arundinem tuam? An cum sis in alta rupis crepidine iniicias manus ad aerem, ut ei in hæreas, & non excidas? quam spem potes habere in aere, ad quem licet manus iniicias, non inuenies quid, aut quomodo apprehendas? si autem fortissimæ columnæ adhæreas, quantumuis debilis sis, securus tamen es. Si Deo adhæreas, eris cum fiducia, & non deficies. Qui autem sperant in Domino, mutabunt fortitudinem suam. Antea erant fortes ad malum, nunc verò fortes erunt ad bonum. Etiam humanam, & naturalem fortitudinem, in supernaturalem fortitudinem commutabunt, & cum ea faciet, quod cogitauerunt: quod assument poenas, ut aquilæ. ¶ Cum hoc volo prædicationi finem imponere: quod illa, quæ cœpit in singulari dicere Trahe me: dicit nunc: curremus. Ita enim corroboratur, qui à Deo trahitur, ut alios curet attrahere. Non contentus est cum currat, & velut aquila volet; nec in aliqua sanctorum exercitiorum fatigetur sed curat, ut alij etiam inferuitute huius diuini spõsi currant, & volent. Atque etiam Ecclesia, quæ loquitur, quantumuis in amore vna sit: est tamen multorum collegium, & ideo omnes nos debemus inuicem confortare, & alter alterius onera subleuare. Nam idcirco Sanctus Augustinus Ecclesiam ceruorum multitudini comparat. De quibus legitur, quod cum aliquod longum iter conficiunt, aut profundum vadum prætereunt, sese hoc modo inuicem adiuuant. Cum habeant grauisima capita propter cornuum magnitudinem, per ordinem vadunt vnus post vnum: & alteri super alterorum terga imponunt capita sua. Et

24 quia qui omnibus antecedunt, non habent super quem capita sua reclinent, regrediuntur post vltimos, & sic omnes inuicem subleuantur; & hac admirabili industria confortati longissima itinera conficiunt. Si ergo hæc bruta animantia tale instinctum habent, & sibi ita fauere sciunt: quare homines ratione præditi, & præsertim Christiani catholicæ fidei lumine illustrati, & diuina lege edocti non nos confortamus: & alij alios subleuamus; ut hanc spiritualis vitæ viam percurramus? Sic nos exhortatur Sanctus Paulus dicens: Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi: qui ex cruce tales laqueos nobis iniicit, & tam singularibus beneficijs nos deuinxit, ut hoc, & multò plus oporteat nos propter illum facere: & præter beneficia, quæ iam in nos cõtulit,

Tom. j.

Cc 3

&amp; quæ

Augusti.  
sup. Psalm. 41.

& quæ quotidie confert, gratia sua nos fulciens, æterna nobis gloria præmia præparauit, Ad quam nos perducatur Iesus. Amen.

## Dominica in ramis Palmarum.

*Cum appropinquasset Iesus Hierosolymis, & venisset Bethphage ad montem Oliueti, &c. Matth. 21.*



**D**ODIE Celebramus admirabilem illum triumphum, quo imperator cæli, & terræ Iesus Christus filius Dei ingressus est Hierosolymam, paucos dies ante suam sanctissimam passionem. Quem triumphum accepit humillimus Dominus sedens super asinam. Mysterium autem propter quod ita voluit ingredi, fuit ut tanquam princeps prophetarum illorum stylum seruaret, qui res futuras, non verbis solum; sed operibus etiam, ac ceremonijs prophetabant. Cum volebant aliquid in auditorum cordibus magnoperè imprimere, non solum verbis id dicebant; sed aliquibus signis exterioribus illud significabant. Atque hoc faciebant non ad libitum suum; sed quia ita Deus illis præcipiebat. Ita prophetauit Samuel, quod Regnum à Saule in Dauid transferendum erat, quando pallium Saulis absceidit per mediū, dicens: scidit Dñs Regnum Israel à te hodie. Prophetauit etiā Propheta Ahias ad Ieroboā, diuidens pallium in duodecim partes, & dans illi decem partes; quod daturus esset ei Dominus decem tribus filiorum Israel dicens: Ego scindam regnum de manu Salomonis, & dabo tibi decem tribus. Atque etiā prophetauit Elifeus, quod Rex Ioab videtur erat ter regnum Syriæ, præcipiens illi, ut sagittas ad oriens conijceret, Sanctus propheta Esaias exiit se, ut prædicaret, quàm nudati, & spoliati remansuri erant Hierosolymitani propter scelera eorū. S. Hieremias cinxit se cathenis; & fregit vinas coram populo, ut significaret, quàm alligandi, & confringendi erant Hebræi. Et S. Prophetæ Ezechieli præcepit Deus dicens: Fac tibi vasa transmigrations, & transmigrabis corā eis per diē. Accipe peram tuam in humeris tuis quasi viator; & incipe vasa, & suppellectilia tua auferre, & per fode murū ciuitatis, & fac in eo foramen.

1. Reg. 15.

3. Reg. 11.

4. Reg. 13.

Esai. 20.

Hiere. 19.

Ezech. 12.

3 mēatque omnia suppellectilia tua per illud extrahe extra ciuitatē in meridie, ut omnes istud videant. Ut in hoc significaret A. Syrios vêturos esse, & illos vincetos esse ducturos. Ita Christus Redemptor noster tanquā caput & Dñs prophetarū (ut ait S. Hieronymus S. Augustinus S. Chrysostomus, & Origenes) voluit hoc facto principalē aduētus sui effectū significare: qui fuit, ut à vinculis peccati gentiliū & Iudaicū populū solueret, & ad suam obedientiā redigeret. Et ob hanc causam duo illa animalia afferri iussit: & sedens modo in vno, modo in altero glorioso illo triumpho condecoratus est. Et quia Dñs veniebat, ad attrahenda corda, & efficiendū, ut suæ diuinæ voluntati obedirent, voluit, ut Sancti Apostoli, qui in hoc negotio ministri, & coadiutores sui futuri erant, & sacratissimum hoc mysteriū secum operaturi erant, primi essent, qui sibi obtemperarent; & ita dicit eis: *ite in castellum, &c.* Illi autē nō solum obedierunt, euntes ad quærendum animalia; sed plura etiā fecerunt, quàm Dominus illis præceperat: cū enim iumentā absque clitellis, aut aliquo oportorio venirent, imposuerunt super ea vestimenta sua, tã propter honestatem, & decorum, quàm ut bonus Iesus cum minori labore super ea veniret. In hoc mirabilē nobis doctrinam tradiderunt, quod non debemus esse contēti; facientes solū ea, quæ nobis absoluto præcepto Deus imperat; sed debemus curare multo plura facere. In Genes. legitur quod seruus Abraham petijt signum à Dño, ut cognosceret illam esse, quā elegerat uxore Isaac; quæ plura faceret, quàm ipse ab ea postularet. Et ita dixit: igitur puella, cui ego dixerō, inclina hydriam tuam, ut bibā, & illa responderit, bibe, quin & camelis tuis dabo potū; ipsa est quæ præparasti seruo tuo Isaac. Sic est profectò perspicuū signum, quod illas animas eligit Deus in spōsas vnigeniti filij sui, quæ nō contēta facere, quod ab eis petitur, multo plura faciūt. Quid autē mirū si animæ diuino amore plene tã prōptæ sint seruituti Dei, cū videamus prōptitudinē, qua homines alijs hominibus obediūt, pro minima quaque tēporali vtilitate; quàm mirabile est visu, quomodo pueri, qui regio cubiculo seruiūt sunt ad ostiū cubiculi Regis; & quāuis suauissima conuersatione amicorū suorū occupati sint, regiā tamē vocē audiētes protinus omnia summa cū agilitate, & voluptate deserunt: & ad eū properant. Quid ergo oporteret nos facere ad vocē Dei; qua prōptitudine, qua affectione, & voluptate oportet ut nos faciamus, quæ diuina Maiestas nobis imperat, & ob

Hierony.  
Augusti.  
Chryso.  
Origen.

Gen. 24.

*Simile.*

hanc causam omnes humanas voluptates relinquamus? sed heu fra-  
 tres quantum circa hoc lachry mandu est? si terreno Regi placentes  
 tantam utilitatem consequuturi essetis, ut vos principes, aut mag-  
 nates regni sui faceret; & simul per regiam coronam iuraret, quod  
 ubi primum seruitium vestrum sibi displicuerit vos ad tritium  
 suarum rerum missurus esset: dicite fratres quam diligenter  
 preceptorum eius regulam addisceretis, quantum in eorum exe-  
 cutione vigilaretis? quantum confortaremini ad ea omnia facien-  
 da, quibus sciretis vos Regi esse placituros? O benedicant tibi An-  
 geli Redemptor animæ meæ, qui nos toleras, cum simus tam ma-  
 li ut cum tu defueris, quod custodientibus legē amoris tui teip-  
 sum, ac regnum tuum dabis pro premio: negligentes autem hanc  
 legem, & illam violantes, ad æternum inferni remum in corpore,  
 & anima compelles: & quod prius calum, ac terra præteribunt,  
 quam hæc tua veritas deficiat: & tamen hanc legem passim au-  
 demus violare? O Domine supremæ Maiestatis; siquidem nobis  
 imperasti, ut tibi seruiremus, & simul designasti, quibus rebus ser-  
 uire deberemus, inclina voluntates nostras ad tuam diuinam obe-  
 dientiam. Nam eo quod à tua diuina lege auerfi incedimus, non  
 miror verbera, quibus nos affligis: sed ea, quibus non affligis. Ad  
 hoc propositum autem rem magnoperè metuendam, quam refert  
 sacra scriptura. Salmanasar Assyriorum Rex venit cum exercitu  
 & potestate magna, & vniuersam Samariam cepit: & ducens ca-  
 ptiuos ex Samaria in regionem suam, adduxit alios de subditis  
 suis; & collocavit eos in ciuitatibus Samariæ pro filiis Israel, qui  
 possiderent Samariam; sibi persuadens securius esse regnum illud  
 si omnes eius ciuitates, & arces subditis suis traderet possidendas.  
 Cumque hi Assyrij ibi habitare cœpissent idolis suis immola-  
 bant, (erant enim gentiles) & dicit sanctus textus quod misit in  
 eos Deus plagam magnam, leones scilicet, qui interficiebant eos.  
 Nunciatumque est Regi Assyriorum, & dictum: gentes, quas trā-  
 stulisti, & habitare fecisti in ciuitatibus Samariæ ignorant legiti-  
 ma Dei terræ, & immisit in eos Dominus leones, & ecce interfi-  
 ciunt eos: eo quod ignorent ritum Dei terræ. Præcepit autē Rex  
 Assyriorū, ut duceretur vnus de sacerdotibus, quos inde captiuos  
 adduxerant; & iret, atque habitaret cum eis, ut subditos suos legē  
 Dei doceret. Cum igitur venisset vnus de sacerdotibus illis, & eos  
 legem Domini erudiret, statim plaga illa, & strages cessauit. Res  
 mira

4. Reg. 17.

mirabilis hæc est, quod cū essent illi idololatræ: & idola solerent  
 adorare, non tamen propter illa peccata eos Deus puniebat in pa-  
 trijs suis: quia verò postea easdem idololatrias commiserunt, in re-  
 gione vbi Deus adorari consueuerat, mittit à montibus leones,  
 qui eos occidant. Si igitur, solummodo quod essent intra limites  
 illorum populorum, qui Deum cognoscebant, vult Diuina Maie-  
 stas, ut legem suam obseruent, & eos tam acriter punit, eo quod  
 in terra sancta committunt idololatriam, cū tamen illi Deum nō  
 cognoscerent: quid erit de nobis fratres mei, qui in ecclesiæ Dei  
 gremio nati sumus, eiusque sanctissimā legē, & sacramenta susce-  
 pimus? Dicite peccatores, vsurarij, carnales, & qui de proximis  
 vestris murmuratis, quis est Deus huius terræ? Cuius lex in ea  
 custoditur? quem habetis in Deum? Nunquid non est ille, qui  
 pro vobis crucifixus est? quare ergo pecuniam, voluptatem, mur-  
 murationem que adoratis? quare in terra tam sancta tot idolola-  
 trias committitis? quomodo non obseruatis legitima Dei terræ  
 huius? Hanc legem Euangelicam, quam maiores nostri custodie-  
 runt in his regionibus; & propter cuius obseruantiam plurimi  
 sanguinem suum effuderunt, & vitam suam perdiderunt, quo-  
 modo & vos non obseruatis? Cū autem eam non custodiatis;  
 sed Deum huius terræ sæpissimè offendatis: quare non descen-  
 dunt ex montibus leones, qui vos interficiant? O æterne Deus  
 quid dicam? quia cū tot sint scelera nostra: & tamen non descen-  
 dunt immanes belluæ, quæ nos deuorent, ad magnum aliquod  
 malum, & supplicium nos fortasse seruas. Plorat e fratres, & inge-  
 miscite, quia si, cū Christiani sitis filij ac nepotes Christiano-  
 rum, cumque tam male Dei legem obseruetis, non tamen mittit  
 Deus leones, qui vos viuos deuorent, ad maiorem vestram con-  
 demnationem hoc erit; nisi vias vestras pessimas mutaueritis, &  
 tanta Dei patientia vsi fueritis. Etsi possumus etiam dicere, quod  
 pestes, infirmitates, bella, & angustie, quibus Reges affliguntur,  
 ut necessitate coacti grauiora onera & tributa subditis suis impo-  
 nant, omnes hæc calamitates, sunt leones, & dracones, qui ab ira  
 Dei procedunt in supplicium peccatorum nostrorum. Ideo Da-  
 uid, iram Domini ignem vocauit dicens: Exardescet sicut ignis ira tua. Ignis autem hic furoris Dei, peccatorū nostrorum li-  
 gnis alitur. Si eorum pœnitentiam egerimus, erimus quasi aufe-  
 rentes ligna ab hoc igne: & statim extinguetur. Et quauis dixit

*psalm. 88.*

*Malac. 3.**Simile.**Sap. 7.**Roma. 8.**Caietanus  
Magist. Sct.  
sup. epist. ad  
Roma. 8.**Roma. 7.*

rit Deus per Malachi. Ego Deus, & non mutor: mutantur tamen ut  
eius effectus iuxta hominum commutationes. Si speculo mitem  
vultum ostendas, absq; vlla commutatione illius, mitem etiam  
vultum tibi ostendet: si verò iracundum, etiam iracundum vultu  
tibi repræsentabit. Talem repræsentat imaginem, qualis sibi op-  
ponitur. Speculum sine macula appellat sacra scriptura Deum,  
aliquibus se mitem velut agnum ostendit, quia illi sunt mites, &  
misericordes, alijs autem rugientem quasi leonem se repræsentat:  
quia ipsi sunt crudeles, ac tyranni. Itaque cum Deus incommuta-  
bilis sit, eius tamen effectus secundum nostra opera commutan-  
tur. Curemus ergò, vt huius supremi Dei legem obseruemus, si-  
quidem tam deivincti sumus ad id faciendum: & sic eius furorem  
mitigabimus, vt non mittat tot dracones, quot nobis passim mit-  
tit. Atque vt maiori promptitudine, ac diligentia huius diuinæ lei-  
gis præceptis obtemperemus, oportet vt sciamus peculiare Dei  
beneficiū fuisse, legem hanc nobis dedisse. Nam vt S. Paulus af-  
firmat, sapientia carnis legi Dei non est subiecta, neque enim po-  
test. Vocat hic sapientiam carnis, (vt declarant Caietanus, & Ma-  
gist. super hunc locum) rationem, quatenus sensualitatis impetu  
ducitur viciose, & sic seruiens effrænato sensualitatis impetui,  
non potest legi Domini obedire. Quapropter oportebit diui-  
nam providentiam hominem aliquo remedio munire contra fu-  
riosos sensualitatis impulsus, ne sensualitas post se traheret ratio-  
nem. Atque hoc remedium fuit statuere leges sensualitati contra-  
rias, vt fuit lex naturalis animæ impressa, atque olim lex Moyfi  
cum plurimis præceptis, ad reprimendam sensualitatem mala-  
rum propensionum hominum: & nunc lex gratiæ, quæ est lex  
Spiritus vitæ in Christo Iesu, vt ibidem dicit Sanctus Paulus: quæ  
tanquam lex gratiæ effectus suos producit iuxta nomen suum:  
multam enim gratiam obseruantibus se, affert, qua vires accipit  
ratio, & sensualitas illas deperdit, & sic postquam sanctus Paulus  
tantoperè conquestus est de sensualitate sua dicens: video aliam  
legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & capti-  
uantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. Infelix  
ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius? Et respon-  
det statim dicens: gratia Dei per Iesum Christum Dominum no-  
strum, & concludit his verbis: Igitur ego ipse mente seruo legi  
Dei. Itaque per obseruantiam legis impetratur gratia Iesu Chri-  
sti

15 Ipsi largitoris illius; qua sensualitatis impetus superantur: vt  
cum maiore libertate, & facilitate postea ipsi Domino ser-  
uiamus.

Optimè debetis intellexisse fratres mei, hanc altissimam veri-  
tatem obedientiæ, tam opere, quam verbo à sanctis discipulis sal-  
uatoris nostri nos edoctam fuisse. Atque hodie, vt de illa loque-  
remur, occasionem sumpsimus ex facilitate, qua obedierunt hi  
duo Apostoli, qui ad quærendum animalia profecti sunt plus etiã  
facientes, quam sibi præceptum est.

Et est valdè notandum, quòd in nocte Passionis solum Iu-  
dam misit dicens: quod facis, fac citius: modo verò ad affe-  
rendam asinam, & pullum eius, cum vnus sufficeret ex illis, *10 ap. 13.*  
aut puer aliquis posset illa animalia afferre (quia satis domesti-  
ca erant) voluit duos mittere. Iudam solum dimisit, vt siqui-  
dem à diabolo ducendus erat solus duceretur: hos autem duos  
misit, vt significaret, quòd ad bona opera semper debemus so-  
cietatem desiderare, vt non simus soli in seruitio Dei, Mo-  
do autem è contra fit, cum vaditis ad vendendum Iesum Chri-  
stum semper desertis societatem: semper alij alios inuitatis  
ad peccandum: cum verò ad aliquod bonum opus faciendum  
disceditis, semper soli disceditis, vix enim est, qui vos comitetur  
ad faciendum bonum. Itaque possemus nunc flere, quòd fle-  
bat Hieremias dicens: vix Sion lugent, eo quòd non sint, qui  
veniant ad solennitatem. O sancte Deus, quam miserabile  
est videre, quam repletæ sint vix inferni; non plorant profe-  
ctò, eo quòd non sit, qui per eas ambulet: Quam plenæ sunt  
17 vix Indiarum ijs, qui vadunt ad quærendam pecuniam! quam  
plenæ sunt vix commerciorum mercatoribus, qui vadunt, vt  
alios decipiant! quam plenæ sunt vix tribunalium, litiganti-  
bus, qui illuc properant, vt se inuicem sicut cati dilanient. Non  
plorant vix turpitudinum, omnes enim sunt plenæ. Non lu-  
gent vix ludorum, aut comœdiarum, nec vix peccatorum, cum  
omnes ita repletæ sint, vt vix vix iter facientes possint capere.  
Lugent autem vix hospitalium, lugent vix carcerum, quòd vix  
sit, qui vadat ad visitandum infirmum, ad consolandum vincitum  
aut qui minimo quouis refrigerio pauperi subueniat. Lugent vix  
penitentiarum, lugent denique omnes vix virtutum; eo quòd vix sit,  
qui per eas ambulet. Videte quot sanctissimū sacramētū corporis  
Domini

Domini nostri Iesu Christi, cum per vias defertur, comitentur: quare non pudet nos tanta impudentia, qua erga tantum Dominum utimur? Cum autem inops defunctus ad sepeliendum defertur, quis cum eo opus charitatis implet? Aut forte arbitramini solum esse opus misericordiae diuitem sepelire: cum hunc tantummodo comitemini? Ecce quomodo viae virtutis lugent, & viae celi lamentantur; eo quod non sit, qui per eas ambulet. Iudas proditor Christi est, qui semper defert socios: Apostolus autem sanctus vix alium reperit, qui illum comitetur.

simile

Venerunt ergo sancti apostoli, & animalia attulerunt, atque eum desuper sedere fecerunt. Sedente Domino super asinam, homines, qui cum illo veniebant sacrosancto quodam feruore coeperunt inflammari, ab Spiritu sancto inspirati, qui eos inaudita illam docuit cantilenam. *Osanna filio David: osanna in excelsis.* Quae novitas haec est bona gens? tam diu illum comitati estis, & tacuistis! nunc autem, cum illum super tam humilia iumenta sedentem conspicitis, sic inflamamini? Auditis sonitum organorum, non tamen videtis illum, qui tangit organum; quia latet in angulo: ita hic audiuntur voces, & sonitus, non autem aspiciebatur Spiritus sanctus, qui tangebatur organa viscerum illorum: & illos has laudes extollere compellebat. Erant tunc in ciuitate plurimi, qui ad festum indispensabile venerant, scilicet, ad pascha azymorum: qui audientes sanctissimum Prophetam Iesum cum illo triumpho ingredi, omnes ei obuiam exeunt; & alij alij coniuuncti inuicem incitantur ad caeleste illud canticum extollendum. Quidam conscendebant in arbores, & scindebant ramos; alij vero vestimenta sua humi prosternebant, qua transiturus erat Dominus. Non omnes vnam rem sciebant, sed quidam, vni seruitio, quidam vero alij intendebant. Non petit Deus ab omnibus vnum, & idem seruitij genus: aliter enim oportet fratrem, & clericum; aliter vero hominem matrimonio deuinctum Deo seruire. Atque necesse est, ut quando res praecipitur, etiam in eodem statu, vniuscuiusque vires considerentur. Ideo in Deuteronomio praecipit Deus dicens. In boue simul & asino non arabis. Non imponendum est idem iugum super bouem potentem, & super asinum debilem. Sed unicuique secundum vires suas, fortiori plus oneris, debiliori vero minus est imponendum: iuxta cuiusque vires: In hoc autem vno omnes occupabantur, scilicet, in laudando Deum; & sic

Deut. 22.

huic

21 huic exercitio oportet nos cuiuscunq; conditionis finis frequentissime tradamus: siquidem nemo potest tam inops esse temporis, cui ad hoc faciendum desit opportunitas. Per Esaiam dicit *Esai. 43.* Deus: Populum istum formaui mihi, idest; hunc populum feci mihi singulariter ad seruitutem meam. Et in quibus praecipue tibi seruire debet Domine? Addit statim dicens: Laudem meam narrabit. Formaui eum, ut in me laudando occuparetur. Hic est populus Christianus, qui tot beneficia a Deo accepit; & qui tantoperè debet Deum magnificare. Et ita Sanctus Petrus apertius *1. Petr. 2.* declarat, hoc de populo Christiano intelligi, cum dicat: Vos autem genus electum, regale sacerdotium; gens sancta, populus acquisitionis. Vos (inquit) gens tam electa a Deo, ut solent in mundo Reges eligi, ac sacerdotes: gens Christi Iesu sanguine consecrata, *22* populus acquisitus eius pretiosissima morte. O aeternae Deus, in quo debent sistere tot res? aut quare tot beneficia in hac gente cumulauit? Ut virtutes annuncietis eius, qui vos vocauit in admirabile lumen suum. O admirabile Christianorum officium! Idcirco nobis tot beneficia fecit, & ad fidei lumen admirabile nos adduxit: ut noctu, dieque huius optimi Domini virtutes, & excellentias non satiemur praconijs declarare. Quod si dicatis, quod clericos, & monachos decet clamare, & vociferari laudantes Dominum: vobis autem hanc diuinarum laudum rationem non conuenire, quia seculares estis, ad hoc respondeo, quod cum Sanctus Ioannes dicit: Audiui vocem Angelorum multorum dicentium voce magna: Dignus est agnus, qui occisus est, accipere virtutem, & diuinitatem, & honorem, & gloriam, & benedictionem, *23* illud, voce magna: intelligitur magna mentis deuotione. Et cum Sanctus Lucas dicit, quod tam venerabilis, & iam prouecta aetatis foemina sancta Elisabeth exclamauit voce magna dicens: Benedicta tu, &c. etiam declarandum est, idest. Magna mentis deuotione. Sic fratres mei positi in angulo domus vestrae, nec labia mouentes, cum non fuerit opportunitas magna mentis deuotione potestis exclamare. Cum (inquam) non fuerit opportunitas ad plus, quia si fuerit maxime vox exterior spiritum adiuuat, mouet, & excitat. O si hoc vobis persuadere possem, ut vnusquisque in corde suo proponeret, parum temporis manere, & parum vesperi in laudibus summi domini omnium rerum consumere; pro acceptis beneficijs gratias agentes: & ad alia plura accipienda illic

Apo. 5.

Luc. 2.

vos



vos disponentes. Incipite nunc hoc per reuerentiam Dei, & expecta-  
 riemini, quid in vobis sentiat. Vidit Sanctus Ioānes caelestē quā-  
 dam musicam, de qua dicit: & vocem, quam audiui sicut citharoc-  
 dorum, citharizantium in citharis suis. Et cantabant quasi cantu-  
 cum nouum. Res mirabilis: Cantum, quem coelestes illi spiritus  
 tot millia annorum cantant, appellat quasi canticum nouum. Et  
 ratio est quia in qualibet hora sic delectantur cantantes, ac si tunc  
 inciperent cantare: & ideo quasi nouum illum vocat; quia quan-  
 tum ad voluptatem, & suauitatem, qua canitur semper est nouus.  
 Sperate ergo vos fratres in misericordia Dei, ille enim vobis dabit  
 gustum, & suauitatem, qua indes magis ac magis in hoc sancto  
 exercitio delectemini: si illud incipere velitis. Perpendite etiam  
 quomodo has laudes & honores sedens super asinam accepit, la-  
 chrymas ab oculis effundens. Si ille Dominus, cui erat impossibilis  
 le peccare, tam breuiter, & quasi per trāsennam, gloriam illam ac-  
 cepit: quid nos facere oporteret? quis est hic somnus, quia tam te-  
 naciter his caducis, & transitorijs rebus nos tradimus? Confunde-  
 re, & erubescere frater mi, considerans quā libenter, ac suauiter  
 quemcunq; honorem accipis, quo te homines afficiunt. Cum sol  
 ad occidentem pergat, quod magis occidit, et magis vmbrae accres-  
 cunt: quæcunq; res corporea, quantumuis minima sit, vmbra  
 maximam efficit: cum vero sol in meridie est, omnes vmbrae sunt  
 minimæ. Sic contingit nobis. Quod enim magis à nobis Deus rece-  
 dit, eo maiores nobis apparēt res, & honores huius seculi; qui velut  
 vmbra prætereunt! Trāsierūt omnia tāquā vmbra. Quando verò  
 Deus in medio hemispherij id est cordis nostri, cōmoratur tūc om-  
 nes vmbrae sunt minimæ, cum enim sic possideatur, illuminetur,  
 & à Deo inflammetur, omnia minima & quasi nihil esse ducit. Et  
 hoc est, quod ad literam significat sponsa, cum dicit: Sicut malus  
 inter ligua syluarū, sic dilectus meus inter filios. Sponsus meus in-  
 ter homines, est sicut pomus inter arbores montiū. Arbores mon-  
 tiū sunt rubus, robora, ilices, & quercus, quæ suauitatis fructū non  
 proferūt. Vult igitur dicere, quod quicquid est in mundo præter  
 Deū, animæ; est fructus syluarū, quercorum, & roborum. Omnia  
 sunt glandes duræ, & amaræ. O Christe dulcissime animarum no-  
 strarū amor, si sciremus te verè, & ex animo diligere, quā amara  
 omnia secularia nobis in tui cōparatione viderentur! & quanta cū  
 amaritudine, & lachrymis te imitantes per honores transierimus!  
 Postquam

N. 14.

Simile.

Sapient. 5.

Cant. 2.

27 Postquam illum tanta alacritate, & gaudio receperunt: ne bu-  
 cellam quidem panis ei ad manducandum dederunt. O fratres ne  
 nos in tantum defectum incidamus, multos videbitis in ecclesijs  
 cum magnis rosarijs, qui aliquot horas in Deo laudando consu-  
 munt: postea verò in eandem illiberalitatem incidunt, (in quam  
 hodierni homines inciderunt) erga Deum, in suis pauperibus:  
 sunt enim auari, & cum eis misericordiam non faciunt. Vnum  
 ex illis, quæ debetis Deum rogare, quando illum orantes lauda-  
 tis, est, vt vos misericordes faciat, & cupidos benefaciendi omni-  
 bus: & præcipuè illis, qui meliores sunt: quia sanctus Paulus, in-  
 ter dona Spiritus sancti, annumerat hoc, quod simus necessitati-  
 bus sanctorum communicantes. Quod siquidem daturi estis  
 elemosynam; seruis Dei, potiusquā alijs illam curetis dare:  
 28 donum est peculiare Dei, & debetis illud feruentissimè ab eo pos-  
 tulare. Si enim hoc donum habuissent homines, qui in hac pom-  
 pa, & solennitate incedebant sancti sanctorum eiusque sanctorū  
 Apostolorum necessitati subuenissent. Etiam ponit statim san-  
 ctus Paulus donum esse Spiritus sancti, nobis dari, vt simus hospi-  
 talitatem sectantes. Et tanquam donum eius illud debetis à Deo  
 petere, vt vos hospitalitatis cupidos efficiat, & hospitales Iesu  
 Christi in suis pauperibus vos reddat, vt illum abire non patiami-  
 ni, sicut hi fecerunt.

Dicit sanctus Euangelista, quod ingrediente sic Domino im-  
 pleta est illa propheta Zachariæ dicentis. *Dicite filia Sion: Ecce rex*  
*tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam.* Sancti Euangelistæ  
 dicunt hîc: mansuetus: etsi propheta dicit: Pauper. Quod pau-  
 per ingrederetur certum est, quæ enim maior paupertas, quàm  
 29 quod in asina, & pullo accommodatis veniret? & quod man-  
 suetus quasi agnus veniret, etiam est certum. Quæ autem cau-  
 sa esse potuit, vt Euangelistæ, mansuetum pro paupere po-  
 nerent? Ad hoc respondetur, quod in sancta scriptura idem est  
 dicere: pauperem, & dicere mansuetum, vt è contra aliquando  
 idem est diues, & leo per exaggerationem. Et sic vbi nos legimus,  
 diuites eguerunt, & esurierunt: dicit sanctus Hieronymus: le-  
 ones eguerunt, & esurierunt. Idem est dicere pauperem, quod  
 dicere mansuetum: paupertas enim valde mansuetum homi-  
 nem reddit. Et idem sunt diuitiæ, quod immanitas, & ty-  
 rannus; cum diuitijs enim accrescit cupiditas, cupiditate verò  
 est.

Roma. 12.

Zach. 9.

Psal. 33.

Psal. 62.

efficiuntur homines tyranni. De quibus conqueritur Deus per Prophetam dicentem: qui deuorant plebem meā sicut escam panis. Non dicit, sicut carnes, quæ habent ossa, & resistantiam: nec sicut escam piscium, qui habent spinas; sed sicut escam panis, qui est suavis, & mollis; in quo non reperitur resistantia ad manducandum, & deuorandum: non enim habet ossa, aut spinas. Ita hi pusillanimes neminem audent, præter pauperem deuorare; nõ enim habet os, aut spinam, aut resistantiam: hunc quasi panem manducant, eiusque substantiam sine contradictione diripiunt, & sicut mirum est videre diuitem mansuetum, ac modestum: ita obstupendum est videre pauperem superbum, & elatum. Maxime confusionis, & pudoris est profecto videre monachum, aut monialem pauperes voluntarios, qui tam libenter paupertatem promiserunt obseruare, videre (inquam) eos superbos, cum sit sanctæ paupertati tam repugnans. Vnus ex finihus, propter quem paupertas vouetur, est, vt in tranquillitate, æquitate, & humilitate uiuatur. Et qui ab ea hæc accipere nõ curat, toto cœlo aberrat. Inuitat te ergo Propheta, vt hunc mansuetissimum Dñm recipias, qui venit tibi, &c. Hic est maximum mysterium, loquens enim æternus Pater de hoc filij sui aduentu dicit per Michæam. Ex te exiet mihi dux, & David, in persona Christi R. N. dicit: & anima mea illi uiuet, & semen meum seruiet ipsi. id est, Patri, & S. Paulus dicit: factus est ei ex semine David, secundum carnem. Si ergo Patri venit, quomodo nunc dicit: venit tibi; ò homo? ò ineffabilem Dei bonitatem! quia enim ad hominum utilitatem venit, ideo dicit Pater, quod sibi venit. Nam sic gaudet hoc beneficium in nos cõferre, ac si ipse illud acciperet, & ita dicit quod ipse illud recipit, cum nos recipiamus. Laudate fratres mei, & superexaltrate rã bonum Deũ, qui sic delectatur vobis beneficia faciens. Recipite nũc filium eius, cum sit tam præclarum donum tanti Patris, & siquidem nunc mannetus venit ad nos saluandũ; ne expectetis, quousque veniat feuerus ad iudicandum. Extendite nunc brachia, cum visceribus amoris; recipite illum cum affectione cordis, & dabit hinc vobis gratiam suam, qua gloria comparatur. Ad quam nos perducatur Iesus Mariæ filius. Amen.

Mich. 5.  
Psal. 21.  
Rom. 1.

¶ Feria

## ¶ Feria quinta in cœna Domini.

Anse diē festum Pascha, sciens Iesus quia venit hora eius. Ioannis. 13.

**S**TATIM principium Euangelij nobis admirationem affert. Quare enim sanctus Euangelista sacratissimam Christi R. N. mortem horam eius appellat, cum homines horam suam, horam prosperitatis soleant nuncupare? Si esset dies resurrectionis, cum cantat Ecclesia: hæc dies quam fecit Dominus, &c. cum victor gloriosus apparuit, consentaneum esset, diem, & horam eius vocari. Quod autem hunc diem, qui (humano videri) minus fuit dies eius, quam cæteri omnes, diem & horam eius vocet, res est mirabilis. Ex hoc fratres mei cognoscetis, quantum Deo debeamus; cum res nostras suas ipse appellet. Nulla hora fuit magis nostra quam hæc, vocat autem illam suam, quia nostra erat. Vide peccator quantum Deus te diligat, quia mortem suam, eo quod sit vita tua, horam magnæ prosperitatis esse iudicat: & vult, vt per antonomasiam hora eius appelletur; in qua, vt tibi seruiret, tot tamque mirabiles res operatus est. Horologium, antequam hora sonet moderatè progreditur circulum suum lenter percurrens; modò vnum, postea alium ictum faciens: cum autem hora accedit, ita accelerat, ac tam crebros ictus facit: vt totum dissolui, & corruere videatur, & perdis. O Christe diuinum horologium, & vitæ nostræ sapientissime moderator, & rector: antequam hora tua accederet, ita moderate res faciebas, vt inter eas aliqua esset distantia: modò prædicabas, modò infirmos curabas, modò defessus iter faciebas: modò verò pro peccatis nostris in montibus Patrem exorabas. Vtrum tamen fratres mei quando venit hora eius, ita accelerabat, vt verè totus dissolui, & præ amore liquefieri videretur. Iam agnicenam celebrabat; iam discipulorum pedes lauabat; iam se illis in cibum tradebat: iam eos dulci prædicatione consolabatur. Itaque totus præ amore liquefiebat: & quia tantoperè gaudebat tam diuina beneficia tunc hominibus facere, vult vt peculiariter illa hora eius appelletur: quauis fuit hora tantæ aduersitatis.

Sciebas (inquit) quia venit hora eius, id est, quia appropinquabat  
T em. j. D d hora

hora eius, *vt transeat ex hoc mundo ad Patrem.* Etiam hoc est verbum dulcissimum: & maximæ consolationis. Si enim fuerimus vera, & viuua huius diuini capitis membra: siquidem ipse transeat ad Patrem etiam nos transibimus, vt cum nostro capite regnemus. Vt autem simus talia, tamq; digna membra, vt ad Patrem transire mereamur oportet, vt amodo facere incipiamus: quod nos diuinus hic Dominus admonuit dicēs: Estote parati, quia nescitis diem, neq; horam, hoc est, sancte, & pie viuite effecti sancti: vt enim Lira, vbi nos illic legimus sanctificamini: Hebræi legūt: fitis parati, quia verbum illud est æquiuocum ad præparare, & sanctificare. Hinc colligimus, quod vbi sacra scriptura nobis præcipit, vt simus parati, præcipit vt simus sanctificati. Idcirco cum Dñs dicat: estote parati, nobis dicit, vt efficiamur sancti: & cū nesciamus quando futura sit hora nostra: semper sancti simus, ne forte simus ex illis, de quibus dicit sanctus Iudas, quod sunt quasi arbores autumnales infructuosæ: bis mortuæ. Sic vocat peccatores pigros, & qui de saluatione sua nullam curam habent: quæ admodum enim arbores, quæ in autumno florere incipiunt; cum cæteræ maturos iam fructus ferunt, serò veniunt, & rarissimè ad maturitatem perueniunt, quia superueniunt maxima frigora, & glacies, quæ illis magnopere aduersantur. Ita peccatores, qui totum annum, & (quod peius est) totam vitam infructuosi peragunt: in fine vero ætatis suæ, cum fructus iam maturos esse oporteret, incipiunt bonarum cogitationum flores producere, & dicunt: vocetur scriba, & confessarius. His rarò contingit, vt opportunè maturescat. Tempus enim illis aduersatur, nam tunc viget infirmitatum, dolorum, & immoderatorum metuum frigus maximum. Quapropter de illis dicitur: Fructus illorum inutiles, & acerbi ad manducandum, & ad nihilum apti. Atq; hos vocat sanctus Iudas bis mortuos, in vita enim, ante quam moriantur iam sunt quasi mortui. Ne simus ergò arbores autumnales: sed amodo nos præparare incipiamus suspirantes, vt cum nostro diuino capite ad Patrem iam trãeamus. Si enim essemus, quales nos esse oporteret, cunctis diebus vitæ nostræ deberemus maximè desiderare Deum videre. Maximæ confusionis est, quod canis in cubiculo vincas non cesset magnis latratibus proclamare: atq; vt Dominum suū sequatur terræ vnguibus arare, & parietes dirũpere conetur: nec tamentu proclames, vt ab his mortalitatis vinculis dissoluaris, Deumq;

Nicolaus  
de Lira su  
per Ios. 3.

1. d. 1.

Sap. 4.

Deumque tuum ac Dominum sequaris. O quam pessimū signū. Hoc maximè ex eo procedit, quod non sumus tam parati, vt esse deberemus. Viuamus, vt debemus, & cū viuua spe confidamus, ex qua proficiscuntur suspiria, & desiderium transeundi ad Patrem. Ita nos hortatur David, dicens: Sacrificate sacrificium iustitiæ, sperate in Domino. Hoc nomen sacrificium idem significat hîc quod sacrum officium. Officium autem non significat hîc quod vulgo dicitis architecturam, aut artem suendi, aut sartiendi. Sed vt eo vtuntur Latini, vt Tullius, & S. Ambrosius etiam, nō enim significat artem mechanicam: sed propria eius significatio quæ assignari potest, est tractatio domini erga seruum, & serui erga dominum: tractatio filij erga patrem, Regis ad subditum, Dei erga hominem, & hominis erga Deum, dicitur officium. Dicit ergo David: Facite Deo hoc sacrum officium, quod illi debetis. Siquidem Pater vester est, facite officium boni filij. Siquidem Rex vester est, facite illi officium boni subditi. Siquidem index vester est, timete eum, vt oportet. Siquidem vester creator est, seruite, & obedite illi, vt fideles creaturæ. Videte quod officiū sit eius erga vos, & quomodo vos tractet. Dic homo quæ sunt officia Dei erga te? quomodo te tractat? optimè profectò. Subuenit mihi in necessitatibus, &c. Tu autem ô homo quomodo Deum tractas? tuum officium erga eum quale est? Nescio equidè, nec sicut filij erga patrem, nec subditi erga Regem, nec creaturæ erga Deum, nec sicut hominis erga vilissimū, & abiectissimum alium hominem. Impudicitias enim, & turpitudines, quas ego in diuino eius cōspectu facio: non auderem sanè coram turpissimo, & abiectissimo aliquo cōmittere. O canis, Ethnice, & infidelis, hæc sunt tuæ officia erga Deum? quid inde speras elicere, nisi vt te in profundū inferni in æternū præcipitet? & cum in vita labores perpessus fueris, in morte grauiores tolerare incipias? Facite ergo Deo sacrum officium, vt debetis, & ego vobis dico, vt in eo speretis, quia res vestra secura erit. Facite illi sacrū officiū in bello, & in pace, vt illi debetis (ided enim dicitur sacrificium iustitiæ) & securè sperate quod certo transibitis, cū vestro diuino capite ad Patrē: & sic vocabitur mors vestra, transitus ad summū bonū: dixit Deus sancto Abrahæ. Tu ibis ad patres tuos in pace. Non dixit: Morieris, sed ibis, vt cum patribus tuis quiescas. O quam suauis est homini postquam maximam tempestatem in mari passus est, saluum, &

2. sal. 4.

Tullius de  
officijs.  
Ambros.  
lib. de offi.  
c. 1.

Gen. 15.

simile.

incolumem ad amoenissimum portum peruenire: atq; ibi parentes, fratres, ac amicos reperire. Hunc successum habent iusti, qui transacta huius vitæ laboriosa navigatione, in illum amoenissimum & locupletissimum cæli portum deueniunt, vbi summum bonum reperiunt. Contra verò quàm miserabile est, postquam quis summo cum labore multo tempore nauigauit, tandem tempestatibus & infortunijs impulsus in barbarorum regiones deuenire: qui eum captiuent, & atrocissimis cruciatibus contorqueant. O sancte Deus, quàm lamentabile est, quod difficillimam, & miserissimam vitam quis ducat, vt diuitias, & honores acquirat, atq; vt iniuriam vliscatur, &c. Transacta verò hac laboriosa tempestate, in Tartarorum, & Dæmonum regionem impellatur, vbi in æternum captiuetur, & sæuissimis tormentorum generibus torqueatur! liberet nos Deus à tanto malo. Sacrificemus sacrificium iustitiæ, & speremus, ac cum spe suspiremus, vt adueniat tempus in quo ad Patrem perueniamus.

*Cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos.* Ex his verbis inferitur, quod qui in vita proximos suos dilexerit, sciet etiã illos in morte diligere, qui verò in vita nõ diligit, quomodo sciet in morte diligere. Difficillimum certè erit. Dilexit Iesus suos in vita, & dilexit eos in morte, ô quantum malum est non diligere proximos in vita, & quantum sacrę literę illud exaggerant! & sic reperietis, quòd in Genes. vbi nos legimus: Accusauit Ioseph fratres suos apud patrem crimine pessimo: in Hebræo est: Rixa pessima, quòd fortè inter se, aut cum filijs ancillarum, aut fortassis cū finitimis gentibus rixabantur, vt videatis quo nomine sacra Scriptura rixã cum proximis appellet. Vocat enim illã crimen pessimũ, vnde aliqui occasionem sumplerunt dicèdi, quod eos nefando crimine accusauit. Et ex Hebræo apparet nõ fuisse nisi de defectu amoris, & charitatis erga proximos. Excremur ergo fratres hoc crimen pessimũ, & omnimodo veritatẽ, amorẽ, ac cõformitatẽ cū proximis nostris curemus cõseruare, quæ est vna ex rebus, quę gratiores sunt Deo. In Gene. legitur q; approbat Deus singula, quę creabat, & dicebat quod lux esset bona, cælũ bonũ, terra quoq; bona: & in fine dicit: Vidit Deus cū ta, quę fecerat, & erãt valdè bona, singula erãt bona, cū ta verò erãt optima. Ita illi placuit cõcordia, quæ tã excellēs est, vt bona, optima efficiat. Si ergo naturalis concordia fecit, vt res in altiore bonitatis gradũ con-

scend-

scenderent, quid Christiana concordia, fraternitas, & charitas efficiet? quantò gratior erit oculis Dei, cum Deus videat Christianum sibi vim inferentem ne alium consumat, sicut ignis non consumit aërem, nec aër terram destruit? Pulcherrima est concordia elementorum, quæ optima illa efficit in lingua & oculis Dei, Pulchrior autem est cordium concordia, quæ illa ipsi Domino iucunda efficit. Pythagoras ad hoc propositum altissimam, & obsecutissimam protulit sententiam dicens: Numerus singularis, est qui omnibus rebus dat esse: numerus autem dualis est interitus & corruptio omnium illarum, quid execrabilius morte? quid autem est mors, nisi segregatio animæ à corpore? quid verò pretiosius vita? quid autem est vita, nisi vinculum quoddam & amplexus animæ cum corpore? & ita vniuersalis vita reipublicæ in ciuium amore, & vnitatem consistit: euersio autem, & vastatio eius ex ciuium rixa, & discordia proficiscitur. Pro magna excellentia dicitur de gloria: Cuius participatio eius in idipsum. Cuius ciues in actionibus, & conuersatione sua sunt, ac si omnes eiusdem essent cordis, ac voluntatis. Atque etiam hanc esse oportet excellentiam, & perfectionem Christianorum, vt aperte docuit diuinus Magister in prædicatione, quam in hac vltima cœna fecit dicens: *In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem.* Non consistit Christianorum perfectio in eo, quòd multos annos in fide catholica quisquam vixerit: siquidem miserimus Iudas aliquot annos Christum Redemptorem nostrum comitatus est, & bonus latro tres horas tantum cum eo fuit, & Iudas in infernum detrusus, latro verò in cælum elatus est. Nec consistit perfectio in eo quòd in arctissimis religionibus homines viuant, nam cum Patriarcha Ioseph in Ægypto commoraretur, & sanctus Abraham inter Chananzos, & Amorrhæos habitaret, & Propheta Daniel inter Babylonios esset, senex quoque Tobias cum inter Assyrios vitam ageret, omnes hi fuerunt virtute præditi, & sancti. Perfecti enim ex mundo monasterium, mali autem ex monasterio mundum efficiunt. Nec est tam prophanus locus, in quo non possit quisquam Deo seruire, nec locus est tam sanctus in quo quis sit frater religionis Beati Francisci, aut Beati Hieronymi, aut Beati Dominici. Deus enim non intuetur vtrum vestimenta

Tom. j.

Dd 3

sine

Gene. 17.

Gene. 1.

Pythag.

Psal. 127.

Gene. 39.

Gene. 12.

Dan. 1.

Tob. 1.

*Psalm. 62.*

sint alba, an nigra, sed cor examinat, sit nè bonum, an malum. 16  
 In hoc cognoscat mundus (ait Dominus,) quòd discipuli mei  
 fitis, non in excellentium miraculorum operatione: multi  
 enim maxima miracula facient, qui tamen condemnabun-  
 tur. Non in altissimorum sermonum prædicatione, nec in scri-  
 pturarum erudita expositione: plurimi enim id efficiunt, qui  
 tamen in aeternum peribunt. Non in eo, quòd sine calceis,  
 pauperes, & repectiati incedatis, multi enim sine calceis, & re-  
 peccatiati incedunt, qui cum paupertate, & nuditate sua in infer-  
 num abibunt. Sed in hoc cognoscimini mei esse discipuli, si ad  
 inuicem dilexeritis. Atque in hoc euangelica perfectio consi-  
 stit: ut si omnia hæc supra dicta ad eam maximè conducunt: &  
 si quidem in hoc perfectio nostra consistit, in hoc nos examine-  
 mus, & perfectissimi esse curemus, plus quam in omnibus alijs re-  
 bus. Ad hoc faciendum conijciamus oculos in nostrum diuinum  
 Magistrum, qui suos in vita sua dilexit: & amorem usque in fi-  
 nem perduxit: non solum usque in finem vitæ, sed usque in finem  
 etiam amoris. Atque hic amor magis in fine manifestatus est. Tres  
 sunt gradus amoris. Primus est cum amicus pro amico diuitias po-  
 nit. Secundus cum honorem in periculum adducit. Tertius est  
 cum vitam in discrimen pro alio offert. Iesus Christus. R. N. om-  
 nes suas diuitias nobis dedit, dedit etiam nobis corpus suum ad  
 vescendum, dedit quoque Angelos ad ministerium nostrum. Po-  
 suit etiam honorem suum in manibus inimicorum suorum pro  
 nobis tot patiens ignominias. Tertio tandem, & ultimo vitam  
 obtulit, & non pro amicis solum, sed pro inimicis etiam, ut exag-  
 gerat Sanctus Paulus dicens: Commendat autem charitatem suam  
 Deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus Christus  
 pro nobis, mortuus est. O superne hominum amator per hunc ip-  
 sum amorem tuum te rogamus, ut corda nostra ita in tuo diui-  
 no amore inflammes, ut propter te omnes proximos nostros ex  
 animo diligamus: licet inimici nostri sint.

*Rom. 15.*

*Cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos.* Dilexit  
 illos in vita, & dilexit illos in morte. Non saluaberis frater mi si  
 in odio cum proximo tuo mortuus fueris. Quomodo autem  
 scies cor tuum ab hoc odio in hora mortis soluere, nisi nunc in vi-  
 ta illum velis diligere? Disce, disce frater mi a modo expellere à te  
 has passiones, ne tanto periculo saluationem tuam offeras. Dig-  
 niss-

19 nissimum est consideratione, quòd, ut sanctus Euangelista de il-  
 la tam profunda humilitate ageret, ut fuit Dominum discipulo-  
 rum suorum pedes abluere, atque ut de ineffabili sacramento,  
 quod ibi instituit loqueretur, & postea de amarissima passione,  
 quam tolerauit prius agit de amore huius cœlestis amatoris, ut  
 intelligamus illum fuisse fontem omnium horum beneficiorum.  
 Licet videretis fluuium maximum non miraremini magnitudi-  
 nem eius, & profunditatem considerantes, si intueremini amplif-  
 simum mare ex quo profluit. Quam arbitramini esse causam, qua  
 re infideles, & hæretici noluerint & incarnationis, & passionis Ie-  
 su Christi fidem accipere, nisi quia secundum bonitatem, & cha-  
 ritem suam, charitatem Dei metiuntur existimantes, Iesum  
 Christum non facturum fuisse ea, quæ ipsi si Christi essent  
 20 non facerent? Non ita esse oportet, non debetis Dei charita-  
 tem secundum vestram iudicare: nam, ut dicit Ecclesiasticus *Eccl. 2.*  
 secundum magnitudinem eius, sic & misericordia ipsius cum  
 ipso est, quod etiam dicendum est de bonitate, charitate, & cæ-  
 teris omnibus illius perfectionibus. Vult dicere; quod sicut Deus  
 essentiam habet infinitam, ita eius misericordia, charitas, & cæ-  
 tera omnes illius perfectiones sunt infinitæ, sunt enim identi-  
 ficatae cum eius essentia. De infinito igitur amoris mari non  
 est nimis mirandum si fluuius maximus tam excellentium be-  
 neficiorum exierit. Etiam, cum de amore egisset, statim de ope-  
 ribus loquitur, quæ ex hoc amore proficiuntur, ut nos do-  
 ceat, amorem ex operibus optimè demonstrari; ubi enim ope-  
 ra non sunt cum esse possint, difficillime credi potest amorem  
 21 esse. Recumbebat Sanson in gremio Dalilæ suauissima illi ver-  
 ba, & maximi amoris plena dicens, & quia cum illa Sanson in-  
 terrogaret ubi tantas illas vires haberet, ille non ad eius volun-  
 tatem respondebat, dixit illi: Quo modo dicis quòd amas me  
 cum animus tuus non sit mecum? per tres vices mentitus es mi-  
 hi, & noluisti dicere in quo est maxima fortitudo tua, quo-  
 modo dicis me à te amari cum id, quod te rogo non facias?  
 ô quantò maiori ratione nobis hoc potest dicere Deus nos-  
 ter! Præcipit tibi Deus ut inimicò tuo ignoscas: & dicis: ô  
 pater nisi inimicos meos ultus fuero, me generationemq; meam  
 dedecoro, longè opinione falleris. Nemo enim in ignomi-  
 niam iacit, eo quòd sanctum Euangelium obseruauit. Hoc  
 Dd 4 esset

*Ind. 16.*

esset te ipsum abnegare, & Deū diligere. Præcipit Deus, vt male acquisitas diuitias restituas. Tu verò dicis: ô pater fame peribo si hoc fecero. Hoc est ergo, ppter illū eius præcepta adimplere, quo modo dicis quòd amas me, cum nihil eorum facias, quæ tibi præcipio? Nec cōuersionē nec occasionē relinquis, nec famā læsam restituis, nec pauperi, & egeno subuenis; apertè apparet quòd amorem non habeas: amor quippe operibus demonstratur.

*Et cœna facta cum diabolus iam misisset in cor:* O rem stupendam! quàm terribilis commutatio. De Iesu Christo filio Dei nunc dixit Euangelista quòd in finem dilexit eos: quòd vsq; in finem in amore perseverauit, & statim immediatè dicit de discipulo, quòd non perseverauit vsq; in finem. Quis eum vidit in montibus cum suo diuino Magistro in oratione pernoctantem, sine calceis, die nimis solis caloribus inflammatum, & assiduis itineribus fatigatum diuinum verbum prædicantem? Ecce autem eius peruersionem. Ecce quomodo iam à diabolo possidetur, quis nō obstupescit hæc audiens? quis toto corpore non contremiscit? ô rem stupendam quòd tam diligētī Pastori ex duodecim ouibus vna pereat! quòd ad talem societatem vocatus quis fuerit, & tamen condēnetur! Ne cōfidat in hoc tatum monachus d' cēs. Vocauit me Deus, certam habeo saluationem meā: nam etiam Deus vocauit Iudam, & condemnatus est. Considerans hoc S. Bernardus dicit: si lupus non timuit intrare gregem Domini, & vnam de duodecim tam pauculo numero mactare, & perdere, quid faciet de grege cōmisso pastori? ô quantum oportet vnumquēq; maxima cū cautione viuere, & semper Dñm rogare, vt sibi in bono perseverantiā concedat, & se quantum poterit confortare, vt in incepto bono progrediatur! Quo aut perfectior est status, quem suscepimus, eo magis debemus formidare. Nā S. Paulus dicit: Impossibile enim est eos, qui semel sunt illuminati, gustauerūt etiā donū cęleste, & participes facti Spiritu sancti: & prolapsi sunt, rursus reuocari ad penitentiam id est, per penitentiam. & huius difficultatis rationē reddēs addit: Rursum crucifigētes sibi metipsis filiū Dei, & ostentui habētes. Hic impossibile, est exaggeratio, hoc est difficillimè cōuertētur, qui cū dona cęlesti gustauerint, in iustitia, & virtute nō perseverarunt, magnā enim intulerūt iniuriā filio Dei, quòd cū spirituales voluptates gustauissēt, pro brutorū delicijs, eas neglexerūt, & cū odoriferos paradisi flores oleuissent, eos minoris quā porcos

sua

asrū glandes æstimarūt. Caveant ergò illi, quibus datum est sedere ad mensam Domini, & diuinos cęlestesque cibos gustare, nē his beneficijs neglectis Ægypti cępas desiderent. Horum enim conuersio (ait Sanctus Paulus) est postea difficillima, adeò vt impossibilitatis nomine eam nuncupet. Idcirco dicebat Christus Redēptor noster: memores estote vxoris Loth. Quæ vt legitur eò quòd respexerit post se versa est in statuam salis. O profundum mysterium, quòd siquidem illam Deus voluit punire, non in marmoream statuam conuertit, sed in statuam salis. Sal enim est condimentum, quo omnes cibi condiuntur, & manducantur. Voluit igitur Dominus in hoc nos ad monere, qui in eius mensa manducamus, & ad spiritualia & cęlestia conuiuia vocamur, vt hunc salē semper nobis ante oculos proponamus. Memores estote vxoris Loth, vt ita cibos capiamus, & perseveremus eos manducantes cum in illis gustum reperiāmus. Quis enim à mensa recedet, & retrorsum regredietur, si hunc salē ante oculos habuerit? sal significat sapientiam, & quia hæc mulier alijs admonitioni, & sapientię futura erat ideo in salis statuam conuersa est. Quis enim attentè considerabit supplicium, quo Deus mulierem illam puniuit, quæ non regressa est retrorsum, sed tantummodo, quia post tergum respexit, qui tamen ab incepto bono audeat desistere, & in virtute regredi? Nam si talis est pœna retrorsum respicientium, quale erit illorum supplicium, qui non modo respiciunt, sed etiā retrorsum reuertuntur? ô amici Dei siquidem à Sodomæ incendio euasistis progredimini vlteriùs, & perseverate, & ne cogitatione quidem, si possibile sit sæcularia respiciatis. Posuit hęc S. Euangelista hanc clausulam miseri Iude, vt boni Iesu charitas, & humilitas clariùs illucesceret, qui in tali tempore, suorum discipulorum pedes voluit abluere, inter quos erat vnus diabolus, quorū pedes etiam Dominus lauit.

*In illa hora sciens quia omnia tradidit ei pater in manus.* Nihil vnquā Rhetores tam sublimi stylo tractauerunt, quàm hoc mysterium gloriosus Euangelista Sanctus Ioannes describit. Non solū enim declarat quo tempore factum fuerit, verum etiam ostendit infinitam Maiestatem illius, qui hoc operatus est, vt apertius eius altissima humilitas innotescat. Etenim ille, in cuius manus æternus pater omnia commisit, & cuius potestati cuncta subiecit, qui ex patre æterna generatione procedit, qui que ad patrem per sanctissimam

Dd s simam

Luc. 17.  
Gen. 19.

D. Berna.

Hebr. 6.



simam obedientiam reuertitur factus obediens vsq; mortē, mortē autē crucis, ille (inquam) tā potens, tā ingens, tamq; sapiens surgit à cœna. Nulla sunt hominū, aut Angelorū linguæ, quæ explicare possint, nec mēs, quæ, qualis, & quā admirabilis fuerit hec humilitas penitus valeat comprehendere. Ille solus eam intelligit, qui potest omnino cognoscere magnitudinē, & altitudinē illius, qui humiliatus est. Quo descēderit optimē scimus: descēdit quippe ad pedes vilium piscatorū. Vnde autē descēderit, ille solus scit, qui suam infinitam altitudinem comprehendit. Atq; ex hoc apparet quanta sit hominis plaga cum ad eam curandā talis medicina fuerit requisita. Hoc autē est magis admirandū, quod credant homines hoc à Deo suo factū fuisse, & humilitatē hanc adorent, & humiliter venerētur; nemo tamen in se videre velit illud, quod in Iesu Christo gloriosissimum esse ducit, atq; vt tale confitetur. Nunquid poterit esse res monstruosior? quo modo in te vile fore existimas, quod in Iesu Christo filio Dei iudicis gloriosum? Res obstupenda est profecto, quod in illis superbix vestigiū remāserit, qui tantā vniuersalis omniū rerū creatoris humilitatē credunt, atq; adorant. Quod efficacius remediū inuestigari poterat ad hominū superbix confringendā, & seculi amentia confundendam, quā videre Deū inclinationes, & corporis submissiones hominibus facientem? & non solū hoc, sed quod humi prostratus eorū pedes ablueret? Ita nobis necessariū erat. Et sic significauit Esaias dicens: Desiderauimus eū despectū, & nouissimum virorum: talē illum optabamus humilē, egenū, laborantē, quiq; plus quā omnes homines se humiliaret; sic enim nobis opus erat. Sed heu quomodo hoc dicam; quo modo non dolore afficimur animaduerten-tes quam parum fructus ex tam excellenti Magistro, & tam mirabilibus lectionibus, quas nos docuit, percepimus. Audebo dicere, & credo menō decipi, quod in nullis hominibus vniuersi orbis tanta superbia, vanitas & elatio, quāta in multis Christianis, aut illorum maiori parte reperitur. Quamobrem iure optimo possumus prædicatores cū S. Propheta Amos exclamare, ac dicere: Vx vobis, qui opulenti estis in Sion optimates capita populorū ingredientiē pompaticē domū Israel. Transite in Chalanne, & videte, & ite inde in Emath magnā: & descendite in Geth Palæsthorum, & ad optima quoq; regna horum: si latior terminus eorum vestro est? Qui separati estis in diē malū & appropinquatis

folio

31 folio iniquitatis. Qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis vestris: qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio armēti. Vx vobis, qui opulenti estis in monte Sion, in Ecclesia militanti, & in statu, & conditione vestra speratis, vestra viuendi ratione maximē contenti. Transite & considerate rationem viuendi infidelium, conferte status vestros, cibos, elationem, & pompam, cū profanitatibus, & modo viuendi gentium: & videamus, si in his omnibus dissolutioni, & superbix vestræ illi valeant adæquare. Absque dubio credo inter nullas gentes agi, quod inter multos Christianos agitur. Pudeat ergo populum Dei superbire, cum suum diuinum caput tam humiliatum animaduertat.

32 venit ergo ad Simonē. Ex hoc infert. S. Chrysostomus Iudā pri- mum fuisse, quem Dñs lauare cœpit. Quod patet, quia prius quā ad S. Petrum accederet, ab alio incepit & quicumq; aliorum esset, vsus esset vrbantate, qua S. Petrus vsus est, nisi ille, cuius cor iam à diabolo possidebatur. Prostratur ergo naturalis filius Dei ad pedes Iudæ, qui iam cōstituerat ipsum Iudæis tradere. Hoc enim significauit claufula, quam illic posuit S. Ioānes. Hic obstupescunt celi, hic admirantur Angeli, & Seraphim: hic deficiūt sensus, hic deniq; vniuersus mundus obmutescit videns Deum ante diaboli pedes prostratū. Quia vnus ex vobis diabolus est. O Christe vitæ reparator, ac veræ humilitatis doctor benedicta sit tua clementia, quia tā admirabilē lectionem nos doces. Quis manus, aut os habebit, quod inimicū suū affligat considerans, quæ tu Dñe facies cum eo, qui tam crudelem, & ingratum se præbet erga te? quanta charitate, & beneuolentia Rex cælorum immundos Iudæ pedes manibus cōtrectabat, & diuinis vocibus cor eius attingebat ad eius animū loquēs, ac dicens: vide discipule quid pro te faciam. Manus in eius pedibus ponebat, oculos verò quasi illius cōdēnationē dolēs in ipsius vultum conijciebat, interiūs illi dicēs: mitigare, & molli- re homo miserrime, misereat te tui ipsius, ne cōdēneris, vide quot in te beneficia contulerim: cū te ad societate meā receperim, Apostolum fecerim, tibiq; faciendi miracula potestatem concesserim. O durissimum cor, quod tot beneficia, fauores, & auxilia, tāta humilitas, & mansuetudo non potuit emollire! ô aresctā plantā, quæ tam excellenti, ac singulari aqua irrigata non potuit reuiuiscere! ô immundos pedes, qui ipso fonte infinitæ puritatis non valuerunt mundari? O fratres mei caute ne in sceleribus callum

facia-

faciatis, ne ad tantam cordis duritatem perueniatis, ad quam  
 infelix hic discipulus peruenit. Reliquit eum Dominus, & venit  
 ad Simonem Petrum. Sanctus autem vir cum pedes exten-  
 surus esset, brachia extendit dicens: Domine tu mihi lauas pedes: iam  
 videbitis quam confusus esset & quam coarctatum se videret qui  
 tantum zelabatur honorē Domini sui, videns eum ad pedes suos  
 prostratum, vt eos ablueret, & potestis considerare feruorem, &  
 admirationē, qua dixit: *Domine tu mihi lauas pedes.* Mihi Domine,  
 qui te cognosco non sicut alij homines, qui te humanitatis cognos-  
 cunt prout caro, & sanguis eis declarauit, sed te cognosco secun-  
 dam personam in diuina Trinitate, prout pater tuus mihi reuela-  
 uit. Mihi Domine, qui in monte Thabor te transfiguratum vidi,  
 cum ex vultus tui claritate vestimenta tua candidiora facta sunt  
 niue? quique vidi honorem, & reuerentiam, quam tibi exhibe-  
 bant Moyse & Helias principes Synagogæ? Mihi Domine, qui  
 de cælo vocem dicentem audiui: Hic est filius meus dilectus: Nū  
 quid meos pedes his diuinis manibus attinges, que mortuos; quos  
 tangunt resuscitant? & quibus coram me panes multiplicasti? Mi-  
 hi Domine, qui harum rerum omnium sum testis, & optimè dig-  
 nitatem tuam, & humilitatem ac vilitatem meam noui? Rem tam  
 indecentem nequaquam patiar. Et surgebat. Cui dicit Dominus:  
*Quod ego facio tu nescis modo scies autem postea,* &c. *si non lauero te, non ha-*  
*bebis partem mecum.* O diuinum verbum, quod ineffabilem Dei li-  
 beralitatem apertè manifestat! In his verbis nobis declaratur quod  
 quodam modo æquali supplicio Deus eos punit, qui illum offen-  
 dunt, ac eos, qui sua diuina beneficia nolunt accipere. Ad honorē  
 Dei spectat, quod illum non offendamus, & vtilitas nostra est,  
 quod eius diuina beneficia accipiamus, & æqualiter videtur Deus  
 æstimare vtilitatem nostram, & honorem suum; atque æqualiter  
 punit eum, qui sua beneficia renuit accipere, & illum, qui eius ho-  
 norem aufert. *Non habebis partem mecum:* Dicitur vtriq;: Si tā acriter  
 puniendus sum (ait Sanctus Petrus) non tantum pedes, sed ma-  
 nus, & caput. Et peracta lauatione dicit illis Dominus: *Vos vocatis*  
*me, Magister, & Domine, &c.* Siquidem tanquam magister vos hu-  
 militatem docui; nunc volo me Dominum cum magnificentia  
 ostendere, & in vos beneficium conferre iuxta bonitatem ac libe-  
 ralitatem meā. Et cum amor non patiatur, vt ego à vobis absum;  
 & ex alia parte vobis maximè necessarium sit, vt ego à vobis rece-  
 dam

dam secundum hanc visibilem præsentiam. Vt ergo meo erga vos  
 amor, vestreque necessitati satisfaciam volo recedere, pro vobis  
 in cruce moriens, nec tamen abesse, manens in hoc ineffabili sacra-  
 mento, quod volo instituire, & formam Dei humanitate cooper-  
 tam, qua mundum abundantissimè alui triginta tres annos, quos  
 innocentissimè vixi, omnia sub panis, & vini accidentibus abscō-  
 do. Itaque non solum captiuitatis vestræ redemptio, sed etiam  
 in fame vestra cibus, & in siti potus esse volo.

*Accipite, & manducate. Hoc est corpus meum.* O benedicta sit talis  
 magnificentia, talis amor, ac tale donum. Quando quis maximo  
 morbo laborans est iam propè transitum, & quantam curam ha-  
 bent filij, & vxor eius, vt aliquid manducet, quo confortetur,  
 quamque solliciti sunt in condiendo res maximæ substantiæ, qui  
 bus reficiatur & spiritum possit alere, ac diutius sustinere. O bone  
 Iesu gloria animæ meæ, cum iam propè esses, vt per mortem ad  
 patrem transires, omnis cura tua fuit non quid tu māducares, sed  
 quid nos manducaremus, quod nos confortaret, & ita diuinū hoc  
 sacramentum conuiuisti, & constituisti. Non curabat nec solici-  
 tus erat diuinus Redemptor, quid ipse manducaret, sed quid nos  
 manducaremus. Heu quantæ ingratitude esset non ex toto cor-  
 de nostro diligere illum, qui in nos tot beneficia contulit, David  
 vna, & eadem verba sæpe repetens, dicit: *Confitemini Dño mi-*  
*sericordiz eius, & mirabilia eius filijs hominum.* Quod misericor-  
 dia Dei ipsum Deum laudent iustissimum est: mirabilia autem  
 Dei quare filios hominum laudabunt? Maxima profectò est ho-  
 minum laus, & honor, quod pro illis talia mirabilia Deus opere-  
 tur. Maxima est ratio cur homines maximi se æstimant, & terre-  
 nis ac vilissimis rebus huius sæculi non coinquinentur. Cū Deus  
 pro ipso homo factus fuerit, nec steterit, quousque se illis in cibū  
 daret. Idcirco antea quàm Dominus hoc sanctissimum conuiuū  
 institueret conuiujs suis pedes abluit, vt nobis significaret, quod  
 eos, qui in hac sacra mensa manducaturi sunt, non solum lotijs ma-  
 nibus, sed etiam mundis pedibus oportet accedere: scilicet, vt sint  
 mundis operibus, & mundis desiderijs, ac cogitationibus. Frater,  
 ne in hoc sistas, dicens, quod sufficit absque mortali peccato acce-  
 dere. Dicit enim Sanctus Dionysius, quod etiam peccata venia-  
 lia, & leuissima quæque à nobis accuratissimè expellere debere-  
 mus, vt maiori feruore, ac promptiori dispositione ad hoc sacrum

simile.

Psal. 106

Dionysius

*Simile.*

conuiuium accederemus. Frater ne seruitium taxi modereris, si-  
quidem nolles, vt tibi Deus beneficia taxi metiretur. Qui in sta-  
dio currit, non cōtentus est prius ad metam peruenire, vt accipiat  
brauium: sed eodem impetu, quo antea currebat, vltius progred-  
itur, vt apertè conspiciatur quòd fecit omnia quæ debuerat, vt il-  
lud acciperet: quòd si ita non faceret, vix posset cognosci illum  
omnibus currendo præstitisse. Eo quòd hoc non facimus, sumus  
multi ex nobis parū mortificati, & deuoti: quauis crebrò ad san-  
ctū sacramentū eucharistiæ accedimus, licet enim peccata venia-  
lia gratiā non impediant, impediunt tamē deuotionem. Quid au-  
tem esset si aliquis ad hanc diuinā mensam cum peccato mortali  
auderet accedere? liberet nos Deus à tãto malo. O Iudas traditor,  
qui corrupto corde ad tam sanctā mensam accedis: ne tantū faci-  
legium cōmittas. O infernale os quare aperiris? quare mille feris  
non clauderis? vide quòd accipis condemnationem tuam. Vide  
quòd S. Paulus dicit: qui enim māducat, & bibit indignè, iudiciū  
sibi manducat, & bibit, non dijudicans corpus Domini. Iudi-  
cium, id est, condemnationē. Recipit condemnationē, quia nullū  
discrimē cōstituit inter corpus sacratissimū Iesu Christi, & alios  
cibos, hoc est enim non dijudicare, non constituere differentiam:  
ad altare ita indifferenter accedere, vt ad mēsam aliquā prophanā  
cōmuniū ciborū. Ad Hebræos dicit S. Paulus loquēs de Melchi-  
fedech. Hic enim Melchisedech Rex Salem sacerdos Dei summi,  
qui obuiavit Abrahæ regresso à cæde regū & benedixit ei. Cū vi-  
ctor reuenteretur Abrahā, quia quatuor reges superauerat, tūc illi  
obuiā exiit summus sacerdos, & benedixit ei, vt dicitur in Gene-  
si, proferens panem, & vinum. Magnum mysterium, quòd tunc  
illi obtulit panem, & vinum, & benedixit ei, cū tantam victo-  
riam reportauerat. Sanctus Anselmus super hæc verba dicit: Ca-  
ue frater, ne hunc diuinū cibum accipias, nisi postquam à quatuor  
regibus victoriam reportaueris, quæ sunt quatuor præcipua pas-  
siones animæ, quæ illam perturbant, scilicet, spes, metus, tristitia,  
& voluptas. Quot peccata committit homo sperans temporale  
aliquid bonum consequi? quot res quas summoperè debet face-  
re, non facit, propter humanum metum? vt autem voluptatem  
assequatur, & mœrorē fugiat, quid nō faciet homo malæ conscie-  
tiæ? Cura ergo diligenter o frater, vt hos quatuor reges superes, &  
reportata ab eis victoria, cælestem hunc cibum accipias. & cum

cobe-

430 benedictionem, & gratiam, qua gloria sempiterna compara-  
tur. Ad quam nos perducatur Iesus Mariz filius &c. Amen.

## Sermo in Passione Domini.

*THE M A. Christus dedit semetipsum pro nobis, vt  
nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi  
populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum.  
Hæc loquere, & exhortare. Pauli ad Titum .2.*

**I**N ESAIA Legitur, quòd vt Sanctus Propheta  
acturus esset quomodo Deum viderat sedentem su-  
per folium excelsum, & eleuatum circumdatum Sera-  
phim, qui non cessabant quotidie clamare dicentes:  
Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth, eius lingua  
ignito calculo purificata est. Hodie agendum est nobis quomo-  
do hic idem Dominus positus fuerit, non in maiestatis folio, sed  
in durissima cruce, capite cooperto non alis Seraphim, sed acutis-  
simis spinis, circumdatum, non beatis spiritibus, sed atrocissimis  
carnificibus: non Angelorum vocibus Sanctus appellatus, sed  
turpissimorum hominum iniurijs blasphematus. Vt ergò hæc  
mysteria dignè explicemus opus est noua lingua, nouo spiri-  
tu, maximo animi affectu, & deuotione, atq; etiam plurima gra-  
tia. De precemur sanctissimam virginem Dei genitricem ac Do-  
minā nostrā Mariam, vt eam nobis à diuina Maiestate cōsequa-  
tur dicentes singuli. Ave Maria **C** Cor afflictū, & mœrore circū-  
datum, quocunq; superueniente icu multo grauius contristatur.  
Quando fons animæ afflictionibus est repletus primo icu lachry-  
marū fluuius exilit, cū enim pectus tenerū sit & angustijs suba-  
ctū, minorē habet resistētiā, & oculi nequaquā cōtineri possunt,  
quin ad euacuandū cor amaritudinū pelago submersum maxi-  
mam lachrymarū copiam profundant. Qui huc vsq; vt debuit  
acerissima vnigeniti filij Dei, ac Domini nostri Iesu Christi tormē-  
ta perferens, qui que assidua sanctissimæ passionis contemplatio-  
ne cor suū vulneratū habet paucis icibus molliri poterit, & pauca

*Esai. 6.*

VER-

verba sufficiēt lachrymas ab illis oculis haurire, qui tot dolores in meditatione perspexerunt: iam enim viam patefactam inueniūt lachrymarum. Quando tempus est aquosum quæcunq; nubecula superueniēs magnam imbriū copiam immittit. Hic est dies in quo tēpus est maximè pluuosum, siquidem cælum, terra, ac velutēpli, & lapides etiam vniuersalis omnium rerum creatoris mortem fenserunt. Si ergo insensibiles creaturæ naturæ suæ limites transeuntes tantā sensationē ostendunt, cum tamen non pro illis Dominus patiatur: quare rationalis homo, pro quo Dñs patitur, quasi insensibilis, & sine dolore remanebit? satis aquosum tempus nūc est, siquidē insensibiles creaturæ nos ad la mētandū inuitant. Nūc meritō possumus illud dicere, quod Propheta Hieremias dicebat: Deducāt oculi nostri lachrymas, & palpebrę nostrę defluāt aquis, quia vox lamētationis audita est de Siō. Nimis nos mouet creaturarū dolor ad hūc planctū, sed multō magis nos mouere debet vox lamētationis, quę audita est de Siō. Quę est vox, quā bonus Iesus pro salute nostra, & omnium peccatorū remissione, cū maxima lachrymarū abūdātia in cruce pēdēs ad æternū patrē immissit. Idcirco dicit S. Paulus, quod siquidē *Christus dedit semetipsum pro nobis*, de hoc loquamur, & agamus. Hęc (inquit) loquere. Hęc sunt quæ tu o homo loqui debes, S. Hieremias nomine huius clemētissimi Dñi plus, quā hoc à nobis petit, nec enim verbis cōtētus est, dicens, O vos omnes, qui trāsitis per viā, atēdite, & videte si est dolor sicut dolor meus. O maxime Redēptor mūdi, videris mihi frustra proclamare, nā tu vocas transeūtes per viā: ego verō omnes video incolas & sedentes in terra: omnes video voluptatū vtilitatū, omnium deniq; terrenarum rerū amatores esse: omnes video oblitos (seu potius) inimicostuę sanctissime crucis: ut hoc proferat S. Paulus his verbis: Multi ambulāt, quos sæpe dicebā vobis, (aūc autē, & flens dico) inimicos crucis: Christi, quorū Deus vter est. Ad eos, qui per breuē & asperā viā huius vitę transeunt: ad eos, qui peregrini sunt in hoc seculo, & exiliū suum lachrymantur, ad eos (inquit mitissimus agnus) proclamo ex cruce illos, qui in terra permanentē ciuitatē non agnoscunt, voco, & inuito, vt videāt, & intelligant, si vilo vnquā tēpore similes dolores tolerari fuerint, his quos ego propter homines patior. Maximū mysteriū fuit, quod locū illū, quē Dñs Abrahę ostēdit, in quo filiū suū immolaret vocauerit S. Patriarcha, Dñs videt. Et addit statim ei

simile.

Hier. 9.

Thren. 1.

Philip. 3.

Gen. 22.

6 uina scriptura dicens: vnde vsque hodie dicitur: In monte Dominus videbit. Prius dixit: Dominus videt in presenti tempore, postea verò subdidit, in futuro, Dominus videbit. Et ratio est: quia in presenti vidit Deus sacrificium Abrahę, & vidit, quod oblaturus erat in illo loco Iesus Christus filius suus & vsq; hodie (inquit sacra scriptura) durat hæc visio in presenti: quia Deus omnes ad illā inuitat. In æternū aspiciet Deus diuinum illud sacrificium, & vult, vt nos modo, & in omni tēpore illis memoremur. Res est etiā valde notanda, quod cū Christus Redēptor noster trāsfiguratus erat in monte Thabor loquēs cū Moyse, & Helia de suę sanctissimę mortis excessu audita est vox patris dicentis: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui, ipsum audite. In monte verò Caluarie, vbi totus ille excessus opere completur non dicit vt audiamus, sed vt ipsum aspiciamus. Quomodo enim erit possibile, quod illum attendentes, qui pro nobis talia patitur maximo dolore non conficiamur, & ad eius amorem, & obediētiam, atque auditionem non moueamur? Ad aliud propositum dixit Moyses, erit vita tua pendens ante te. Sed valde hic congruūt hæc verba. Animaduerte Christiane quomodo vita tua Dñs tuus, qui te creauit, alit, & conseruat, à quo omnia, quæ habes accepisti, à quo omnia, quæ tibi desunt speras, ante te in cruce pendet, vt quantum illi debeas confideres. Res insolitæ & inauditæ: maximum desiderium hominibus afferunt, quod videatur, sicut res mirabilis rubi: qui ardebat & nō comburebatur desiderium attulit Moysi, & dixit. Vadam & videbo visionem hanc magnam, quare non comburatur rubus. O quanto maiorem visionē, & rem mirabiliorē ante oculos habemus. Res mirabilis valde tibi videtur o Moyses quod rubus ardeat, & nō consumatur? nō tibi mirabilior res videtur videre infinitū Deum inter rubeta spinis circumdatum & catenis alligatū? videre creatorē mundi alapis cęsum? purissimum speculum maculatum conspicerē? splendorē glorię cōsputum cernere? Nonne tibi mirabilis videtur illum columnæ vitę intueri aspicerē & diuini amoris igne inflammatū verberū diluuiū tolerare? & eū qui est summa innocentia, & sanctificatio peccatorū: videre malefactorem ac populorum peruerforem appellari: illū, qui est Angelorū princeps & vtriusque ecclesię militatis scilicet, & triumphantis caput, & corona, spinis coronatum intueri? & eum qui est viuorum, mortuorumque iudex tam iniuste iudicatum videre?

Matt. 17.

Deut. 17.

Exod. 3.

Tom. j. Ec o quam

ôquam mirabiles res! vadam, & videbo visionem hanc magnam.

Properemus fratres, & hæc mirabilia ex proposito videamus, & illa aspicientes multa addiscemus, discemus magni æstimare animas nostras, siquidem illas Deus tanto pretio redemit. Discemus magno odio peccatum habere, siquidem illud ita odit, ut ad illud euertendū moriatur. Discemus inferni pœnas timere, quia si in ligno viridi sit hoc, quid fiet in sicco? Discemus denique falsam, & inanem gloriam huius sæculi pro nihilo ducere, siquidem modo illi clamant, & maximis vociferationibus expostulant, ut Christus crucifigatur qui tribus antè diebus illum exceperant clamantes: Benedictus qui venit in nomine Domini. Idcirco nobis dicit per Hieremiam: Attendite, & videte. Et idem Sanctus Paulus, qui in proposita sententiâ à nobis verba postulauit dicēs: Hæc loquere, &c. De eadem re loquens multo plùs quàm verba petit, quia dicit: Hoc enim sentite in vobis quod & in Christo Iesu &c. vsq; ibi, Mortem autè crucis. Nō dicit: cogitate, contèplamini, aut loquimini de passione Dñi: sed. Quòd animo, & corde illa sentiant: hoc volo ut sentiat. Sētite in vobis, id est transferte in vosmetipso dolores, quos sensit Iesus Christus nisi enim illos in vos sentiat, & experiamini non poteritis, quanti, & quàm acerbis sint penitus cognoscere. Facite eos proprios vestros, & ita illos intelligetis. Primo Machabæorum dicitur quòd Rex Alexander voluit inire amicitiam cum Iohatha summo sacerdote Hierosolymę, & medium, quod ad eam ineundā habuit fuit hoc, quod misit ad illum vestem purpuream maximi pretij & coronam auream, quam capiti imponeret, & scripsit ad eum literas his verbis: Rex Alexander fratri Iohathæ salutē. Audiuius de te, quòd vir potens sis viribus, & aptus es ut sis amicus noster, qua propter te ad nostram amicitiam inuitamus, & hanc purpuream vestem, & auream coronam tibi quasi signum, & pignus amicitie mittimus, ut amicus voceris regis, & ut quæ nostra sunt sentias nobiscum, & conserues amicitias ad nos. Hoc ipsum facit hodie Iesus Christus, & sancta Ecclesia eius nomine volens nobiscum amicitias inire, inuitat enim nos ad purpuram, qua in sua sanctissima passione indutus est, & ad coronam spineam, quæ suo diuino capiti fuit imposita, ut nos eam nobis imponamus. Et quæ nostra sunt sentias nobiscum & conserues amicitias ad nos. Et hoc est quod dicit S. Paulus hoc enim sentite in vobis, Ut Iesu Christi dolores induamur,

mur, & tanquam nostros eos habeamus, ac si essemus alter Christus. Profecto deberemus verecūdari videntes quòd cū huic optimo Dño, & fidelissimo amico tantū debeamus, nos admoneat S. Paulus, ut sentiamus re tam dignā, quæ sentiatur. Magnā nobis iniuriā videtur S. Apostolus inferre his verbis. Quid enim sibi vult, quòd homo mollis carnis, & rationalis, pro quo Deus mortuus est nō sentiat, quòd etiā & lapides senserūt? & quòd necessarius sit tantus excitator sicut Apostolus diuinus, qui eū ad illa sentiēda excitet, quæ insensibiles creaturæ sentiūt perspicuum est enim omnibus, atq; ipsa experientia cōpertum, quòd inter alias amoris conditiones vna est quòd amans pro eo, quæ diligit patiat. Quotidie hæc veritas manibus obtrahatur, quòd quantus est amor, quo aliquæ diligitur, tantus est dolor, quem ex eius aduersitate percipimus. Et ratio est, quia anima magis est in re, quam amat, quam in re, quam amat: illic enim principalius commoratur, scilicet cū continua potentiarum operatione, & ideo tantum rei dilectæ labores sentit, ac si eos ipsa pateretur, atque aliquando magis. Hinc est quòd sacra scriptura amorem doloris nomine nuncupauit: loquens enim cum Israel dicit: contempserunt te amatores tui. Et alia translatio habet: suspiratores tui: nam idem est amatores tui, quòd suspiratores tui. Qui pro te suspirant, & moriuntur, qui sunt amatores tui: & Daniel de illis duobus senibus loquens dicit: erant ambo vulnerati amore eius, neque indicauerant sibi vicissim dolorem suum, id est, non audebant sibi inuicem amores suos reuelare: & amores vocat dolorem, quia non potest perfecte amari, nisi dolores perferantur. Atque vnum ex ijs, quæ Deus passione sua intendit est, ut cognoscamus, quòd propter amorem patitur, & propter amorem vniuscuiusque sigillatim, ut significauit S. Paulus dicens: qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me, id est. Ita me dilexit, & pro omnibus simul patiens, pro me mortuus est taliter quòd nisi alius esset præter me, pro me vno pateretur. Et B. Augustinus maximè exaggerat hæc verba Sancti Apostoli dicens: Imò posses dicere vir sancte quòd me plusquam se ipsum dilexit, siquidem vitam suā pro me dedit. Si ergo tantopere te diligit, & tu illum etiā amas, & ei amorē persoluis, iniuria tibi infertur, cū tibi dicatur, & admonearis, ut sentias, quòd ipse sensit. Deuteronomio præcipiebatur, quòd quando in via cauer hominis occisi inueniretur, diligenter cædis reus in-

Luc. 23.

Matth. 21.

Philip. 2.

1. Mac. 10.

Bern. de pro  
cepto, & cons  
fessione.  
Hier. 4.

Daniel. 18.

Gala. 2.

B. Augusti.

Deut. 21.

quireretur qui nisi inueniri posset, egrederentur maiores natu, & iudices Israel, & metirētur à loco cadaueris spatia singularum ciuitatum per circuitum, & quam viciniorem esse perspicerent, ex ea tolleretur victima, ad offerendum sacrificium expiationis. Consentaneum est, vt sciamus de cæde huius diuini hominis defuncti, & eius occisorem, & quis nam fuerit in causa cædis eius inuestigemus. Metire ergo frater consideratione tua, & te viciniorem esse reperies: & ita intelliges quantum debeas in te affectus, & doloris offerre sacrificium. Ideò sponsus dicit sponsæ: sub arbore malo suscitauit te. Pendens in arbore crucis te excitauit. Quis iam amplius dormiens, & sine sensu uiuet, cum talem excitatorem habeat? optimè id illis quomodo in his tribus peculiaribus locis scripturæ tria nobis præcipiantur. In primo præcipitur quòd de mysterijs passionis Domini loquamur: in secundo, vt animaduertentes, & interioribus animæ oculis illa videamus: in hoc autem tertio, vt hæc mysteria tanquam nostra sentiamus. Vt ex primo, & secundo, hoc est ex sermone, & aspectu, in tertium, qui est horum dolorum sensus, deueniamus. Loquere ergo, & vide, vt sentias: primùm de crudelitate, qua atrocissimi carnifices in tuum clementissimum Dominum vsi sunt. Et circa hoc notate rem acutissimam: quòd loquens Dauid de improprijs, & atrocissima morte, quam Iesus Christus filius Dei passus est, & eius nomine conquerens de malorum crudelitate; & quam parùm æstimauerint illum varijs tormentis affligere, & sæuissimam mortem interficere, dicit: ego autem sum vermis, & non homo. Non comparat se vlli animalium magnorum, & pulchrorum, quæ sunt in terra, quæ cum homo occidit, videtur pietate commotus, eorum mortem dolere. Cum occiditis vitulum, arietem, aut boue pulchrum statim cor vestrum teneritudine afficitur. Vermem autem ira pedibus cõteritis, ac sine dolore interficitis, ac si nihil faceris. O Maxime Redemptor mundi, ac potentissime cælorum Dñe qui bus verbis apertius declarari poterat pauca pietas, aut multa atrocitas, qua attritus, cõculcatus, flagellatus, spinis coronatus, a lapibus cæsus, consputus, crucifixus, ac deniq; occisus es, quam cū dicitur, quòd quasi vermis conculcatus es? & quãdo de Dño dicitur illud, Esaiæ. Quasi agnus coram tondente se obmutescet, & nõ aperiet os suum, est ad significandam patientiam, qua mortem tolerauit: quãdo autem vermi comparatur, est ad declarandam paucam cõpationem, & ni-

Cant. 8.

Psalm. 21.

Esai 53.

18 & nimiam crudelitatem, qua occisus est. Et non solum carnificum cum atrocitas perpendenda, & dicenda est, sed & res etiam facitissimæ, quas cum ea fecerunt, quot tormentis illum affixerunt, & quot iniurias, & ignominias illi intulerunt. Quam obrem ipse Esaias eodem capite illum vocat virum dolorum, & quasi absconditus vultus eius. Non memini in tota scriptura diuina legisse, quòd aliquis, vir dolorum vocaretur, nisi solus noster diuinus Saluator: illius enim dolores maximi fuerunt omnium, qui in vniuerso orbe tolerati sunt, tam in qualitate, quam in quantitate: vtrasserit Sanctus Thomas. & quòd dicit Sanctus Esaias quasi absconditus vultus eius, alia translatio habet, abscondebamus faciem ab eo. Ita deformatus fuit pulcherrimus ille vultus, quem non fatiantur Angeli contēplari, vt puderet nos illum aspiciere. 19 O ineffabilem Dei probitatem, quis vnquam tale cogitaret, quòd altissima Maiestas pro vilissimis terræ vermiculis in tantam humilitatem, & abiectionem deuentura esset? & hoc magis vniuersorum tormentorum eius magnitudinē declarare potest, quòd nemo, nec homo, nec Angelus illam potest penitus intelligere, nisi solus pater, qui eam permisit, & filius, qui perpeffus est: & sic dicit ipse filius loquens cū patre. Tu scis improprium meum, & cõfusionem meam, & reuerentiã meam. Solus pater cognoscit quanta sit filij ignominia, quia solus ipse, quanta sit eius dignitas, intelligit: eò enim maior est contumelia, quòd amplior est dignitas patientis. Ideo illi dicit: tu scis. Tu solus æterne pater es, qui hoc scis; & sic propheta Zacharias in persona patris significans magnitudinē passionis filij eius dicit. Phramea suscitare super pastorem meum, & super virum coherentem mihi: dicit Dñs exercituum. O phramea iustitiæ meæ cõmouere in pastorem meum &c. Homo, qui patri magis inhæsit fuit Iesus Christus filius eius. In hunc diuinum hominem conuertit pater gladium suum: & vocat eam phrameam iustitiæ suæ, quia vnus ex operibus, in quo Dei iustitia magis splendet est hoc; nã quis vnquam iustitiæ rigorem simile huic audiuit? Magnum timorē infert seueritas diuinæ iustitiæ, quæ in Angelorum supplicio exercita est: illa tamen iustitia non tam me perturbat, & deijcit, quàm supplicium, quòd de hominis peccato sumptum est. O immensam Dei iustitiam, seuerior mihi videris Domine parcens, quàm puniens. Magis me clemens hominis redemptio, quàm dura Angeli condemnatio deterret. O inestimabilem seueritatem, & rigorem, quòd propter

D. Tho. 3.  
pa. 9. 46.  
art. 5.

Psalm. 68.

Zach. 13.



hominis peccatum Deus occidatur, & propter hominis culpā tā crudelē mortem Dei filius patiat! quid feuerius? quid humano iudicio hac iustitia magis stupēdū? Terribiliore te ostendisti Domine redimens, quā si nō redemisses. Magis rigorosum te prābui si cū misertus fuisti, quā si vniuersos homines æterno inferni supplicio condēnasses. Terribilioris enim iustitię est, Deum pro hominum peccatis interfici, quā homines propter eorum scelera perpetuo inferno condēnari. Diligenter hoc animaduerte, & perpendite fratres mei per reuerentiam illius Domini, qui propter nos tā irreuerenter hodie voluit tractari. Et enim si hoc accurate cōsiderarem, quis peccaret? Immittit æternus pater gladiū iustitię suę & tam terribili ictu filium suum vnigenitum percussit pro alieno peccato, & tamen audes tu denuō peccare? cui hoc tribui potest, nisi considerationis defectui? Si exiuisent tres iuuenes à patria sua cum proposito furandi in longinquis regionibus, & accedentes ad aliquam ciuitatem viderēt iuuenem venustissimum collo alligatum fune, & maximis improperijs affectum ac mortis instrumentum humeris asportantem extra ciuitatem ad supplicium deduci: interrogationibus autem ipsis, quare tam decorus iuuenis puniretur? aliquis responderet, illum vnigenitum esse filium Regis illius prouincię, quem pater eius occidi iussit, quia vnū pomū furatus fuit, quomodo illi obstupeferent. O Domina & regina cælorum (dicerēt ipsi) tam seuera iustitia in hac regione exercetur? & tanto supplicio latrocinia puniuntur? liberet nos Deus ne in hac terra latrocinium committamus, vbi pro pro Regis filius suspēditur. O fratres mei intellexistis ne hoc placeat æternę Dei Maiestati, vt hoc saltem modo vobis ostendat, & cognoscere faciat quantum malum faciatis, & quanto periculo vos obijciatis, quando peccatum aliquod mortale committitis. Quomodo habemus manus aut voluntatem, ad offendendum Deum, cum videamus, quā acriter peccata puniat? & quod vnigenitum filium suum tam crudeli supplicio propter alienum peccatum affecit, permittens, vt tali morte percateretur?

Hic poterit prædicator aliquot mysteria passionis plane narrare: & postea cōcludat dicens testimoniū S. Pauli, quod assumptū est pro themate, illud repetens vsq; ibi: hæc loquere. Noquimini hæc, vt ea sentiat, & loquimini etiā, ac sentite: quod sanctissima virgo Maria mater eius sensit. De qua B. Ioānes dicit: Strabat autē

1. Ioā. 19.

iuxta

iuxta crucem Iesu mater eius. O virgo pijsissima, & cui nulla alia <sup>24</sup> fuit æqualis, quæ secuta es sacratissimū filiū tuū in Iudæa, & Galilæa prædicātem: nūc etiā illum inter latrones morientē sectaris. Fugerunt discipuli eius cū à cohortibus apprehensus est, tu vero vsq; ad crucem, & sepulchrum illū comitaris? quid hoc est tā nouū virgo purissima? quomodo tibi persuadere potuisti, & tā virilē animū habuisti, vt exiuises, ad tā amarū tibi, ac lamētabile spectaculū intuendū? Nō est cōsuetudo foeminarū, ac taliū foeminarum, rebus publicis interesse. Indecorum est virginibus ad tam cruentas res videndum exire. Nec materna pietas, amor, & teneritudo patitur, vt matres supplicia, quæ publicè de filijs sumuntur, aspiciant. Quomodo ergo tu honestissimarū honestissima piarū matrū pijsissima in publicū existi, vt dilectissimi filij tui mortē crudelissimā aspiceres? Tā ego respōsionē tuā audio: scio enim, quod te domo deduxit, fides, sanctissimi filij tui abiectio, & passione nō superata, deduxit te spes tanta aduersitate nō debilitata, deduxit deniq; charitas, qua erāt viscera tua inflāmata. Hæc cor tuū impellebat. Fortis enim est velut mors dilectio. Talē amorē oportuit te habere adferendū, quod tulisti, siquidē tale spectaculū vidiisti. Hæ tres virtutes in vnū cōuenerunt, & te o virgo sacra oppugnaverūt. Quis tāte fortitudini posset resistere? Istę te vicerūt, & domo in publicū deduxerunt, vt vitę tuę mortē videres inferri, & animam tuā noui doloris gladius vltimō pertransiret. Maximo dolore affectus est patriarcha Iacob cum vidisset cruentatam tunicā filij sui Ioseph, quē tanto opere diligebat: sed multo maiorē dolorē acciperet, si illū videret immanis belluę dētibus lacerari. <sup>16</sup> Et quid faceret Dauid si filium suum Absalon ex quercu pendētē, ac tribus laceis infixū cerneret? o martyr incomparabilis! in te enim magis anima patitur, quā corpus. Qui moritur, ipse est, qui occidit: & amor carnifex, & non mori maior est cruciatus præfer tim cum videas coram te dilectissimū filium tuum, immanium belluarum dentibus lacerari; cumq; illum cruci affixū, & ab ea pēdētē cōspicias. Si autem erat dolorosa Mater tam iuncta cruci, quare dicit sanctissimus filius per Dauid, cōsiderabam ad dexteram, & videbā & non erat, qui cognosceret me? quid Dñe? Non est ibi tua sacratissima Mater quare ergo dicis quod es solus? Mater septem filiorum Machabæorum inter fuit morti filiorum suorum, & tamen tam bona, ac pia mater, vt tua, nō affutura erat tibi

Cant. 8.

Gen. 37.

2. Reg. 18.

Psal. 141.

2. Mat. 7.

in morte tua? Aduertite quòd nò dicit se nò videre quem ipse cog-  
 nosceret, sed à quo ipse cognoscetur: ita enim deformatus erat, vt  
 vix à suis posset cognosci. O mater moestissima eleua sacros oculos  
 tuos, & vide si eum cognoscis: signa quæ ille de se præbebat,  
 quibus posset cognosci erant hæc: caput meum plenum est rore, &  
 cincinni mei guttis notum. Ecce caput eius pretioso rore consper-  
 sum. Tu autem dicebas: manus eius distillauerunt myrrham. O  
 quomodo nunc eius manus diuinum sanguinem distillant, qui ad pec-  
 catorum vulnera curanda, pretiosior est omni myrrha. Non erat  
 qui cognosceret me, hoc dicit, quia ita deformatus erat. Eleua ergo  
 oculos o anima Christiana ad illud sacrosanctum lignum: aspice  
 sanctissimum Nazareum candidiorem niue, ac lacte, rubicundio-  
 rem ebore antiquo, & videbis quòd obscurior, & nigrior sit car-  
 bonibus, & ita decoloratus, & informis, vt vix illum possis cog-  
 noscere. O altissimi æterni patris filii dic Dñe, quid in nobis vidi-  
 sti? quãdo tibi seruiuimus? quibus officijs te deuinximus, vt talia  
 tormenta patereris? o admirabilem liberalitatẽ! o incòprehensibi-  
 lem charitatẽ, quia cum in nobis nullum esset genus meriti, nec in te  
 necessitas vlla, propter tuam solam gratiam, & misericordiam hoc  
 modo nos redimere voluisti, o quantum desiderat hic diuinus Dñs,  
 vt hæc assidua contèplatione cogitemus, siquidẽ per Esaiam illa  
 tam notabilia verba nobis dicit: Non me inuocasti Iacob, neq; la-  
 borasti in me Irael, &c. veruntamen seruire me fecisti, præbuiisti  
 mihi laborẽ in iniquitatibus tuis. Ego sum, ego sum ipse qui deleo  
 iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non memora-  
 bor. Reduc me in memoriã, & iudicemur, simul narra siquid ha-  
 bes vt iustificeris. O diuina verba efficaciter verificata in illis om-  
 nibus, qui vtuntur passione sacratissima huius diuini agni, siquidẽ  
 hæc tam præstata beneficia in nos contulit, cum nihil nobis deberet.  
 Quid igitur est in me o dulcissime Iesu, quo ego tot beneficia tibi  
 possim soluere? si ego haberem omnes vitas filiorum Adæ, si om-  
 nes annos seculorum vivere in, si denique omnes labores paterer  
 omnium, qui sunt, fuerunt, & futuri sunt: hæc omnia essent nihil ad  
 soluendum minimum laborum omnium, quos propter me pas-  
 sus es: & siquidẽ nullo modo hoc debitum possum soluere uti-  
 nam in hoc saltem tibi Domine quodammodo satisfaciam, quòd  
 nunquam illius obliuiscar, & maxima cum gratiarum actione di-  
 uitijs tuis, quas tu mihi comparasti.

Cum

30 Cum mulier, quæ multos dies partus doloribus affligitur videt  
 se infantem mortuum peperisse, qua molestia afficitur confide-  
 rans quam parum dolores illi profuerint? O Christe dulcissime  
 hominum amator, qui propter teneritudinem diuini amoris, quo  
 eos dilexisti matris pijsimẽ tibi nomẽ assumpsisti, & triginta tres  
 annos parturientis doloribus afflictus fuisti: si nos mortui manser-  
 imus, nec vitæ, ac gratiæ, quam nobis comparasti fructum acce-  
 perimus, maximam iniuriam tuis immensis tormẽtis inferemus,  
 quod illis non vtamur. Deniq; concludens sanctus Euangelista  
 narrationem passionis Domini dicit quòd, *inclinato capite emisit spi-  
 ritum.* Perpendit sanctus Cyprianus super hunc locum, quòd ideo  
 inclinauit caput bonus Iesus, vt significaret, quòd propter patris  
 obedientiam moreretur. Pensate diligenter, quòd non dicit sacra-  
 tus textus quòd emisso spiritu inclinauit caput, sed quòd prius  
 inclinauit caput, & postea emisit spiritum, ad significandum,  
 quòd nisi Pater sibi præcepisset per obedientiam, ex hac vita nò  
 decederet, licet immensi essent labores, quos ibi patiebatur. Et ita  
 declarant aliqui illa verba: *Deus Deus meus, vt quid dereliquisti me?*  
 quòd tam crudelia, & immensa erant tormenta, quibus illa san-  
 ctissima humanitas cruciabatur, vt ante hanc horam Christus re-  
 demptor noster mortuus esset, nisi diuinitas humanitatem adiu-  
 uaret: & quando iam diuinitas destitit humanitati vires addere  
 ad plura patiendum, conquerebatur humanitas de hac desertio-  
 ne, significans se adhuc plura pro hominibus velle tolerare, nisi il-  
 lam tam citò diuinitas mori præcepisset. Non quòd necesse esset  
 plus pati, sed vt sui erga nos amoris magnitudinem declararet. Et  
 31 quanquam cum bonus Iesus expirare vellet, dixit, *consummatum est*  
 consummata enim illic vita sua, mundi redemptio consummata  
 est: sed non omnia pijsimæ Matri suæ consummata sunt, imò po-  
 tius quodam modo incepisse videntur eius angustie, & meroris mag-  
 nitude. *Quia vnus militum lancea latus eius aperuit.* Legitur, quòd tulit  
 Iob tres lanceas in manu sua, & infixit eas in corde Absalon: cum  
 infœlix iuuenis criminibus à quercu pendere. Itaq; omnes tres lan-  
 ceas, credibile est ex corde in eum infixas fuisse, si quidem omnes  
 cor eius percusserunt. O pulcherrime Absalon Iesu Christe tuis  
 pulcherrimis capillis, à crucis quercu pendens, clementia enim &  
 charitas tua sunt capilli, quibus pendes. Transfixo Absalon tri-  
 bus lanceis vnum tantum cor percussum est: transfixo autem

E e 5

viii

vna lancea tuo sacratissimo latere tria corda percussa sunt: scilicet 33  
 cor tuæ purissimæ Matris, charissimi discipuli tui, & sanctæ pec-  
 catricis, quam tu conuertisti. Itaque Ioab vnum cor tribus læcis  
 interfecit, Longinus verò, vna lancea tria corda penetrauit. Quis  
 vnquam tale audiuit, quòd in hominis mortui pectore tria corda  
 viua reperirentur? Verum heu dolor, quàm parum temporis illic  
 viua durauerunt, & quam cito trans fossa crudelissima lancea fue-  
 runt! O sanctissima hasta ô mucro atrocissime, quid quæris in la-  
 tere Redemptoris mei? si quæris sanguinem iam per vias effusus  
 remanet: si quæris animam, iam in Limbū perrexit: si eius famā  
 vis auferre, iam in cruce omnem amisit, si carnem eius vis disrum-  
 pere, iam clauis illam ruperunt: si vitam ei cupis auferre, iam æter-  
 no Patri pro peccatoribus illam tradidit. O vulnus pretiosi lateris  
 amore potius, quàm lanceæ mucrone inflictum! ô fornax diuini 34  
 amoris! ô fons aquæ viuæ vsque ad æternā vitam exilientis. Ac-  
 cedite fratres ad hunc fornacem, vt calefaciamini, & adhuc diui-  
 num fontem, vt refrigeremini, & effrænos ardores extin-  
 guatis.

Cum ergo vespere iam esset factum stabat mater moestissima  
 iuxta crucem, & cuncta familia eius non minus tristis, quam con-  
 fusa, videns ex vna parte dulcissimum filium in cruce mortuum,  
 ac laceratum, ex alia parte, quod nõ habebat facultatem ad illum  
 sepeliendum, nec animum ad relinquendum. O animæ deuotæ,  
 quæ lingua sufficet hoc dicere, aut qui oculi dissimulare pote-  
 runt, quod tristissima mater sensit, considerans quàm parum ef-  
 fet remedij ad sepeliendum filium suum! Erat cum tota illa sua  
 lachrymosa familia humi prostrata: Christus verò in alto pen- 35  
 debat. Si vellent ascendere ad tollendum illum, non habebant  
 scalas: si vellent clauos refigere, non habebant forpices: si vellent  
 eum à cruce abstrahere, non habebant facultatem, si vellent  
 vngere, non habebant vnguenta: si vellent inuoluere, non habe-  
 bant sindonem, atque etiam si illum sepelire vellent, non habe-  
 bant sepulchrum. Nam benedicta Virgo erat pauper, & pere-  
 grina, quæ cum suo sanctissimo filio ascenderat Hierosolymam,  
 ad celebrationem Paschæ. O maxime Redemptor mundi si nos  
 sentiremus, quod sentire oporteret, quomodo esset possibile,  
 quin in sanguineas lachrymas liquefieremus? & tanto maior erat  
 angustia illius moestissimæ societatis, quantò magis nox obscu-  
 ra pro-

36ra propinquabat, & erat iam prope vespere magni paschatis,  
 quòd si vellent ire in ciuitatem, & statim reuerti erat iam fero. Si  
 vellent facultatem petere ad sanctissimum defunctum sepeliend-  
 um nullus eorum cognoscebat Pilatum: si illinc discederent, &  
 eum inhumatum relinquerent timebant, ne Iudæi illum sepeli-  
 rent, vbi ipsi nescirent: si autem illa nocte ibi manerent, timebant  
 ne venirent Iudæi, & eos percuterent. Itaque amor defuncti eos  
 ad manendum inuitabat, metus autem obscuræ noctis ad disce-  
 dendum impellebat, & licet inuicem in se oculos conijciebant:  
 nullum tamen verbum loquebantur: iam enim præ nimia lamē-  
 tatione loquelam amiserant.

Verum tamen quantum satagebat sanctissima virgo quomo-  
 do filium suum humaret, tantum aberat vt cogitaret, quod Io-  
 37 seph, aut alius, hoc moliebantur. Ex quo debemus exemplum  
 sumere, vt in nulla re diffidamus: cum enim arbitramur nos ma-  
 gis desertos, & sine remedio esse, tunc res nostræ foelicius dirigū-  
 tur, vt hinc apparet, quòd cum sancta virgo hoc terribili agone  
 angebatur, moliebantur, & acquirebāt sancti illi viri omnia, quæ  
 ad Christum redemptorem nostrum sepeliendum pertinebant.  
 Accedunt ergò hoc tempore viri illi nobiles omnia ferentes, quæ  
 necessaria erant ad tollendum illum ex cruce, & humandum.  
 Sed cum sol iam occidisset, & tenebræ iam obreperent, via quo-  
 que longa esset, atque etiam lachrymarum esset maxima abun-  
 dantia arbitrata est afflictissima Mater, & tota illa familia, quòd  
 Ioseph, & Nicodemus essent alij noui Longini, & quòd scalæ ef-  
 sent lanceæ, & quòd denuo venirent ad transfigendum sanctissi-  
 38 mum filium suum, non verò ad sepeliendum, qui timor nouum  
 aliud tormentum illis attulit: quousq; propius accesserunt, & il-  
 los agnouerunt. O quis videret denuo venientes ad funera san-  
 cti crucifixi, & eos, qui antea cum eo commorabantur! ô quan-  
 tum flebant, quantumq; suspirabant, atq; etiam obmutescabant.  
 Itaque in illa funebri hora verba deerant, & lachrymæ superer-  
 rant. Et tam attoniti erant Ioseph, & Nicodemus, vt eos mortis  
 tanti filij poenituisse verbis declarare matri nequaquam possent,  
 nec etiā dolorosa mater potuerit de aduentu eorū gratias illis age-  
 re. Et plura tibi dicā ô anima Christiana, quòd in illa funesta ho-  
 ra deerant suspiria, & supererant mortui. Nam totam illā familiā  
 orbam, quomodo cum viuis numerabimus cum ante oculos suos  
 aman-

Mat. 8.

amantissimum Dominum suum mortuum viderent? O quam<sup>39</sup>  
ad literam impletum est hic quod dixerat Dominus: sinite mortuos  
sepelire mortuos suos, cum non sint, qui hunc mortuum sepeliat,  
nisi alij mortui! Venerabiles senes ante omnia veniam petunt à  
sanctissima virgine, & flexis genibus, ac detectis capitibus, ac ve-  
nerabilibus canis maxima cum reuerentia sanctam crucem oscu-  
lati sunt, & Iesum Christum in ea crucifixum adorarunt, quo per  
acto per scalas vsq; ad summitatem crucis ascenderunt. Cumq;  
proximi Magistrum, ac Dominum suum tam cruciatum viderent,  
habentem clausos oculos, nigrum vultum, corpus attritum & la-  
ceratum, capillos dilaniatos, cruorem gelidum, os aliquantum  
apertum, carnem denigratam, & aspectum quasi consumptum  
genasque pulcherrimas tabe infectas: tantus dolor, & pauor ap-  
prehendit eos, vt quasi non possent se sustinere, quin deorsum<sup>40</sup>  
præcipitarentur. Si enim sola auditione homo toto corpore con-  
tremiscit, quid esset cum hæc omnia viderent: confortati sancti vi-  
ri sacratum corpus refixerunt, & cum eo vsq; ad terram paulatim  
descenderunt. Et postquam mestissima Virgo concessit, vt vnge-  
retur, omnes, qui in eo tristi collegio erant, illud velut examen  
apum melle priuatum circumdederunt, ore suo mestissima verba  
proferentes, atque ex oculis multas lachrymas effundentes quid  
non plauerunt? quid non dixerunt? quid non fenserunt, cum Ma-  
gistrum suum tam laceratum viderunt? qui oculi potuerunt suffi-  
cere ad videndam crudelissimam stragem, quam voracissimi lu-  
pi in mitissimo agno ediderunt? Impositum ergo sanctissimum  
corpus in sindone, ceperunt pretiosis aromatibus vngere. O bea-  
ta anima, que illic cum memoria interfuerit, si quidem per presen-<sup>41</sup>  
tiam interesse non potuit: illic enim occupabitur, aut in custodi-  
da cruce, aut in colligendo cruore, aut in matre pijsissima comitan-  
da aut in emolliendis vnguentis, aut in vulneribus vngedis, aut in  
alligandis linteis, Vltimus tandem labor, vltimum vale, ordo se-  
pulturæ, vntio defuncti, lamentatio deniq; defuncti, qua lingua  
poterit declarari? aut quibus oculis poterit satis plorari? Et si qui-  
dem non sunt verba, quibus hæc possint significari omnia cordi-  
bus vestris relinquo, vt ea dignè velint sentire: ô exequias tristissi-  
mas! ô lamentabilia funera tam nobilis defuncti! quæ non in tẽ-  
plo, sed in campo executi sunt, non clerici, quia omnes ferè abie-  
rant, non cum luce, quia iam nox erat, non cum pompa: sed cum  
exiguo

42 exiguo comitatu: nec cymbala pulsantur, sed solummodo magna  
lachrymarum copia effunditur. Sepeliantur ergo corda nostra cū  
hac vita mortua, vt cum ipsius gratia resurgamus, & postea eius  
gloria perfruamur, &c. Amen.

## Dominica Resurrectionis.

*Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Salome  
emerunt aromata, vt venientes vngerent Iesum  
Marc. 16.*



**A**N T A Est lætitia, quam alma mater Ecclesia  
in hac sacratissima festiuitate habet, vt ipsa maxi-  
mæ exultationis vocibus cœlestes, terrestresq; crea-  
turas ad alacritatē inuitet, dicens? In resurrectione  
tua Christe, cœli, & terra lætentur. Quod si ad hoc  
gaudium insensibiles creaturæ inuitantur: quanto magis debent  
rationales exultare, quibus ex Domini resurrectione tanta dima-  
nat utilitas? Vt igitur vera loquar fratres mei, hæc dies est mater  
omnium fœlicium dierum atque hæc festiuitas, & gloria etiam,  
quam hodie celebramus verè est nostra. In Christo enim Iesu ve-  
ro capite nostro resurrectio nostra incepit, quæ suo tempore in  
nobis perficietur. Iam radix nostra reuixit, & resurrexit: quocir-  
ca non est dubium quin aliquando etiam viuificentur & rami.  
Ego sum vitis vera, & vos palmites: dixit summa veritas, cum  
iam prope esset vt ex hoc mundo transfiret ad patrem: & si qui-  
dem hæc vitis gloriosa apparuit certissimè glorificabuntur cum  
ea veri, & virides eius palmites. Nunquid non spectat ad palmi-  
tes, ac ramos vita, & glorificatio radices suæ? Maxima ergo ratio  
est cur omnes exultemus, diuinamque Maiestatem, quæ tot no-  
bis in hac die beneficia contulit: summa animi alacritate collaude-  
mus. Omnes festiuitates anni celebrantur à sancta Ecclesia in me-  
moriâ beneficiorum, quæ Deus hominibus fecit. Et sic Esaias  
dicebat: Miserationum Domini recordabor: laudem Domini su-  
per omnia, quæ reddidit nobis Dominus. Hoc ipsum dicit sancta  
Ecclesia:

Ioan. 15.

Esai. 53.

Ecclesia: omnium beneficiorum eius memorabor, & super omnia Dominum exaltabo. Inter omnia ergo vnum ex præcipuis fuit glorificatio nostri sacratissimi capitis Iesu Christi. O superne mundi reparator vnde initium sumam? à quibus incipiam tuam admirabilem gloriam recensere? Si iustissimus Pater nullum opus bonum quantumvis minimum sit, præmij im mune relinquit: adeo vt tu dixeris, quicumque potum dederit vni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ tantum in nomine discipuli, amen dico vobis non perdet mercedem suam. Si pro vase aquæ frigidæ propter Deum dato tam supremum præmij Deus retribuit, quid tibi dedisse oportuit validissime dimicator, tamque humilis serue, qui eius præceptis tam perfecte obtemperasti? quid tibi daret. O beatissimum iustorum caput, qui pro gloria, & obedientia Patris, & pro totius mundi salute tale prælium aggressus fuisti, talesque ignominias, labores, ac mortem denique constantissime pertulisti? lurre optimo profecto vniuersus cœlestis exercitus proclamat (vt vidit Sanctus Ioannes) dicens: Dignus est agnus, qui occisus est accipere virtutem, & diuinitatem, sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem. Et quibus laudibus hodie glorificatus fuerit, siquidem lingua non potest explicare, sentiat anima, & interiori affectu delectetur. Quod si aliquis quærat, quod fuerit mysterium, quod cum diuinus hic Agnus toties tam sigillatim discipulis suis labores, quos passurus erat referret dicens: Filius hominis tradetur, flagellabitur, illudetur conspuetur, & postquam flagellabitur, occident eum. Cùm (inquam) hæc omnia tam sigillatim referret: de resurrectione sua vnum tantum verbum addiderit dicens: Tertia die resurget? quare hoc? Ratio est quia corporales labores potuerunt numerari, numerum habuerunt, vt dicit David. Potum dabis nobis in lachrymis in mensura: Resurrectionis autem gloria non potest dici, tanta est, vt nulla sint verba, quibus dignè explicari possit: & ideo illam silentio prætermittebat.

Hodie satisfacit æternus Pater debito, quod huic fidelissimo procuratori, & zelatori sui honoris & obedientiæ debebat, vt ipsemet sperabat, & sic dicebat verba illa, quæ David eius nomine prophetauit. Tu es qui restituis hæreditatem meam

mihî

6 mihî. Cœpit æternus Pater filium suum quatenus homo erat glorificare statim in instanti conceptionis eius, animæ solùm gloriam tribuens: corpus verò passibile, & mortale remanebat. Et quia suis laboribus, corporis gloriam promeruit: sicut de re sibi debita, illi dicit: Tu es qui restitues hæreditatem meam mihî, quæ est gloria mea. Non est tradita illi statim integra hæreditas, debebat enim pro humani generis debito satisfacere: sic namque Pater illi præceperat, & quousque hoc debitum persolueret, sequestrata, & impedita est illi hæc corporis gloria. Et quia quando mortuus est hoc debitum persoluit, atque hac fideiusionem se expedit: ideo dicit Dominus: iam debitum persolui hoc nunc super est, vt mihî hæreditatem meam restituas, & illius possessionem mihî committas: atque ita factum est, quia hæc corporis resurrectio per diuinitatis virtutem effecta est. Sûnt aliqua horologia manualia subtilissima, quæ plurimas habent rotas, & miro quodam artificio ordinatas: hæc si semel perturbentur, nunquam amplius poteris adaptare, nisi illa ad artificem, qui ea confecit, detuleris. Hominem composuit Deus ex neruis, venis, & ossibus, atque ex quibusdam partibus principalibus, quæ alijs minus principalibus motum ac vitam præstant, quasi horologii rotæ maiores, & minores. Denique est in humano corpore tanta ordinario, vt simile sit horologio: & in morte omnis harmonia, & ordo huius horologii perturbatur & destruitur, & nemo sufficit illud reparare, ni artifex, qui illud confecit, ipse enim vnus potest illud restaurare, & in pristinum statum restituere. Atque ideo dicit Christus in quantum homo loquens cum Patre: Tu es qui restitues hæreditatem meam mihî. Et notate quod vna ex illis, qui hac resurrectione peculiari lætitia fructi sunt fuit sacratissima virgo Maria Domina nostra, quæ hodie merito potuit illa verba dicere, quæ Sara nurus Tobias dixit, sit nomen tuum Deus Israel benedictum in secula, quia post tempestatem tranquillam facis, & post lachrymationem, & lletum exultationem in fructibus. Benedictus sis Dñe Deus, quia finitæ temporum vicissitudines commutatas, ita vt nec semper dies, nec semper nox sit, nec semper sit hyems, nec semper ver: sic etiã in rebus nostris commutationem facis, vt post plurimorum laborum procillas gaudiorum, & consolationum tranquillitas adueniat. Nisi quod hæc tempestates sunt breues, serenitas autem citæ æterna. Quod David manifestè affirmat, nã vbi nos legimus

quoniam

similis

Tob. 3.

Psal. 29.

Mat. 10.

Apoc. 5.

Psalm. 79.

Psalm. 119.

*Hiero.*

quoniam ira in voluntate eius. Sanctus Hieronymus vertit sic; quoniam ad momentum ira eius, & vita in repromissione eius idest, quod ira Dei in iustos est breuissima, beneuolentia verò valde diuturna. O virgo sacratissima quis poterit explicare, quantum spiritus tuus exultauerit, quando in auribus tuis coelestium Hierarchiarum cantus insonuit? qua lætitia plena es cum sacratissimum filium tuum ante oculos suscitatum vidisti? Credo ego, & arbitror me non falli, quod tunc non solum eius corpus gloriosum aspexisti, sed quod ineffabiliter tibi demonstrata est Verbi diuinitas, atque ibi omnes sanctorum exercitus vidisti, qui admirabilibus laudibus te benedicere ac super omnes creaturas foelicissimam appellare non cessabant: & agere tibi gratias pro beneficijs, quæ per te acceptant dicebant. Benedicta filia tu à Domino, quia per te fructum vitæ communicauimus. Quot lachrymas refert sacro scriptura matrem Tobie pro filio effudisse, qui uerat ad recuperandas pecunias quasdam, quousque illum locupletissimum & optimè sociatum, sponsamque suam secum ferentem vidit? tunc enim uniuersus luctus versus est in gaudium. Quid autem fuerunt hæc omnia in comparatione lachrymarum, quas purissima virgo effuderat videns asperissimum iter, quod dilectissimus filius suus usque ad crudelissimam mortem confecerat ut recuperaret animas, quas pater æternus amiserat? Videns autem illum hodie tam gloriosum, Angelis sociatum, & secum ferentem sponsam, quæ erat illa sanctorum congregatio, quos ab Imbo abstraxerat: quæ lingua poterit explicare quanta fuerit lætitia, quæ tunc affecta est? O Deus infinitæ maiestatis quomodo scis consolari Dñe eos, qui pro te patiuntur. Tam non videtur ingens prior illa pena in comparatione huius lætitiæ. Si ita consolaturus es eos, qui pro te patiuntur, foelicissimæ eorum passionis, & dolores, siquidem ita remuneranda sunt, & quid erit quando illi, qui in hoc seculo tribulati sunt, se gloriosos videant, & in societate huius gloriosi suscitati, diuina eius essentia perfruentes? O si hoc consideremus, quomodo in aduersitatibus huius mortalis vitæ nos confortaremus! Ideo S. Paulus postquam dixerat discipulo suo: labora sicut bonus miles Christi Iesu: nemo militans Deo implicat se negotijs secularibus, ut ei placeat, cui se probauit. Nam & qui certat in agone non coronabitur, nisi legitimè certauerit: addidit dicens: Intellige quæ dico, dabit enim tibi Dominus in omnibus intellectu. A duerte dili-

*Tob. 10.**2. Tim. 2.*

diligenter hæc, quæ dixi tibi, quæ sunt valde necessaria, in quibus non minus, quam salus tua agitur. Atque ut ad præliandum quasi bonus miles conforteris, memor esto Dominum Iesum Christum resurrexisse à mortuis, fidelis sermo. O foelicissimum verbum! diuinus nuncius, quod Christus surrexit! Nam si commortui sumus, & cõuiuemus, si sustinemus, & conregnabimus. Et postea dicit: Hæc commune testificans coram Deo. Hæc, quæ ego tibi prædico prædica tu omnibus, & eos coram Deo adiura, ut ad hæc diligentissimè attendant. Ecce fratres mei quantum interfit ad faciendum quod debemus, in Iesum Christum resuscitatum oculos conijcere. Et sic, ut Deus homines confortaret, voluit, ut plurimi ex illis sanctis cum nostro diuino saluatore resurgerent, ut dicit S. Matthæus, & multa corpora sanctorum, qui dormierant surrexerunt, & exeuntes de monumentis post resurrectionem eius venerunt in sanctam ciuitatem, & apparuerunt multis. Ut cum Rex principem filium suum equitis insignis decorare vult, & armis nudè induit etiam induit alios nobiles, ut liberalitatem suam ostendat, & omnes ad sui seruitium incitet. Atque hinc intelligetis mysterium, quare veteres Patriarchæ omnes maximo desiderio Hierusalem tenebantur: & sanctus Iacob, præcepit filijs suis dicens: sepeliteme cum patribus meis in spelunca duplici, quæ est in agro Ephron: Ne relinquatis ossa mea in Ægypto, sed deferte me in terram Hierusalem. Quare illud præcipis sancte Patriarcha? nõ es melius hinc inter filios tuos quorsum vis eos tanto labore affligi, & in tanto periculo constitui, ut te ad hostium regionem deducât? & sanctus Ioseph, etiam fratres suos adiurauit dicens: asportate ossa mea vobiscum de loco isto. Quare etiam tu, sicut & pater tuus hoc præcipis? quia credo faciendam esse resurrectionem corporum Hierosolymis, cum Deus resurrexerit, & volumus illic adesse, ut si fortè nobis tam foelix fors contingat, ut ex illis simus. Et ita pie credi potest hos duos Patriarchas fuisse ex illis, qui cum Domino resurrexerunt.

Cantatur in hac sacratissima solennitate hoc euangelium, vbi dicitur, quod tres sanctæ mulieres perrexerunt hodie summo mane ad monumentum & ita dicit: Maria Magdalene, & Maria Iacobi, &c. Hoc primum valde notandum est hinc, quod referens sanctus Euangelista nomina harum mulierum sanctarum prius

Tom. j.

Ff

ponit



ponit Magdalenam peccatricem, quam alias sanctas. Vt quæ sit poenitentia efficacia cognoscatis, quæ facit peccatores iustis anteponi, & valde acceptos, & æstimatos in diuino conspectu remanere. Hoc aperte diuina Maiestas significauit per Isaiam dicens, quiescite agere peruersi: discite benefacere, quærite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam. Et venite & arguite me, si fuerint peccata vestra sicut coccinum, quasi nix dealbabitur, id est, agite veram poenitentiam, recedite à malo, & facite bonum, & ego vobis licentiam concedo, vt me quasi Deum falsum, & mendacem accusetis, nisi vos ad misericordiam recepero. Et faciam, vt si peccata vestra fuerint sicut coccinum, aut purpura quasi candidissima nix efficiantur. Dicit, vt coccinum, quia inter omnes colores, qui magis incorporatur in panno est coccineus, ita vt auferri nequeat. Quauis igitur peccata vestra ita vobis inhæreant, & incorporata sint, vt minime auferri posse videantur, ab illis tamen poteritis recedere, fulcimini, facite quod in vobis est, ego enim animas vestras quasi niuem candidas efficiam. O fratres mei si præterijt quadragesima, nec tamen poenitentiam egistis, nunc habetis tempus, ne hanc occasionem prætermittatis, videte quanti Deus faciat peccatores conuersos, cum eos præferat illis, qui taliter non peccauerunt, vt hic apparet. Hæ tres mulieres emerunt aromata, vt vngerent Dominum. O quam fideles amicæ erant hæ, quam paucos amicos si, niles his reperietis in necessitatibus! sic dicitur in Ecclesiast. Est enim amicus secundum tempus suum, & non permanebit in die tribulationis. Etiam viuum amicum si in tribulatione & aduersitate constitutum vident non recordantur illius cæteri amici: quanto magis mortui obliuiscuntur? Paucissimi sunt, qui in mortuos fideles ostendant, quod est satis mali. Illa optima Ruth dixit de Booz: Benedictus sit à Domino: quoniam eandem gratiam, quam præbuerat viuus, seruauit & mortuis. O quam pium est & quam inmeritorium, mortuorum meminisse, & diuinam Maiestatem pro illis deprecari. O vtinam diuina Maiestas sollicitam curam huius rei in cordibus vestris imprimeret. Hæ sanctæ mulieres non oblitæ sunt facere misericordiam cum sancto defuncto Iesu.

Dicit ergo sanctum Euangelium, quòd vnguentis oneratae venerunt summo mane. Et quid castam diluculo impulit surgere?

agere vñctiones, quas nocte præterita præparauerant. Qui cum Deo recumbit, deuotio illum facit surgere diluculo, & etiam excitat. Sic dicebat David: Deus Deus meus ad te de luce vigilo, & quare tam diluculo surgis David? Homo tot tantisque negotijs implicatus, & tot regionum gubernatione occupatus summo mane surgebat ad laudandum Deum huius rei rationem ipse reddit dicens: sitiuit in te anima mea Domine: tãta est sitis, qua anima mea tui æstuat, vt faciat me cum cogitatione recumbere, quomodo surrecturus sum ad te laudandum, atque ideo vt primum dies illucescit à lecto surgo, atque hæc omnia facio, licet media nocte surrexerim. Media nocte surgebam ad confitendum tibi. O pigri, & carnales, satis profecto ex hoc apparet quam parum Deum diligatis, & eius gloriam sitiatis, cum in mollibus lectis vsque ad meridiem dormiatis, ac si non crederetis aliquid esse plus quam nasci, & mori, sicut bruta animalia. Quod si aliquando mane surgitis optime scitis vos ad quid surgatis, scilicet, quia prima nocte aromata pharmacopolij Sathanæ præparastis, & surgitis vt exequamini, quod constituitis illis. O Deus infinitæ maiestatis, benedicta sit tua patientia, qua tantopere fers tam turpem hominum vitam. Fratres erubescite, attendite quòd estis Christiani, & quod moriendum est vobis, & reddenda ætissima ratio istorum malorum omnium. Quapropter curate prius, quam recumbatis cogitationem, multa bona opera cras faciendi in cordibus vestris proponere, & hoc vos excitabit, & diluculo surgere faciet.

Dicit vltius, quòd hæc vnguenta deferebant, vt vngerent Iesum. Mirabile est hoc. Nunquid hæ mulieres ignorabant, quòd simul cum Ioseph venit Nicodemus ferens mixturam myrrhæ, & aloës quasi libras centum? & nesciebant, quòd sancti illi viri acceperunt corpus Iesu, & ligauerunt cum linteis, cum aromatibus, sicut mos est Iudæis sepelire, vt refert Sanctus Ioannes. Quare ergo sanctæ mulieres plura vnguenta emistis, vt Iesum Christum vngeretis? Ad hoc nobis respondetur, quòd quando amor est ingens non quiescit amator, nisi cum ipsemet dilecto inseruit. Nihil factum existimat, nisi illud ipse fecerit, nec omnia sufficere posse arbitratur, nisi ipse suam debitam diligentiam adhibeat, quando Martha Saluatori nostro Iesu Christo seruebat, dicite, non illi erant ancillæ? sic profecto, & tamen non hoc contenta erat, sed & ipsa ministrabat, & dicebat: Domine non est tibi curæ, sed & ipsa ministrabat, & dicebat: Domine non est tibi curæ, quòd

quod soror mea reliquit me solam ministrare? quia credebatur ad tantum tamque dignum hospitem excipiendum, & illi seruiendum non sufficere vniuersum mundum, & ita illam credere oportebat. Sic hæ bonæ mulieres tantopere Dominum diligebant, vt licet illum vniuersus mundus vnixisset, ipsæ tamen vnguenta sua afferre non desinerent. O si ex animo Deum diligeremus quantum optaremus, vt ei omnes seruirent, & nos essemus in eius seruitio priores, & non acquiesceremus, nec contenti essemus rebus, quibus alij Deo seruiuerunt, quantum sciremus hospitalia, & domos pauperum, atque infirmorum rebus necessarijs abundare, & vinctos carcerum omnia sibi necessaria habere, si (inquit) Deum feruèdè diligeremus, omnibus istis non contenti essemus, & nostra etiam vnguenta quantumuis superflua essent deferre curaremus, quanto magis scientes<sup>22</sup> propter vniuersalem omnium crudelitatem tantam esse illorum inopiam. Illi Angeli, qui in figura peregrinorum Patriarchæ Abrahamæ apparuerunt, vt legitur in Gene. non indigebant pedum ablutione, aut vmbrae apricatione, aut ciborum refectio-  
*Gene. 18.*  
*Chry. soft.*  
*super Gene.*  
 ne, vt ponderat Sanctus Chrysostomus super illum locum, quia spiritus erant. Verumtamen Sanctus Abraham ne meritum ex parte sua amitteret, & si illi non indigebant rebus illis, & sic superflua erant Angelis, eorum pedes abluuit, & vmbrae refrigeratione illos inuitauit, atque splendidissimo conuiuio cibauit. Atque vt Sancti Angeli seruitium illud acciperent, illos mitissimis verbis exorauit dicens: Domine si inueni gratiam in oculis tuis, ne transeas seruum tuum: sed afferam tibi pauxillum aquæ, & lauentur pedes vestri, &<sup>23</sup> requiescite sub arbore, ponamque buccellam panis. Optime cognoscebat quod Angeli essent, & licet essent tres, & diuinas tres personas significarent, quia hæ tres personæ sunt vnus Deus, illis tanquam vni loquebatur modò, modò verò tanquam tribus dicens: Domine, & requiescite, & quanquam hæc omnia cognoscebat, illos hac instantia inuitabat, vt seruitium illud acciperent, quod rectè sciebat illis non esse necessarium; sed sibi potius. Et ideo dicebat: si inueni gratiam. Ego (inquit) sum qui beneficium accipio, ego hanc gratiam à vobis accipere spero, quod exemplum conuenientius huc poterat afferri, quam quod modo dicimus: quod quanuis pauperes tam parū elec-

<sup>24</sup> eleemosynis indigerent, quam Angeli, vt tamen amoris nostro, ac charitati satisfacere, eos deberemus rogitare, & sollicitare, vt nostra pietatis seruitia recipere dignarentur. O quot & quantum circa hoc est lachrymandum! quam miserabile est videre tot proximos, in tantis necessitatibus constitutos, & multorum diuitum abundantiam vanè consumptam: qui quia Dei amorem non habent non recordantur illis subuenire, & ex alia parte illam in rebus impertinentibus, & in secularibus vanitatibus consumunt. O diabolicam cæcitatem! quod cum tot dies, menses, & annos, diuitias, atque ingenia in mundi seruitute consumpseritis, conspicientesque quam parum utilitatis, quantumque detrimenti ab eo acceperitis illum tamen tantopere diligatis, vt non sufficiat hoc, ad vos fatigandos, sed quod in dies magis, ac magis tanta voluptate consumatis, ac si in eo animæ salutem compararetis. Ad faciendum verò seruitium Deo statim existimatis vos esse pauperes, & magnis debitis alligatos, & non habere facultatem ad illud faciendum. Legitur de maledicto Balac Rege Madian, *Num. 23.* quod vt appetitui suo satisfaceret, atque vt Balaam Israeli malediceret plurima altaria edificauit, & plurima animalia in offerendis sacrificijs consumpsit. Et quanuis vidisset, quod nihil sibi prodesset, alia plurima altaria in alio monte reedificauit & animalia immolauit, ne hoc quidem illi profuit: sed non fatigatus est tam impertinentes illos sumptus facere & iterum in alio monte alia plurima altaria erexit, & multa animalia mactauit, & absque vlla utilitate, cum semper illuderetur, & tamen nunquam à sua pertinacia recessit. Ecce quid ad literam inter miseros filios huius sæculi agatur, quod neque laboribus neque sumptibus defatigantur, nec sumptui, nec diligentia parcunt, quando mundo, & diabolo seruituri sunt: & cum videant labores & sumptus præteritos nullam sibi utilitatem attulisse, non tamen defeciscuntur, sed pertinaces sunt in illius seruitute, qui nullas illis gratias refert. Dic infelix homo, qui totam vitam tuam consumpsisti in erigendis aris diabolo, & mundo, quid commodi percepisti, ex tot diligentijs, & sumptibus, quos in seruitute seculi fecisti: quem fructum tibi attulerant labores, quos in eius seruitio pertulisti: quare non verecundaris, & confunderis, cum videris, quo-

tes ab illo illufus fueris, ab eius tamen feruiture non recedis, fed  
 nunc promptiores ad illi feruendum quam nunquam. Verum  
 non effiet iam rationi contentum, ut iam fraude hanc animadu-  
 uerteres, & huic liberalissimo Domino feruire inciperes, cui tan-  
 tum debes, quique tam liberaliter tibi perfoluet quicquid in  
 eius feruio feceris. **O** utinam diuina Maieftas te illuminet, ut  
 sic facias. **Et dicebant ad inuicem: Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio mo-  
 numenti? Progredebantur ancillæ Domini in via fira, & ma-  
 xima curâ, & follicitudine angebantur dicentes: Quis reuoluet  
 nobis lapidem ab ostio monumenti, quia maximus est? quando au-  
 tem accefferunt, uiderunt reuolutum lapidem. Angelus enim de cœ-  
 lo descenderat, qui illum euoluerat. Quoties hoc contingit  
 illis, qui conftituunt Deum quæretæ & in monumentum per-  
 28 gere, quæ est religio, hic enim est locus mortuorum, in quo  
 docemur paffiones mortificare, & mori mundo, & carni, fo-  
 liquæ uero Deo uiuere. Quoties etiam hoc illis accidit, qui  
 Deo maxime uolunt feruire, ftatim enim plurima in corde  
 fuo euoluunt, & quasi cogitationum mare efficiunt, quis re-  
 uoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? quis religionis  
 austeritatem, ieiunia, uigilias, ac uerbera tolerabit? O animi  
 debiles, foemineæ, ac diuino auxilio parum confidentes ac-  
 cedite, accedite, & uidebitis lapidem reuolutum: Angelus  
 enim Domini descendit de cœlo, qui illum euoluit. O mag-  
 ni confilij Angele Iefu Chriftæ tu Domine de cœlo descen-  
 disti, atque omnes difficultates abstulifti, asperitatesque uix  
 mortificationis fpiritalis dulciffimas reddidifti: O quam  
 29 frequenter ferui Dei hoc experiuntur, qui lapidem reuolu-  
 rum cernunt, uidentur enim nullam difficultatem inueni-  
 re in uirtutis operibus, quæ ex natura fua sunt graua, & la-  
 boriofa, imò in eis uoluptatem, & faporem inueniunt, ut  
 inueniebat Sanctus Paulus, cum diceret: Condelector enim  
 legi Dei fecundum interiorem hominem. Condelector, id  
 est, vndique delectatur Spiritus meus lege Domini, & Da-  
 uid dicit: lux orta est iufto & rectis corde lætitia, quod foli  
 iufto, qui diuinam legem custodit: iure debetur bonus & læ-  
 tus dies, ac cordis exultatio: & aliqui legunt hic ut ex He-  
 braeo textu conftat: lux facta est iufto, & rectis corde læ-  
 titia**

Rom. 7.

Ps. 96.

30 titia in factis literis crebro per lucem prosperitas, sicut per  
 tenebras aduersitas designatur. Et ita hic Dauid uult dice-  
 re, quod prosperitas, dulcedo, & confolatio fuit facta iufto, &  
 rectis corde lætitia. Solus enim iuftus ad hæc ius habet, &  
 ifta merito poffidet: nam peccator cum lætitiâ, & profe-  
 ritatem poffidet, est iniuftus illius poffeffor. Satis uerifica-  
 tum est hoc in his sanctis mulieribus, quæ non folum re-  
 uolutum lapidem inuenerunt, fed Angelum etiam pulcher-  
 rimum in forma iuuenis feftinis uetibus indutum uide-  
 runt, qui lætiffimos nuntios sanctiffimæ Refurrectionis Do-  
 mini illis declarauit. Ecce finem, quem habent timores  
 illorum, qui licet fibi difficultates obijciantur, ulterius pro-  
 grediuntur, ficut fecerunt hæc benedictæ mulieres, quan-  
 31 uis illis lapidis magnitudo obijciebatur, & quod illum non  
 poffent euoluere. Dominus clementiffimus, qui eas, con-  
 fortauit, & confolatus est, nos etiam gratiæ fuæ fortitudine  
 fulciat, & corroboret, & poftea gloriæ lætitiâ confoletur fem-  
 piterna. Amen.

### Feria Secunda in Refurrectione Dni.

*Duo ex difcipulis Iefu ibant ipfa die in caftellum  
 quod erat fpatio ftadiorum feexaginta ab Hierufa-  
 lem nomine Emmaus. Luca. 24.*

**MAXIMA** Est obligatio, quam habemus in hac glo-  
 riofiffima feftiuitate diuinis uifceribus fentendi,  
 quas in ea facta Ecclefia nobis repræfentat. Hodie nobis ce-  
 leftis medicina deregitur, qua labores curemus: Hodie fauiffi-  
 mus finis, quem follicitudines, & labores propter Deum tolera-  
 ti habent, nobis declaratur: hodie deniq; nobis demonftratur pro-  
 fperitas, qua terminantur res iufti, qui in manus Domini com-  
 mendantur. In admirabili enim Saluatoris noftri Iefu Chrifti re-  
 ff 4 surre-

resurrectione hæc omnia ostenduntur. Est hic articulus tam so-  
 lennis ac celebris, ut etiam insensibiles creaturæ illum sensisse  
 videantur, ut dicit sanctus Mattheus. Et ecce tertia motus factus  
 est magnus. Hic est dies ex proposito institutus, in quo nobis di-  
 uitia, & magnitudo Dei ostenduntur. Dies in quo diuini pecto-  
 ris nobilitas detegitur, diesque in quo confirmantur fiducia, &  
 spes, quas iustus in Deo habere potest. Perspicuum est enim,  
 quod qui pro nobis mortuus est, resurrexit, & ascendit in cœlum  
 non nos odit. O quis haberet linguam ad explicandum, & spiri-  
 tum ad sentiendum quomodo sanctorum atque Angelorum ex-  
 ercitus cum illa gloriosissima Dei anima exeunt canentes, & di-  
 centes. Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius, & fugiant  
 qui oderunt eum à facie eius. Sicut deficit fumus, deficiant: si-  
 cut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei. Et  
 iusti epulentur, & exultent in conspectu Dei, & delectentur in  
 lætitia. Cantate Deo, Psalmum dicite nomini eius, date glo-  
 riam laudi eius, iter facite ei, qui ascendit super occasum. Domi-  
 nus nomen illi. Exurgat Deus gloriosus, & significet inimicis  
 suis, quod dissipandi sunt, & sicut cera in igne defluit, & pul-  
 vis à venti conspectu deficit, ita ipsi à diuino conspectu peritu-  
 ri sunt. Ita hodie debiles, & absque viribus remanent dæmones.  
 Iusti autem lætentur hodie in conspectu Dei. Cantate Deo,  
 iter facite ei. O gloria animæ meæ iter faciant tibi Angeli se-  
 denti super mortem, & sepulchrum, qui ascendit super occasum.  
 Et defers epithalamium & titulum, Dominus nomen illi. O  
 quanta cum lætitia, & exultatione hodie ab illis infernalibus  
 carceribus exhibant. Sanctus Propheta Isaias hoc prædixerat,  
 dicens: Dabit impios pro sepultura, & diuites pro morte sua. Im-  
 pij hic significant peccatores, etsi hoc nomen plerumque signi-  
 ficat pessimos, & infames: hic tamen pro omnibus peccatoribus  
 cuiuscunque generis sumitur. Ut etiam in hoc sensu sumit san-  
 ctus Paulus, dicens: cum adhuc infirmi essemus, secundum tem-  
 pus pro impijs mortuus est. Per illud verbum diuites, intelligen-  
 tur sancti Patres, nam scriptura diuina iustos, diuites appellat.  
 Ut patet ex Psalmis, ubi dicitur: Vultum tuum deprecabuntur  
 omnes diuites plebis, & ex Paulo. Præcipe diuites fieri in bo-  
 nis operibus, & Iacobo, diuites in fide, & hæredes regni. Di-  
 cit igitur Esaias, quod sanctissimus Redemptor morte, ac sepul-  
 tura

Mat. 25.

Psal. 67.

Isai. 53.

Rom. 5.

Psal. 44.

1. Tim. 6.

Iacob. 2.

tura sua lucraturus erat peccatores, qui in peccatis suis commo-  
 rabantur, & iustos etiam, qui carceribus vincti tenebantur. At-  
 que hi hodie exeunt diuites, non solum gratiæ & meritorum,  
 quibuscum ex hac vita transierunt, sed etiam gloriæ & exulta-  
 tionis locupletes. Et exeuntes transeunt cuncti cum sanctissima  
 anima Iesu Christi filij Dei, & transeuntes per Caluarie locum  
 maxima reuerentia adorat crucem, quæ adhuc illic erat imma-  
 culati agni sanguine conspersa, quæ propter festum nondum  
 ablata fuerat. O quam ineffabili suavitate, ac dulcedine illam  
 salutarunt, dicentes: O crux pretiosa, ô salutis nostræ sacratis-  
 simum instrumentum. O benedictus locus ubi redempti sumus,  
 ô lapides sacrosancti diuino Dei sanguine conspersi. Progrediuntur  
 ulterius, & ad sanctum sepulchrum accedunt, in quo pretio-  
 sissimum corpus Domini iacebat, & illud omnes illi exercitus  
 Angelorum, & sanctorum circundant, & accedit illa gloriosis-  
 sima anima ad caput sepulchri, & incipit dicere: Exurge gloria  
 mea, exurge psalterium, & cithara. Exurge corpus meum, & com-  
 municabo tibi gloriam meam: siquidem tam fidelis socius meus  
 fuisti: vocat corpus psalterium, & citharam. Psalterium enim  
 instrumento tactum sonum immittit, cithara verò oportet ut ma-  
 nibus attingatur, quod musicam proferat: sic illud sanctissimum  
 corpus, clavis, spinis, verberibusque peractum fuit, atque etiam  
 hominum manibus, quæ illud alapis, & colaphis percusserunt: &  
 ideo illud appellat psalterium, & citharam. Et in eodem instan-  
 ti anima in illud infusa est, & illi gloriam & splendorem suum  
 communicauit, & statim gloriosum, pulcherrimumque surrexit.  
 Sicuti nubes nigra, & obscura ubi primum sol in eam reuerberat  
 ita pulchra, & splendida efficitur, ut ipse sol esse videatur: ita il-  
 lud sanctissimum corpus, quod tam obscurum, ac verberibus, vul-  
 neribusque deformatum, & cruore infectum erat, simul ut ani-  
 ma gloriosissima in illud infusa est, pulchrum, & splendidum, ut  
 sol remansit.

Psal. 56.

Simila.

Luc. 21.

Dixerat Dñs: Videte ficulneas, & omnes arbores, cum pro-  
 ducunt iam ex se fructum, scitis quoniam propè est æstas: ita, &  
 vos cum videritis hæc fieri, scitote quoniam propè est regnum  
 Dei. Videte (inquit) has arbores quales sint in hyeme mortuæ, sic-  
 cæ, & deformes, inæunte autem vere non ceratis quomodo reui-  
 uiscant? Qui naturæ discursum ignoraret, & illas videret folia

amittere, & sic mortuas remanere, arbitraretur quod nunquam de-  
beret reuiuifcere: & qui eas non vidisset in principio hyemis, & il-  
las in eum vere animaduerneret, quod nouas frondes, ac flores fru-  
ctusque producerent, & tamen virides, & decorae efficerentur, diceret  
illas denuo resurrexisse. Sic (ait Dominus) cum videritis signa in sole, &  
luna credite iam propere esse corporum vestrorum redemptionem. Vbi  
apparet, quod corporum glorificationem arborum viriditati comparauit.  
Et ita non caret mysterio quod Christus sapientissimus Magister  
decreuerit, ut sua gloriosa resurrectio eo tempore esset, in quo nobis  
ipsa natura resurrectionem persuadet. Tunc enim arbores reuiuif-  
scunt, floresque ac frondes producunt. Et idcirco dicitur a nobis Pa-  
scha floridum. Exit igitur bonus Iesus ex morte triumphum reportans,  
gloriosus, impassibilis, & immortalis, & cum illa gloriosa societate  
primam stationem facit ad sacratissimam virginem genitricem suam,  
que tunc in oratione commorabatur, mestissima, & lacrymis per-  
fusa cum maximo desiderio expectans, quando totum suum bonum  
aduentaret. Et ecce Angelus Gabriel ingreditur ad illam, latissimi-  
mos illi afferens nuncios, sicut attulit olim de primo ipsius aduen-  
tu ad mundum. Et ingressus rutilanti vultu, ac corpore, flexis ge-  
nibus illam allocutus est, dicens: Regina celi letare, Alleluia, quia  
quem meruisti portare. &c. Letare Domina: iam enim lumen oculorum  
tuorum resurrexit, & venit ut te consoletur. Statim appropinquabit  
cum illa multitudine sanctorum, quos ex infernali carcere abstraxit.  
Adhuc eo loquente, ecce sanctus sanctorum cum omni illa gloriosa turba  
ad illam ingreditur. Cum sacratissima virgo sanctissimum filium suum  
cum tanta pulchritudine, gloria, ac maiestate perspexit, qua lingua poterit  
explicari gaudium, & exultatio, qua eius spiritus repletus est: Angelus  
pacis letamini cum hac sanctissima virgine, o celi, o terra, atque  
omnes creaturae exultate propter letitiam genitricis Dei vestri.  
Personant cherubim, & concinunt omnes illi beatorum spiritus dicentes  
etiam: Regina celi letare, &c. Prostrernit se pretiosissima Mater ad  
sacratissimos pedes beatissimi filii sui, & tota exultatione perfusa non  
cessat sacratissima illa vulnera maximo splendore radiata osculari  
dicens, o vulnera benedicta ex vobis nuper tristitiam accepi: & ex vobis  
nunc mihi exultatio emanat. O corpus sacratissimum, quod ego tam  
vulneratum, totaque tormentis afflictum vidi, tantum nunc mihi voluptatis  
affers,

quan-

quantum tunc meroris attulisti. Iam tristitiam meam gloriosa  
saluatoris mei presentia penitus ablatam video. O pater misericordiarum,  
& Deus totius consolationis immensas tibi gratias ago quia sic  
molestissimum cor meum laetificare voluisti.

*Ipsa die duo ex discipulis eius ibant. &c.* Hæc dies est dies consolationis,  
& ideo afflictorum consolator sese offert: tribus. Quod enim in mundo  
afflictos consolatur, est resurrectio, quia credunt se cum illo  
conresurrecturos esse. Cum Iob tam obsessum merore se videret & a  
coelo, terra, diabolis & hominibus se persecutum animaduerneret:  
hac sola consolatione subleuabatur dicens: Credo quod redemptor meus  
viuit, & in nouissimo die de terra resurrecturus sum. Credo (inquit)  
Redemptorem meum viuere, & videor mihi iam nunc illum suscitatum  
aspicere. Et singulis horis se hac consideratione muniebat, ut ipse  
significat dicens: putas nempe mortuum hominem rursus viuere?  
respondet ipse dicens: cunctis diebus, quibus nunc milito, expecto  
donec veniat immutatio mea. Scilicet, ad resurrectionis gloriam  
omnibus diebus vitæ meæ (qui omnes sunt belli, & contradictionis)  
hac spe munior, credens, quod aliquando tandem bellum in pacem,  
& poena in æternam gloriam conuertetur.

Et in cap. eiusdem Iob dicitur de iusto: miseriam quoque obliuisceris,  
& quasi aquarum, quæ præterierunt non recordaberis. O iuste pro  
pera nunc, aliqua enim dies adueniet, in qua laborum non recordaberis,  
& quod bene vixeris, & aliquid propter Deum passus fueris lætaberis:  
tibi que omnes præteriti labores quasi torrens diuicies in vere videbuntur,  
quæ celerrimè præterijt, & statim torrens exsiccatum mansit. O quæ  
nostra interest fratres mei ne hic articulus à memoria nostra excidat,  
sed crebro illum meditemur, hac via ut nos ad gloriosam resurrectionem  
preparemus, & superuentia infortunia patienter ferentes nos  
consolemur. Atque hæc est una ex expositionibus, quæ optima  
quid est, qua illa verba S. Pauli declarantur, ubi dicitur: resurrexit  
propter iustificationem nostram. Nam gloriosæ resurrectionis Domini  
consideratione anima fide adiuta in amore tantum illius status inflamatur.  
Et hinc puenit, quod à vitijs recedat, peccatorumque suorum  
penitentiam agat, & hac via ad iustificationem disponatur.  
Cum igitur hic dies tantæ letitiæ sit, voluit Dominus his duobus  
discipulis suis in itinere offerri, atque illis adiungi, qui tristiterant,  
ut merorem ab eorum cordibus auferret, eosque exultatione reple-  
ret. Notate quod dicit. *Duo ex discipulis.* Non enim erat Apostolus  
non tantum persona-

Iob. 19.

Iob. 14.

Iob. 11.

Roman. 8.

sonarum dignitatem, quantum necessitate considerat: & idcirco magis indigentibus remedio occurrit. Hoc docuit statim in principio in mundi constructione, quod significat in illo verbo, quod in *Genesi. 1.* Genesi dixit: germinet terra herbam virentem, & facientem semen, & lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum. Erat coelum, sed nondum erat stellis ornatum; erat aer sed nondum in eo erant aues: erat etiam & mare, nondum tamen erat plenum piscibus, erat etiam terra sed nondum erat plantis nec arboribus exornata. Volensque haec omnia exornare incepit a terra, quae celo, aeri, & mari est inferior. Sic oportet esse fratres, quod prius debetis debilibus, & magis indigentibus subuenire. Ea propter apparuit Dominus prius illis, qui remedio magis indigebant, sicut erant mulieres imbecilles, & hi duo discipuli, qui iam ferè a se de deficiebant. Non intrat in hanc regulam sacratissima Virgo Maria, ut enim supradiximus, ipsa prima fuisse creditur, quae Dominus noster Iesus Christus post resurrectionem suam visit.

*Ibant ipsa die.* Abibat iam quasi discedentes ab schola Iesu Christi sui sanctissimi Magistri, quia mulieres eos deterruerunt. O quot in hac die discedent ex illis, qui Domini discipuli esse, & in eius sancto seruitio coeperant ambulare. Iumenta, quae alligata sunt, cum sic violenter teneantur, ut primum a vinculis dimittuntur curfant, calcitrant, ac fugiunt, ita, ut a nemine detineri possint. Sic aliqui ex vobis, cum in hac quadragesima alligati fueritis, & utinam non ita sit, si enim violenter vincti fuistis vinculum illud non fuit amoris: nunc autem iam dimissi esse videmini: reperitis libertatem salendi, calcitrandi, & creatorem vestrum offendendi. Videbamini vobis in tempore sancto alligati esse eo quod tam impudicè, & liberè turpitudinibus vestris uti non possitis: nunc verò iam arbitramini quod ad omnia facultatem habetis. Si fluuius ab alueo abstrahatur, cum iam ex longo tempore profundum canalem aperuerit per quem defluit difficillimè ab eo abstrahitur, ubi primum autem potest statim omnia impedimenta dirumpit, & in pristinum alueum reuertitur. Sic plurimi ex vobis cum consueveritis cum maxima libertate, & dissolutione vivere, & cor vestrum finire, ut sensualium appetituum decursum sequatur: cum in quadragesima aliqua violentia vobis facta fuisse videatur (sanctimonia enim temporis, obligatio confessionis, & bonum exemplum aliorum proximorum omnia haec erant

impe-

impedimenta, & obstacula, quae vos per aliam partem defluere faciebant) nunc maiori impetu diruptis his obstaculis reuertetur fluuius per pristinum alueum. O fratres mei non ita sit per reuerentiam Dei, ne tanta ingratitude cum diuina Maiestate vitamini: ne velitis modò recuperare tempus in quo vos a peccatis continuistis. Ecclesiastici in quadragesima praeter mittunt, Alleluia, in paschate vero pro vno, quod praetermiserunt cantant decem simul: sic vos in quadragesima praetermiseritis aliquomodo letitiam, vanitatemque saecula rem, conuiuia, & alias voluptates, nunc verò in tempore paschali pro vna voluptate vultis decem assumere, videte qualis modus sit hic religionis Christianae, & quanta inconstantia in virtute. Pudeat vos fratres mei tam inconstantes esse: verbum, quod Deo promisistis toties fragentes. Aduertite quia Sanctus Paulus dicit: Quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam patris. Ita & nos in nouitate vitae ambulemus. Res est profecto terribilis consideratio perfectionis, quam à nobis hic petit Beatus Paulus: dicit ut nos mortales, peregrini, & miserissimi, sicut Christus suscitatus, & gloriosus. Quod imitentur sancti, qui in caelo commorantur bonum Iesum gloriosum non est mirandum, cum de illis cantet ecclesia dicens: qui sequuntur Agnum quocumque ierit. Quod autem nobis plenis tot passionibus, & miseris dicat Sanctus Paulus: quomodo Christus surrexit, ita & nos: hoc est maximè mirandum. Dico quod si diuino favore adiuti sumus non petit à nobis rem nimis difficilem. Non enim petit, ut gloriosus sumus sicut Saluator noster Iesus Christus: sed ut quemadmodum ille per suam sanctissimam resurrectionem de mortuorum societate exiuit, & ad viuorum consortium venit, & dispari ratione vixit, qua antea vivebat: ita & nos ad eius imitationem ex omni spiritus mortalitate exeamus, & omnem virtutem amplectamur, atque ad hoc faciendum nos ab omni mala societate separemus, ne iam cum hominibus mortuis, id est, cum hominibus, qui dediti sunt vitijs conuersemur. Videte (ait Sanctus Paulus) quomodo Christus iam non moritur, & ob hanc causam cum surrexit mansit in don, & sudarium in monumento: & nudus, gloriaque indutus, & immortalitate resurrexit. De Lazaro autem dicit Sanctum Euangelium quod in dono inuolutus resurrexit, & idem dicit de filio viduae. In trieni quando qui inuiti remigant à remigio foras exeunt exit semper vnusquisque annulo

*simile.*

*Roma. 6.*

*Apoc. 14.*

*Ioan. 11.*

*Luc. 7.*

*simile.*



nulo ferro, pede cōstricto & partē catenę baiulans, sicut homo qui iterum ad remigiū reuersurus est. Illi resuscitati Lazarus, & alius adolescens cum sindone resurgunt sicut homines, qui iterum morituri sunt, quiq; ad sepulchri trierem redituri sunt: idcirco cū vinculis exierunt. Iesus Christus verò tanquam dux præstātissimus, qui nullo vnquam tempore ad sepulchrū reuersurus est, exit absque sindone immortalitate plenus. Ad cuius imitationem cum à peccati morte resurrexerimus, ab omni mortali culpa, & mortuorum conuersatione oportet nos segregari. Quis verbis satis dignè poterit explicare, quantum sit malę conuersationis incommodū? In libris Esdrę dicitur quòd ædificantibus Hebręis templum Domini post reditum à Babylone accesserunt ad eos gentiles finitimi offerentes se illis cum adiutorio, & dicentes: Ædificemus vobiscum, quia ita vt vos querimus Deum vestrum. Quibus Zoro-<sup>21</sup> babel, & Iosue, & reliqui principes patrum Israel responderunt dicentes: Non est nobis, & vobis vt ædificemus domum Deo nostro, sed nos ipsi soli ædificabimus Domino Deo nostro Israel, & non acceperunt hoc auxilium, solum vt nociuam conuersationē conscientijs suis euitarent tanquam homines Deū timentes. Heu heu quomodo hoc dicam? quā pauci reperientur modò, qui propter timorem Domini, & vt conscientijs suis non nocent, ab illis recedant, à quibus vtilitatem aliquam sperant impetrare, quanuis sentiant maximum incommodum spirituale, quod sibi ab eorum conuersatione dimanat! ò si Deus nobis oculos aperiret, vt intelligeremus, quòd mala conuersatio incipit bonos destruere, & malos penitus euertit. Quemadmodum manus quantumcūq; albę sint, si carbones cōtrectant, ab illis coinquinantur, & quantumuis viridia sint ligna si multo tempore sunt in igne ali quando tandem inflamantur, sic licet iustus quis sit, nimia mortuorum, & dissolutorum hominum conuersatione coinquinatur, & incenditur. Aduerte quòd homines peccatores sunt carbones, & ignis, aduerte quòd te contaminabunt, & comburent. Etiam nobis vult Sanctus Paulus in his verbis significare nullam esse virtutem, quę pretiosa sit nisi sit cum perseuerantia, cum dixerit: Quomodo Christus resurrexit, ita & nos &c. sicut Christus iam non moritur: ita oportet spirituales mortem in nobis non amplius dominari.

Dicit vterius Sanctum Euangelium, quòd hi, qui proficisce-

ban-

<sup>23</sup> bantur erant duo. *Duo ex discipuli Iesu ibant.* Ecce signa discipulorum Domini. In eo quòd bini vadant cognoscetis cuius scholę sint. Semeles eos misit binos ante faciem suam. Dicitur, quòd Petrus, & Ioannes ascendebant in templum. Ad orandum, & prædicandum ibant bini: & cum irent ad adducendam asinam, & pullum eius misit duos ex discipulis suis. Atque hi nunc, et si proficiscebantur, quasi aberrantes, non tamen bonam illam consuetudinem amiserant, bini enim ibant. Et hæc societas vltra id quòd est solatium, & itineris subleuatio & remedium ad puritatis custodiam personarum quę cautionem: est etiam excellens medicina ad arrogantiam comprimendam: quid etenim efficacius reperiri poterit ad curandum superbum, qui cupit esse singularis, & alijs excedere, quàm dari huic socium in omnibus æqualem, vt videns illum caput humiliet, & non se tanti æstimet? Hoc decreuit diuina providentia ad humilitatem causandam, vt nemo tam singularis in vna virtute esset, quin alium tam perfectum, aut perfectiorem etiam haberet, in quem oculos conijceret. Sicut in lyra omnes chordę habēt sui æquales & sunt dispositę binę præteream quę dicitur prima, quę nullam habet æqualem, ita in hac ecclesia militanti, quę est optimè temperata Spiritus Sancti sapientia omnes chordę sunt binę. Hoc est, nullus est quantumuis bonus, qui non habeat æqualem. Sola prima, quę est sacratissima virgo Maria Domina nostra est singularis: quę neque primam similem visa est, nec habere sequentem.

Dicit vterius Sanctum Euangelium, quod hi duo discipuli, *ibant in castellum.* Proficiscuntur ex ciuitate regia, & pergunt in villam nomine Emaus. Homines à quorum cordibus recedebat Deus, quòd vultis, vt vadant, nisi ad castellum? Non meministis finem illius filij prodigi, qui à patre suo recessit? tandem fuit porcarius, in villa quadam: eò enim miseriarum deuenit. O quam humiles & abiectas cogitationes habent, qui à Deo recedunt. Efficiuntur rustici, & agrestes sicut illi Hebręi, quos cum Deus plurimi æstimaret, & pane angelorum manibus pisto saturaret, non sapiebant rem tam delicatam, & dicebant stentes: in mentem nobis veniunt cucumeres, & pepones, porriq; & cepe & allia. Anima nostra arida est: nihil aliud respiciunt oculi nostri nisi, Man. O rustici, qui cibum Dñi non sapitis, nisi alias

Luc. 20.

Act. 13.

Luc. 19.

simile.

Luc. 15.

Num. 11.

1. Esdr. 4.

simile.

Psal. 14.

alias res viles, & nociuas homini. Tractatio iustorum, est nobilitas & urbana. David quærebat dicens, Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? & respondet. Qui ingreditur sine macula, qui ne minima quidē macula contaminatus fuerit, sicut rusticus, sed mundus fuerit anima: sicut nobilis, & urbanus est mundus vestibus. Qui operatur iustitiam: hoc est quod induat se vestibus iustitiæ: quod omnia eius opera debent esse secundū diuinam legem: ad similitudinem politissimi viri urbani, opera enim peccatoris sunt sicut vestes rustici, absq; forma, & moderamine omnia incōpta, & inordinata. O fratres mei si frequenter in cælestis regis cura conuersaremur per affectum, amorem, assiduamq; cōtemplationem, quantum hoc exteriori splendore appareret, quā mundi, & absq; culpæ macula, quāque perpoliti, & sanctorū exercitationum vestibus exornati incederemus. Sed nos vt homines abiectorū intellectū ab hac sancta urbanitate recedentes vilē, & rusticā peccati consuetudinem amplectimur. Et volumus esse quasi porcarij nostros brutos sensus pascentes.

Cū sic inuicem inter se loquentes in illud castellum pergerent. *Et ipse Iesus appropinquans ibat cum illis.* Ita vt ipsi illum non agnoscerent, & accedens ad eos interrogauit dicens: *Qui sunt hi sermōnes, quas confertis ad inuicem ambulantes, & estis tristes?* Ecce ingenium Christianorum hominum huius temporis, qui nescimus de Deo loqui nisi cum sumus, tristes, cū infirmitate, cū infortunio, persecutione, ac labore fatigamur. Tunc agimus quā vanus sit hic mundus, & quā prudenter faciant, qui eum relinquunt & tunc suspiramus ad Deum, sicut illi, de quibus ipse Dominus loquitur per Oseam dicens: in tribulatione sua manē confurgunt ad me. Venite reuertamur ad Dominum, quia ipse cepit, & sanabit nos: percutiet, & curabit nos. Et quanuis hoc non sit malum; videmur tamen quasi inuiti hoc facere? & nihil aliud facere posse maximæ imperfectionis est, non agere, nec loqui de Deo nisi in tristitia, & tribulatione: in voluptate autem ita illius obliuisci, ac si homines rationales non essemus. Nō sic faciebat ille, qui dicebat: si oblitus fuero tui Hierusalem obliuioni detur dextera mea. Adhæreat lingua mea faucibus meis si non meminero tui, si non proposuero Hierusalem in principio lætitiæ meæ. Obliuiscar (inquit) ego mei ipsius, & faucibus meis lingua adhæreat: si vilo vnquā tēpore oblitus fuero tui o ciuitas Dei, Et quando futura est hæc memoria? in prin-

Osea. 6.

Psal. 136.

29 principio lætitiæ meæ. Cū maiore lætitiā habuero, atq; in principio illius: tūc recordabor, & dicā. Hæc est Deus, est cælū: & infernus ne tantū bonū amittā, actātū malū acquirā propter hanc lætitiā transitoria. O fratres, quā necessariū est, vt de hoc agatis in medio lætitarum, voluptatūq; vestrarū, atq; etiam in initijs illarū, ne forte mentes vestras præuertant, & illis amentes peccatū aliquod cōmittatis. Quando vaditis ad deambulandū, ad conuiuū, ad recreationē mementote prius, quod est Deus, & cælū, est etiā infernus: vt ita moderatē istis vtamini, vt propter illa diuinā Maiestatem nō offendatis. Ibant hi tristes: & de Deo loquebatur: & interroganti Dñō, qui essent sermōnes illi? respondit alter dicēs: *Tu solus peregrinus es in Hierusalem?* Hæc eadem verba possumus omnes illi dicere, quod solus ille est in hoc sæculo peregrinus: nos enim omnes sicut incolæ in

30 eo cōmoramur, & ita hoc miserabile exilium diligimus, vt sola recordatione, quod ab eo discessuri sumus mortis doloribus afficiamur. O incōmutabilis Deus quā miserabile est nos tot tamq; altas radices in terra egisse, que quasi transitus ad æternā vitā nobis data fuit, omnia hæc ex eo proficiscūtur, quod in aliqua sua uia, & delectabilia oculos coniecerimus cum nimio affectu, quæ quidem Deus nobis dedit, vt appetitus, & desideria nostra ad æternas delicias excitaret. Quāquā Loth iustus erat, dicit sacra scriptura quod cū esset mane cogebāt eū Angeli dicēs: surge tolle vxorē tuā, & duas filias, quas habes: nē & tu pariter pereas in scelere ciuitatis. Dissimulāte illo apprehēderūt manū eius, & manū vxoris, ac duarū filiarū eius, eò quod parceret Dñs illi: eduxeruntq; eum, & posuerunt extra ciuitatē. Quid vobis hoc videtur fratres mei? quod cū

31 Angeli ei dicerent quod volebat Deus ciuitatē illam concremare, & illū cōpellerēt, vt exiret, nē ibi cū malis periret, tamē simulabat nec exire volebat, ita vt necesse esset quod Angeli illos manu apprehēderēt, & extra ciuitatē educerēt, quasi inuitos, mira profectō affectio hominis, & hominis quidem iusti. Amor enim pulchritudinis, & amœnitatis regionis illius illū sic pertinacem reddebat. Amœnitas, & fertilitas Sodomæ eum commouit, vt illam in habitationem eligeret, & eadem fertilitas eum retinebat, quominus ab illa libenter exiret. Sed cū haberet optimos fautores, quamuis ipse simularet, ipsi tamen illum compulerunt, & extra ciuitatē, qua firenuentem deduxerunt. O si Deus Angelos mitteret, qui nos cōpellerent, vt hanc turpissimam Sodomā relinqueremus, o si talia

auxilia in nostris, p<sup>r</sup>ximis haberemus, vt nobis essent quasi Angeli, qui suis velis, cōsilijs, ac bono exēplo nos mōnerēt, atq; etiā compellerēt, vt ab his incēdijs, abominationibus, ac voluptatibus huius seculi exiremus atq; tanquā veri peregrini super facie terre viuere mus. Peregrinus ex itinere defatigatus progreditur cogitans qua exultatione ab vxore sua recipiendus, & qua alacritate à filijs amplectendus est, & quātū gauisuri sunt amici suo aduētū, & quomodo cū omnibus delectāndus est, atq; hac cogitatione, & recordatione itineris sui laborē mitigat ac subleuat, & maxima cū celeritate p<sup>r</sup>greditur desiderans iā domū suā propinquare. Nunc siquidē Christiani sumus, & nō habemus hic ciuitatē permanētē, sed futurā inquirimus, vt ait S. Paulus, cum hac consideratione viuamus cogitantes quomodo amici, ac fratres nostri Angeli, pater noster Iesus Christus, Mater nostra sanctissima virgo Maria, ac filij nostri spiri-  
 tuales, qui propter nostrum exēplum, & ministeriū cōuersi sunt, nos summa cum alacritate recipiēt. Hęc consideratio cōsolabatur Sanctū Paulū in laboribus suis, & sic dicebat propter quod nō deficimus, sed licēt is, qui foris est noster homo corrūpatur, tamen is, qui intus est renouatur de die in diem, id enim quod in prēsenti est momētaneū, & leue tribulationis nostrę, supra modū in sublimitate æternū glorię pōdus operatur in nobis: nō contēplātibus nobis quę videntur, sed quę non videntur. Quę enim videntur tēporalia sunt, quę autē non videntur æterna sunt. O admirabili verba, in quibus declarat S. Paulus, ad literā, hęc omnia, quę hic diximus quomodo, licēt corpore fatigatus, spiritu tamen recreatus, breuitatis vitę, & æternitatis glorię consideratione subleuatur, non contēplans sicut Loth hęc visibilia, quę omnia cras finiētur. Et quāuis Deus nobis p<sup>r</sup>ciperet, vt in accensis fornacibus arderemus, & in his ignibus mille annos viueremus, quid sunt hęc omnia in comparatione æternitatis bonorum, quę speramus?

Interroganti illos Dño de quare loquerentur, respōderūt: *De te su Nāzareno, &c. Quomodo tradiderunt eū summi sacerdotes. &c.* Nos autē sperabamus, &c. Videte quā plena sunt hęc verba in delitate. Speramus (aiūt) ac si dicerent: iam nō est quid, aut quare amplius speremus. Sperabamus in verbo eius, quod redimēdi essemus ab illo. *Tunc ait illis Iesus, O stulti, & tardi corde ad credēdū, &c.* Et postquā reprehēdit eos cepit illis declarare sacras scripturas, p<sup>r</sup>bās illarū testimonio Magistrū illorū verū esse Mesia, p<sup>r</sup>missū in lege, & oportuisse.

35 tuisse eū pati oīa quę passus est, & ita intrare in gloriā suā, & incipiēs à Moyse, id est, à libris Moyfi. Quapropter notandū est, q<sup>o</sup> illa oīa p<sup>r</sup>cipue de Saluatore nostro Iesu Christo scripta fuerūt. Sicut qui facit exēplar, siue formā cymbali, facit illā, p<sup>r</sup>pter cymbalū, quod secūdū eā vult cōficere, perfecto autē cymbalo optime potest forma cōfringi. Forma legis nouę fuit lex vetus, ita vt nisi futura esset noua, minimē lex vetus scriberetur. Nā frustra sit forma, nisi cū ea aliquid faciēdū sit. Nōne vobis vidētur sancti nouę legis perfectiores fuisse quā sancti veteris testamētī? & tū vitę sanctorū nouę legis, nō sunt in sacris literis ascriptę: licēt enim ipsi in sanctorū numerū relati sint, eorū tamē gesta (quanuis verissima) non sunt in sanctorū literarū canone scriptę: vitę autē, & facta illorū sanctorū veteris testamenti sacre scripturę commendata  
 36 sunt. Et ratio hui<sup>9</sup> rei est, quia illorū facta erāt quasi forma futurorū, ita vt nisi futura essēt, illa nō scriberētur. Et sic nō solū diuinę scripturę apertē loquebātur de vita, factis, morte, ac resurrectione Iesu Christi Redēptoris nostri: sed etiā vitę, & opera Sāctorū Patriarcharū, erāt quasi formę & figurę horū mysteriorū omniū. Et hoc est q<sup>o</sup> illis declarauit iter faciens cū eis, quousq; cū illis cenās ita sese illis reuelauit, vt manifestē eū cognoscerēt. Hic ipse Dñs, q<sup>o</sup> illos illuminauit, nos etiā per suā misericordiā illuminet, & corda nra inflāmet, vt illorū viscera incēdit, quò diuinę ei<sup>9</sup> gratię repletū ei dignē seruiam<sup>9</sup>, & postea illū in sēpiterna gloriā videam<sup>9</sup>. Amē.

### Feria. III. post Dñicam Resurrectionis.

*Stetit Iesus in medio discipulorum suorum & dixit eis:*

*Pax vobis, ego sum, nolite timere. Luca. 24.*

Postquā inuētus est scyphus in sacco Benjamin priusquam S. Ioseph sese suis fratrib<sup>9</sup> reuelaret, introduxit eos in cubiculū. Iā potestis cogitare qd illic dicerēt, & quomodo timerēt, ne fortē illos torqueret, aut interficeret, & dicerēt: meritō hęc patimur, q<sup>o</sup> peccauim<sup>9</sup> in fratrem nostrū. Illis hoc timore pculsi reuelauit se s<sup>z</sup> & vir dicēs: Ego sū Ioseph frater vester, nolite pauere. Quid simili<sup>9</sup> hui<sup>9</sup> rei esse potest, quā quod hodie actū est: erāt S. Apostoli in vna domo loquētes inter se quomodo Dñs apparuerat S. Petro & fortē in metu pculsi dicebāt ad inuicē: si reprehēsurus est nos, p<sup>r</sup>pter peccatū, quod in eū cōmissimus deserētes, vt deseruimus illū? illis

G g 2 autem.

autē itā existētibus ingreditur Dñs Iesus, & stans in medio illorū  
 dixit illis: *Pax vobis, ego sum, nolite timere.* Ego sum frater vester Ioseph,  
 frater vester Iesus Christus, nolite timere, nō enim venio reprehēsurus,  
 sed cōsolaturus vos. O benedicta talis clemētia tā benigni Dñi,  
 & foelices, qui ei seruiūt, ipsi enim habebunt eius visitatiōes,  
 & II.º cōsolationib⁹ recreabūtur. *Cōturbati verò, & c. Vsq; ibi: Palpate, & videte, quia spiritus carnem, & ossa nō habet.* Securè hęc  
 vulnera palpate. Quare Dñe præcipis eis, vt ista vulnera ptingant  
 ad probādū, quod verū habes corpus? Nō vides quod renouabūt  
 tibi dolorē? Non renouabūt, quia corpus gloriosum nullā iā pōnā,  
 aut dolorē sentit, licet palpetur. Hoc significauit S. David ob  
 scurissimis quibusdā verbis, quæ Saluatoris nostri nomine, pphe  
 tant, dicēs: Sicut aqua effusus sum, factū est cor meū tanquā ce  
 raliquefscens, aruit tanquā testa virtus mea. Declarat quid fecerit  
 Dñs in processu vitę suę. Effusus sum (inquit) sicut aqua, id est de  
 di omnia, quæ habui. Quādo quis aliū diligit, in hoc cognoscitur  
 qd omnia vellet illi dare, ita vt nihil sibi remaneret. O stēdit Cari  
 stus Redēptor noster suū maximū erga nos amorē, effundēdo se  
 sicut aquā, totū se tradēs propter nos. Corpus verberibus, cruciq;  
 tradidit, animā verò dedit Imbo, vt deduceret Sāctos Patres, diu  
 nitatē autē in animarū nostrarū vitā dedit: licet enim eius anima  
 gratiā nobis pmeruerit, non tñ in animas nostras inuicē potest  
 nisi diuinitas. Vide ergo o Christiane quomodo oīa, quę habet ti  
 bi mitissimo, ac liberalissimo animo tradit. Considera quomodo  
 dastu quę habes propter eū, quā molestē facis quicquid in ei⁹ ser  
 uitio facis. Si illi das opera, nō das intentionē, si habes intentionē  
 bonā, nō habes opera. O quā pudēdū est, quod tā avarus & ilibe  
 ralis sis erga illū, qui in te tam liberalē, & munificū se præbet. Ef  
 funde, effunde ergo istā vrnā, nihil tibi relinquant, trade illi opera,  
 & intentionē, & totū, quod es, siquidē ipse se tibi totū tradidit. Di  
 cit vlteri⁹: Factū est cor meū tanquā cera liquefscens, id est, quod  
 eius cor sicut cera liquefactū est. In cera quęcūq; lapidē quantū  
 vis pretiosum potestis abscondere. Datur alicui aliqua massa cerę,  
 & dicitur illi: Accipe, & libētissimē illam recipe, maximū enim  
 beneficiū tibi facimus, quia illā tibi damus. Dicit autem, qui cerā  
 accipit. Quid mihi hęc cera prodest? scito, quod in ea absconditus  
 est adamas inestimabilis. Vbi est, quia illū nō video: liquefacte  
 rā, & statim deteges adamātē. Natus est in stabulo Christus filius  
 Dei

*Psalm. 21.*

*simile.*

5 De pauper & egenus de quo Esaias dicit: Paruulus natus est nobis *Esai. 9.*  
 & filius datus est nobis. Dicistu: quid mihi prodest hic puer, pau  
 per & effundens lachrymas in præsepio reclinatus? Nescis quic  
 quā. Hęc est cera, quę intra se diuinitatis adamantem absconditū  
 affert, videbis illum cū cera coeperit liquefieri. Incipit liquefieri in  
 miracula, prædicationes, diuinā celestemq; doctrinā deniq; in cru  
 ce penitus liquefit, in quibus omnibus inestimabilis diuinitatis  
 adamas demonstratur. O Christe vere hominū amator, cera lique  
 facta quantū in vita, ac in morte tua liquefactus es, & in miraculis  
 vitę, ac potentia mortiste verum esse Deū, & diuinitatis adaman  
 tē in humanitatis cera absconditum habere demonstrasti efficiens,  
 vt terra cōtremisceret, sol obscuraretur, & lapides alij alios inuicem  
 percuterent, in his te Deum ac vniuersalem rerum omnium Do  
 minū esse declarasti. Et sic exclamauit Centurio dicens: verē filius *Marc. 15.*  
 Dei erat iste. Addit amplius David dicens: aruit tanquam testa vir  
 tus mea, id est, substantia mea corporalis tanquam vas fictile cocta  
 est. Omnibus cōpertum est, quomodo fiat vrnā: aut aliud vas ficti  
 le, fit enim sæpe volutādo, & quādo fit est molle, & ita in illo quod  
 cunq; sigillum imprimetis, postquā autē in fornacē missum, & ibi  
 coctū est, iam nihil amplius in eo poteritis imprimere. O Iesu Chri  
 ste filii Dei æterni quot pro nobis volutiones, & reuolutiones feci  
 sti cū ex Pilato ad Herodē, & ex Anna ad Caiaphā ires, & redires,  
 tūctener, ac mollis eras quasi testa, quę fiebat in tua sanctissima car  
 ne impressa sunt verbera, alape & colaphi, atq; alij plurimi labores,  
 postquā verò in sepulchri fornacē immissus es, ibiq; animę glorię  
 igne arefactus, & coctus iā nihil in te imprimitur. Aruit tāquā testa  
 7 virtus mea. Optimē potestis palpate, & videre, quia corp⁹ verū ha  
 beo, & nō est res phāstica, & nolite timere qd mihi dolorē affera  
 tis: iā enim sanctissimū corpus meū est quasi testa fictilis arefacta.  
*Adhuc illis non credentibus, & mirantibus præ gaudio, & c. Quod famo  
 sior res est, & quō magis desideratur & expectatur eō difficilius  
 credimus, quod illam habemus & circa illam duo pariter nobis cō  
 tingunt, scilicet quod credamus, & miremur illam, ac si non crede  
 remus. Habet Mater filium charissimum, qui multi sunt dies ex  
 quo profectus fuerat in longinquam regionem, nesciebat quę vbi  
 esset, quādā autem die impronitus venit quando minus illum ex  
 spectabat: quando eum videt tanta est lætitia qua afficitur, vt extra  
 se exire videatur, & licet illū corā oculis habeat admirans dicit: est*

*simile.*

*simile.*

Possibile quod veneris filii miteris ne verum quod habeo te domi meae? vix possū hoc credere. Ecce quomodo gaudiū illā dubitare facit de eo quod presens habet. Ita S. Apostoli summa exultatione admirati credebant se illū videre, & nihilominus dubitabant quasi dicentes: est possibile Dñe quod resurrexeris? vix hoc prae gaudio credere possumus. *Ait illis Dñs: Habetis hic aliquid, quod manducetur? & obtulerunt ei partē piscis, & fauū mellis.* Nō legitur Redēptorē mūdi in tota vita sua nisi post sanctissimā resurrectionem mel manducauisse. In quo docemur quantū seculares dulcedines in hac mortali vita fugere debeam⁹, & quod omnes in futurū saeculū referuem⁹, vbi oportuno erūt. Quomodo ergo Esaias de hoc diuino Dño loquēs dicit: Butyrū, & mel comedet? vt intelligatis, quid in his verbis significare voluerit, notādū est, quod Dauid dicit: de petra melis saturauit eos. Profecto nō legimus, quod Deus eduxerit mel de petra, vt perpendit B. Gregorius dicēs quod nō legitur, quod Moyses eduxerit mel de petra sed aquā: verū tamē quia quādo aquā de petra eduxit, ita sitiens erat populus, vt propter nimiam sitim aqua illis tanquā mel dulcis esse videretur, idē sacra scriptura respōdet appetitui, quo ad bibēdū accedebāt nō verō ad quod erat, aqua enim erat nō autē mel. Et hoc est quod sapiēs dicit: anima saturata calcabit fauū: & anima esuriēs etiā amarū pro dulci sumet. In hoc sensu dico, quod ita sitiebat Deus labores pro nobis pati, vt hoc esset eius mel, & butyrū, quo magnopere delectabatur: & famē, sitim, frigusq; ac ignominias pro hominibus perpeti, illi quasi mel dulce esset. Obediētus talis Deus, benedict⁹ talis Dñs, qui amaritudines, quas pro nobis passus est dulcedines esse ducit. A pes ex genista & ex herbis gustui amaris mel, & dulcedinē elicit. Quid mirum si omnia amara in dulcedinē, & suauitatē Dñs propter nos cōuertat? & nō solū diuina Maestas hoc efficit, sed etiā seruorū eius hoc est ingenū. Nūquid arbitramini labores, verbera, ieiunia, & reliqua virtutis & mortificationis opera in se esse dulcia? nō sunt nisi amarissima: sed cū iusti hęc omnia ardētissimo animo amplectātur statim in fauū mellis, & butyrū illis cōuertuntur. Idē faciebāt Apostoli, & Martyres, qui ibāt gaudentes à cōspectu cōcilij, quoniā digni habiti sunt pro nomine Iesu cōrumeliā pati. Postquā vapulabāt, & lapidabāt ita alacres, & hilari vultu exhibāt, ac si maxima beneficia accepissēt. Et de glorioso Protomartyre Stephano decātat ecclesia dicēs: lapidestorrentis illi dulces fuerūt. O quā è contra nunc facimus quantū enim pos-

11 possumus labores recusam⁹, & seculares delicias, ac voluptates inanes diligentissimē inuestigam⁹, quę quidē cras finiētur, & quib⁹ fortasse æternæ amaritudines succedēt, sicut cōtigit illis, quos Esaias cōminabatur dicēs: vā coronę superbię, ebrijs Ephraim, & florididēti glorię exultationis eius, qui erant in vertice vallis pinguis, mæ errātes à vino. Vē vobis (inquit) quorū superbia, gloria & abūdātia est quasi foliū decidēs. Vē vobis, qui meliorē & pinguiorē orbis partē habitabatis, humanarū voluptatū vino inebriati, quā citō vniuersę delicię vā perierunt. Ex hoc intelligi potest ratio quare præcepit Deus vt in nullo legis veteris sacrificio offerretur mel, quæ est dulcedo, quā apes ex herbis, & floribus abstraxerūt: quod fuit ad significandū quod in illis quæ Dño offerendæ sunt, non oportet esse gaudiū, aut dulcedinem abstractā à floribus, qui tā cito marcescūt, vt creaturæ. Ne ergo sim⁹ quasi apes abstrahētes mel à florib⁹ cū tantū detrimētū animab⁹ nostris afferat, vt illud S. Esaias appellat vinū inebriās quod homines peruertit, & eos insanire facit. Nostrū cælestē Magistrū imitemur laboriosas virtutis exercitationes quasi butyrū, & mel amplectētes, expectantesque quod post mortē melle ac dulcedine illa glorię in æternū duraturæ perfuemur.

Māducās supernus Redēptor inter discipulos suos, ait illis: Hęc sūt verba, &c. *Quoniā necesse est impleri omnia, quę scripta sunt.* Et clarificauit mētes eorū, vt intelligerēt scripturas, & repetiuit dicēs: quoniā sic scriptū est. In Numeris dicitur: Nū est Deus quasi homo, vt mētiatur? Verbū Dñi nō potest deficere: idē per semetipsum iurat, vt fecit loquēs cū Abrahā, & dicēs: per me metipsum iuravi. Nulla enim est firmior subscriptio, quā verbū Dñi. Et ita nomē de quo magis gloriatur est, & sanctū, atq; ineffabile nuncupauit, quod cū tāta ceremonia Moyse detexit, & quasi peculiare beneficium reuelauit, dicēs: Ego Dñs, qui apparui Abrahā, Isaac, & Iacob, & nomē meū Adonai non indicaui eis, id est, etsi erant amici mei, nō tamē illis meum nomen ineffabile reuelauit, de hoc (inquā) nomine magis gloriatus fuit, quod maximā eius firmitatē, & constantiā significat. Ego sum, qui sum: dixit Moyse qui est, qui non moratur, qui nequaquā retrocedet, nec à veritate deficiet. Maximū est imat De⁹ verbū suum, siquidē tantoperē amicorū suorū verba æstimauit, vt, sicut dicit S. Chrysostom⁹, licet nulla alia esset causa, quare De⁹ in mundū veniret, & omnia, quę passus est, pareretur, nisi quod illud prophetis reuelauerit, & prophetę hominibus prædixerint, hęc vna

Zac. 13.

Matth. 26.

simile.

D. Tho. 3.  
par. 1. 19.  
art. 3.  
simile.

sufficeret, ut in mundū venisset, & labores quos passus est, tolerauerit. Et ita cū de passione sua loqueretur semper meminerat de scripturis dicens. Consummabuntur oīa, quæ scripta sunt per prophetas de filio hominis. Et sic cū reprehendit S. Petrum in horto, quia volebat suā sanctam passionē impedire, dixit illi: quomodo implebuntur scripturæ? & hinc est quod cū mundus illū exoraret, ut humanitatē assumeret, dicebat: ut prophete tui fideles inueniatur. Tanti æstimat Deus verba prophetarū suorū. Atq; idē nunc dicit: Quia sic scriptū est, & sic oportebat pati Christū & resurgere à mortuis. Hoc verbū: sic oportebat: dicit multa, & significat, atq; includit omnes dolores, quos Dñs passus est, qui non sunt verba, quibus explicari possint. Si vultis albedinē alicuius rei exaggerare, dicitis quod est quasi nix: si verō vultis significare, quā alba sit nix nō est cur illā comparetis, sed dicitis: est alba sicut tu vides. Ita ut nobis ostendat quot labores passus fuerit non habet rē cui eos cōparet ipse qui passus est, sed dicit. Sic interrogatis vos: quomodo sic? non est possibile dici quomodo. Dicit etiā oportebat. Quē oportebat, ut sic pate- retur? certū est, nos summopere oportere ut sic altissima Maiestas pro nobis pateretur, & sic nobis suū ineffabilē erga nos amorem declararet, nobisq; patientiæ esset, ac totius virtutis exēplū. Verūtamē non solū nos, verū ipsum etiam Dñm sic oportebat pati, & sic patiēdo sanctissimi corporis sui gloriā promereri. Ex bonis enim quæ possidemus, illa excellentiora iudicamus, & pluris æstimamus, quæ nostro labore acquisita sunt. Sic affirmat S. Tho. largitur Rex viro nobili cōmendatum duodecim milliū aureorū, & ait illi: Hoc cōmendato te dono eo quod in multis præliis mihi fidelissimē seruietis, & in illis te constātissimum præbueris. Alterū hominē pari cōmendato afficit, cui dicit: Hoc tibi cōcedo, quia ita mihi placuit, in te autē nulla sunt merita, propter quæ hoc beneficio dignus sis. Certum est priorē multo maiori cū honore cōmendatū accipere, quam posteriorem. Ita gloriosissimum atq; honestissimum fuit quod bonus Iesus sui sacratissimi corporis gloriā suis laboribus cōpararet. Sed dicit aliquis, si ita est etiā oportere, ut sacratissimæ animæ suæ gloriā acquireret, quæ illi data est in instāti cōceptionis suæ. Dico quod non esset honor, nec perfectio eius, quod illā meretur, imō hoc dignitatē eius maximē cōminueret. Ratio est, quia gloria animæ conueniebat Christo Redēptori nostro ratione vnionis hypostaticæ, qua vnita erat verbo, & propter hanc vnionē data est

est ei gloria, quā habet, & gratia abundantissima, quæ in instāti cōceptionis suæ illi tributa est. Quā si meritus esset aliquandiu sine illa futurus erat, meritū enim dicit respectū ad præmium: quod speratur nec dum possidetur: & ita erat indignū animæ Christi quod esset vnita verbo, nec tamen gloriā haberet. Alias res exteriores de- cuit illū mereri, ut fuit corporis gloria, sui exaltatio, ac sui sanctissimi nominis celebratio: Et sic illud verbū: oportebat, potest referri ad nos, & ad supernā eius Maiestatem, quod illū oportebat prius tot labores pati, & sic peruenire ad ineffabilem gloriā, qua hodie resurrexit. De qua possumus dicere quod Dauid ad aliud ppositū dixit: sicut tenebræ eius ita & lumen eius. Quales fuerunt tenebræ crudelissimæ passionis, & nox angustiarum eius: talis fuit gloria resurrectionis eius. Qualia fuerunt opprobria talis fuit gloriificatio sanctissimi corporis eius, & triūphus, cum quo resurrexit. Et ita quo magis quis spū coram hominibus propter Deū obscuratus fuerit, & se humiliauerit, eō magis à Deo in gloria clarificabitur, & exaltabitur. O fratres mei, nē vehimur meliores esse, Iesu Christo filio Dei, ut arbitremur quod sine labore, nobis cōcedenda est gloria: cū nostrū diuinū caput tā opere obscuratū fuerit, & per tot ignominiarū tenebras pertransierit, curemus illū in aliqua re imitari, quancūq; contradictonē patienter tolerātes, & cū nobis de fuerit qui nos crucifigat: sit vnusquisq; sui ipsius carnifex corporis sui rebelliones mortificas. Ecce vos ad aduersionem, ut diligēter caueatis ne de vobis e cōuerso dicatur: sicut lumē eius, ita & tenebræ eius, quod quātō magis hinc gloriā inuenit, & vultis docti nobiles, ac potētes existimari, tāō magis illic in tenebras hæc omnia vobis cōuertētur. O sancte Deus in quā obscuritatē deueniēt illustres huius sæculi, qui tā pingues, perpolitati, & splendidi in hac vita incedūt quā cōsulos, & obscuros se in futuro seculo videbūt, sicut lumē eius ita & tenebræ ei. Hoc est quod ad literā dicitur in Apocalypsi, quantum gloriificauit se, & in delictis fuit, tantū date illi tormētū, & lucū. Heu heu heu nō est prudētia in terra ad hæc intelligenda sed quasi incāti, & amēntes propter res caducas, & parui momenti voluntas æterna bona amittere, & in perpetuā condemnationē incidere, si autē aduertitis fratres mei iā cognoscetis, quā apertē Christus Redēptor noster se resurrexisse probauerit, cū scilicet loqueretur, māduicaret, & sineret se à discipulis suis palpari, & ostenderet illis vulnera manū, pedū, & sanctissimi lateris sui. S. Paulus dicit, Si cōsurrexistis cū Christo, quæ sursum

Tom. j. Gg 5 sunt



sunt quarte; ubi Christus est in dextera Dei sedes; que foris sunt zo-  
sapite, nō quæ super terrā: Si confiteris illis (inquit) cū Christo iā  
nō oportet sapiētia curāq; vestra, in terrestribus precipue, sed in te-  
lestibus rebus occupari. Et hæc vestra resurrectio ex culpa in gratia  
eisdē medijs probari debet; quib⁹ Dñs resurrectionē suā probauit.  
Primum est, si per verā, purāq; peccatorū vestrorū cōfessionē locuti  
estis, cū firmissimō proposito amplius nō peccādi. Hoc maximū  
est spiritualis resurrectio nis argumentū. Ganis quāuis plurima ha-  
beat vulnera, si illa potest lingua labere, facit ab illis curatur; si ve-  
ro illa nō potest lingua pertingere, statim dofrūpūtur, & foritur.  
Ita quātū maiorē grauerē vulneratus sit peccātor, si vulnera sua lin-  
gua attingit, hoc est, si purē cū vero dolore, & cordis amaritudine  
peccata sua confiteri, statim eius anima sanatur, & gratiæ vitam  
consequitur. Secundū mediū est, si diuinū cibum, quod est ineffabi-  
le altaris sacramentum cum debita conscientie vestre preparatio-  
ne comeditis. Cibus cum proficit tendit in stomachū, & exinde  
in ceteras corporis partes diuiditur, vt plantur, & accrescant. Vultis  
quodammodo scire vtrum celestis hic cibus vobis profecerit, &  
vtrum dignū illū acceperitis, videte an eius virtus & gratia per to-  
tū corpus diuisa sit: cōsiderate, vtrū in capite sit humilitas, in oculis  
modestia, in pedib⁹ diligentia, in corde amor, in memoria gratitudo;  
in toto deniq; corpore honestas, & pacitas illucescat. Si hæc sunt in  
vobis maximū argumentū est, qd cibus vobis profecerit, & quod viui  
estis & cū Christo cōsurrexistis, qui est vera iustorū vita. Tertiū  
mediū fuit, quod pedes, manus, ac latus cū pretiosis vulnerib⁹ offē-  
dit. O si tā singulare beneficiū in nos Deus cōferret, vt in manū pe-  
dūq; affectus vulneratos haberemus. Qui in manibus habet vulne-  
ra quantumcūq; minimo ictu aliquē percutiat, maiorē sibi infert  
dolorē, quā alij, quē percutit. Atq; hæc est vna ex præcipuis condi-  
tionibus seruorū Dei, quod si aliquando per inadvertentiā, pxi-  
mū suū tetigerint, aut in aliquatē leserint, erubescunt, ac dolore conficiū-  
tur. Et qui habet pedes vulneratos difficillimē eos in terra ponit. Ta-  
les sūt iusti, qui cū pedes anime, id est, ei⁹ affectiones diuino amore  
vulneratas habēt, difficulter eos in terra ponūt & simul habēt aper-  
tū latus: hoc est, habēt aperta, charitativa, & suauia viscera erga oēs.  
Etiam probauit Dominus resurrectionem per inuitens, vt letan-  
gerent, & ita dixit: *Resurrexerit, & videte.* Mirabilis probatio, quod  
anima resurrexerit, est iustus in iustis, & persecutionis patienter ac-  
ceptus.

simile.

ceptus. Er ita dixit quædā mulier ad David, quasi magnam exag-  
gerationē, sic est Dominus meus Rex sicut Angelus Dei, qui neq;  
benedictione, neq; maledictione mutatur, super omnia fratres mei  
vobis magnopere cōmendo, vt hanc Dñi sanctissimam resurrectio-  
nem in perfeuerantia imitemini. Iam (credo) audiistis illa verba  
Sancti Pauli, dicentis, quod Christus iam non moritur, mors illi vi-  
tra non dominabitur: sic oportet resurrectionem vestrā esse, vt pec-  
catum vobis vltra non dominetur. Maximæ enim confusionis est  
quod cum hodie peccata vestra lamentemini, & proponatis nun-  
quam amplius peccare, statim cras ita ex instituto ad ea reuertami-  
ni, ac si nunquā tale actum fuisset. In his Ecclesijs parochialibus so-  
lent esse duplicia sacraria ad custodiendum sanctissimum Sacramē-  
tum. Alterum est sacrarium commune vbi solet esse toto anno. Al-  
terum verō est quasi sepulchrū, quod quotannis cōstruitur, in quo  
Dominus seruetur tantummodo Feria quinta in Coena Domini,  
& transacto illo paruo tempore illud dissoluitur, & pretiosa orna-  
menta auferuntur, & ponitur in angulo sacristiæ, vbi est toto anno  
plenu puluere, & aranearū telis. Ita experior ego in duplici differē-  
tia esse Christianos: quidam sunt perpetua sacraria, in quibus toto  
anno Deus habitat, atque etiam tota vita, ita sunt compositi, mode-  
rati, mundi, & in diuinæ Maiestatis seruitio diligentes, vt magnæ  
cōsolationis sit eos videre: alij verō sunt quasi sepulchra Feriæ quin-  
tæ in Coena Dñi. Toto anno sunt incompti, dissoluti, pleni pulue-  
re & aranearum telis, mille immunditijs onerati: adueniente autē  
hebdomada sancta curant se purgare, & peccata sua confiteri, atque  
aliquo bono opere sese exornare: elemosynas largiuntur, Eccle-  
sias visitant, sanctissimum Sacramentum assument, transacta autem  
Feria sexta omnia finiuntur, iam desiderant videre Pascha, vt ad  
malum statū reuertantur. O miseri homines, diuinę Maiestatis illu-  
sores, hoc est, quod proposuistis? Nō pudet vos, ita cū Deo infinite  
Maiestatis agere? tam grauis erat vobis virtus? O capitales hostes ve-  
stri ipsorū! quare non timetis, ne descendat super vos ira Dei pro-  
pter tantā irreuerentiā, quā vbi estis in Dñm, quem accepistis? qui  
nondū intrauerat, cū iam illū a vobis expulistis. Dicit Sapiēs: Om-  
nia tēpus habent, & suis spatijs transeunt vniuersa sub cælo. Tēpus  
nascendi, & tempus moriendi. Tēpus plantādi, & tempus euellen-  
di, quod plantatum est. Ad omnia faciēda tempus designauit, ad  
serendū, & secandū, ad ridendū, & plorandū. Et cū ad omnia tē-  
pus

2. Reg. 14.

Rom. 6.

simile.

Eccle. 3.

pus designauerit, non reperietis quod ad peccandum tempus cōstituerit. Ad solū peccatū deest tempus, & deesse oportet. Tu verò infelix homo sacratissimum Pasche tempus ad peccandū designas. Adueniet (inquit) Pascha, & ibimus in domum meretricis, ad ludū reuertemur, sicut antea eramus, & peiores quidē efficiemur. O mē, daces vos, & perfidos Deo! Aduertite quid in hoc triduo Pasche feceritis, & videbitis utrū veritatē dicā, necne. O Christe vitæ reparator, mortis triūphator, miseriamq; nostrarum subleuator, qui animas nostras tāto pretio redemisti, hæc est Dñe gratitudo nostra ita tuæ altissimæ Maiestati persoluimus beneficia, quæ in nos contulisti, & quotidie confers: Quid erit nobis pro tāta irreuerentia? ô fratres mei, ne vltra huius clementissimi Domini furorē prouocetis, sed si fortē in noua crimina reincidistis, reuertimini puro corde, & agite poenitentiam, & sic dabit vobis Dominus suam gratiam, & postea sempiternam gloriam largietur, Amen.

### ¶ Feria. V. infra Octauam Resurrectionis.

*Maria stabat ad monumentum foris plorans, &c.*

Ioannis. 20.

**N**ARRAT Beatus Ioannes, quod in die sanctissimæ Resurrectionis, venit Maria Magdalena diluculo ad sepulchrum, & vt ex alijs Euangelistis patet, venit cum alijs sanctis mulieribus, & vt accesserunt ad sepulchrum, viderunt custodes humi prostratos semi mortuos, & timore percussos (visio enim Ageli, & eius terribilis aspectus eos deterruit) atq; vt sanctæ mulieres eodem timore non percuterentur, ipse Angelus in forma iuuenis pulcherrimi suauissimis verbis illas allocutus est, dicens: Nolite expauescere. Siquidem Dominum cum pietate queritis, non oportet vos timere. Timeant sacrilegi custodes, qui illum cum infidelitate custodiunt. Iucundissimos illis nuncios refert, scilicet, quod Dñs resurrexerat, & præcipit eis, vt de hac sanctos Apostolos certiores faciant. Properant sanctæ mulieres, & hæc illis nunciant: ipsi verò arbitrabantur illas insanire. Properant Sanctus Petrus, & Sanctus Ioannes ad monumentum, vt viderent, utrū ita esset: Sepulchrum vacuum contempserunt, nec inuenerunt custodes, iam enim in ciuitatem abiierant. Reuertuntur Sancti Apostoli ad suos, & eis nunciant, quo-

modo

modo sanctissimum corpus iam non esset in sepulchro, Sanctæ verò mulieres, quæ post duos Apostolos iterum iuerant ad monumentum, & si illi discesserunt: ipsæ tamen illic remanserunt. Quarum duæ in alias partes horti abierunt, sancta verò Magdalene illic ac ostium monumenti sola mansit amarè plorans quasi immemor omnium, quæ sibi comitibusque suis Angelus dixerat. Et hoc est quod dicit hodierna lectio sancti Euangelij quod: *Maria stabat ad monumentum foris plorans.* Et si aliæ à monumento recesserunt illa non recessit, amor enim ardentissimus non permittebat eam illinc abire. Ita dicit Origenes super hunc locum. Amor faciebat illam stare, & dolor cogebat illam plorare. Eius dolor renouatus fuerat, quia quem antea mortuum plorabat, nunc mortuum, & sublatum lamentatur: & hic nouus dolor efficiebat, vt nouas & irremediabiles lachrymas profunderet, nullum enim consolationis genus habebat. Cum dilectissimum Magistrum suū in sepulchro mortuum haberet, aliquam consolationis causam habebat: cum autem illum nec viuum nec defunctum haberet, videbatur sibi nihil amplius habere, quo se posset consolari. Nec timebat, nihil enim habebat, quod timeret cum vitæ suæ vitam amisisset: & satius ducebat esse mori, quàm viuere, nam fortasse moriens illum inueniret, quem viuens non poterat reperire. O quàm merito dicit diuina scriptura, quod fortis est vt mors dilectio! quid plus in hac sancta muliere mors posset efficere, quàm amor effecerat? Tota enim erat exanimis, insensibilis, atque omnium rerum immemor, illius solum recordans, quem intimo cordis amore super omnia diligebat, nihil illi præter lachrymas remanserat, & sic moestissimo planctu lachrymans dicebat: Heu me creaturarum omnium afflictissimam! Nescio vtrum eligam: si iuxta monumentum mansero, non reperiam Dominum meum: Si recessero nescio infelix quod pergam. Recedere ab hoc sepulchro est mihi mors intolerabilis, melius erit mihi hic manere: nam si hinc abiero, forsitan cum rediero, illud euersum, & humi prostratum reperiam. Hic manebo, hic plorabo, hic moriar, vt saltem iuxta Redemptoris mei monumentum sepeliar. O quam felix & beatum esset corpus meum, si iuxta diuini Magistri mei sepulchrum sepeliretur? & sic lamentans iterum, atq; sanctum sepulchrum aspiciebat & cum semel se inclinaret, vidit duos Angelos rutilantibus vestibus coopertos sedentes in lapide, qui fuerat super monumen-

*Origenes super  
per Ioan.*

*Cant. 3.*

tura

tum, qui hilari aspectu cum illa coeperunt iocari & percontari: *Mulier quid ploras?* quibus illa amaritudine plena respondit, dicens: *Tulerunt Dominum meum, & nescio vbi posuerunt eum.* Cum sic loqueretur vidit illos speciosos iuvenes surgere, ut loquerentur cum quodam homine superueniente. Et conuerrens se ut videret quis nam esset quem illi venerabantur, vidit iuxta se hominem, & existimavit illum esse hortulanum, qui dixit ei: *Mulier quid ploras?* O Christe verè afflictorum consolator tu, qui es infinita sapientia nescis quare hæc mulier ploret? quare illam interrogas, quid ploret? Optime sciebat Dominus cur ploraret: sed illam interrogavit, ut illa cum responsione haberet occasionem demonstrandi fortitudinem amoris sui, & inuictum animum, quo erat ad seruiendum Domino suo, quem verè ipsa declaravit, cum arbitrans illum esse hortulanum ei dixit: *Domine si tu sustulisti eum, dicito mihi, vbi posuisti eum, & ego eum tollam.* O quam generosum, & quam virile mulieris pectus! Nec illam in initio noctis tenebræ terruerunt, quominus ad monumentum veniret, nec timuit sciens monumentum à militibus diligentissime custodiri, qui illam possent apprehendere, & ad iudices vincitæ deducere: nec vidēs eos semimortuos, & humi prostratos, nec cognoscens lapidem grauissimum esse, quem nec ipsa, nec eius comites possent euoluere: nihil horum illi impedimento fuit, quominus ad monumentum accederet. Nec modo illi graue videtur onus cadaueris; sed dicit se solam illud sublaturam esse. O diuini amoris perfectio, quæ veros amatores per omnes difficultates facis pertransire! Idcirco conuenienter Beatus Augustinus dixit: *Amor meus, pondus meum.* Amor est pondus animæ. Sicut pondus attrahit post se lapidem, & illum in centrum deducit. Sic amor animam ad se attrahit, & mirifico quodam impetu ad Deum, qui est eius centrum illam deducit. Considerate ingens saxum de montis cacumine excisum, qua velocitate, & impetu præcipitatur, quem strepitum excitat, quomodo arbores confringit, parietes euertit, atque omnia obstacula, que decursum illum sibi poterant impedire, dirumpens; & quæcunq; sibi offeruntur, dissipans; non sinit quousque ad infimum locum peruenit, vbi tandem quiescit. Hæc profectò est vna ex præclarioribus similitudinibus, quibus amor, & anima, quæ verè diligit, declarari potest. Quòd sicut saxum suomet pondere attractum, sic anima amore attracta dissoluit omnes difficultates, quæ eam impedire

*Augusti.*  
*lib. 53. cõ.*  
*se. c. 9.*  
*simile.*

pedire possunt, quominus ad Deum accedat. Atque hac metaphora, & similitudine optimè declaratur admirabilis illa exaggeratio sancti Pauli dicentis: *Quis nos separabit à charitate Christi?* Tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculum, an persecutio, an gladius: certus sum enim quia neque mors neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque virtutes, &c. neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro. O quam magnum, & quòd pondus amoris hoc erat! O ingens saxum, quod onere suo omnes difficultates confringis! Considerate hunc diuinum Apostolum, & reliquos eius socios de quibus ipse loquitur quasi saxa quæ per montem præcipitantur, quomodo omnia obstacula, & difficillimos labores amoris sui pondere dissipabant. Attēdite quomodo per famem, carceres, naufragia, & alios labores transierunt, & nihil horum eis impedimento fuit quominus ad Deum, quod est eorum centrum peruenirent. Vide te quàm merito dicat: *quis nos separabit à charitate Christi?* cum (inquit) habeamus amorem quasi animæ pondus, quis nos separabit ne ad hanc claram visionem, & fruitionem Dei accedamus, quæ tantopere diligimus? certus sum, quòd nihil nos ab hoc poterit separare. Etiam hoc diuinum pondus David sentiebat cum diceret, quoniam in te eripiar à tentatione: & in Deo meo transgrediar murum. *Negotia regni, vanitates, contentiones, voluptates, & cetera huiuscemodi, quæ elati status secum afferunt, muri sunt, qui hoc animæ iter impediunt.* Veruntamen David omnes hos muros diuini amoris seruore transgrediebatur. Saxum maximum cum decidit, quis valeat retinere? Animam sanctam quid poterit impedire ne ad Deum accedat? Nihil profectò illam poterit impedire. O vtinam diceremus cum David: in te eripiar à tentatione. In te Domine tua ope adiutus, & tuis promissionibus confortatus, nullam fiduciam in viribus meis habens à tentationibus victoriam reportabo, & omnes laborum, & voluptatum muros transgrediar, vt ad te perueniam. Animaduertite fratres mei res, quas diligitis, ludum, conuersationem fornicarum, &c. Hæc omnia sunt muri, qui vobis hunc cursum ad Deum impediunt. Hos muros omnes Dei auxilio confortati transgredimini. Verum quid erit, si leuissima quæque re detineamini? signum est, quòd amoris pondus non est in vobis. O anima Christiana erubescere, & confundere, quòd lapides

*Rom. 8.*

*Psal. 17.*

pides tibi excellat: illi enim non sistunt, quousque ad centrum  
 suum deueniant: tu verò sistis, cum nondum ad Deum acces-  
 seris. Res, quæ excidens, quoniam minimo flatu retrocedit, aut  
 est pluma, aut stipula, aut aliquid aliud leuissimum. O miseram,  
 & infelicem animam, quæ minimo quoque flatu retineris, & quæ  
 cunquæ naxia te regredi faciunt, quia es stipula sicca, & parata  
 ad ardendum in æternis inferni ignibus. Quomodo verbera, car-  
 ceres, & mortem transgredieris (vt realiter facere teneris oblata  
 necessitate) siquidem quolibet honoris puncto, aut belluarum  
 voluptate, aut minima quaque utilitate ductus à virtutis via re-  
 gredieris, & in peccatum præcipitaris? dixit sanctus Paulus: Non-  
 dum enim vsque ad sanguinem restitistis, aduersus peccatum re-  
 pugnautes. Nondum (inquit) ad sanguinis effusionem perueni-  
 stis, vt peccato resisteretis, & Deum non offenderetis. Et mul-  
 tis ex vobis dici potest, quòd non modo vsque ad sanguinis ef-  
 fusionem peccato non restitistis: sed ne minimum quidem de-  
 trimentum ad euitandum peccatum perpessi fuistis: sed pro leuis-  
 simis quibusque rebus passim Deum offendistis. Si videretis plu-  
 rima saxa in aëre detenta, non miraremini? O quantum miracu-  
 lum esset si res tam graues, vt saxa, suspensæ in aëre viderentur!  
 O animæ rationales animaduertite, quòd propensio, quam ha-  
 betis ad beatitudinem, multo grauior est saxorum pondere. Quo-  
 modo ergo in aëre detinemini! O rem stupendam! ò mirationem  
 Sathanæ industria exquisitam! Omnes enim seculares honores, di-  
 uitiarum, voluptates, & his similia sunt aër, & in hoc aëre detinemini?  
 Aduerte homo, quia omnes insulsiates, quas in creaturis re-  
 peris, sunt quasi à lapæ, quibus ipsæ te percutiunt, vt ab illis re-  
 cedas, & ad Deum confugas, & acsi vnaquæque te reprehendens  
 diceret: quid accedis ad me miser? Non sum ego bonum tuum: non  
 sum illè, quo tu indiges. Progredere, & prosequere viam tuam, ne  
 sistas in me, hoc enim esset in aëre sistere. O Deus æternæ Maie-  
 statis quomodo fieri potest, quòd ad te omnis anima non confu-  
 giat? quomodo fieri potest, quòd scum absque te in aëre detinea-  
 tur, rideat, & exultet? quomodo fieri potest, quòd cum sit tanti  
 boni capax, ad illud non confugiat, sed in tanto malo remaneat?  
 O centrum infinitum, & infinite bonum, atque idèò infinite  
 attractiuum, quare omnes nos non trahis post te? Mirabilis  
 est profecto intelligenti hoc animas ita videre, quam saxa in

aëre

15 in aëre suspensa conspiciere. Idcirco Beatus Augustinus exclama-  
 bat, dicens: Quid per multa vagaris homuncio quærendo bona  
 animæ & corporis tui? Quære vnum bonum, in quo sunt omnia  
 bona, & sufficit. Ibi enim est quicquid amas, & quicquid deside-  
 ras. O homuncule, quare conturbaris, in creaturis tranquillitatē  
 quærens? non enim illā reperies, inquire Deum, in quo sunt om-  
 nia, quibus indiges. Hæc est vna ex rebus, de quibus Deus con-  
 queritur grauioribus verbis, quam sunt in sacris literis dicens per  
 Hieremiam: Obstupescite cæli super hoc, & portæ eius desola-  
 mini vehementer, dicit Dominus. Duo enim mala fecit populus  
 meus: me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi ci-  
 sternas: cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas. Cæ-  
 li, id est, omnes Angeli beati obstupescite, & portæ cæli, qui estis  
 16 sancti mei, qui adhuc in corporibus commoramini, per quos,  
 quasi per ianuas multi ingrediuntur in cælum desolamini, id est,  
 contristamini vsque ad mortem propter tantam amentiam, & cæ-  
 citatem. Relinque ergo, quæso, ò anima Christiana has  
 cisternas dissipatas, quas tanto cū labore fodisti, & accede ad fon-  
 tem infinitæ suauitatis.

Considera per quot difficultates trāsierit hæc beata Magdale-  
 na, vt reperiret illum, quem verè eius anima diligebat, & attēde,  
 quàm inuincibili animo tota lachrymis perfusa dicat: Domine si tu  
 sustulisti eum, dicit mihi, vbi posuisti eum, & ego eum tollam. Non am-  
 plius cōtineri potuit fons misericordiæ Iesus Christus filius Dei:  
 sed eius lachrymas, & afflictionem considerās mitissima voce il-  
 lam allocutus est suo nomine illam nuncupās. Maria, ita vt statim  
 17 in voce cognouerit esse bonum Iesum. O quātum valent lachry-  
 mæ apud hunc altissimū Dominum, & quantum hæc beata mu-  
 lier illis impetrauit. Videns clemētissimus Dominus illā pro pec-  
 catis suis lamētantē statim illi pepercit: vidēs illā pro fratre mor-  
 tuo lachrymantem ilicò eum suscitauit. Nūc autem vidit eam in  
 sepulchro plorātem eo quòd arbitraretur aliquem sustulisse Re-  
 demptorem suum & statim apparuit illi. O lachrymæ potentes,  
 quæ in cælo Angelos delectatis, & in terra peccatorum maculas  
 lauatis, & diabolis iurisdictionē aufertis, atq; etiam infinito Deo  
 vim inferre videmini! O fratres mei siquidem necessitatem habe-  
 tis, & vos quotidie in plurima scelera lapsos videtis, vtimini his ar-  
 mis ad inuincibilem Deum superandum, illum q; subiectū ad cor  
 vestrum

Aug. lib.  
medit.

Hierem. 2.

Hebr. 12.

Cant. 5.

vestrū afferendum. Nam ipse Dominus declarauit lachrymas mi-  
 18 rificam quandam artem esse ad ipsum vincendum, cū dixit: Ape-  
 ri mihi soror mea, amica mea, colūba mea, immaculata mea, quia  
 caput meum plenum est rore, & cincinnati mei guttis noctium. In  
 his verbis significat diuinus sponsus lachrymas quas propter illū  
 sponsa effuderat, eam immaculatam, & colūbam sine felle reddi-  
 disse: & illas lachrymas esse rores quos ipse in capite afferebat per  
 diuinam acceptationē, à quibus attractus, & quasi compulsus ve-  
 nit iam rogans eam, quæ antea fuerat rogatrix. Ac si clarius dice-  
 ret. Lachrymæ tuæ me deuicerūt, ipsæ me tibi afferunt, quapro-  
 pter rogo te, vt aperiās mihi. O admirabile Dei clementiam, qui  
 duabus lachrymis puro corde, & cū vera contritione effusus se pa-  
 titur superari, & venit quasi deuinctus, vt animā, quæ antea pec-  
 catrix erat, suauissimè osculetur, & amplectatur: vt sancta mulier  
 diuinum Redemptorem suum agnouit, voluit se ad sanctos pedes  
 19 eius prostrare, dicēs: O Magister. Dominus autē cohibuit illam, &  
 dixit: *Noli me tangere: nondum enim ascendi ad Patrem meum.* Quare  
 Domine non vis vt hæc mulier pedes tuos attingat, cum illi sibi  
 iure competant? Cū esset peccatrix permisisti, vt illos tangeret  
 lachrymis suis lauaret, & capillis capitis sui tergeret, cū autem  
 nūc sit sancta, non finis vt illos attingat? Multum interest (ait Do-  
 minus) inter tempus, & tempus. Quando illa pedes meos tetigit  
 erant mortales, & perinde remedium peccatorū, mea enim mor-  
 talitate promerui vitam peccatoribus mortuis in peccato. Et teti-  
 git peccatrix mortua pedes mortales, & in illis vitā inuenit: Nūc  
 autem sunt iam pedes mei gloriosi, & quauis hæc mulier sit san-  
 ctificata, est tamen mortalis, & in hac vita vivit. Quapropter non  
 20 licet illi gloriosos pedes attingere. Gloria enim non in hoc sæcu-  
 lo, sed in cælo attingenda est. Ideo illi dicit: *Noli me tangere, nondum  
 enim ascendi ad Patrem meum.* Id est, nondū tu ascendisti ad Patrem  
 meum. In nomine enim Christi Iesu, qui est caput, omnes iusti,  
 qui sunt eius membra, intelliguntur, & ita intelliguntur obscura  
 illa verba, quæ dixit Dominus: Nemo ascendit in cælo, nisi qui  
 descendit de cælo filius hominis, qui est in cælo. Super quæ ver-  
 ba dicit B. Augustinus: Domine quomodo est istud? ergo nemo  
 illuc præter te ascendet? Quod si ita est, vā nobis. Respondet idem  
 sanctus, dicens: Si quis de monte nudus descēdit, & iterū vestitus  
 ascendit, idē est, qui ascendit, & qui descendit. Sic descendit filii  
 D.

10. 21. 3.

Augustinus  
per Iohannem  
mem.

21 Dei per humanitatis assumptionē, & postea pretiosis vestibus in-  
 datus ascendit, qui sunt electi eius, vt dixit Isaias. Omnibus his ve-  
 lut ornamento vestieris. Nullus enim per politus iuuenis vestimenta  
 sua tati æstimat, quātū Deus de suis iustis gloriatur. Ideo ornamē-  
 ta sua illos vocat. Ergo idē est qui descēdit, ac qui ascēdit, & in om-  
 nibus iustis dicitur Christus ascēdere: quia illi ascēdūt quasi vesti-  
 menta, & quasi mēbra eius. Quæ propter dicēs Magdalene. Nōdū  
 ascendi ad Patrem meū: voluit dicere: Nondum tu ascendisti ad Pa-  
 trem meū, & siquidē nondum ascēdisti, noli quādiu es in hac mor-  
 tali vita gloriosum quicquam pertingere. Significās quod omnes  
 res gloriosas & honoratas in futuro seculo habere cupiamus: hic au-  
 tem ne minimo quidem digito illas attingamus. Hic est vnus ex  
 sensibus, qui his verbis assignantur, et si ego illum moralem potius  
 22 quam literalem iudico. Sensus igitur magis literalis (meo iudicio)  
 qui illis assignari potest hic est: scilicet, cum Dominus dixisset dis-  
 cipulis suis: vado ad Patrem: arbitrabatur Magdalene quod statim  
 esset profecturus post resurrectionem suā, & idcirco vellet statim  
 illic eo frui, & familiarissimè cum eo agere, hoc est enim velle illū  
 tangere. At illi Dñs: Noli me tangere nondum enim ascendi ad  
 Patrem. Ac si diceret: Nondum proficiscor, nondum discessi, ad-  
 huc tecū sum. Vade ad fratres meos & dic eis: A scēdo ad Patrem  
 meum & Patrem vestrū, Deū meū, & Deū vestrū. Fac hoc, quod  
 tibi præcipio, ad istud enim adhuc tēpus erit. Quēadmodū si rabel  
 23 lariū ad ostiū stantē ostiarius rogaret quos nūcios, aut quæ nego-  
 tia afferret, & ipse diceret: abi dicito Dño q̄ sum hic quia ad istud  
 adhuc tēpus erit, nōdū discessi, adhuc hic sum. Sic se habuit Chri-  
 stus Redēptor noster cū hac sancta muliere. Ex quo apparet ardē-  
 tissimus amor, quo diuin⁹ Magister discipulos suos diligebat, et de-  
 fideriū, quod habebat citò eos cōsolandi. Siquidē non vult vt hæc  
 sancta mulier cōmoretur, ne minimo quidē tēpore, quod posset cō-  
 sumere in amplectendis, & deosculādis suis diuinis pedibus. Et tiam  
 eius amor ineffabilis ostēditur in illis verbis, quæ dicit: *Dic fratribus  
 meis.* O quæ verba tā suauia, quæ sagittæ tā acutæ, tāq; penetrabiles  
 ad corda quātūcūq; dura trāsīgenda. Ea ppter vocatur Christus.  
 Redēptor noster in sacris literis arcus. Vbi dicit S. Propheta Haba-  
 euc loquēs cū eterno Patre: suscipiās suscipiabis arcū tuū. Arcus, qui  
 cōtractus est cum nimiū clauis crucis reflecteretur, & hic arcus per  
 admirabilem Patris sui potentiam resurrexit, & idē dicit: susci-  
 24 pians

Isai. 49.

seruus lite-  
ralis.

simile.

Habac. 3.

tās suscitabis arcum tuum, & vocat illū arcum, quia omnia eius verba fuerunt mitissimæ sagittæ, ac tela suavissima ad corda transigenda, eaq; ad sui diuinam obedientiam redigenda. Verum quid erit frater meus, si audientes tam frequenter dulcissima huius diuini Domini verba, quæ sunt quasi sagittæ emissæ à tam potenti arcu, vos tamen integri, sine vulnere, ac sensu in cordibus vestris remanseritis? ò viscera adamantina, quibus nõ infixæ sunt tales sagittæ! quid de tanta duritate sperari potest? corristamini, & pertimescite cū postquam plurima verba Domini audieritis sine deuotione, & compunctione exitis. Multo magis vosmetipsos admiramini, quàm si uideretis sagittam summa cum cōtentione, & impetu immisam ad humanum corpus peruenire, nec tamē aliquam in eo operationem facere. Dic fratribus meis: *Ascendo ad Patrem meum, & patrem vestrum*, ubi optimus Iesus fatetur suum & nostrum vnum esse Patrem ac Deū. O quam simile nobis se in omnibus voluit efficere! vt exegerat S. Paulus, ò diuine Redēptor pro vtro istorum tibi prius gratias agam! Quia Patrem tuū fecisti Patrem nostrum? An quia Deū nostrum fecisti Deū tuum? in priori ita nos exulisti, vt nos quodam modo tui æquales effeceris: in posteriori verò te ita humiliasti vt æqualis nobis fueris effectus. Anteaquam ò superne Dñe humanitatem nostram assumeres Patrem habebas, sed nõ habebas Deū nos verò habebamus Deum, sed nõ noueramus Patrem. Veniens autem ad nos, & humanam assumēs naturam, Deum accepisti, nobisq; patrē præstitisti. O quam clementē & liberalem te in vtroq; præbuiti! Nunc tuo spiritu adiuti audacter dicimus: Abba Pater, & tu nobiscum dicis: Deus Deus meus, vt quid dereliquisti me? O rem admirabilem, ac dignā, quæ amoris visceribus recipiatur! Deus habet Deum, & Deus vocat in auxilium Deum in agone suo, & factus est Deus seruus vt seruus Dei filius efficeretur. Humiliavit se metipsum, vt homo illuc vsq; ascēderet. Agimus tibi gratias Dñe quia ita te humiliasti: iterū tibi gratias agimus quia nos ita humiliasti. Per viscera misericordiæ tuæ te rogamus, vt nos doceas tibi pro tot tantisq; beneficijs gratias agere, teque vt verum fratrem ac Patrem diligere. Vt sic disponamur ad participandum nunc gratiam tuam, & in futuro seculo gloria perfruēdum. Ad quam nos perducas, Amen.

Phil. 2.  
Hebr. 4.

Roman. 8.  
Mat. 27.

L A V S D E O.



SECUNDA PARS  
 QUADRAGESIMALIS,  
 IN QVA CONTINENTVR OMNES  
 Dominicæ, quæ in sacrosancta Ecclesia solent decantari,  
 à Dominica in septuagesima vsque ad Feriam secundam post  
 Dominicam Resurrectionis inclusiue; & omnes Feriæ  
 quartæ, quintæ, & sextæ Quadragesimæ; Sab-  
 bataque filij prodigi, & mulie-  
 ris adulteræ.

## Dominica in Septuagesima.

*Simile est regnum cælorum homini patri familias, qui  
 exijt primo mane conducere operarios in vineam  
 suam Matth. 20.*



**B**EATVS Chrysostomus exponens ista verba Matthei dicit, vnum ex nominibus, quæ homo post peccatū iure optimo cōparauit, fuit mercenarium appellari. Antequā peccaret, Dñs erat. Et sic dixit Deus primis parentibus. Dominamini piscibus maris & volatilibus cæli, & vniuersis animantibus, quæ mouentur super terrā. Post peccatū autem: sicut mercenarij dies eius. Ante peccatū facile gloriam cōpararet: sed post peccatū etiā diligentissimè laborando in periculo illius cōsequende, aut amittēdæ versatur, vt enim dicit Apostolus: nõ sunt condignæ passiões huius temporis ad futuram gloriam. Antè  
 Tom. j. Hh quàm

Chrysost.

Gen. 1.

Iob. 14.



Roma. 8.  
Gen. 1.

Gen. 3.

Chrysof.

2. The. 3.

Prov. 20.

Luc. 11.

Chrysof.

Roma. 3.

quā homo in peccatū laberetur, suauissimis eū ac maximi amoris verbis alloquēns De<sup>9</sup> dixit ei, ecce dedi vobis omnē herbā afferentē semē super terrā, & vniuersā ligna, quę habēt in semetipsis sementem generis sui, vt sint vobis in escā, post lapsum autē peccati dixit ei: maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes eam cunctis diebus vitę tuę, in sudore vultus tui vesceris pane tuo. Hoc considerans B. Chrysof. stomus dixit: omnes mercenarij sumus, & sine opere esse nō possumus. Et sicut ad corporalia alimēta acquirēda, necesse est plurimū laborare: sic etiā ad spirituale sustentationē cōsequendā magno labore opus est, si enim deijs, qui corporaliter nolebāt laborare dixit Apostolus, si quis nō vult operari, nec māducat: multo magis in perpetuam ieiunabit, qui in hoc seculo noluerit laborare, seqs in diuinę legis executione, exercere neglexerit. Hoc apertē significauit sapiens dicens: propter frigus piger arare noluit: mēdicabit ergō in estate, & nō dabitur illi. Nā qui in huius vitę hyeme non laborarit, vacuis manibus in alterius vitę æstate in perpetuū remanebit. Itaque homo otiosus etiā pane, quo hic vescitur, est indignus, & illi in futuro seculo gloria denegabitur. Et idcirco talis deberet erubescere, dicere panē nostrū, quotidianū da nobis hodie. Et ita dicit B. Chrysof. stomus vbi supra: si mercenarius ea die, qua opus nō fecit, erubescit intrare domū, & petere panē, quomodo tu nō cōfunderis intrare Ecclesiā, & stare in cōspectu Dei, quādo nihil boni egisti?

Ob hanc causam comparatus est Dñs. patrifamiliās, qui exijt cōducere operarios in vineam suam: quia omnes Christiani sunt tanquā mercenarij à Deo cōducti ad laborandū, & labore suo de nariū diurnū, quę est cęlestis beatitudo, comparandū. Et dicitur beatitudo denarius diurnus, quia est præmiū, quod propter decē præceptorū Dei obseruantia redditur. Veruntamē offertur hic maxima difficultas. Quia S. Paulus dixit: omnes peccauerūt, & egent gloria Dei iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem, quę est in Christo Iesu. Hoc verbū: gloria Dei duas habet expositiones, quarū altera est: siquidē omnes peccauerunt, omnes indigent venia peccatorū. Et est valdē pensandum, quōd peccatorū veniā appellat Apostolus gloriā Dei. Quia vnum ex ijs, ex quibus, si Deus denuo gloriā posset recipere, maiorē voluptatem, gloriāq; perciperet, est remissio peccatorum, hoc est peccata dimittere. Et sic manifestat Ecclesia suis vobis dicens:

7 do: Deus, qui omnipotentiam tuam parcendo maximē, & miserando manifestas. Quid ad hoc respondebunt vani homines, & superbi huius sæculi, qui si illatam sibi iniuriam dimittant, decoratos se remanere arbitrantur, & respondent rogantibus se vt iniuriam dimittant, nec eam vliscantur, sed persecutores suos ament: se honorem, si hoc fecerint, esse amissuros, & foemineos esse iudicandos? O miser, atque infelix non animaduertis, quōd Deus parcendo suam vel maximē potentiam manifestat: & peccata dimittere gloriā suam esse ducit? quomodo ergō dicis tuum esse dedecus iniuriam dimittere? Exi frater charissime ab isto errore, & maximam mundi totius gloriā esse crede Deum imitari, & ea, quę diuina ipsius maiestas præcipit, adimplere. Altera declaratio verborum Apostoli est: siquidē omnes peccauerunt, omnibus necesse erat Deū, hominem fieri, & mundi redēptionem operari. Et hoc redemptionis opus appellat Apostolus gloriā Dei. Diuersis operibus ostēdit Deus perfectionū suarū diuitias. In creatione mundi omnipotentiam suā demonstrauit: in administratione, cōseruatione, & moderatione ipsius sapientiam ostendit: in peccatoribus tolerandis patientiam manifestat, in supplicio Angelorum apostatarum iustitiam suam patefecit: in reparatione autem generis humani per vnigenitum filium suum incarnatum ac mortuum gloriā suam demonstrauit. Hic summam ac pelagum perfectionum suarum declarauit: hic suas ineffabiles diuitias, potentiam, iustitiam, misericordiam, sapientiam denique detexit. Quod autem in his verbis maximē notandum est, quōdque ad nostrum propositum magis condūcit, est quod dicit, iustificati gratis per gratiam ipsius. Ergō si gratis, quare vult nos operarios esse, & laborare, vt sudore vultuum nostrorum mercedem, quam nobis daturus est, mereamur? & antequam ad hoc dubium respondeam oportet vos propositionem catholice veritatis optimē cognoscere: scilicet quōd nullus siue paruulus siue adultus iustificationis gratiā recipit absque aliquo dono pro iustificatione oblato. Pro paruulo datur fides patrū nostrorū, & Ecclesię, & meritū Christi. Si est adultus, & vult baptizari prius oportet eū peccatorū suorū pœnitere. Et sic dixit S. Petrus Hierosolymitanis, pœnite mini, & baptizetur vnusquisq; vestrū: quōd si iā est baptizatus? & peccauit, peccatorūq; suorū veniā vult cōsequi, debet agere pœnitentiā, & firmissimē pponere se potū in

Hebr. 12.

psalm. 48.

2. Pet. 1.

vniversa mundi infortuna esse incurfurū, quā quod Deū mortali re-  
 ter offendat. Et sic dixit Apostolus quosdā reprehendens. Nōdū  
 enim vsq; ad sanguinē restitit is aduersus peccatum repugnātes.  
 Quasi dicat: quod facere deberetis. Etiam ad peccati remissionē fi-  
 des, spes, & fiducia in diuina misericordia, amorq; requiritur. Et  
 nimis hæc omnia magnū pretium sunt. Sic illud vocat David ratio-  
 nem reddens condemnationis malorum dicens, quia non dabit  
 Deo placationem suam. Id est id, quo placatur Deus scilicet pœ-  
 nitentiam: nec dabit pretium redemptionis animæ suæ. Quæ est  
 obseruatio legis diuinæ. Ideo laborabit in æternum, & viuet ad-  
 huc in finem, id est, habebit æternam pœnam, nec vllō vnquā tē-  
 pore morietur. Erunt enim mors vna quam damnati in inferno ha-  
 bebunt. Et hoc quia in hoc sæculo redemptionis suæ pretium nō  
 dederunt, & illud quo Deus placatur non fecerunt, quod si in  
 hac vita fecissent, proculdubio in altera saluarentur.

Quod cum ita sit, quare dicit hic Beatus Paulus, quod saluan-  
 tur gratis? Ad hoc respondeo hæc omnia, quæ homo ad iustifica-  
 tionem adhibet, qualia sunt fides, spes, & fiducia in diuina mise-  
 ricordia, esse dona Dei, homo verò ponit bonum vsuū libet ar-  
 bitrij, & hoc cum ijs omnibus, quæ homo ex se laborare potest,  
 est tam modicum, tamque parum valet, vt sic cum minimo quo-  
 que gradu gratiæ conferatur meritō nihil possit appellari. Mini-  
 mus enim gradus gratiæ tantæ est excellentiæ, vt recipiētem illā  
 vsque ad diuinæ naturæ participationem eleuet: sicut dixit Bea-  
 tus Petrus, his verbis: vt per hoc efficiamini diuinæ confortes na-  
 turæ. Et ideo dicitur nos gratis iustificatos esse. Sicuti quando  
 aliquid nimis pretiosum paruo pretio emittis, dicitis vos ea gratis  
 accepisse, quia modicū est quod pro eo dedistis secundū quod ip-  
 sum valebat. Et postquā B. Paulus æterni patris liberalitatē, ac gra-  
 tiā tanquā vniversi boni nostri fontē posuerat dicēs: per gratiā ip-  
 sius, addidit aliā causam iustificationis nostræ dicēs: per redēptio-  
 nem, quæ est in Christo Iesu. Quia hoc medio vsus est pater ad  
 remedium nobis adhibendum. Itaque Deus nobis gratiam con-  
 cedit, gloriamque prōmittit: quæ omnia nobis Iesus Christus fi-  
 lius eius prōmeruit, cum hoc tamen, quod nos etiam diuinæ vo-  
 luntati obediētes cōcurrere debemus: & quatenus cum hac obe-  
 diētia conuersumus, dicimur mercenarij; & à Deo ad laboran-  
 diū accersimur. Verum pro dolor, quam pauci his diui-  
 nis

13 nis vocationibus respōdent, sed dicet quisquam: pater non respō-  
 demus, neq; venimus, quia maximis Christianæ vitæ laboribus  
 deterremur. Dicite nunc fratres, et si istud, ad quod à Deo cōduci  
 mini, laboriosum sit, quādiu durare poterit? potest ne vitā longi-  
 tudine superare? nō. Vita autē quādiu durabit? Nūquid sagitta  
 velocius percurrit? si ergo labor adeo breuis, prēmij vero æternū  
 est: quia quod in presenti est momētaneū, & leue (ait Apostolus)  
 quare illum subterfugitis? videamus nunc quāuis in vinea, & mi-  
 nisterio Dei non laboretis: nunquid vitam hanc laboribus duce-  
 tis immunem? Non equidē. Sin minus querite hoc ex auaro, sen-  
 suali, ac deniq; seditioso homine. O maximā hominum infantiā,  
 o caritatem sanguineis lachrymis lachrymādā, quod cum labor  
 sit grauisimus, prēmium verò nullū omnes tamē diligentissimē  
 14 student cum diabolo conuenire, & mundo, ac carni deseruire. Et  
 quāuis Deus primo manē hoc est vbi primum rationis vsus illu-  
 cescit, exurgit, vt vos diuinis inspirationibus vocet, vos verò eius  
 vocibus obturdescitis: Quod si hucusq; vos Sathanas sefellit, vos  
 q; in ministerij suū fraudulenter conduxit, intelligētes hoc non  
 respicere, & à via vestra pessima cōuerteremini? dissoluentes  
 pactū, quod cū diabolo pepigitis? dixit Iacob auunculo suo La-  
 15 bā: tu nocti seruitutē, qua seruiui: & paulo post, iustum est igitur,  
 vt aliquādō prouideam domui meæ. Ac si diceret: sufficiat, quod  
 tibi seruiui. Quare vos fratres mei non idē cum mundo faceretis?  
 Tot sunt anni, ex quo in diaboli, ac mundi ministerio defatiga-  
 mini: iā igitur est tēpus operandē saluationis vestrę. Et cū ceperi-  
 tis Deo seruire, ne sitis sicut nōnulli, qui nōdum tres dies in eius  
 15 ministerio cōsumperūt, vixq; in ei⁹ vinea fodere coeperūt, cū iā  
 dicunt se defatigari, & brachia sibi infringi ac corpus sibi dolere,  
 caputq; declinant dicētes se esse debiles. Sunt debiles ad seruien-  
 dum Deo, ad seruiendū autē mūdo sunt fortes quasi gigantes. Si  
 vnū diem ieiunant, statim deficiūt, vt verò inimicū suū vlciscantē  
 tribus diebus, ne micā quidē comedent, si dimidiū horę in oratio-  
 ne cōsumant, dicunt sibi caput dolere, at verò tres noctes, & dies  
 infomes ludendo ducēt. Hoc quotidie ad literam agitur. Oppri-  
 mebatur populus Israel sub illius tyrāni crudelissima seruitute, Exo. 1.  
 quieos plusquā poterant laborare cogebat: postea verò ducit eos  
 Deus quasi in palmis per desertū, terręq; vberimę fructum illis  
 ostendit, dicitq; eis hanc terram vobis dabo. At illi dicūt: O Dñe  
 Tem. j. Hh 3 sumus

sumus nimis imbecilles, & in ea sunt gigantes, qui non patiētur nos in eā introire. Ego (inquit Deus) eos antepedes vestros p̄sternā. Nō (aiunt illi) Dñe sumus nimis debiles. Sic quibus (ait Dñs) iuravi in ira mea si introibūt in requiē meā. Hoc idē nūc fit inter Christianos. Ad seruiēdū mūdo in Ægypto magnas vires habet peccator: si verō eis p̄cipiatur, vt bene operētur, sunt quasi muscæ. Ad malū quasi elephantes, ad bonum autē faciendū quasi formice, ō sunt gigantes, sunt pericula, ac difficultates. Ego eas auferā ait Dñs: Nolūt illi cōfidere. O infelix & cū Deo cōtēdis: nē igitur in requiē eius introibis. Aristoteles affirmat peccatū cōtra hominis rationē esse. Nā homo est creatura rationalis: & peccatum est cōtra rationē, ergō est contra naturā hominis. Et tamen quōd adeō homo peruertatur, vt etiā cū maximo labore peccatū velit cōmittere, atq; hoc tā crebrō, vt nūquā defatigetur malē viuere: 17 nimis miserabile hoc est. In naturalibus Philosophis reperimus mōstra rarissimē in natura oriri: Hominē bicipitē, aut quadrupedē oriri, rarissimē cōtingit. Quia est p̄ter naturę intētionē, & cōtra indiuidui generantis inclinationē. Hoc autē ex p̄rior ō miseri, atq; infelices homines, hāc regulā in Adē massa deficere: quia cum peccatum mōstrum sit abominabile: virtus autē nimis conformis rationi atq; naturę hominis: peccatum sēpissimē cōmittunt: virtutem autem rarissimē operantur: cum tamen Deus illud prohibeat, & istud p̄cipiat: illudq; à se æternis tormētis puniēdū comminetur: istud autem sempiterna gloria remunerandum promittat. O maximam ignominiam filiorum Adæ. &c.

*simile est regnū calorum homini patri familiās.* Iste pater familiās est Deus. Et valdē notandū est illū prius hominē, quā patrē familiās 18 nuncupari. Tantis enim eius in homines amor, vt hominis vocabulū pluris quā se Dominū esse, & familiā habere, videtur cōstare. Sāctus Propheta Esaias ad hoc propositum notabilia quædam verba dicit: Dñs cuius ignis est in Sio, & camin⁹ eius in Hierusalē. Est elegans metaphora sumpta ab eo, qui eis quos maxime diligit vicinitate copulatur. Et alludit ad ignē, qui de cælo descēdit, quē p̄cepit Deus semper in altari suo cōseruari, nec alio igne sibi ministrari volebat vt significaret, se, qui in cælo morabatur iam in terra Ecclesiæ suæ vicinū se fecisse, siquidē larignēij; suū illic habebat: vt significemus in hoc oppido mille vicinos cōmorari, dicimus esse mille laria, aut mille ignes. Vult igitur sum-

matim

Aristo. 2.  
Ethicorū.

Esai. 31.

19 matim dicere S. Esaias, idē Deus homines diligit, vt sese illorū vicinū faceret: quādoquidē apud eos ignē, atq; lar suū habet. Nec verō contentus est se hominū vicinū facere, sed vt eos maiori honore afficeret, suūq; erga illos ardentissimū amorē clarius demonstraret, homo vocatur. Nā hīc per hęc verba: homo pater familiās nō intelligitur quidē Christus in quātū homo: sed quatenus De⁹, & dicitur homo p̄pter amorē, quo homines diligit, atq; etiā quia est hominū cōditor. Sicuti etiā qui fictiles ollas facit, dicitur figurus & singuli artifices ab operibus, quæ faciunt, nomē sibi vendicāt. Et cū De⁹ sit hominū creator vult homo nūcupari. Et Deū tā crebrū exire ad homines conducēdos significat singularē curam, quā de hominum salute habet. Si enim eos ad laborandum in vinea sua conducit, non hoc facit propter vtilitatem, quam ab eis sibi prouenturam sperat, sed vt eis faucat, remediumque conferat. 20 Inter doctores diuersæ sunt sententiæ quænam sit hęc vinea. Nō nulli enim per hanc vineā Ecclesiam militatē volūt intelligi, alij verō particulariūs loquēdo dicunt hanc vineam esse vnus cuiusque animā. Et quanuis omnes bene loquantur, visum tamen mihi est in p̄senti concione Origenis sententiā sequi dicentis: per hanc vineā optimē intelligi posse infinitā Dei essentiā, in qua vites sunt tres diuinę personæ, & palmites infinite ei⁹ perfectiones. Vnum autē, quod ex hac vinea colligitur est gaudiū illud, & gloria qua fruūtur, & inebriati sunt beati spiritus. Sicut dicit David inebriantur ab vbertate domus tuæ. Attamen quomodo est possibile in hac vinea laborari? Respondeo quōd si attētē animaduerte- 21 mus. In vineis terrestribus nō semper laboratur, vno enim tēpore in eis laboratur, & alio tēpore ex illis fructus percipitur. Vno tēpore operantur mercenarij in vineis, & in alio mercede fruuntur, & illarum fructibus vtuntur. Sic etiam duplici tēpore Deū habemus, vno in hac vita, altero verō in futura per gloriam. Et quādiū eū in hac vita per gratiam habemus, oportet nos cū eo agere sicut mercenarij se habent cum vinea, quādo in ea laborant, quādo autem illo in cælo fructi fuerimus, debemus nos cum illo habere sicuti se habet mercenarius, cum mercede, quam suo labore cōparauit. Quādiū operarij laborant, quomodo se habent cum vinea? Amputant, excāuāt, & alijs necessarijs laboribus eam colūt, quousque ipsam vindemiant. Sic igitur vult Deus, vt nos cum

Hh 4 sua

Sententiā  
Origen. in  
Hemili. hu-  
ius Euang.  
Psalm. 35.

sua diuina Maiestate habeamus, vt amputemus. Amputat operari; falce putatoria palmites, qui profunt ad accedendum igne, & calefaciendum se illis in tempore frigoris. Sic etiam nos facere oportet, nam falce putatoria, quae est lingua debemus amputare, & cum affectu & puritate orare, & postulare, vt ex hac vinea plurimos palmites auferamus, quae sunt singularia dona ac beneficia Dei. Quibus in diuino eius amore oportet nos inflamari. Olim praecipit Deus, ignis in altari meo semper ardebit, quem nutriet sacerdos subiiciens ligna. Hoc oportet esse praecipuum munus seruorum Dei, diligentissime curare, ne in cordibus suis ignis deficiat. Atque vt hunc ignem nutriant, debent in memoria reuocare beneficia, quae a Dei manu acceperunt, hoc enim est ei subijcere palmites, quos ab illa vinea amputarunt. Dignum est equidem consideratu, quare insensibilibus creaturis omnia Deus simul in principio dedit; quare soli totum splendorem, quem habet, & lunae lumem, quo splendet, stellis, ac denique caelo omnem, quam habent influentiam, cuncta tribuerit: homini vero noluerit cuncta beneficia facere, quae ei diuissim collaturus erat, sed ea suspendit, vt homo frequenter peteret, & diuissim acciperet, & dicit, petite, & accipietis? In his omnibus manifestatur peculiaris voluptas, qua Deus (si ita dici potest) afficitur cum hominibus conuersans, & quanto opere gaudet, vt crebro se diuinis ipsius oculis offerant: & idcirco non omnia simul, quae eis opus erant, illis concessit. Alia ratio est, vt accipientes crebro beneficia occasione haberent se in diuino ipsius amore inflammandi. Nam si semel cuncta perciperet, tanta in homines inuasit obliuio, vt illorum penitus immemores in diuino Dei amore refrigererent. Et sic vbi nostra lectio habet, in quacumque die inuocauero te, velociter exaudi me, alij hoc modo verterunt: In quacumque die inuocauite, exaudisti me, multiplicasti in anima mea fortitudinem. Non contentus est Deus vna die dare, sed in quacumque die ab eo petieritis, ligna amputabitis, quibus in eius amore inflammini. Et sic in anima vera fortitudo, quae est charitas, multiplicatur. Etiam oportet nos in hac vinea excavare. Excavare est fossam facere, & terram detegere. Refert David de quibusdam, qui dicebant: Exinanite, exinanite usque, ad fundamentum in ea, loquentes de Hierusale. Hoc igitur vobis dico fratres charissimi, vna ex sanctis exercitationibus, quibus potestis occupari, est in hac sancta vinea excavare, & profundam fossam facere, quousque fundamentum detegatis, vt cogitationibus, atque mentibus vestris

Leuit. 6.

Matth. 7.

Psalm. 55.

Psalm. 136.

25 vestris curetis contemplari, quod fundamentum habet Deus, hoc est in quibus rebus fundatur ad benefaciendum hominibus, ad eorum peccata dimittenda, ad eos sufferendos, atque ad poenitentiam hodie, cras, & multo tempore expectandos. In hoc seculo quando quis in alium beneficium aliquod confert, in aliqua re fundatur ad illud faciendum, aut quia ab eo recompensationem sperat, aut quia iam ab eo beneficium aliquod accepit. Deus autem quid ab hominibus se percepturum sperat? aut quid ab eis accepit? nihil profecto. Quod ergo fundamentum habet, vt eis beneficiat? Per fodite, & usque ad profundum excavate, & eum omnia propter suam infinitam pietatem ac bonitatem facere cognoscetis: & sic eius amore ardentius capiemini. O quot diuitiae spirituales hac sancta exercitatione acquiruntur. Hac enim manifestatur, omnia quaecumque Deus ab origine mundi fecit, & usque ad seculi consummationem faciet, solam suam infinitam bonitatem pro fundamento habere: etiam, & se hominem facere, atque pro hominibus mori solam eius probitatem habet pro fundamento. Et ex eo quod haec raro, aut nunquam consideramus, provenit, quod tam frigidum in eius amore incedamus, tamque ingratos nos eius beneficijs praebeamus.

Quaeruit quidam vir nobilis ex quodam Philosopho, quam utilitatem percepturus erat filius suus si Philosophiam addisceret, cui Philosophus respondit: Inter alia multa saltem hoc percipiet, quod quando in theatro sederit, non sedebit lapis super alium lapidem: significans Philosophiam eius oculos esse aperturam, eumque prudentem esse effecturam, ita vt ex rebus idoneum sibi fructum consideratione nosset elicere. Si igitur hos oculos, & cognitionem praebet Philosophia Philosopho, quales oculos, & cognitionem praebet diuinarum rerum consideratio homini Christiano, vt in medio huius admirabilis theatri, id est, in medio tot mirabilium & magnitudinum quae Deus propter illum operatus est, constitutus necessarium amorem, & gratitudinem nonit elicere? Veruntamen David postquam mirificam illam exclamationem protulit, dicens: Quam magnificata sunt opera tua Domine, nimis profundae factae sunt cogitationes tuae: statim subdidit, dicens: Vir insipiens non cognoscet, & stultus non intelliget haec. Dicit quae so: vnde provenit, quod cum altissimum sit mysterium incarnationis, ac

Psalm. 91.

passionis Dei propter nos factæ non obstupeamus, & attoni-  
 ti maneamus hæc considerantes? Duplex est huius rei causa. Al-  
 tera est, quia hæc toties audimus. Nam sicut dicit Seneca: Na-  
 turale est hominibus magis nova, quam magna mirari. Atque  
 hinc est quod magis admiramur, solem paulisper propter ali-  
 quam eclipsin obscurari, quia hoc raro contingit: quam ad-  
 miramur, cælum, terram, stellas, mare, ac denique totam orbis  
 molem ab vna creatura, qui est sol, illuminari; & cum sit tam  
 mirabile, nullam tamen nobis admirationem adfert, quia hoc  
 quotidie videmus. Itaque quia nihil est quod in sancta Eccle-  
 sia magis, & crebrius, quam hoc diuinum mysterium prædice-  
 tur; ideo iam nobis non affert admirationem. Altera tamen cau-  
 sa & principalior est, quia licet hoc sæpenumero audiamus, non  
 tamen profundè consideramus, & sic tantum bonum non co-  
 gnoscimus, illud auribus percipimus: sed hac ingreditur, & il-  
 lac egreditur, nec ultra est consideratio, atque ideo tam frigidi,  
 sicut antea remanemus. Aliquando autem hanc tantam negli-  
 gentiam persoluemus. Quæ cum ita sint fratres charissimi, in-  
 tellectuum vestrorum ligonibus profundè perfodite, quousque  
 ad fundamentum perueniatis, ne vobis tanta beneficia in terri-  
 bilia mala conuertantur. Et sic dixit Eusebius Emis-  
 sensus: Qui tantum dedit, scit quantum reposcat: vos autem arbitramini ni-  
 hil esse plus, quam recipere & obliuisci. Etiam est exercitatio  
 magnoperè necessaria in vinea; palmites (quæ Hispanè dicuntur  
 [Bastigas.]) erigere, ne in terra prostrati maneant. Secundum  
 Origenes. Origenis expositionem, palmites Dei virtutes, & perfectiones  
 esse diximus, scilicet, iustitiam, misericordiam, pietatem, ac de-  
 ni- que veritatem: & munus optimi Christiani est, hos palmites  
 erigere, misericordiam, probitati, ac iustitiæ fauere. Verum heu,  
 heu, quam vice versa hodie hoc agitur? vix est enim qui bono  
 faueat, cum tamen multi reperiantur, qui malo auxiliantur. De  
 quo maximo cum dolore Dei nomine queritur Oseas, dicens:  
 Non est veritas, & non est misericordia, & non est scientia Dei  
 in terra. Maledictum, & mendacium, & homicidium, & furum,  
 & adulterium: inundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit. Id  
 est, vnus peccator, alteri peccatori opitulatur. Itaque vitia su-  
 per hominum capita efferuntur, & maximi æstimantur: virtu-  
 tes autem sub ipsorum pedibus humi prostratæ iacent. O dile-  
 ctissimi

Seneca.

Eusebius  
Emis-  
sensus.

Origenes.

Oseas. 4.

31 ctissimi fratres, per charitatem Dei vos rogo, vtan imaduertatis,  
 vos ad laborandum, & insudandum in vinea Domini atq; effi-  
 ciendum, vt virtutes nutriantur, & efferantur, atque a bonis  
 maximi æstimantur, vitia verò ab omnibus negligantur, atque  
 extra hominum consortiū expellantur, quasi operarios à Domi-  
 no fuisse conductos. Et quanuis hæc exercitatio nimis laboriosa  
 sit, Dominus, qui eam nobis præcipit, satis superque remunera-  
 re sciet: circa quod vellem magnoperè perpendatis verba quæ-  
 dam Sancti Pauli, qui dicit: Non cesso gratias agens pro vobis,  
 memoriam vestri faciens in orationibus meis, vt Deus Pater, *Ephes. 1.*  
 gloriæ det vobis spiritum sapientiæ illuminatos oculos cor-  
 dis vestri, vt sciatis, quæ sit spes vocationis eius; & quæ diuitiæ  
 gloriæ hæreditatis eius in sanctis. Diligenter perpendite ver-  
 bum illud: non cesso memoriam vestri faciens; quo significat,  
 quæ necessarium erat negotiū, quod postulabat. Et est vt intel-  
 ligatis in quantam spem vos Dei vocatio inducit: & quâto perè  
 se Deus deuinxerit, & obligarit in modo, quo vos vocauit, &  
 rebus etiam, ad quas vocauit. Cum enim videatis vos ab illo  
 ad poenitentem, asperamque, ac sanctam vitam vocari, quomo-  
 do vobis persuadere poteritis parum esse præmij, quod spera-  
 tur, cum ad tot: tantaque corporales miseras vos conducatur: vult  
 dicere, quod ex eo quod nos ad inferendum bellum vitijs, effe-  
 rendaque virtutes vocauerit, nobis significat quam maximum  
 præmium nobis seruauit, quo nos affecturus est propter tot, ac  
 tantos labores. Ad hoc notate verba, quæ dixit Sara filia Rague-  
 lis, quæ nupta est Tobix iuniori: Non delectaris in perditioni-  
 bus nostris, quia post tempestatem, tranquillum facis; & post la-  
 chrymationem, & fletum, exultationem infundis: & licet labori-  
 bus nostris, non delectetur, gaudet tamen nos illos perpeti, quia  
 sic nobis necessarium est. Ergo sub hac vocatione occultata est  
 mirifica quædam spes præstantissimorum præmiorum; & hoc  
 est quod desiderabat Sanctus Paulus, vt cognosceremus. Vt scia-  
 tis (inquit) quæ sit spes vocationis eius.

Et valde notandum est eos, qui hora vndecima otiosi erant,  
 peculiariter à Dño fuisse reprehensos. *Quid hic statis* (ait) *rota die  
 otiosi?* In quo docuit, etsi otium in omnibus malū & reprehensibile  
 est: in illis tamen longè pessimum, ac perniciosissimum esse,  
 qui iam sunt propè terminū vitæ. Et quamuis peccatores pluri-  
 mis

Tob. 3.

mis mundi negotijs occupentur, otiosi tñ dicuntur, & vagi, frustra enim opera fiunt, quæ destruenda sunt; ea autem, quæ peccatores faciunt, oportet iterum eos destruere, si modo saluandi sunt. Auarus debet vsurarios contractus rescindere: sensualis debet dissoluere coniunctionem, quam habet cum concubina, ambiciosus debet dirimere conuentiones, quas super beneficium, aut canonicatum fecit: & sic de singulis. Atque idcirco dicuntur otiosi. Quod si ante quàm eos ad vineam conduceret, ociositatis reprehendit: quid faceret si eos iam conductos dormientes in vinea reperiret? O quantum est hîc lachrymandum! quod sint tot Christiani in Ecclesia Dei conducti operarij, qui tamen tam otiosè viuunt / Fons ex quo hoc otium dimanat, est pigritia, & ignauias. Quæ, vt dicit Altisiodorensis: Accidia est quædam spiritualium ciborum animæ, & tœdium quoddam sanctarum 35 exercitationum atq; amara, & tristis grauitas ad res diuinas exequendas. Et sic de anima, in qua hæc accidia dominatur: Anima saturata calcabit fauum, id est, anima fastidiosa, & quæ dentium stuporem habet, omnia bona à se expellit. Dentium stupor prouenit ex comestione fructuum acrium, & immaturorū; voluptates, honores, prosperitates, ac denique gaudia huius seculi, omnia sunt fructus immaturi, & intempestiui. Calum enim est locus, vbi voluptas, honor, fœlicitas, ac lætitia sunt fructus maturi, & tempestiui. Et anima, quæ in hoc seculo hos intempestiuos fructus nimia cupiditate manducat, corrumpitur, & dentium stuporem patitur, nec cum gustu, & suauitate res virtutis edat: & sic ad vniuersum bonum pigra manet. Et hæc pigritia, quæ est otij fons efficit homines falsos prophetas & diuinos mendaces, sicuti Hispanum axioma dicit. [*Escudero pobre, meço adenimo.*] Dicit herus puero suo; puer, ito in forum, & affer poma: statim respondet; Domine in foro non sunt poma: ignauias facit illum diuinare. O peccator ignauias te diuinum, & falsum Prophetam, facit: dicit tibi Deus: Age poenitentiam, recede ab illa mala familiaritate: attende mortem aduenturam esse, quæ si in isto malo statu te occupauerit, in perpetuum comburendus in infernū detruderis. Tu verò respondes. postea hoc fiet, tempus erit ad omnia, nondum venit finis. O infelix quiste ita prophetare fecit, vt diceres, tempus in posterum esse futurum? Certum est quod pigritia: mille Prophetas facit hæc perniciofa pestis.

*Altisiodo -  
rensis lib. 2.  
sentē. tract.  
26. Pro. 27.*

37 pestis. De his dici potest illud Ezechielis: Væ Prophetis insipientibus, qui sequuntur spiritum suum, & nihil vident. Vna ex magnis sanctæ Ecclesiæ plagis, est hæc pigritia, quæ est quasi podagra, quæ in senectute venire consuecit. Hæc sancta Ecclesia cum sit vetus & longæua magna podagra laborat; nam in eius principijs aliter profectò per virtutem decarri consueuerat. Nunc ei gutta arthretica aduenit, quæ pedes, manus, ac maiorem corporis eius partem occupat. O Deus Maieftatis infinitæ per clementiam tuam te deprecor, vt tanto malo medearis, nobisque feruentissimum, totiusque virtutis amantissimum spiritum concedas, qui norit hos immaturos seculi fructus odisse: vt expulsa ignauias, otium etiam expellamus, quod quidem est rerum omnium euerfio. Ignis nisi materiam habeat, comburendam, statim extinguitur, aqua nisi defluat, corrumpitur, & venofo animalia producit: terra nisi excolatur, spinas profert: aer detentus corrumpitur: domus non habitata corrunt: vine non trita, herbis operiuntur, & excæcantur: ingenia non culta torpescunt: equi otiosi claudi fiunt: instrumenta musica si non pulsantur, destruuntur & in sonora fiunt. Si artifex instrumentis suis ferreis non laboret, ferrugine operiuntur. Nisi miles diu armis vtatur, mucida redduntur. Milites otiosi efficiuntur pusillanimes. Quando aues quiescunt, tunc certius à sagittario feriuntur, quàm cum volant. Quantum igitur hoc malum animæ efficit, cum rebus omnibus tantum afferat detrimentum? Dixit Exod. 23. Deus: Sex dies operaberis, septima die cessabis, vt requiescat bos, & asinus tuus, & refrigeretur filius ancillæ tuæ, & aduena. O 39 benedictus sit talis Deus, cui etiam & iumenta sunt curæ: & vult illa paululum requiescere. Sex dies præcepit laborari, vna autem solummodo requiesci, quia in hac vita multò maiorem oportet esse laborem requie: nunc verò totum vitæ tempus in requie ducere, nec horam quidem laborare velletis. Vt hi erant otiosi, & per consequens peccatores, statim se excusarunt, dicentes: Quia nemo nos conduxit: quæ quidem maxima est hominum miseria, non solum esse malos, sed velle etiam malitiam suam excusare. Excusationes sunt quædam scuta, quibus peccator se vult tueri. Loquens Iob de diabolo, dicit: Corpus illius 41. quali scuta fusilia compactum squamis: Corpus diaboli est congregatio malorum. Et hoc corpus dicit squamis esse reo, vt

*Exod. 23.*

*Similia.*

*Exod. 23.*

*Iob. 41.*



Gene. 3.  
Abt. 9.

Simile.

Psalm. 140.

Bernar.

tum, quæ sunt quasi scuta fabricata in forma & typo, quæ sunt<sup>40</sup> excusationes, quæ à forma primi hominis exierunt, quem cum Dominus reprehenderet, se excusauit, dicens: Mulier, quam didisti mihi, &c. De Beato Paulo dicitur: Quod in eius conuersione ceciderunt ab oculis eius, tanquam scammæ, & visum recepit: in quo significatum est eum culpam suam cognouisse, nec mala sua vanis excusationibus esse operturum. Vt pisces bene condiantur, prius oportet scammis mundari: sic oportet animas excusationum scammis mundari, quæ in poenitentia condiendæ sunt. Eo quod hæ scammæ tam perniciosæ sint rogabat Dauid instantissimè Deum, dicens: Non declines cor meum in verba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis. Ne declines, id est: Ne permittas cor meum declinare in verba malitiæ. O quot rationes inquit peccator (vt perpendit Beatus Bernardus) ad excusandum se! Primum dicit: Non feci; quod si se argutum, & conuictum animaduertit, dicit; feci, sed bene feci. Si verò male fecisse conuincitur, dicit: si male feci, non feci multum male: quod si magnum malum fecisse conuincitur, dicit: si multum male feci, non feci mala intentione. Si tandem rem tã malam cum bona intentione fieri non potuisse comprobatur; excusat se, dicens, Diabolus me decepit: ille homo mihi hoc persuasit: semper scuta quærit, quibus se defendat. Seruus autem Dei plañe culpam suam agnoscit. Et hoc oportet vos fratres charissimi Deum instantissimè postulare, ne vos in tantum malum deuenire patiatur: sicut rogabat Dauid: sed si aliquando per fragilitatem peccaueritis, nimis verè ac syncerè vos peccati veltri<sup>42</sup> accusetis.

*Cum serò autem factum esset, dicit Dominus vineæ procuratori suo: Vo-  
ca operarios, & redde illis mercedem.* In fine diei soluitur merces operarijs. Nam qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit, dixit summa veritas. Non prodest ad vitam æternam, quod in hac vinea aliquot horas laboretis, nisi laborem vsque, in finem perduxeritis. Pendenti Christo Redemptori nostro in cruce, dixit malus latro: Si tu es Christus, descende nunc de cruce, & salua te ipsum, & nos. Attendite qua hora conabatur Sathanas efficere, vt Christus Redemptor noster ex cruce descenderet, in fine tandem laborum. Et sicut dicit

Beatus

<sup>43</sup> Beatus Bernardus: Ideò quia sum Christus, idcirco non de<sup>Bernar.</sup> scendam de cruce: vt homines doceam in fine debere firmiores, & constantiores in sublimi perfectionis, quo ascenderunt, permanere: & in cruce, quam in toto vitæ suæ discursu susceperunt, perseuerare. O quam cælestis est hæc doctrina! Dominus illam in cordibus nostris imprimat, vt hic diuinæ gratiæ auxilio adiuti in vineæ labore perseuerantes, ad perfruendum præmio cælestis gloriæ perducamur, Amen.

## Dominica in Sexagesima.

<sup>1</sup> *Cum turba plurima conuenirent, & de ciuitatibus properarent ad Iesum, dixit per similitudinem: Exijt qui seminat seminare semen suum.*  
Luc. 8.



**N**TER sapientes Græcos, maximè commendatus est Pythagoras, eo quod plurima moralia per ænigmata erudierit, & per similitudines docuerit. Atque hic docèdi modus connaturalior est nobis, quàm omnes alij, & idcirco iucundior omnibus. Connaturalior (inquam) quia quemadmodum anima nostra spiritualis carne cooperta est: sic etiam veritas per similitudinem prolata venit, sicuti spiritus corpore coopertus. Atque idcirco Christus æterna sapientia crebro per similitudines docebat. Cum vt futuris hominibus occasionem præberet sanctissimæ huius exercitationis; quæ est occupari in eius similitudinibus intelligendis, & populo exponendis, tum etiam (& quæ principalior est ratio) quia prædicatio fit ad auditorum utilitatem: & quærebat diuinus Magister modos, quibus sua diuina verba in auditorum animis melius possent imprimi, & radicari. Inuenietis hominem, qui vnus doctrinæ, quam vigintiantea annis per similitudinem audiuit, recordatur, quæ nisi

nisi ita prædicata fuisset, iam post dimidium horæ illius obli-  
uisceretur.

Proposita hac parabola eleuauit diuinus mundi Redem-  
ptor suam sanctam vocem, vt efficacius auditorum animos  
commoueret, & clamans dicebat: *Qui habet aures audiendi, audiat.*  
Non dicit; qui habet aures, audiat: sed qui habet aures audien-  
di. Qui podagra laborat, pedes habet, sed non sunt pedes ad  
currendum, quia habent podagram. Sic etiam non omnes ha-  
bent aures ad res spirituales, & animabus suis vtiles audiendas,  
quia habent aures corruptas. Plerunq̄ue molestia afficimur,  
cum de illis malè audimus, quos summo opere diligimus, & cum  
benè audimus, quos odio habemus. Cumque peccatores vitia  
diligant, virtutesque odio habeant, & in prædicationibus vir-  
tutes commendentur, vitia verò maximè vituperentur, nolunt  
eas peccatores audire, non habent aures dispositas ad hæc au-  
dienda. Vnde de his dicit Dauid: Furor illis secundum similitu-  
dinem serpentis: sicut a spidis surdæ, & obturantis aures suas,  
quæ non exaudiet vocem incantantium, & venefici incantan-  
tis sapienter. Beatus Augustinus super hoc dicit, verba esse, qui-  
bus serpentes domari consuescunt, vt eis homines ad aliquid  
vtantur. Et sentientes serpentes incantatores in foraminibus  
speluncæ nolunt exire, sed in ipsis speluncis se glomerant, ne  
ab eis incantentur. Sic etiam sunt homines, qui vitijs suis ita de-  
lectantur, vt Dei incantatores nolint audire, qui sunt prædica-  
tores verbi diuini, qui suis sanctis prædicationibus eos vtiles vo-  
lunt efficere, ab eisque venenum auferre. Et idcirco in spelun-  
cis suis commorantur, nec ad prædicationem audiendam vo-  
lunt accedere: timent enim ne diuinis verbis eorum corda re-  
uoluantur, & sic ad peccata relinquenda moueantur. O serpen-  
tes infernales tanto istius veneni amore capti estis, vt illud  
dimittere nolitis? Hi aures habent, sed non ad audiendum.  
Quam obrem fratres mei Deum exorate, vt benè affectas aures  
vobis tribuat, & quando ad prædicationem venitis, ipsum hu-  
militer deprecamini, vt prædicatoris linguam moueat, quata-  
lem doctrinam prædicet, qualis vobis est necessaria, eiusque  
verba in cordibus vestris imprimat. Dixit Deus Moyse: Præ-  
cides tibi duas tabulas instar priorum. Moyse præcipitur, vt ta-  
bulas scindat, dolet, & adaptet, Deus autem in illis scripsit. In  
hoc

*Simile.*

*Psal. 57.*

*Augusti.*

*Exod. 34.*

6 hoc significatum est prædicatores optimè posse homines exem-  
plis, ac verbis admonendo, reprehendendo, ac rogando præpa-  
rare: interius autem diuina verba imprimere non valere. Si Deus  
ea suo digito, id est suo diuino spiritu in cordibus non scripserit,  
ac impresserit: atque etiam illum debetis rogare, vt vobis spi-  
ritum, & efficaciam largiatur, qua eius consilia opere complea-  
tis. Perpendit Diuus Gregorius sanctum Prophetam Isaiã: Spi-  
ritus sancti dona recensentem bina illa annumerasse, & sic di-  
xisse: Spiritus sapientiæ, & intellectus: Spiritus consilij, & forti-  
tudinis. O admirabile mysterium! quòd donum fortitudinis cõ-  
siliij dono coniunxit: significauit in hoc Spiritus sanctus bonum  
consilium, & bonam doctrinam, sine fortitudine claudicare, hæc  
enim omnia exequitur. Quid prodest, quòd prædicator optima  
consilia præbeat, nisi in vobis sit fortitudo, & efficacia ad illa  
7 complenda? De quibusdam dicitur: Venerunt filij vsque ad  
partum, & virtus non est pariendi. Idem mihi videtur de igna-  
uis, & remissis hominibus dici posse: qui quidem bona propo-  
sita per diuinum verbum concepta ad voluntatem exequendi il-  
la perducunt, eistamen ad exequendum deficit fortitudo. Quo-  
circa fratres mei, simul cum dono consilij fortitudinis etiam do-  
num à Domino postulate, vt viriliter, ac fortiter malam societa-  
tem, illicitam negotiationem, ludum ac denique omnia vitia  
relinquatis.

Postquam Dominus hanc parabolam prædicauerat, inter-  
rogabant eum discipuli eius significationem illius. Et est valdè  
8 notandum discipulos hos interrogasse postquam omnis turba  
abierat. Sicut apertè significat Beatus Marcus, dicens: Et cum  
esset singularis, interrogauerunt eum hi, qui cum eo erant duo-  
decim parabolam. Considerate quomodo tantummodo san-  
cti Apostoli parabolam illam intelligere cupierunt. Cateri  
quippe omnes vbi primum illam auribus perceperunt, statim  
corde dimiserunt, atque obliuioni eam tradiderunt, & cum ni-  
hil illius intellexerint, quasi banausi ignorantes abierunt. Hæc  
est vna ex differentijs, quæ sunt inter prædestinatum, & præ-  
scitum: scilicet, quòd prædestinatus curat peculiariter ea scire,  
quæ ad saluationem suam conducunt. Alter verò contentus est  
illacõmuniter audire. Vadit præco per viam, & defert vestem  
venalem, ac proclamans, dicit: Quis vult emere hanc vestem?  
quem

*Gregorius.*  
*Isai. 11.*

*Isai. 37.*

*Marc. 4.*

*Simile.*

quem quidem omnes auditis, vestemque aspicitis; sed ut illam non vultis, nihil amplius facitis, sed dimittitis illum abire. Sed ille cui vestis placet, peculiariter considerat eam, & induit se illa, & tandem iusto pretio cum præcone convenit, eam emit, quia sibi opus est. Sic etiam de veste, quæ vobis hinc venditur, omnes præconium auditis, & omnes illam dimittitis. Sed ille peculiariter attentè eam considerat, & in illa instruitur, quia ea vult uti, & ex ipsa fructum percipere desiderat, & cum hoc disponitur, ut eam Deus illum interiori doceat, & super eum benedictio illa cadat, quam dicit David his verbis: Beatus homo, quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum. Ut enim verum fatear, nisi Deus nos interiori doceat, cordaque clarificet, ac menses illuminet, parum prodest exteriores sermones audire. Et sic dixit Dominus discipulis suis: *Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, cæteris autem in parabolis.* Mirabile fuit, quod in illa mysteriosa visione, quam vidit Sanctus Propheta Ezechiel, cum quatuor illa animalia perspexit: de quibus dicit, cum certum ac determinatum membrorum numerum haberent, plena tamen oculis fuisse. Et totum corpus (inquit plenum oculis in circuitu. Ut significaretur quomodo Deus servos suos illuminat, eorumque mentes clarificat: malis autem in poenam peccatorum suorum dicit: Percutiat te Dominus cæcitate & amentia; & palpes in meridie sicut palpare solet cæcus in tenebris, & non dirigas vias tuas. Liberet nos Deus à tam terribili supplicio; & ne simus ex illis, de quibus hinc dicit Dominus: Cæteris autem in parabolis, ut videntes, non videant; & audientes, non intelligant. O Christe vera lux animarum, nunquid tu Domine non dixisti: Ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritatis? quomodo nunc dicis te ea verbaloqui, ut intelligentes non intelligant? Ad hanc difficillimam questionem dupliciter responderetur: primò, quod illa coniunctio; ut, non denotat illic causam finalem, sed consequutionem effectus: quasi dicat, in parabolis prædico, atque hinc provenit, quod illi qui veritatis non sunt multum cupidi, non ea intelligunt, quia illarum intelligentiam non inquirunt. Sicuti etiam in illis verbis Psalmi quinquagesimi: Tibi soli peccavi, & malum coram te feci, ut iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. Particula illa, ut, non denotat illic causam, sed consequutionem

Psalm. 93.

Ezech. 1.

Deut. 28.

Ierem. 18.

12 nem effectus. Non enim peccavit David, ut Deus iustificaretur. Et sic vult dicere: Domine peccavi, atque ex hoc iustitia tua cognoscetur: Punies Domine peccatum meum, & permittes, ut filius meus adversum me confurgat, &c. Et tunc adversum revertentes homines supplicium, quod tu de me fumis, iustitiam tuam cognoscent. Sic etiam intelligendum est illud Pauli: Lex iubintrauit, ut abundaret delictum. Non utique data est lex, ut maiora, & plura essent peccata. Et sic illud: ut, non significat illic causam, sed consequutionem effectus: quasi diceret: Ex eo quod lex data est, consequutum est propter malitiam nostram, ut peccaremus: plerumque enim ea, quæ nobis prohibita sunt, summopere desideramus. Secundus modus solvendæ questionis est: quod verè coniunctio illa: ut, significat ibi causam. Atque verè verba hæc sic intellecta sunt ex difficilioribus sacrarum literarum consentaneum est nos hinc plurimorum gravissimorum Doctorum resolutionem adducere. Beatus Augustinus, Beatus Chrysostomus, & Primasius; atque etiam Doctores Scholastici, Alexander de Ales, Divus Thomas, Divus Bonaventura: hi omnes concludunt peccatorem in poenam gravissimorum peccatorum à Deo excæcari. Et hæc est durior poena, qua Deus in hoc mundo peccatorem punire consuevit, scilicet excæcari eius mentem, ut ea, quæ audit, nec cognoscat, nec intelligat. Alexander de Ales ubi supra asserit duplex esse genus poenarum, alteram puram, quæ est mera poena, qualis est persecutio, ignomina, morbus, & cætera huiusmodi. Et de hac dixit Propheta Amos: Non est malum in civitate, quod Dominus non fecerit. Et hac poena dicit Beatus Augustinus ubi supra bonos in hoc seculo à Deo puniri consuefcere, quo ad gloriam purgati ducantur: & sæpè numero etiam & malos, ut hinc iam peccatorum suorum supplicium incipiant sustinere; de quibus dicitur: Duplici contritione conterere eos: & induantur quasi diploide confusione sua. Hæc non est oratio, sed prophetia, diploide, id est, duplici veste. Itaque poena huius seculi connectitur, & consuitur poenæ futuri seculi. Alia est poena culpæ commissa, qualis est cordis durities, & mentis cæcitas. Et cum sit verum, Deum non esse culpæ autorem: idcirco oportet nos declarare quomodo intelligitur illud, quod dicit

Roma. 5.

August. libro. 2. contra.

Faustum. c. 9.

Chryso. sup.

episto. ad Roma.

serm. 19.

Primasius sup.

per epist. ad

Roma. 11. c.

Alexan. de

Ales. 1. p. q.

29. mēb. 4.

S. Tho. 2. 2.

q. 79. art. 3.

S. Bona. 2.

sent. d. 36.

q. 2.

Alexā. ubi

supra.

Amos. 3.

August. ubi

supra.

Psalm. 108.

sacra Scriptura Deum esse causam cæcitat. Et dicunt hi Do-  
ctores cæcitatē esse effectum diuinæ iustitiæ: quod homi-  
ni auferantur oculi in pœnam delicti sui. Dedit tibi Domi-  
nus intellectum, vt eum cognosceres, eiq̄ue seruires: tu verò  
Deo post terga relicto intellectum ad creaturam conuertis. In  
pœnam igitur istius delicti iustum est, vt tibi oculi auferantur:  
vt audiens non intelligas, vt prædicationes auribus percipias,  
& vniuersa, quæ in eis dicuntur exaggerationes esse tibi vi-  
deantur: & nihil ad animæ tuæ salutem conducibile intelligas.  
Pœna est hæc, veruntamen commissa peccato. Quid? Deus  
ne est illius causa? Est vtiq̄ue permittens illud propter culpam  
tuam. Et sic non solum dicit sacra Scriptura: Malitia eorum  
excæcabit eos. Verum Beatus Paulus etiam dicit: Deus excæ-  
cabit mentes infidelium; quæ verba dupliciter declarantur: vno  
modo à Beato Augustino: scilicet, Deus huius seculi, id est, dæ-  
mon, qui vocatur princeps huius mundi, & est Deus munda-  
norum, quia ei obediunt. Hic autem quod prius fecit, est  
peccatoris oculos confringere, eumq̄ue excæcare. Si enim co-  
gnosceretis ò peccatores eius malitiam, ne minimum quidem  
temporis spacium ei seruiretis. Et excæcat vos diabolus, sicut  
venator vrforum, qui vrfum cæcat, ponens ei ante oculos can-  
dentem peluim orichalci: hoc modo vos diabolus Deo per-  
mittente excæcat. Ponens vobis coram mentis oculis tempo-  
ralium rerum splendorem, vt eas magni æstimetis, ardenti-  
q̄ue illarum amore capiamini, & perinde Dei obliuiscamini.  
Alterâ expositio est glossæ dicentis: Deus verus excæcabit  
mentes infidelium. Quem autem vocas infidelem? vniuer-  
sum peccatorem. Nam licet credat, eius tamen opera fidei  
non consonant, nec virtutem fidelitatis habet, & propter hanc  
infidelitatem à Domino peccator excæcatur. Quia quamuis  
Deus omnibus necessarium saluationi suæ auxilium offerat: alia  
autem peculiaria auxilia quæ animabus præstare consuevit,  
hæc propter peccata aufert. Et hoc est Deum excæcare mentes  
infidelium. Atq; de his dicit Apostolus: Cæteri excæcati sunt, si-  
cut scriptum est: Dedit illis Deus spiritum compunctionis, ocu-  
los, vt non videant, & aures vt non audiant. Sed dic mihi,  
quidnam sit spiritus compunctionis? Nam secundum quod  
hic Sanctus Apostolus significat, signum est hoc maximū esse  
malum,

Sap. 2.

2. Cor. 4.

Augusti.

simile.

Rom. II.

Isai. 6.

Psalm. 29.

18 malum. Et sic dicebat David: Vt cantet tibi gloria mea & non  
compungar. O Deus & gloria animæ meæ semper te spiritus  
meus laudet, meq̄ue tibi gratissimum præbeam, ne in compun-  
ctionis spiritum deueniam, vt non compungar. Beatus Chryso-  
stomus vbi supra, & Casianus super hunc locum dicunt, spiri-  
tum compunctionis esse deprauatum quendam habitum, & cul-  
pam in anima inueteratam, sicuti clauus, qui ita tenaciter duas  
tabulas defixas tenet, vt prius tabulæ ipsæ confringantur, quàm  
clauus euellatur. Talis est compunctio, quia adeo fixa est anima  
tua istius malæ consuetudini, ludo, carnali concupiscentiæ, odio, cu-  
piditati, atq̄ue ambitioni, vt confringi, ac lacerari potius patiaris,  
quàm quòd illam relinquant. O quam meritò de peccatis di-  
cere possumus quod Deus dixit Hebræis de Amorrhæis, & Ie-  
19 busæis. Sin autem (inquit Deus) nolueritis interficere habita-  
tores terræ, qui remanserint, erunt vobis quasi clauus in oculis, &  
lancæ in lateribus: quia hæc peccata tanquam gentes Barba-  
ræ corda vestra transigent, & vos penitus destruent. Quæ cum  
ita sint dilectissimi fratres, quanta animi contentione possum  
vos Dei nomine deprecari, vt peccata magnopere timeatis: quæ  
sciam commisitistis, ab eis celerimè exeatis, antequam in hunc  
compunctionis, & transfixionis spiritum deueniatis; & no-  
tate Apostolum dicere. Dedit illis spiritum compunctionis,  
id est, propter eorum scelera eos de manu sua Deus dimisit,  
vt de malo in peius pergerent, quousq̄ue obdurati, cæciq̄ue re-  
manerent, vt videntes, non videant. Nunquam vidistis ebrium,  
qui cum vna tantum sit lucerna in mensa, dicit esse quatuor?  
20 Huius rei causa est, quia eum vitium excæcavit, & fecit in-  
sanire: sic hominibus peccatorum voluptatibus excæcatis, at-  
q̄ue inebriatis, si dicatur, sic, intelligunt, non: si verò dica-  
tur, non, intelligunt, sic. Et sæpenumerò in pœnam ipso-  
rum scelerum, quemadmodum permittit Deus ò peccator,  
vt ea, quæ tibi dicuntur, non intelligas, etsi tibi veritas di-  
citur: sic etiam aliquando permittit, vt non veritas quidem,  
sed mendacium tibi dicatur, quo decipiaris: sicut ad literam  
dicit Beatus Paulus his verbis: Eo quòd veritatem charita-  
tis non receperunt: vt salui fierent, ideò mittet illis Deus  
operationem erroris, vt credant mendacia. O metuenda ver-  
balis quis tam seuerum supplicium audiens non trepidat?  
Tom. j. Ii 3 Quid.

Chryso-  
stomus.

Num. 33.

simile.

2. Thess. 2.

Quid Domine? cum tu summa sis veritas, erroris spiritum immittis? Hoc est supplicium Dei, quod permittit, ut veniat qui te decipiat, quia es iniquus: & permittit etiam, ut in poenam peccati tui errorem illum, & mendacium diligas.

Ecce quid sub illo terribili verbo subest. Quo dicto, coepit parabolam exponere, dicens: *Semen est verbum Dei*. Nam quemadmodum granum, secundum Philosophum, in virtute & potentia in se totum fructum, qui creatur, continet: sic etiam verbum Dei est initium boni animae: & seminator huius seminis est Christus Redemptor noster. Maxima consolatio est Christianis, quod doctrinam ipsius Dei ore doctam, & seminatam habeamus. Quod merito quidem exaggerabat Beatus Paulus dicens: Notum vobis facio Euangelium, quod Euangelizatum est à me: quia non est secundum hominem, neque ab homine accepi illud: sed per reuelationem Iesu Christi. Ne arbitremini Euangelium esse hominum opiniones (ait Apostolus) quarum vna aut alia teneri potest: sed est vna, simplexque veritas, quam Deus ore proprio seminavit: & ad hoc exiuit in agrum huius mundi. Et sic postquam Beatus Ioannes in Apocalypsi fidei nostrae mysteria reuelauerat; dixit: Ego Iesus misi Angelum meum testificare vobis haec in Ecclesijs. Fuit illud nominis sui subscriptione confirmare doctrinam illam suam esse. Seminatore prius apprehendit granum, & postea illud serit: sic Christus Redemptor noster omnia, quae nobis praecipit, operatus est ipse. Ne afferas excusationem in bene operando. Si enim ieiunas, aut oras, aut aliquem laborem propter Deum patieris, ille, qui hoc tibi praecipit, prius idem passus est. Musicus discipulum docens, dicit illi: hic debes digitos collocare, has chordas debes tangere: accipit discipulus instrumentum, & nihil scit facere, quia nunquam vidit magistrum idem facere: Domine nisi instrumentum tangas, nihil potest effici. Tangit musicus digitis suis chordas, & sic discit discipulus. Multa praecipit Deus, & dicebat hominibus, ut digitis chordas attingerent, & suae diuinæ Maiestati musicam ederent: sed homines vix bonum quicquam facere sciebant. Et sic dicit Isaias: Quasi pannus menstruatæ vniuersæ iustitiæ nostræ. Facit se Deus hominem & ponit digitos in chordis, instrumentumque tangit, ieiunat, laborat,

Gala. 1.

Apoc. 1.  
17.

Simile.

Isaia. 64.

24 laborat, ac patitur, dicitque, sic vos facere oportet, quis habebit excusationem si nunc quod debet, non fecerit? Antequam hic diuinus Musicus instrumentum tangeret, possent homines dicere quod dicebant captiui Babylonis. In salicibus suspendimus organa nostra: quia non tangebantur instrumenta, nec Deo musica fiebat. Nam quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena? Cum homines à peccatis captiui tenerentur, quid facere possent, quod Deo esset gratum? Maior vtilitas, quam agricola sato agro potest afferre, est illum rigare, ut quod in eo seminatum est, accrescat: sicuti fit in Aragonia. Et Albertus Magnus dicit terram animalium cruore rigatam vberriam effici, & multo quidem vberriorem, si humano sanguine irrigetur. Per charitatem Dei semel, & milles vos rogo fratres charissimi, ut hoc diligenter animaduertatis. Dicite quæso si humano cruore fertilis terra efficitur, quanto fertilior fieri debet et sanguine Iesu Christi filij Dei, sanguine diuino, sanguine, qui tanta charitate, ac liberalitate pro nobis effusus est? O superne Saluator Iesu Christe plurimè diuinæ Maiestati tuæ gratiæ referantur, qui non contentus es tantum pretiosum sanguinem in uulnibus effundere, sed illum etiam in diuino, atque ineffabili altaris sacramento reliquisti, ut eo animarum nostrarum terra frequenter irrigetur. Quid ergo erit, si tam singulari beneficio animæ nostræ affectæ, steriles tamen remanserint? ô quanta confusio, & quam digni erimus condemnatione. Prædicans Sanctus Dauid tempus legis gratiæ dixit: Benedices coronæ anni benignitatis tuæ, & campi tui replebuntur vbertate. Pinguescent speciosa deserti, & exultatione colles accingentur. Induti sunt arietes ouium, & valles abundabunt frumento: clamabunt etenim hymnum dicent. Corona anni, id est, circulus anni. Et annus benignitatis Dei est tempus legis gratiæ totum plenum misericordiarum Dei. Nec verò sanctissimus ille sanguis, cæteraque omnia beneficia, quæ dicuntur benedictio Dei in vnum diem, aut in vnam hebdomadam remanserunt: sed in vniuersum tempus, quo mundus durarit. Et idcirco dicit: coronæ anni, id est, vniuerso discursui, & circulo legis gratiæ: & sic maximam oportet esse semper spiritualem vbertatem in campis, & desertis, hoc est in secularibus, religiosisque hominibus. Et apertè patet Prophetam hic de spirituali vbertate loqui per hanc metaphoram campo-

Psal. 136.

Albertus  
Magnus.

Psal. 64.

rum, vallium, ac desertorū: cum vlteriùs dicat: arietes clamabunt: etenim hymnum dicent. Qui quidem sunt viri, qui maximos in virtute progressus faciunt. Verum est hoc in primitiis Ecclesie temporibus fuisse adimpletum, in quibus maximum fructum Apostolorum sata produxerunt: quando vrbes virginibus, ac martyribus plenæ erant: desertaque loca plurimis eremitis mundi contemptoribus repleta. Nunc autem iam aliter fieri videtur.

*Gen. 41.* Reuelauit Deus Sancto Ioseph septem annos maximæ fertilitatis esse venturos, quos alij septem maximæ sterilitatis subsequuturi erant. Sic factum est in Ecclesia Catholica: prioribus enim annis maxima viguit sanctorum vbertas. Tunc innumerabiles erant virgines duodecim, tredecimque annorum, quæ vt integram incolumemque virginitatem seruarent, capita sua scruissimorum carnificum manibus iugulanda tradebant: innumerabileque viri, atque vxores, qui in magna fidelitate, reuerentia, vitæque integritate vivebant. Et sic de singulis. Nunc autem aperte conspicitis quanta sit virginitatis, martyrij, fidelitatis ac demum iustitiæ sterilitas, & inopia. Hæc miseria partim (credo) ex prædicatorum defectu prouenit, quia non prius granum in manu accipiunt, quam illud in terra seminant. Non caret magno mysterio, quod

*Exod. 4.*

*Exod. 7.*

cum Deus soli Moyse signum virgæ dedisset, vt coram Pharaone in serpentem conuerteretur: cum postea Moyse in eius conspectu esset, noluit eam proijcere, sed eam proijciendam Aaron fratri suo commisit, vt significaret, cuius esset dicere, & prædicare, eiusdem etiam esse oportere bene operari: plus enim verba, operibus coniuncta, quam singula per se hominum animos commouent. Et quia Aarō prædicator, & orator mittebatur (Moyse enim balbus erat) visum est Moyse miraculum illud facere proprius ad Aaron prædicatorem, quam ad se pertinere. Dixi miseriam hanc partim ex prædicatorum defectu dimanare. Nam vere maiorem culpæ partem audientium esse arbitror. Si enim saluationis vestræ zelatores essetis, non tantum prædicatorum opera, licet pessima essent, deberetis attendere (qualia per misericordiam Dei plerumque non sunt, cum plurimi sint serui Dei, qui tam vitæ integritate, quam doctrina prædicant) veruntamen quando ita non esset, non in vitam quidem, sed in illorū doctrinam vos oculos conijcere oportet. Deus per coruos panis, carnisque portionem

*3. Reg. 17.*

Helix

*30* Helix mittere consuevit, vt significaret Deum sæpenumerò per rostra immunda, & per obscenas linguas turpium carnaliumque hominum animabus seruatorum suorum mundam, sanctamque doctrinam mittere: quæ maximi æstimanda est: eò quod cum ipsi obsceni sint, mundum, ac syncerum cibum vobis præbent: & potius suffert Deus se in immundorum hominum linguis versari, quam vobis spiritualem cibum deesse. O ineffabilem Dei pietatem, quomodo ad vtilitatem vestram prædicatorum defectus supplere nouit. Bonum esset, quod diceret Helix in illa necessitate constitutus, quid Domine? per coruos mihi cibos mittis? nunquid alios famulos, aut œconomos non habes? nihil horum dicebat: sed beneficium illud cum magna gratiarum actione recipiebat. Sic vos facere deberetis. Idcirco dico ego præcipuam culpæ

*31* huius partem in vobis esse. Profectò idem nunc mihi videtur agi, quod agebatur quando dixit Deus Ezechieli. Tu fili hominis fili populi tui, qui loquitur de te iuxta muros, & in ostijs domorū, & dicunt vnus ad alterum: venite, & audiamus quis sit sermo egrediens à Dño, & veniunt ad te, & sedent coram te populus meus, & audiunt sermones tuos, & non faciunt eos, quia in canticū oris sui vertunt illos, & auaritiā cordis sui sequitur cor eorum: & es eis quasi carmen musicum, quod suauiter dulciq; sono canitur. E cum venerit quod prædictum est: (ecce enim venit) tunc scient, quia propheta fuerit inter eos. O summam Dei bonitatem! tunc enim illud huius temporis esse mensura videbatur. Nunc quippe dicitis, eamus ad audiendum talē prædicatorem: o quam mirificas res dicit, o quam eloquenti sermone eloquitur: & sic ea, quæ vobis

*32* Dei nomine dicuntur, in derisum conuertitis, veruntamen ita concubinarij, cupidi, auarique sicut antea remanetis. Solū modo vobis Hispani sermonis eloquentia remanet. Veruntamen quando in vobis comminationes, quas Deus fecit, adimplete fuerint tunc prædicatorem vera dixisse cognoscetis. Placeat diuinæ Maiestati ne sit sicut ego vobis dico, sed vos hodiè in hanc prædicationem fuisse conuocatos sit ad vtilitatem animarum vestrarum, atque vt hoc excitatore, quem vobis hodiè præbet, concite mini, vt vos in huius cælestis doctrinæ speculo contemplantes, diuinam seueritatem timeatis. Probitatisque eius amore capiamini, vt tanquam vberissimi agri maximos fructus feratis.

Hoc diuinum semen supernus feminator in quatuor partes diuisit:



diuisit, quarum tres perierunt, & vna tantum profuit. Nunc autem vti  
 nam ex quinquaginta partibus vna proficeret, hac enim contenti  
 essemus: quæ quidem maxima est auditorum confusio, quod desideret  
 prædicator, ut ex quinquaginta animabus, quæ cum audiunt, vna  
 saltem ex eius sermonibus fructum perciperet. Et satis magno mœ-  
 rori est hoc prædicatoribus, nam quamuis auditores ex eorum prædi-  
 catione fructum non percipiunt, non ideo meritum suum amittunt. Zela-  
 tores autem, & cupidos boni animarum non hoc consolatur: quemad-  
 modum pia mater nullam in filij sui obitu consolationem recipit, quam  
 uis ipsa omnem ad eum sanandum diligentiam adhibuerit; & se omnia  
 possibilia remedia applicuisse cognoscat. Sic etiam pius prædica-  
 tor non potest longè in maximo mœrore non affici tantam animarum  
 eandem tantamque morum deprauationem animaduertens, quamuis ipse  
 totam possibilem adhibeat diligentiam. Vnam partem huius seminis di-  
 cit S. Euangelista secus viam cecidisse. Per viam distracti atque dis-  
 soluti homines intelliguntur, qui tamquam viam omnibus malis cogi-  
 tationibus, patefacti sunt: & quamquam ex prædicatione bonis cogi-  
 tationibus, sanctisque propositis pleni exeunt: verum tamen ha-  
 bet se diabolus cum illis quasi pueri, qui annulo ferreo ludunt, quo-  
 rum alter cum globum suum intra anulum ferreum incluserit, alter ita  
 violenter globum suum in alium immittit, ut illum foras expellat, & ipse  
 in anulo maneat introductus. Sic etiam diabolus exeuntibus  
 ex prædicatione forte imaginationem immittit, & adeo violenta  
 venit hæc cogitatio, ut bonum desiderium furiosè pertingens  
 illud foras eiciat: ipsa verò in corde tuo inclusa remaneat. Vnde  
 Dominus de his dicit: *venit diabolus & tollit verbum de corde eorum.*  
 Idcirco efficacissimè vniuersæ malæ cogitationi ianuas nos clau-  
 dere oportet. Quando ciuitas à peste custoditur, vbi primum custo-  
 des viatorem aliquem intuentur, statim proclamant, & dicunt:  
 Heus heus vnde venis? nec eum ingredi patiuntur, nisi prius iura-  
 mento affirmet, se non ex corrupto loco venire. Quæ maior est  
 pestilentia mortali peccato? ut ergo te ab hoc malo custodias, vbi  
 primum mala cogitatio obrepit, qui est viator veniens ex lo-  
 co, vbi moriuntur: statim ei resiste, nec eam ingredi patiaris. Non  
 confundetur, cum loquetur inimicis suis in porta dicebat David,  
 Alloquere tu cogitationes tuas quæ sunt capitales hostes tui in  
 ingressu, & non experieris te in æternum confusum.

*Aliud cecidit super petram.* Sunt aliqui, qui ad prædicationem

au-

36 audiendam accedunt, & verbum Dei audientes suspirium vnum  
 proferunt, & sentiunt optimum esse illud facere quod prædica-  
 tor admonet. Hoc autem suspirium fuit quasi suspirium cucur-  
 bitæ, nullam enim operationem fecit propter duritiam cordis.  
 Sicuti faciebat infœlix ille Pharaon, qui Dei admonitionibus ta-  
 ctus omnia, quæ ab eo postulabantur, se facturum esse promitte-  
 bat, nihil tamen eorum opere complebat propter duritatem  
 suam. Et sic præcepit Deus Moyfi, ut ei suo nomine diceret: Ad  
 huc retines populum meum? O nimis metuenda verba, videba-  
 tur utique Deus (in quem nulla profusus cadit admiratio) illius ini-  
 qui hominis duritiam admirari? Quasi diceret: Quomodo fieri  
 potest hominem toties diuinis admonitionibus exhortatum, cœ-  
 lestibusque verberibus castigatum adeo rebellem esse? proh do-  
 lor de quot hominibus idem hodie dici potest sicut conqueritur  
 37 Deus per Amos prophetam dicens: percussi vos in vento vrte,  
 & non redistis ad me. Deus vos liberet quando quis in hæc pertina-  
 ciam deuenit. Animaduertite qualis manserit ille infœlix, cum  
 dixerit Moyfi, recede à me, & caue ne videas faciem meam. Hoc  
 fuit vniuersarum infœlicitatum eius fastigium. Et attendite quid  
 responderit vir dei. Ita fiet (inquit) non videbo amplius faciem  
 tuam. Timete fratres ne propter peccata vestra vobis auferat il-  
 lum, qui vobis sancta consilia præstat. Quod grauissimum qui-  
 dem est eius supplicium.

*Aliud cecidit super spinas, &c.* Per has dicit Dominus nimias  
 secularium rerum curas intelligi, diuitias, scilicet, & voluptates,  
 quæ tanquam spinæ vniuersam animæ virtutem fugunt. Posuit  
 38 Deus has afflictiones in rebus huius sæculi, & voluit, ut tanquam  
 spinæ homines compungerent, ut ipsi eas despicerent, & pro ni-  
 hilo ducerent. Et sic dixit per Oseam, sepiam viam tuam spi-  
 nis. Sicut in hortis tribulos, & spinas inferitis ne quis ad poma  
 rapienda introeat. Aliqui tamen sunt pueri rapaces adeo gulo-  
 si, qui etiam vestimenta dirumpunt, carnesque à vepris feriantur,  
 & sanguine perfusi egrediuntur, in medios tribulos se immittunt,  
 ut poma furentur. Tales profecto sunt homines, qui omnes af-  
 flictiones, & molestias tolerant, quod his secularibus rebus fru-  
 untur: & sic sanguine cruentati egrediuntur, ut miserabiles sint  
 visu. In his parum fructus fert verbum Dei. Ideo Hieremias di-  
 cit: Nouate vobis nouale, & nolite ferere super spinas. Idcirco  
 oportet

Exod. 9.

Amos. 4.

Exod. 10.

Osea. 2.

Simile.

Hiere. 4.

oportet

simile.

simile.

simile.

psalms. 126.

oportet vos eas prius euellere sicut facit agricola qui prius agrum colit & fentes, spinasq; omnes euellit: vt ita facientes ad celestis gloriæ præmium peruenire mereamini. Amen.

## Dñica in Quinquagesima.

*Assumpsit Iesus duodecim discipulos suos secretò, & ait illis, ecce ascendimus Hierosolymam.* Luc. 18.



**M**AXIME Est considerandum, quàm crebrò Dñs cum discipulis suis de sanctissimæ passionis suæ mysterijs locutus est, vt hac luce, & præmonitione exhortati firmi in illo rigoroso cõflictu persisterent, præcipuè cum recordarentur se toties à suo diuino Magistro illud audiisse, antequam ipse pateretur. Ideò etiam plurima coram eis miracula operatus est. Et ita omnibus mirantibus in omnibus, quæ faciebat, dixit ad discipulos suos: Ponite vos in cordibus vestris sermones istos: filius enim hominis futurum est, vt tradatur in manus hominũ: quasi diceret: Animaduertite hæc miracula, ne illorum obliuiscamini, tempore enim passionis meæ oportebit vos illorũ meminisse. Et hac repetitione, qua Dñs ad discipulos suos fulciendos vsus est; vtitur etiã nunc alma mater Ecclesia, vt nos huius ineffabilis beneficij recordemur; & præ eius recordatione diuino ipsius amore inflãmemur: optimè enim nouit, quàm facillè eius obliuiscimur. Discedit quis amicus tuus in aliquam regionem, ad quem tu vadis, & dicit: Dñe siquidem in illam regionem proficiſceris, gratissimum mihi feceris, si hæc rē meam egeris, cui alter dicit: Faciã utiq; Dñe depone curam. In ceditis ambo per viam, & postea ei iterum dicit: Domine ne obliuiscaris rei meæ; at ille dicit: Ne verearis, non enim obliuiscar. Et deniq; cum ei vis iam dicere, vale: dicit: Abi foelix, & ne rei meæ obliuiscaris. Quare vnã, & eandem rem illi toties commendat? Domine quia est homo ille tam parux recordationis, vt in instanti omnium, quæ ei dicuntur, obliuiscatur. Et idcirco ei toties illud repetij, sic in proposito S. Ecclesia. Scitote vnũ ex fontibus maiorum nostrorum esse malis cogitationibus aditum patefacere. Vnde dicit Iob: Cogitationes meæ dissipatæ sunt, torquentes

Luc. 9.

simile.

Iob. 17.

cor

18 cor meũ. Huius rei causam assignat Beatus Isidorus, dicens: quia *Isidorus.* cogitatio parit delectationem, delectatio consensum, consensus opus, opus consuetudinem. Et sic reddens sacra Scriptura rationem, quare Deus vniuersam terram demerserit diluuiò, dicit: Vt dicitur Deus, quòd multa malitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore. *Genesi. 6.* Contra verò vnus ex fontibus, vnde bona oriuntur, est bonas cogitationes habere quales habebat Dauid, cum diceret: Cogitatio cordis mei in conspectu tuo semper: id est, talis, quæ semper possit tibi præsentari. De Absalon refert sacra Scriptura, quod pulcherrimos habuit crines: adeò vt foemina Israel illos pari auri pondere appensos emerent. Et refert eadem sancta Scriptura, nullum esse tam decorum iuuenem in Israel. Et à planta (inquit) 19 pedis vsque ad verticem non erat in eo macula. Consentaneum erat, quòd qui tã decoros habebat crines, in reliquis corporis partibus esset elegantissimus. In quo significatum est, quòd animã habere pulchras, ac decoras sanctasq; cogitationes fundamentum habet, vt in reliquo sancta sit. Et quemadmodum inter capillos flaui pulcherrimi sunt: sic etiam inter cogitationes ex pulcherrimis sunt quæ rubicandæ, & pretiosissimo Iesu Christi filij Dei sanguine perfusæ sunt. Et sic reperietis mysterium maximum in Canticis Canticorum: scilicet, quòd sigillatim commemorans illic sponsus sponsæ perfectiones, dicensque. Quàm pulchri sunt gressus tui in calceamentis filia principis: venter tuus sicut acervus tritici vallatus lilijs: duo vbera tua sicut duo hinnuli gemelli capræ: collũ tuũ sicut turris eburnea: oculi tui sicut piscinæ in Eſe 20 bon: nasus tuus sicut turris Libani: caput tuum vt Carmelus, tandem in fine addidit, dicens: Et comæ capitis tui sicut purpura regis iuncta canalibus. Vbi illa, & est causalis, quasi dicat: omnes hæc perfectiones habes, quia comæ capitis tui sicut purpura regis, &c. Laudatur hic sponsa de pulchris passibus, quæ sunt bona opera: & dicitur habere ventrem, quæ est animæ capacitas, granis plurimorum meritorum refertum. Et vbera abundantissima habere dicitur. Quæ est magna misericordia & clementia: laudatur etiam quia firmissimam habet spem in optimæ vitæ moribus innixam, quæ per nasum significatur: rationem etiam sublimem, & sensualitatis dominantem, quæ per caput significatur. Et causam omnium harum excellentiarum

Psal. 18.

2. Reg. 14.

simile.

Cant. 7.

dicis pensus esse, quia habet comas, quæ sunt cogitationes rubras atque quasi purpuram, & canalibus perfusas, quæ sunt sacratissima Redemptoris nostri vulnera. Quæ cum ita sint fratres charissimi, cum que ex bonis cogitationibus, præcipueque ex meditatione sanctissimæ Domini passionis tantum bonum, atque utilitas oriatur: vos iterum; atque iterum, & quanta animi contentione possum, deprecor, ut profundissima cum consideratione illius frequentissimè recordemini: siquidem idcirco nobis illam toties sancta mater Ecclesia in memoriam reuocat. Septies asperfit Moyses altare sanguine vituli: & toties oporteret nos cordium nostrorum altaria quotidie diuini vituli Iesu Christi cruore perfundere. Verum tamen quæret quispiam, quare hodie potius, quam alia die nobis hoc Euangelium sancta Ecclesia proponit, præsertim cum magni gaudij, ac voluptatis sit dies: nunquid hic dies est aptus verberibus, & contumelijs? Dico, congruè profectò hoc nobis hodie Euangelium fuisse recitatum. Hic est mos filij Dei, quod idem quod vos in anima vestra interiorius geritis, idem ipse in se exteriorius insculpit. Vir primarius alicuius domine amator, ubi primum videt eam viridis, aut purpurei, aut alius cuiusvis coloris vestimentis uti, statim ipse eiusdem coloris vestibus induitur. Nec ipse solum, sed etiã seruos omnes eiusdem coloris vestiri iubet, ut amoris lægor visceribus inclusus cultu cõformi ad amatæ foeminae minime delitescat. O Christe fili Dei æterni animarum nostrarum amator ardentissime, quales in tua sanctissima humanitate colores de promissis? Eisdem (inquit) quos tu in anima tua defers. Ingressus est Dominus semel cum discipulis suis in nauem, & excitata tempestate cœperunt Apostoli deficere, & timere: tunc cœpit filius Dei dormire. O diligentissime peruigil animarum custos: nunquid de te non prophetauit Dauid: Non dormitabit, neque dormiet, qui custodit Israel? Exurge, quare obdormis Domine, exurge, & ne repellas in finem, obliuisceris inopiae nostræ, & tribulationis nostræ? Videris enim charos discipulos in medijs fluctibus derelinquere, & eorum obliuisci. Verum re vera non obliuiscitur, qui & si dormiat cor eius vigilat. Sed dormit, quia in eorum pectoribus fides dormiebat: quæ nisi dormiret, cum talem ac tantum comitem haberent, nequaquam pertimescerent, eorum igitur colorem assumit. Dne quomodo hodie ab hominibus tractaris? Nunquid vos non videtis quomodo ab eis tractor (ait Dominus)? Omnes ascendunt ad crucifi-

*Simil.**Matth. 8.**Psal. 120.**Psal. 43.**Gen. 5.*

24 crucifigendum me. Nonne meministis Apostolum dixisse: Rursus crucifigentes sibi et ipsi filium Dei? Hoc profectò nunc homines sua maxima prophanitate, ac turpitudinibus faciunt. Et idcirco volo hodie eundem colorem assumere, quo ipsi induuntur, & volo etiam ab Ecclesia mea hodie flagellatus, spinis coronatus, ac denique crucifixus representari. O maximam hominum confusionem, qui eo quod sacrosanctum tempus adueniat estranate se se voluptatibus, ac sceleribus committunt! Reseram vobis obstupendum casum. Fuit Romæ vir nobilis, & magna diuitiarum copia affluens, qui tres habuit liberos, quos etsi parèis optimis magistris erudiendos tradidit, ipsi tamen eorum doctrina non videntes, ut primum adulti sunt, singulas concubinas acceperunt, quibus Imperator iussit, ut eas relinquerent, sin minus se ab eis supplicium sumpturum affirmavit; sed comminatio illa cum nihil prodesset, venerunt repente ministri Imperatoris arbitantesque parentem, quem reppererunt, aliquem esse liberorum eum apprehendunt, & cito in patibulo suspendunt. Sequenti die videns eum vniuersa Roma pendente cum clamoribus ad eius liberos perrexerunt, dicentes: Venite, venite, & videbitis patrem vestrum, qui venerunt, illumque pendente aspexerunt, quibus cum alij homines dicerent: Nunc quomodo ferri poterit vos iam amplius concubinas habere, siquidem pro peccatis vestris, pater vester ita mortuus est: illi dixerunt: Desinite illud, non enim deerit qui eum sepeliat. Et eo relicto ad concubinas peius quam antea reuertuntur. Quod cum Imperator cognosceret, dixit: O maledictos iuvenes! conijciantur in trierem, atque ibi tota vita remigijs insudent, viuantque morte proluxa morientes. O pater noster Iesu Christe, in quo durissima maximi caelorum Imperatoris iustitia pœnas, quibus culpa nostræ dignissima erant, executæ est, permittes, ut in cruce suspendereris. Eia homines (ait sancta mater Ecclesia) Venite, & videte vestrum optimum Patrem suspensum pro adulterijs, impudicijsque vestris: quis ergo amodo peccare audebit? Verum: Proh dolor! auditis etenim his clamoribus in Sancto Euangelio, & in prædicatione, quamvis hoc ore non dicatis, malis tamen operibus idem dicere significatis, scilicet, quid ad me mors eius attinet? non illam doleo: siquidem hinc ad tantas prophanitates, ac scelera perpetranda exitis, ut dictu etiam, quanto magis visu sit lachrymabile. Nunc ad literam adimpletur, quod Sanctus Iob la-

*Hebr. 6.**Lege. x. c.**quibus de**indignis.**Nota.*

*107. 17.* mentabatur, dicens: Noctē verterūt in diem; quia hoc tempus, q̄ 27  
est lachrymis effundēdis, Iesu Christi; filij Dei morti meditāde  
constitūtū, totum in risum, ludū, ac scelera peruersum est. Ideo iu  
*Luc. 7.* re optimo nobis dicere potest Dominus: Lamentauimus vobis,  
& non plorastis, id est: Ego dico me pro vobis mori; vos autem ri-  
detis. Etiam nobis hodie hoc mysterium sacræ passionis Domini  
proponitur; quia hoc tempus est initium poenitentia: poenitētia  
autem à passione Iesu Christi Redemptoris nostri originem du-  
*simile.* cit; cuius finē oportet esse, vt Iesum Christum imitemur. Qui co-  
ronam inculpat, vt illa est orbicularis, incipit in eodem puncto,  
in quo desinit: sic alma mater Ecclesia vult, vt in hac fabrica hu-  
ius sanctæ coronæ, quæ est poenitentia (& potest dici corona ab  
effectu, quia per eam gloria coronabimur) à Dñi passione, eiusq;  
consideratione exordiamur, & in eodem p̄cto finem faciamus, 28  
quæ est ipsa sacratissima passio, de qua hac occasione in fine Qua-  
dragesimæ copiose ager. Itaque in passione quadragesimæ poe-  
nitentiam exordimur, & in passione ei finem imponemus.

Dicit igitur Dñs discipulis suis: *Ecce, ascēdimus Hierosolymā, &c.*  
vsq; ibi. *De filio hominis.* Dicitur hic filius Dei filius hominis, quia  
totus ministerio, atq; vtilitati hominis dicatus est; sicuti in He-  
bræa phrasi filij sponsi dicuntur illis dediti, quæ sunt sponsi. O  
quam dulce ac amoris maximi plenum verbum est filium Dei,  
filium hominis nuncupari, & hæc omnia ad vtilitatem nostram.  
*Isai. 22.* Hoc promisit æternus Pater per Isaiam, dicens: Et figam illum  
paxillum in loco fideli. Propheta quidem, eleganti quadam me-  
taphora loquens de Christo Redemptore nostro, dicit se illū posi-  
turū quasi paxillum in fideli, id est, firmo pariete, qui omnia tu 29  
tissimè sustinebit: vt in eo omnia vasa & instrumenta templi à ma-  
ximo vsq; ad minimū suspendantur. Vt æternus Pater nobis si-  
gnificaret, quid vnigenitus filius suus incarnatus nobis positurus  
esset: dicit se in hac sua sancta Ecclesia tanquam firmissimum pa-  
xillum esse fixurum, ex quo omnia sacramenta, omnis potestas,  
& iurisdicō, omnes gratiæ, ac virtutes, omnis diuina Scriptura,  
illiusque intelligentia, omnia deniq; ministeria, ac ministri, at-  
que fideles huius sanctæ Ecclesiæ pendeant. Itaq; omnia à maxi-  
mo vsque ad minimū ab eo dependent, quia ex pretio eius sacra-  
tissimi sanguinis, totum esse, pondus, & efficaciam suam habent.  
O diuine paxille eleua cor meum à terra, & illud à te suspende.

Omnes

30 Omnes vos dilectissimi fratres, hunc diuinum Dominum sup-  
pliciter exorate, vt siquidem ab æterno patre in hac sancta Eccle-  
sia, quasi paxillus affixus est, sua virtute ac potētia vos à terra ele-  
uatos, hoc est à terrestriū rerum affectione & amore abstractos,  
& erectos sustineat. Ecce quā meritō filius hominis nuncupa-  
tur, cum tanto opere seruituti, vtilitatiq; nostræ fuerit dedicatus.  
Veruntamen v̄ nobis quantæ confusionis est, quòd cum Deus  
sele hominibus totum tradiderit, homines setotos Deo nolint  
committere. Quare non erubescis o peccator, quia cum totum vi-  
tæ tuæ tempus in mundi seruitute consumas, tamē ne dimidium  
quidem horæ noctis, aut diei in Dei ministerio, & in eius diuina  
probitate contemplanda traducis? Quid autem de illiberalitate  
tua dicam? qua in bonis tuis inter pauperes diuidendis vteris,  
31 præsertim cum vanis, ac superfluis sumptibus præcipuam sub-  
stantiæ tuæ partem consumas? O incoelix quā manifestè te  
maledicō illa comprehendit, brachium eius ariditate siccabitur.  
Et hoc ex cordis siccitate dimanat, quia es, vt dicit David: Percus-  
sus sum sicut foenū, & aruit cor meum. Tactus es à v̄to superbie,  
Psalm. 107.  
& ab igne luxuriæ, & sicut foenum emarcuisti, remansitque tibi  
cor siccum quasi lapis absque amore, & pietate: & ex cordis sic-  
citate manus etiam processit ariditas.

Dicit vterius Dominus: *Tradetur enim gentibus, &c.* Vnde pen-  
sare potestis Iudæos non proprijs quidem manibus Christo Re-  
demptori nostro mortem intulisse: sed gentibus persuasisse, vt  
illum interficerent: veruntamen maius fuit Iudæorum, quā  
Gentium peccatum. Vnde Dominus dixit Pilato: Qui tradi-  
dit me tibi maius peccatum habet. Quā latus campus hīc de-  
tegitur! o quot abominationes in mundo committuntur pro-  
pter aliorum persuasiones, in quibus denuò (sicut iam dictum  
est) Iesus Christus crucifigitur, & occiditur. Tam graue pec-  
catum est alios ad Deum offendendum inducere, vt ijs, qui hoc  
faciunt, factum ex proposito fuisse infernum; Dominus affir-  
met. Loquens enim de die iudicij, & de malorum condemna-  
tione expressit, se eis dicturum esse: Discedite à me maledicti in  
ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius. Nota  
Dominum non eis dicere: qui paratus est vobis, sed qui paratus  
est diabolo, & angelis eius. Vbi significare videtur infernum  
non factum fuisse alijs peccatoribus nisi ex accidenti, vel non ita

Tom. j.

Kk 3

primò

primò. Angelis autem diaboli tam ex proposito factum fuit. 33  
 se, dicit: sicut ipsemet diabolo. Sed dicit aliquis: Nunquid dia-  
 boli nō sunt angeli, qui ceciderunt? nūquid sunt angeli diaboli  
 qui natura nō sunt dæmones? etiam; quia hoc nomē angelus, vt  
 benenotat B. Gregor. nō est nomen naturæ, sed officij: & sic an-  
 gelus idē est quod nuncius: vnde quicumque tibi aliquid de Deo  
 dicit, est nuncius Dei, & per consequens angelus Dei. Quam-  
 obrem dixit Malachias: Labia sacerdotis custodiunt scientiam:  
 & rationē reddens, dicit: quia angelus Dñi exercitūū est. Nō vult  
 dicere illum esse ex illis cælestibus spiritibus, sed nunciū Dñi es-  
 se significat: sic etiā angeli Sathanæ, sunt nuncij Sathanæ, & mi-  
 nistrj perditionis. Malum consilium est epistola Sathanæ, & per  
 manus tuas ad aliū infelicē defertur: ergo tu, qui ei malē consu-  
 lis nuncius es Sathanæ. Itaque omnes, qui siue verbo, siue malo  
 exēplo alijs persuadetis, vt creatorē suū offendant, estis angeli Sa-  
 thanæ adeo infelices, & maledicti, vt merito dicere possimus  
 vobis tā ex proposito, quā diabolo factū fuisse infernum. O  
 quā infelices, ac tristes nuncij sūt hi carnalibus hominibus, qui  
 ad peccatū vnū committendū efficiunt, vt alij plurimi peccēt, at-  
 que etiā lusoribus, qui ad illicitos ludos alij ab alijs inuicē inuitā-  
 tur. Nec nō ysurarijs, qui sunt causa, vt omnes eorū ministri Deū  
 offendāt. O fratres charissimi vosmet ipsos miseremini, & ne vos  
 proximosque vestros hoc modo perdatis. Vos etiam, quia pec-  
 cata malis persuasionibus inducimini, magnopere notate de illis  
 Madianitis, qui Hebræos ad peccandum cum gentilibus mulie-  
 ribus prouocarunt, Dominū dixisse: Hostes vos sentiat Madi-  
 Anita. In quibus verbis admonemur, vt eos capitales aduersarios  
 iudicemus, qui nos ad peccandū commonere conantur, & hostā  
 quam ipsum peccatum oportet nos fugere.

Conclufit autem Dominus verbum quoddam consolatorium  
 dicens: *Tertia die resurget.* O bone Iesu, o gloria animarum nostrarū,  
 quā sapienter huius seculi afflictiones moderaris: nunquā  
 etenim in hoc seculo vnciam mœroris hominibus immittis, post  
 quem mille gaudij ac voluptatis pondera non infundas; Vicuerit  
 facit mundus: nam promiuima quadam voluptate, maximam  
 molestiam, ac plurima tormenta remittit: passionis pœnam glo-  
 ria resurrectionis operis. Hunc stylum obseruat etiam hic clemē-  
 tissimus Dominus in Sanctis scripturis: sicut perpendit Beatus

Hiero:

36 Hieronymus, vbi postquam res tristes memorat, lætas adiungit, *Hier. super.*  
 ne homines desperent, sed ad eum conuertantur. Postquā dixit  
 per Isaiam: Væ genti peccatrici populo graui iniquitate, su-  
 per quo percutiam vos vltra: terra vestra deserta, ciuitates vestræ  
 succensæ igne; verba quædam magnæ consolationis addidit, di-  
 cens: Lauamini, & mundi estote, auferite malum cogitationum  
 vestrarū ab oculis meis, & venite, & arguite me, dicit Dominus.  
 Si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabitur.  
 Quasi dicat: Et si pessimi estis: si tamen ex toto corde vestro ad  
 me conuersi fueritis: Ego vobis facultatem concedo, vt me tan-  
 quam falsum, ac mendacem Deum accusetis, si animabus vestris  
 remediū non adhibuero. Et postquam per Amos prophetam dixerat: *Amos. 5.*  
 Audite verbum istud, quod ego leuo super vos planctum;  
 37 domus Israel cecidit, & non adiciet, vt resurgat. Addidit, dicens:  
 Querite me, & viuētis, & nolite querere Bethel. Et per Hiere-  
 miam, postquam dixerat: Væ quia magna dies illa, neque erit si-  
 milis eius: tempusque tribulationis est Iacob: Addidit, dicēs: Ex  
 ipsa saluabitur, & erit in die illa, ait Dominus exercituum: con-  
 teram iugum eius de collo tuo, & vincula eius dirumpam, & non  
 dominabuntur ei amplius alieni. In omnibus his locis ineffabilis  
 Dei misericordia reuelatur, & ostenditur post magnos labores, si  
 peccatores ad eum conuertantur in illo refrigerium reperire. Ve-  
 runtamen animaduertendum est prophetas Naum. & Habacuc;  
 postquam in suis prophetijs res tristes referunt, non lætas nar-  
 rare, quia gentilibus populis prophetabant, qui quidem ab emē-  
 da, & conuersione longissimè aberant, & perditissimi, corruptis-  
 38 simique erant: obduratis enim peccatoribus nullus hilaris nun-  
 cius meritò reddi potest.

Et quāuis hæc illis Dñs clarissimis verbis de passione sua locut⁹  
 est, dicit tñ S. Euangeliū: *Et ipsi nihil horū intellexerūt.* Tāta erat san-  
 ctitas Iesu Christi Saluatoris nostri, tantaq; ætlimatio, quā disci-  
 puli de eo habebant, sicut cū ardenti ssimo amore, quo illum dili-  
 gebant, vt nequaquā cogitare possent, aliquem adeo impium exi-  
 ltere, qui ei nocere cogitaret. Imo arbitrati sunt, vbi primum  
 Hierosolymam aduenissent illum à Iudæis in regem esse extol-  
 lendum: & idcirco gemini fratres Ioannes, scilicet, & Iacobus præ-  
 cipuas sedes à Dño postularunt. Deniq; vt erant boni, bonorum  
 ingenium habebant, qui ne de malis quidē malē suspicari volūt.

Kk 4

Vice-

simile.

vice versa est malus; qui etiam de optimis viris malè cogitat. Et 39 sic hæc est vna ex excellentijs quas Beatus Paulus de charitate as-  
 signat, videlicet: Charitas non cogitat malum, id est, qui charita-  
 te præditus est, de nemine malè suspicatur. Metallum liquefactū  
 figuram sumit à forma, in quam infunditur. Vnde ex forma cym-  
 bali, non prodit pila, nec ex forma pilæ deducitur cymbalum: sic  
 etiam vnusquisque iudicat, & sentit de rebus, quas videt, & audit,  
 secundum formam cordis sui. Cor sanctum, & charitate plenum,  
 quicquid in se recipit, probitatis formam ei tribuit, & æqui, bo-  
 niq; consultit. Cor verò iniquum, & malitia plenum, quicquid in  
 illud ingreditur, malitia implet, ac vitio vertit. Quæ est causa,  
 quare si de aliquo bene dicitur, vix illud creditis: si verò malè, sta-  
 tim ei fidè adhibetis? quia malū cor habetis, qualem formā habe-  
 tis, talè ei præbetis. Vel possumus etiā dicere, quòd nihil eorū in-  
 tellegerūt, quia nō eis secundum ipsorū desideria loquebatur. Si  
 eis de principatibus, aut tēporali regno loqueretur, fortasè istud  
 optimè intelligerēt. O quot sunt hodie, quibus si de spiritualib⁹,  
 cælestibusq; rebus loquaris, peregrino sermone eis loqui videberis:  
 si verò eis dicas, quomodo locupletabūtur, quo modo æstima-  
 buntur, &c. Magnā ingenij acie se habere ostendunt. Nō recipit  
 stultus verba prudentiæ, ait sapiens. Saul intellexit Dauidem re-  
 gnaturū esse: nā Ionathas dixit Dauidi, Et pater meus scit hoc.  
 Atq; etiā Saul dixit Dauidi, scio quod certissimè regnaturus sis,  
 & habiturus in manu tua regnum Israel: & sciens illum ad hoc à  
 Deo electum esse, cuius voluntas immutabilis est: veruntamen  
 illum interficere conabatur: non enim penitus intelligebat, illum  
 esse regnaturum: & causa erat, quia hoc magno opere oderat. 44  
 Ideò eius intellectui non quadrabat; sic etiam dicere possumus.  
 cum mors Domini ad eò discipulis esset odiosa, eos non potuisse  
 intelligere quæ Dominus de ea cum illis loquebatur. Et quan-  
 quam Dominus cognoscebat se ab eis non esse intelligēdum, sæ-  
 pe tamen idem eis dicebat, vt eos paulatim ad hoc mysteriū intel-  
 ligendū disponeret. Sicuti, qui vult vas angustī colli adimplere,  
 nō simul quidē, sed paulatim liquorē infundit, alioquin enim to-  
 tum illum disperderet. Sic etiā quia sancti discipuli angustos ni-  
 mis habebant intellectus, paulatim eis Dominus mysteria reue-  
 labat: cuncta enim eis simul dicere, esset omnia disperdere;  
 vt sic aliquid in dies magis, ac magis intelligerent, & hoc mo-  
 do di-

Prov. 18.

1. Reg. 20.

2. Reg. 24.

simile.

42do disponerentur. Ideò eis dixit, faciam vos fieri piscatores homi-  
 num. Non dixit, faciam vos piscatores, sed faciam vos fieri pesca-  
 tores hominum, id est, vt paulatim vos disponatis ad homines ex-  
 piscandos. *Matth. 4.*

*Factum est autem cum appropinquaret Hierico, cæcus quidam sedebat se-  
 cus viam mendicans. Et vt audiuit Dominum illac præterire, coepit  
 ab eo misericordiam magnis vocibus implorare: & quāquam ab  
 alijs increpabatur, vt taceret, ipse verò multò magis clamabat. Sic  
 oportet esse veros Dei seruos. Non destitit Abraham à sacrificio,  
 quod offerebat, et si videbat aues descendentes, vt eum impedi-  
 rent, sed eas expellebat, & in suo sancto opere, perseverabat; affir-  
 mat enim sacra scriptura, eum ab incepto sacrificio nō destitisse,  
 quousque sol occidit. Quamuis Hebræi à gentibus in templi re-  
 43 dificatione impediabantur, non ideò ab incepto opere, desiste-  
 bant, sed tanquam magnanimi, & præstatis pectoris viri vltèrius  
 progrediebantur, & gentibus etiam resistebant. O quot sunt ho-  
 die, qui impedimento sunt illis, qui Deo seruiunt, quominus vl-  
 terius progrediantur; & eos ad amplectenda vitia, quæ ipsi sequū-  
 tur inuitant. Virum autem fortem oportet dicere quod dicebat  
 Dauid, In Domino confido: quomodo dicitis animæ meæ trans-  
 44 migra in montē sicut passer? Hic est mōs, de quo Hier. ecce ego  
 ad te mōs pestifer, qui corrūpis vniuersam terrā: qui quidē mōs  
 est superbia, & pompa secularis. Et responde persuadentibus ti-  
 bi vt vitia sequaris, & ad offensionem Dei transmigres bonum-  
 que quod cœpisti, relinquant. Quomodo istud mihi audes dicere,  
 vt nidum, in quo tanta cum tranquillitate viuo, tamque securus  
 44 requiesco, deseram? passer in nido à belluis securus, nec ei nocent  
 sagittæ: vbi primum autem per montem incipit diuagari, in illū  
 sagittæ diriguntur, & perit. Quoniam ecce peccatores intenderūt  
 arcum, parauerunt sagittas suas in pharetra vt sagittent in occul-  
 to rectos corde. Quocirca frater in nido cōmorare, in virtute per-  
 feuera, & consilia ministrorum Sathanæ parui facito, iniuriā tibi  
 inferri ducito, quòd quis tibi bonum audeat impedire. Hoc ete-  
 nim significat: Quomodo dicitis animæ meæ: transmigra in mō-  
 tē &c. id est. Quid vidisti in me vt istud mihi dicere auderēs? Di-  
 sce ab hoc cæco, qui multò magis clamabat: vide quid dicat Salo-  
 mō. Qui mollis & dissolutus est in opere suo, frater est sua opera  
 dissipantis. Turris fortissima pomen Domini, ad ipsam currit iu-  
 stus,*

Gen. 15.

1. Esdr. 4.

Psalm. 10.

Hier. 51.

Prov. 18.



stus, & exaltabitur. Molle est, quod cedit omni duro: dissolutum est, quod nullo vinculo est alligatum: dissipatum verò, quod penitus confRACTUM. Dicit igitur Spiritus Sanctus, illos, qui leuissima quaq; re deuincuntur, quiq; amoris, ac timoris vinculo alligati non sunt, similes esse rei confRACTæ, quæ liquorem sibi infusum retinere nõ valet, qualis est bonorũ animæ suæ dissipator. Deuincere igitur õ frater diuini amoris cingulo, & nõ sis mollis, ac facilis ad submittendum te cuiuscunq; verbo, vt te non perdas.

Iosue. 10. 12.

*Si autem Iesus insit illum adduci ad se.* O admirabilem huius cæci potentiã, maxima quidẽ fuit potestas Iosue, qui fecit solem sistere: maxima etiam fuit vis huius cæci, qui ipsum met Deum stare fecit: veruntamen õ admirabiliorẽ huius potẽtissimi Domini clementiam, qui miseræ cuiusdam creaturæ vocibus commotus stetit, ac maxima cum pietate, cordisque teneritudine & Interrogauit illum, dicens: quid tibi vis faciam? Optimẽ norat Dominus quid nam cæcus vellet, sed vt ipse peteret eum interrogat. Volebat Dominus Hieremiam vinculum magnarum rerum reuelationibus consolari, & dicit ei: Hieremia clama ad me, vt ego exaudiam te, & annuntiabo tibi grandia, & firma, quæ nescis. Quid igitur? si Deus seruum suum volebat consolari, non poterat ei illa reuelare, eumq; illis reuelationibus consolari, & iustificare, absque eo quod ipse prius ploraret, ac peteret? posset quidem. Veruntamen in hoc significare voluit quanti iustorum orationem faciat, & voluit ostendere eos propter rationem plurima beneficia comparare. Idcirco dicebat David, Benedictus Deus: quia non amouit orationem meam, & misericordiam suam à me. Si enim orationem meam amoueret, vtique etiam misericordiam suam tolleret: & 47 quia nõ amouit orationem meam, nec misericordiam suam etiã amouit. O singularem orationis prærogatiuam, quæ tantum coram Deo valet, & vos diuites ab hoc pijssimo Domino discite non solum vt pauperum petitionibus aures non claudatis, nec illos fugiatis: sed vt eos etiam vobis coniungatis ab benefaciendũ eis: Hoc est enim verè illos audire. Ne auertas faciem tuam ab vilo paupere dicebat Sanctus Tobias: ita enim fiet, vt nõ auertatur facies Domini à te.

Tob. 4.

Respondit cæcus Dño dicẽs, Dñe vt videã. O prudentissimam petitionem! Hoc idẽ oportet vos fratres charissimi instatissimẽ postulare. Vna enim ex causis nostræ perditionis est quia nõ videmus. Idẽ

48 Idẽ petebat David à Dño dicens. Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiã in morte, ne quãdo dicat inimicus meus præualui aduersus eũ. Ex eo qd peccati pericula mētis oculis nõ perspiciuntur, prouenit, vt negligẽtes simus, & in peccato dormiamus. Ex quo diabolus aduersus multos præualet. Aggreditur nos hic hostis in suggestione, luctatur in delectatione, percutit in cõsensu, in publicũ nos profert in opere, præcipitat in morte, & cõsuetudine; & denique penitus præualet in morte. O Domine (ait David) nõ patiaris me hoc modo vllõ vnquam tempore exæcari, ne itrideat me inimicus meus, & præualeat aduersus me: sed si quando fortẽ per imbecillitatem in peccatum cecidero, illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in illa morte.

49 *Et Iesus dixit illi: respice: fides tua te saluum fecit.* Ex quo patet dispositionem nostram magna ex parte prodesse ad beneficia à Deo consequenda. Singulis vasis in fundebat mulier oleum secundum ipsorum capacitatem, & diuersitas capacitatum vasorum fecit diuersas olei quantitates: sic etiam magna, aut parua dispositio magni interest, & est vna ex causis, quare nobis exculantur. Quod cum ita sit fratres charissimi, corda vestra euacuate, illaque omnibus vanis curis ac cogitationibus expedite, vt sic dispositis vobis Dominus gratiæ suæ lucem communicet, postea verò vos ad suam sanctam gloriam perducat Amen.

### Feria Quarta Cinerum.

*Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes. &c.*  
Matth. 6.

DE CVRSVS Dierũ nullo vnquã tẽpore persistẽs nos in huius sancte quadragesimæ littus appulit, vbi cū poenitentia animas nostras saluemus; quia (vt Paulus ait) si nos mētē ipsos diiudicaremus, nõ vtique iudicaremur. In cuius rei figurã dicitur Transibit enim Dñs percutiẽs Egyptios, cūq; viderit sanguinẽ in superliminari; & in vtroq; poste, transcendet ostiũ, & non sinet percussorem ingredi domus vestras, & iudicare. Sic etiam si cor pora nostra, qui sunt animæ postes, sanguine perfuderimus,

Vera

veraq; poenitentia tinxerimus, non percussimur à ministris, & percussoribus Dei; dummodo disciplina, ieiunia, cæteraq; pœnales exercitationes ex intimo cordis dolore dimanent, qui est vera radix poenitentia. Quo circa dixit Dauid, quæ dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus vestris compugimini: hoc est, erigatur furca vbi perpetratum est delictum. Et se ipsam magis declarans addidit, sacrificate sacrificium iustitiæ. Super quo dicit beatus Aug. sacrificium iustitiæ esse quod dixit aliàs, sacrificiũ Deo spiritus contribulatus, cor contritum, & humiliatum, &c. Et in principio huius sancti temporis hoc sacrum Euangeliũ nobis sancta mater Ecclesia proponit, vt nouerimus, qua intentione pœnales exercitationes operari debeamus, & propter quem finem cætera omnia virtutis opera facere teneamur. Loquens sponsus cũ sponsa dicit: quã pulchra es amica mea, quã pulchra es. Bis eã pulchrã appellat significans illã ineriori, & exteriori esse decorã. Et statim incipit sigillatim annumerare partes, in quibus habet pulchritudine. Et quanquã eam de criniũ, labiorũ, dentiũq;, pulchritudine cõmendat, prius tamen oculorũ eius pulchritudinẽ, ac venustatẽ laudat dicens: Oculi tui colubaru. Quẽadmodũ enim in diebus, quos Deus in mundo creauit, lux fuit, quã primum fecit: qua reliqua omnia illuminata sunt, & ex qua omnia pulchritudinẽ acceperunt: sic etiam quod primũ in spõsa sua laudat, est corporis lux, qui sunt oculi: & admirabilẽ, extraneãque laudẽ illis tribuit: Videtur enim nõ esse magnã pulchritudinis oculos habere columbarũ. Si diceret sponsus eius oculos esse tanquã ardeã, quæ pulchriores oculos habet, rationabilis esse videretur. Sed est notanda regula quæ dã: quando in sacris literis aliquid tanquã perfectũ ponitur, quod nullam cum re, de qua agit, conuenientiam habere videtur, tunc quærẽdam est illic mysteriũ, quod latet. Vnde notandũ est per oculos intentionẽ significari. Et sic vult sponsus dicere: o quã sincerã, ac sine felle amaritudinis intentionẽ habes. Et hoc est, quod Deus prius in anima sancta laudat, cũ omnia, quæ facit propter purũ Dei amorem facit. Et hæc sancta intetio sunt oculi anime, qui omnibus bonis operibus, quæ facit, splendorem tribuũt. Et sicuti quod prius spõsus in sponsa cõmendauit, fuerũt oculi: ita etiam hoc prius, nos in initio quadragesimę Dñs docet, videlicet, vt sanctã intentionem habeamus, in ieiunando dicens.

*Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ & tristes. Præsupponit hic Dominus*

minus tanquã rem maximẽ necessariã nos debere ieiunare. Sicuti hanc veritatẽ omnes patres spiritualis vitæ optimẽ cognouerunt, qui tam asperẽ corpora sua tractarunt, vt consideratu, & dictũ etiam sit admirabile. Quales fuerunt Beatus Antonius, Beatus Paulus primus eremita, Beatus Bernardus cũ monachis suis, qui cõstitis arborũ frondibus pascebantur. Et oēs deniq; Dei amici se se in abstinentiæ virtute magnoperẽ exercuerunt: vt p̄simũ hunc hostẽ, quæ est caro, cõprimerent. Ideo pro eo, quod nos legimus: Qui iurat proximo suo, & non decipit: alij vererũt: Qui iurat se affligere, & non mutat. Intelligens iustus quã gratior sit Deo victimæ rationalis, quã irrationalis sacrificium, cõstituit intra se, vt se in sacrificium mortificatũ offerat: & hoc voto confirmat ac iurat, & diligentissimẽ implet; & non mutat. Quã gratum autẽ Deo sit hoc sacrificiũ patet hoc argumento. Nã hoc est quodãmodo sacrificiũ illud Abrahæ in diuinis literis magnoperẽ laudatũ imitari, scilicet, cũ voluit dilectissimũ filiũ suũ immolare: & sic dixit ei Angelus: Nunc cognoui quod timeas Dominũ, id est, per hoc cognosceris ab hominibus: (ego enim iã hoc optimẽ eos nouerã) siquidẽ propter Deũ proprio filio non pepercisti. Vnquisque nostrum habet suũ Isaac, hoc est, corpus suũ, quod adeo diligit, vt non defuerint matres, qui proprios filios suos manducandos occiderent, vt corpora sua conseruarent. Hæc magis corpora sua, quã filios diligebant. Ergo quando in sacrificio poenitentia corpora nostra Deo offerimus, idem quodãmodo facimus, ac si propter Deum dilectissima corpora nostra iugulanda traderemus: atque etiam ieiunium est nimis vtile animæ. Vrsus quando se nimis fatiatũ, carnibusque refertum experitur, cumque nimis est pinguis, naturali instinctu cognoscit; quod si venatores, & canes eum persequantur, non poterit currere, nec ab eorum dentibus liberari, tunc duos menses in speluncam includitur, lingens manus suas, nec toto illo tempore quicquam edit, quousque pinguedinem amittit, & leuem, ac velocem se experitur. Quanto igitur magis oportet eos, qui nimis, immoderatisque cibis se tradiderunt, hoc facere; si nolunt à diabolo apprehendi? Aduertite fratres, quod vos Sathanas venabitur: qua propter facite, quod vrsi faciunt, ne patiamini, vt immanes belluæ vobis excedant. Idcirco Beatus Paulus dicit. Hortatur vos, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis tempus, quod ad agendum poenitentiam habemus, gratiam

*Psalm. 14.*

*Gen. 22.*

*Iosephus de bello Iuda.*

*simile.*

tiā appellat. Et ita addit, dicens: Ecce nūc tēpus acceptabile, ecce nunc dies salutis: exhibeamus nosmetipfos in ieiunijs, in vigilijs, in castitate. Quia si hoc fecerimus, nō poterūt nos consequi canes infernales. Et iā experiētia cōperimus in his auib⁹, quę in lacubus versantur, quādo incunte hyeme in alias regiones volunt discedere, si fortē occidūtur ventriculos arenę plenos inueniri, quā paucis antē diebus comederunt, vt macerarentur: quō melius volare possent: o magnam hominum cōfusionem, quam asperrimē nos bruta animantia reprehendunt. Ideō dicit Iob: Interroga iumenta & docebunt te, & volatilia cęli, & indicabūt tibi, in Magistros nobis dedit Dominus bruta animantia, & aues, nisi ab eis quidem addiscere voluerimus irrationaliores illis nos possumus iudicare. Recolligimini ergo fratres charissimi, & quęrite speluncam, sicuti facit vrsus, vbi istas bestiales carnes mortificetis, & curate sicuti aues arenam, hoc est, modicos, & rudes cibos manducare: quomodo enim volabit anima in diuinarum rerum consideratione, cum caro nimis satiata, voluptatibusque repleta sit?

David pro infirmo filio suo ieiunauit, & orauit; & sic dicitur Deprecatus est David pro paruulo, & ieiunauit David ieiunio. & ingressus seorsum iacuit super terram. Venerunt autem seniores domus eius cogentes eum, vt surgeret de terra: qui noluit, neque comedit cum eis cibum. Hęc duplicatio ieiunij cum dicitur: Ieiunauit ieiunio, magnam habet emphasim: hoc est vehementissimē ieiunauit. Et ingressus, &c. Recepit se rex in cubiculum separatam, & cum nemine loquebatur, & orabat, non quomodocumque: sed iacuit super terram: humi prosternebatur, vt sua profunda humilitate Dominum ad misericordiā prouocaret. Et magnoperē pensandū est, quōd quāquam venerunt seniores, eūque vt surgeret, ac comederet, rogitarūt: illū tamen non conuicerūt, sed fortis in pposito ieiunio, atque oratione permāsit. Hęc est mirabilis doctrina habētibus animas infirmas. Nā si David tanto perē pro pueri infirmi salute laborauit: quāto magis debes tu pro animę tuę remedio laborare? hūc Davidis discursum oportet nos habere, scilicet, vt ieiunem⁹, oremus, & nos recolligamus, quod licet quis veniat ad impediēdos vos, nemo tamē sufficiat diuinę exercitationis filū vobis infringere. Multi sunt, qui optimē incipiūt, cōfiteatur peccata sua, ad sacratissimū Eucharistię sacramentū accedūt, se seq; in secretū domus suę angulū recipiunt, & peruerso-

rum

rum familiarum rogitationibus exorati statim deficiunt. Hic autem apparet forte brachium fidelium feruorum Dei. Senes venient, & dicent: quid opus est tanto ieiunio, cilicio, confessione, ac communione? &c. qui autem iam misit manum firmiter ad aratrum, non oportet retrocedere. Attendite vos nūc habere præceptum ieiunij, & ij, qui sentitis vos non posse ieiunare, prius homines sanę conscientię consulite, & antequam eos cōsultatis, ne ad ieiunio defistatis. Et quemadmodum militē percussum magis poenitet se nō posse socios suos in bello adiuuare, quā ppter inflicta sibi vulnera: sic etiā vos magis dolere debetis, eō quōd fratres vestros in hoc spiritali cōfiliū ieiunij ac penitentię nō potestis adiuuare, quā propter infirmitatē, aut dolorē, quē habetis. Et animaduertite ieiuniū cōstitutū fuisse nō ad voluptatē, sed ad asperitatem, & ad peccata purganda. Attendite sacrā scripturā dicentem de David: ieiunauit ieiunio. Ieiunio perfecto ieiunate: cuius perfectio est modicis cibis, ijsque semel, & rudibus, ac parui pretij vti, & nihil omnino noctu comedendo, si hoc modo cōgruē fieri possit. Atque etiā optimū esset cōfessoris cōfiliū feria quarta, & sexta paretatū, & aqua ieiunare. Et quāuis mater dicat, filia vide quōd te occidis, nō vult Deus mortē peccatoris: Dic tu: nō me occido; sic in cōcionibus prædicatur, & similiter fecerūt solidi, ac veri serui Iesu Christi. Quod si tibi dicatur, o homo quā pallidus, ac macilentus es: Dic tu, nihil hoc æstimo: ad hoc etenim institutum est ieiunium, vt equus hinnitor, & indomitus, adempta farragine, & hordeo & ictus, ac cōtradictiones patiēs Dominū suum agnoscat, nec eum a se deiciat. Tale oportet esse ieiunium, non verō tot condimentis vtendo, vt maiori cum appetitu, ac gustu, quā ante quadragesimam comedatis. Hi sunt ieiunatores Bacchi, & Veneris, non autem Iesu Christi. Dicit vlteriūs sacra scriptura de David: & ingressus seorsam iacuit super terram. Ieiunio rationem, recollectionem, humilitatemque iungebat. Per reuerentiam illius magni Domini, qui in sacro sancto altaris sacramento cōmoratur, vos rogo, (hodie namque nolo vos stricto gladio, sed precibus alloqui) ne abeat ad vias, per quas mulieres transeunt ad visenda templa, ne vos alteri ex vna parte alij ex altera ponatis. Attendite tempus quadragesimę esse ad lamentandum, nō verō ad congaudendum. Nec dicatis dñę, siquidem alio tempore nō potestis exire, nūc quādo ad stationes exitis, vobis loquemur.

O Deus

simile.

Iob. 12.

2. Reg. 12.

Luc. 9.

simile.

Ezech. 38.

O Deus infinitæ Maiestatis per misericordiam tuam te rogo, vt  
 tantæ dissolutioni remedium adhibeas. Dicite: si illac Iudæus ali  
 quis, aut Maurus præteriret, quid diceret? Nunc est tempus poeni  
 tentiæ, & deuotionis Christianorū: hi autē quid faciunt hic? pro  
 grediatur ergo vir nobilis viā suā, & se Deo cōmendans stationē  
 suā conficiat, domūq; suā reuertatur, & se recolligat, quantò plus  
 esse potuerit, & quòd de hoc dico, de omnibus dico. Atq; etiā vo  
 bis consulo, ijs præsertim, qui ab omni obligatione liberi, atq; im  
 munes estis, prudentiūs vos esse facturos, si in religionē aliquam  
 verē & ex animo vos reciperetis, sic enim vos ab his occasionibus  
 liberaretis: tēpora & huius sæculi infortunia homines ad hoc ma  
 gnopere inuitāt, eos præcipuē, qui sunt expediti. Sicuti quando  
 maris fluctus furiosi efferuntur, pisces in aliquē locū apricū sese  
 recipiūt. Et quando venti magni aspirant, tempestateq; tumide  
 aerē discutunt, aues in aliquē securū, quietumq; locum se colli  
 gunt: sic etiā cum nunc vniuersus mundus bellorū, hærefum, sedi  
 tionūq; tempestatibus torqueatur, prudentes viros in religionis  
 apricū locum sese recipere oportet. O quā pacificus atq; apricus  
 locus est sanctū quoddā monasteriū: & siquidē pisces, & aues re  
 quiem, ac trā tranquillatē quærunt, tēpestatemq; fugiunt: quare vos  
 rationales Christiani quē cum sitis: idē saltem, quod bestix, non  
 facitis? præsupposito igitur ieiuniū maximē necessarium esse cū  
 supra dictis socijs, scilicet oratione, & humilitate, atq; recollectio  
 ne docet nos Dominus qua cum intentione, ieiunare debeamus,  
 dicens: *Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ & tristes.* Non solū Domi  
 nus nobis arma præbet, sed etiā nos docet quomodo eis vsuri si  
 mus. Idcirco David magnopere Deum laudabat dicens: Benedi  
 ctus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, &  
 digitos meos ad bellū, id est, qui docet me quomodo armis vsurus  
 sum orationem autem & ieiuniū arma esse dixit clarissimē Do  
 minus. Cū enim nonnulli ex discipulis ad eum veniret quasi iniu  
 ria affecti, eò quòd diabolos quosdā à puero expellere nō potuis  
 sent, diuinūque Magistrū suū huius rei causam interrogarent, ip  
 se respondit: Hoc genus, scilicet dæmoniorū, non eijcitur nisi in  
 oratione, & ieiunio. Hæc (inquit) sunt arma, quibus hi hostes su  
 perantur, & expelluntur. Et quia vos illis muniti non eratis, idē  
 contra eos nō potuistis præualere. O quā infortunati nūcij sunt hi  
 prælati, ac prædicatoribus atq; etiam alijs Ecclesiasticis viris, si  
 inter-

Simile.

2. Sal. 143.

Matt. 17.

X

inermes estis, neque his diuinis armis munimini, quid facietis? si  
 hostis accedit inermis, nihili eum æstimat Sathanas: nihil profe  
 ctò diabolus æstimat, quòd veniat theologus literis onustus, si ta  
 men orationis, ac ieiunij arma non ferat: modum autem, quo his  
 armis vtendum est nos docet Dominus hīc dicens.

*Cum ieiunatis.* Mundani homines hinc occasione accipiunt co  
 gitandi S. Euangelium eos defendere & sub colore piorū verbo  
 rum ipsimet Euangelio bellum inferunt, dicentes Deum nolle  
 tristitias, nec exteriores apparentias, & omnia hæc esse hypocris  
 sim. Vultis apertè errorem vestrum cognoscere? Euangelium  
 non prohibet vos esse tristes cum ieiunatis, imo cum ieiunio ve  
 nit tristitia, sed prohibet, ne fitis tristes sicut hypocritæ. Nā tristi  
 tia propter peccatū est optima, & cōtrarium cum pertinacia asse  
 18 ueratum esset hæresis. Ita Paulus dicit: quæ secundum Deum  
 tristitia est, poenitentiam in salutem stabilem operatur. Atten  
 de ergo quid dicis tu, cum vides aliquem tristem incedere, ac pec  
 cata lamētari: ò hæc est hypocrisis. O infortunatus hoc modo loquēs  
 sanguinē cōspuis. Quis nā iudicaturus est vtrū quis sit hypocrita,  
 nec ne? vides hominē in via mœstū, marcidū, ac demissis oculis,  
 & dicit: ille est hypocrita. Quomodo hoc scis? vbinā est hypocris  
 is? nūquid in facie, aut in corde? Intus, an foris? Quāquā malū ef  
 se interiūs, exteriūs autem bonū apparere velle, hæc est hypocris  
 is diffinitio. Intentionem autem, & cor quis iudicat? solus vtrūq;  
 Deus. Salomon dixit, tu nosti solus cor omnīū filiorū hominū,  
 Si ergo tu ò homo alterius cor nō scrutaris, nec potes perspicere,  
 quare eū hypocritā vocas? ò diabolicā peruersitatē: hoc autē apud  
 19 homines adeò vsitatum esse, nimis miserabile est. Non sic esse  
 oportet fratres charissimi: sed cū aliquē hoc modo incedētē vide  
 ritis: dicite: hic signa fert serui Dei, & obseruat quod dicit Apo  
 stolus his verbis semper mortificationē Iesu Christi in corpore ve  
 stro circūferētes, vt & vita Iesu manifestetur in corporib⁹ vestris  
 Quid vobis videtur de his verbis S. Pauli? considerate vtrum bo  
 nā apparentiam exteriorem exposcat. Et diligenter notandum  
 est adverbium illud: semper. Et quo modo bis repetit, vt in corpori  
 bus nostris Iesu Christi mortificationem feramus. Quādo vir no  
 bilis sumptuosas ædes construit, nō contētus est quòd optima in  
 tetiūs habeat domicilia, sed exteri⁹ etiā trophæa sua iubet inscul  
 pi: vt cum primum homines illa perspexerint, dicant hoc pala  
 tium

2. Cor. 7.

3. Reg. 8.

2. Cor. 4.

Simile.

Iob. 18.

rum est talis dñi, aut ducis, aut comitis. Sic etiã non contentus est Deus quod eius seruus qui est eius palatium magnã interius habeat charitatẽ, humilitatẽ, & alias virtutes: sed vult vt etiã talis exteriori appareat, vt qui eũ viderint, dicãt: hic est seruus Dei. E cõtraverõ hominẽ exterioris esse nimis dissolutũ, & effusũ, atq; inmoderatũ, signũ est eum nimis perditũ & corruptũ esse interioris. Et sic referens sacra scriptura mala, & eversiones, quas peccatum in homine caufatur: ab hoc exteriori exorsa est dicens: Deuoret pulchritudinem cutis eius, & consumat brachia illius primogenita mors, auellatur de tabernaculo suo fiducia eius, & calcet super eũ quasi Rex interitus. Habitent in tabernaculo illius socij eius, qui nõ est, aspergatur in tabernaculo eius sulphur. Deus summed quantã stragẽ peccatũ homini peccatori affert, cutis pulchritudo est bona apparatus exterior, quasi dicat: vniuersa pulchritudo interior, quã exterior, destruitur per peccatũ. Quando interiora inordinata incedunt, etiam exteriora incomposita, & dissoluta existunt. Ad intelligenda hæc verba Iob animaduertendũ est duplicem esse mortem præter hanc corporalem, primam scilicet, & secundam. Hoc est peccatum, & infernum. Et primogenita mors est peccatũ, & ab hac dicit sanctus Propheta exteriorẽ pulchritudinẽ deuorari, brachiaq; quæ sunt bona opera facta cõsumi. Atq; etiã brachia cõsumuntur: quia peccatũ frigiditatẽ quãdã secũ affert, & relaxationẽ, qua peccatoris brachia, & (vt aiũt) alæ ad benefaciendum confringuntur: Dicit vterius: euellatur fiducia &c. quia statim ex peccato diffidẽtia quãdã oritur, atq; inde prouenit quod sequitur: calcet super eũ. &c. Dominetur ei peccatũ tanquã Rex. Quãdã sunt peccata, quæ animæ nostræ dominantur, & sunt illarũ possessores: alia verò, quæ sunt hospites. Caue te fratres ab omnibus peccatis, sed multò diligentius ab eis, quæ vos ab ineunte ætate comitatur, à peccatis veteribus, à diabolica quãdã obstinatione, à qua exire quodãmodo impossibile esse videt, ppter quã iam videmini vestri ipsorũ non esse dñi. A deo peccatũ vestrũ in vobis dominatũ est, vt vos quasi carcere in clausos, cõpedibusq; vinã os teneat, ne illud fugiatis. Caueat ergo vnusquisq; opportunẽ, & siquidẽ tanquã fragilis homo in peccatũ prolapsus est, curet, ne sibi peccatũ dominetur, sed tanquã hospitem illud celerrimẽ à tabernaculo suo expellat. Dicit vterius: habitet in tabernaculo illius socij illius, qui non est. Quomodo est possibile

illum?

illum, qui non est socius habere? aut si socius habet, quomodo non est? quid est esse, & nõ esse? hic est peccator priuatus, & annihilatus ab esse gratuito, cuius socij sunt Diaboli. O miserũ te, atq; infelicem, qui tales socios tecum affers, vltimum tandem malũ est, quod huiuscemodi peccatoris domus, qui est infernus, sulphure seminabitur, vbi viuus flammis in perpetuũ comburetur. Si redẽ, attente quæ animaduertisti omnium harum miseriarum peccatoris primam, vt supra diximus, proposuit Sãctus Iob dissolutionẽ, & peruersionẽ exteriorẽ, quia hæc est magis apparens, & manifesta hominibus, quæ quidem alijs imbecillis solet officere, eosque peruertere. Ex quo apertẽ cognoscetis quã vtilis, ac necessaria sit exterior mortificatio: quam tamen non ex hypocriti siquidem, sed ex interiore probitate oportet dimanare.

24. Dicit vterius S. Euangeliũ. *Exterminant enim facies suas.* Id est, vultũ suorum colorem, venustatẽque naturalem auferũt. *Et appareant hominibus ieiunantes.* Amen dico vobis receperunt mercedẽ suã. O miserũ Christianũ, quẽ Deus ad se creauit, qui tamen hæc verba à Deo audiat sibi dicente: Iã nihil in me habes! õ asperrimũ verbum, õ quantum nos hoc audiẽtes oporteret trepidare, quod in tantam infelicitatẽ homo deueniat, vt cum bonis operibus in infernũ detrudatur, quod ex eisdẽ rebus, quibus alij vitã recipiũt, ipse mortem eliciat. Nam anima ex ieiunijs, oratione, diuinẽque legis obseruatione viuit, cum his autẽ moritur Christianus hypocrita: quenquam cum veneno mori, non est mirũ, sic quenquam cum peccatis interire vfitatum est, Christianum verò cum virtutib; cõdẽnari hoc est miserabile, ac sanguineis lachrymis lachry-

mandum. B. Augustinus dicit, hypocritam esse sicut auẽ phoenicẽ, quæ odorifera ligna coniungit alasque discutit, vt ignẽ inflammet, quosẽ comburat: sic tristis ac miser hypocrita bona opera colligit, & alas excutens fictionesque faciens sese in illis concremat. Tres maximæ stultitiæ sunt mundo. Quarũ prima est esse homines ad eõ amẽtes, & à ratione aberrantes, vt nullũ Deum esse credant. Maxima est hæc stultitia: atq; vt talẽ illã adnotat David dicẽs: dixit insipiens in corde suo nõ est Deus. Non ausus est tantam insaniam ore proferre, quod si fecisset, nõ est dubiũ, quin lapides viæ aduersus eum confurgerent. Sed in corde suo stultitiam hanc occultam habebat. Secundũ stultitiæ genus est adhuc priori multò maius, scilicet credere Deum esse, & ei tanquam

Augu. ser.  
ad fra. in ere  
mo.

Simile.

Psalm. 52.

2. Pert. 2.

simile.

Ierit. 19.

simile.

Deo non seruire. Quòd Deum infinitæ maiestatis esse credas, quantum que ei debeas cognoscas, & qualem ei rationem redditurus es intelligas, nec tamen ei seruias, imò potiùs cum sæpè numero offendas: hæc est multò maior insipientia. Et sic de hominibus huiusmodi dicit Beatus Petrus, melius enim erat illis non cognoscere viam iustitiæ, quam post agnitionem retrorsum conuerti, ab eo quod illis traditum est, sancto mandato. Tertium autem genus insipientiæ supradictorum longè maximum est credere Deum esse, & diuinam eius voluntatem penitùs adimplere, nec tamen hoc propter ipsius charitatem, sed ad complacendum hominibus facere. O terribilem insaniam, hominem pro solo vanitatis humanæ vento labores perpeti. Si mercator cum decem millibus aureorum hinc in Flandriam proficisceretur, & cum illis res pretiosas, & ex quibus magnum lucrum eliceret, posset emere, omnes tamè eos in sonalijs, quæ Hispanè dicimus [ *Cascaueles* ] emendis consumeret, quis hunc non amentissimum esse iudicaret? Adhuc equidem multo amentior est, qui tam bonis nummis, qualia sunt ieiunia, orationes, cæteræq; virtutis exercitationes, quibus æterna vita emi posset, humani honoris sonalia emit: & quod peius est his optimis nummis infernum comparat. Hebræis præcepit Deus dicens: Agrum tuum nò feres diuerso semine. In quo significauit bona opera nò oportere cum malis operibus, nec intentionibus commisceri; qui ferit triticum, & hordeum in segete, & cum sata sunt viridia, totum apparet triticum, sed in tempore messis, vtrumque quale sit apparebit: sic bona opera in hoc sæculo siue bona, siue mala intentione fiant; vtræque triticum apparent. Nunc ergò non oportet nos aliorum opera iudicare; sed tempus adueniet, in quo omnia manifestè videbuntur. Nolo plus temporis in agendo de hypocrisis consumere: arbitrator enim magis in alijs præcis temporibus quàm nunc fuisse vñtatam. Cum enim hac tempestate experiamur veram virtutem à nemine ferè æstimari, honoremq; qui iure optimo virtuti debetur, fraudibus, ambitibus, precio, ac deniq; alijs illicitis fauoribus inquiri, quid prodest hypocritæ virtutem fingere, si ne vera quidem virtute honor comparatur? quid pretij habebit aurum alchimicum, & falsum, vbi naturale, ac verum aurum nihil valet? ex hoc apparet quanti habita quondam fuerit virtus, quantumq; honorata, cum homines ad honorem impetrandum spe-

29 speciè virtutis præ se ferret. Vbi virtus magno honore habetur, ibi floret hypocrisis: quia multi, vt honore merito virtuti tributù adipsicatur, sese illà habere fingunt, etsi eà nò habeant. Vnde prædicàs doctissimus quidam vir in exequijs optimi cuiusdam Regis Lusitanix, postquàm illù summopere cõmendauit, in hæc tandè verba prorupit: Poteritis mihi obijcere illù impleuisse Regnù hypocrisis. Hoc profectò fuit vnù ex maximis, atq; euidētissimis signis eximix, atq; excellentis virtutis ipsius: cum enim ipse magnis honoribus homines virtute præditos afficeret, ij qui virtute carebant, vt ab eo honorem impetrarent, virtutè se habere simulabant.

*Tu autem cū ieiunas, unge caput tuum.* Niniuitæ nò vnixerūt se in ieiunio suo, imò potiùs cinerè capitibus imposuerūt, & tamè ieiuniū illud acceptū fuit ante Dñm. Et sc̄ta mater Ecclesia etiã nos hodie inficit cinerè frõtib; nostris imponēs. Nò autè dicendū est hoc cõtra Dñi præceptū fieri, qui cū nos lauari, atq; vngi præcipiat, ipsa nos inficit, & cinere cõspergit. Dico Dñm hic præcipere ne fingas apparētias, cū ieiunas, vt appareas hominibus ieiunare, atq; vt eis placeas. Hoc est, vt ita ieiunem⁹ vt ipsi nos priùs à ieiunio, quàm ieiuniū à nobis ostēdatur. Quèadmodū arbor frondibus suis poma cooperire curat, poma verò odorifera se, arborèq; demòstrat: ita vt à lōginquo loco dicatis o quàm optima poma sunt (credo) in illa arbore, quia tã bene olet: sic etiã tu o frater humilitate tua ieiuniū, bonūq; opus celare cura: nã et si inuitū ipsa bona opera tua te reuelabunt, vt Deus in te ab hominibus laudetur.

*Et pater tuus, qui est in abscondito reddet tibi.* Quid Dñe opera nostra vis in abscondito intueri? nòne melius esset, vt illa palàm & coram omnibus viderentur? Non. Quàdo quis pannorum officinam vult in situere, quærat domum, cuius aditus sit paululū subobscurus. Et quærè illum hoc facere arbitramini? vt emptorem decipiat, vt pãnus, qui in claritate malus apparet, in tenebris, & obscuritate bonus appareat. O miserū te hominè, si Deus in luce opera tua scrutatur, o quot maculas, & defectus in eis reperiet: cū dicat Esaias, quasi pãnus mēstruatæ vniuersæ iustitiæ nostræ. Idcirco ea in abscondito Deus videt, vt occasionè habeat dissimulã di aspectus, qui in eis fuerint. O benedicta, & super exaltata sit talis pietas, scitote fratres hæc verba maxime infinitã Dei misericordiã demòstrare: In ijs etenim nobis significatur Deū instar hominis inuētiones quærere vt (si ita dici potest) quodãmodo se ab hominibus decipi



patiat, ne omnia in rigoris seueritate vsq; ad finē perducatur, & 38  
 examinet: quæ omnia sunt exaggerationes quibus quantum nobis  
 ignoscere, beneficiaq; facere desiderat, vult significare. Thesauri-  
 zate vobis thesauros in caelo, ne in terra thesaurizetis: attendite  
 quid dicat Habacuch. Vt ei, qui multiplicat non sua, & aggrauat  
 cōtra se dēsum lutū. In his verbis nobis significat Spiritus sanctus  
 nos oportere duo hæc diligentissimè fugere: alterū, ne alienas diui-  
 tias thesaurizemus, alterū verò ne ex benè partis bonis lutū facia-  
 mus. De ijs, qui vtrunq; faciunt, dicit, vā qui multiplicat & vā,  
 qui aggrauat dēsum lutū: lutum fit ex terra, & aqua. Bona igitur  
 temporalia, quæ cuncta sunt terra, ne in lutum conuertantur, ne  
 humanarū voluptatū, carnalisq; cōcupiscentiæ aqua cōmisceratis  
 nā omnia in lutū conuertentur, hoc est, ne patiaris diuitias tuas so-  
 listurpitudinibus inferuire. Qui per magnū lutū iter facit, maxi- 33  
 mo cum labore progreditur, & vix vnquam iter conficit. Sic tu  
 nunquam in cœlum peruenies quandiu per istas voluptates iter  
 feceris. O quot diuites cū bonis propositis incedūt, nūquā tamē  
 illa opere exequūtur! cuius rei causa est, quia per lutū iter faciūt.  
 Ideo Dñs dicit: vā vobis diuitib⁹, qui habetis cōsolationē vēstrā:  
 & hoc est in terra, atq; etiam in inferno thesaurizare. Thesauriza-  
 te igitur in caelo (ait Dñs) quia cum illic diuitias, ac bona opera  
 habueritis, cor etiā ibidem, & amorē habebitis. Ad quod vt nos  
 sancta ecclesia cōmoueat, hac sancta cærimonia vtitur, imponens  
 frōtib⁹ nostris cinerē, ac dicēs: Memēto homo &c. Cōuert⁹ sum  
 in ærūna mea dū cōfigitur spina ait David. Vbi se peruersum ex-  
 titisse fatetur, quousq; à spina cōpūctus fuit. Oēs peruersi existi-  
 mus, & venit hodie sancta mater Ecclesia afferens spinam, quæ 34  
 est: memento homo, vt illa cōpūcti in nos reuertamur, & omnia  
 verba, cogitationes, actionesq; nostras ad Dñm dirigamus, proj-  
 ciete Moysē cinerē in altū, facta sunt vulnera in hominibus, & iu-  
 mētis. Sic etiā sancta Ecclesia in sublimi hominibus hodie cinerē po-  
 nit, quod in hominib⁹ rationalibus, & in iumētis, qui sunt peccato-  
 res, vulnera fiāt. Hoc est, vt mal⁹ fiat bon⁹, & bonus meliorefficia-  
 tur. De sanguifuga dicūt philosophi naturales qd si alicui rei inhæ-  
 ret, & ei cinis iniiciatur, statim dissiūgitur, & recedit. Nimiæ sæcu-  
 lariū, caducarūq; rerū curæ, ac sollicitudines sunt sanguifuga, quæ  
 animæ sanguinem, virtutēq; sugūt. Si igitur super eas cinerē con-  
 iicias, hoc est, si fortissima, atque assidua animi cogitatione te ho-  
 die,

die, aut cras moriturū esse, fueris contemplatus, statim omnes istæ  
 sanguifugæ, id est, istæ curæ à te dissiūgētur, ac recedēt. Et deniq;  
 sicut iustitia Dei ordinauit sententiam mortis in culpæ poenam:  
 ita summa eius misericordia ordinauit ipsam mortem in remediū  
 eiusdem culpæ. Et sic dicit David: Qui eduxit vinctos in fortitudi-  
 ne, id est, peccatores vinctos suis delictis. Similiter eos, qui ex-  
 asperant. Id est, adeo vinctos, vt diuinæ vocationi resistāt; & qui-  
 bus si aliquid Dei nomine dicitis, statim irascuntur, & venenum  
 ore conspuunt. Et qui sunt isti, quos etiam adeo deuinctos, pro-  
 teruos, & exasperantes Deus liberat? qui habitant in sepulchris,  
 id est, qui assidua animi contemplatione omnium secularium va-  
 nitatum exitum infelicissimum considerantes, in sepulchris cō-  
 morantur. O admirabilem artificiorū Dei magnitudinem! quo-  
 36 modo suam diuinam fortitudinem, ac potentiam in animam sic  
 co offe, ac excoxiata caluaria conuertendo manifestat? ergo me-  
 mēto homo, &c. continua recordatione huius reminiscere, vitāq;  
 tuā tāquam Christianus moderaberis, quod bona, ac foelici morte  
 moriaris. Nā alioquin magnū periculū patieris: cū pessimæ vitæ  
 plerunq; mala, & infœlix mors succedere consuecat. Hoc aper-  
 tē dixit Apostolus his verbis: multi ambulant, quos sæpe dice-  
 bam vobis (nunc autem, & flens dico) inimicos crucis Christi:  
 quorum finis interitus: quorum Deus venter est. Ecce quomodo  
 de eis quos dixit inimicos crucis Christi, quorū Deus venter est,  
 dicit: quorū finis interitus. Itaque ex deprauata vita infert Apos-  
 tolus malam mortem. Non loquimur hīc de quibusdam Chri-  
 stianis, qui multo tempore sine peccato mortali perseuerant, qui  
 37 bus postea si fortē per fragilitatem peccare contingit? à peccato  
 statim exeunt, & se emendant, sicut homines, qui in bello præ-  
 liantur: quibus aliquando terga vertere, aliquando fortissimè de-  
 bellare cōtingit: quorum saluationis per misericordiam Dei ma-  
 gna est spes. Et sic de illis intelligi possunt verba illa Michæ,  
 dicentis: Ne læteris inimica mea super me: quia cecidi: con-  
 surgam cū sedero in tenebris; Dominus lux mea est. Et quod  
 dicit Apostolus quis es tu, qui iudicas alienum seruum? Do-  
 mino suo stat, aut cadit. Stabit autem, potens est enim Deus  
 statuere illum. De quibusdam autem peruersis, qui semper  
 malè viuunt, aut saltem maiorem temporis partem in sceleribus  
 consumunt, de his (inquam) malè sentiunt diuinæ literæ,

*Psal. 139.* & de eorum saluatione dubius ita Dauid dicit: Virum iniustum 38  
*Rom. 11.* mala capient in interitu, quid clarius dici poterat? & Paulus: Vi-  
*Sap. 3.* de bonitatem, & feueritatem Dei. In eos quidem, qui ceciderunt,  
 feueritatem, in te autē bonitatē Dei, si permanferis in bonitate,  
 alioquin, & tu excideris, & sapiens: Nationes iniquæ diræ sunt  
 consummationis. Ex omnibus his terribilibus sententijs oportet  
 vos intellexisse, quanti nostra referat bene viuere: & cor no-  
 strū in terrestribus rebus non statuere. Vt autem cor non in terre-  
 stribus quidem, sed in cælestibus rebus collocemus, singulare re-  
 mediū est, non in terra thesaurizare. Vt autē in ea non thesaurize-  
 mus, mirificū remedium est, & quasi frænum assidua mortis con-  
 sideratio. Idcirco memento homo quia puluis es. Et cum hæc fe-  
 ceris tibi Deus in hoc sæculo gratiam suam conferet, & in futuro  
 cælestem gloriam largietur: ad quam nos perducatur. Amen.

### ¶ Feria Sexta post Cineres.

*Audistis, quia dictum est antiquis: diliges proximum  
 tuum, & odio habebis inimicum tuum. Matth. 5.*

*Deut. 6.*

**L**OQVENS Moyses cū populo, dixit ei: Audi Israel Do-  
 minus Deus noster Deus vnus est. Etenim etsi Deus est tri-  
 nus in personis, est tamen vnus in essentia. Et sicut est vnus, sum-  
 moperè gaudet vnitatem, & vult omnia accumulare; & adunare,  
 faciens ex hac rerum vniuersitate vnā resolutā, & abbreviatā cō-  
 gregationem. Mūdum tot tamque diuersis creaturis repletū crea-  
 uit, illumque in vnitatem resoluat, hominem creans, in quo vniuer-  
 sus mundus abbreviatus consistit, sicuti dicitur de homine: edu-  
 xit illum de limo terræ, & dedit illi virtutē continendi omnia. Et  
*Sap. 10.* idcirco dicitur homo mūdus abbreviatus: quia in illo inclusit Deus  
 quatuor elementa virtualiter, donauitque ei esse cū lapidibus, cre-  
 scere cū plantis, sentire cū brutis, & intelligere cū Angelis. Ecce  
 quomodo hinc omnia ad vnitatem reduxit. Et hæc amicitia, quam  
 Deus habet cū vnitatem, vltius processit: quia sicut in sexto die  
 creationis omnia in homine abbreviavit, ac coniunxit: sic etiā in  
 sexta mundi ætate etiam cælestia super terrā abbreviavit, diuinū  
 cū humano in Christo Redemptore nostro coniungens, in quo  
 omnes

3 omnes diuinæ magnitudines, humanæque atque angelicæ ex-  
 cellentiæ accumulatae sunt: ita ut iam illud Isaia prophete adim-  
 pletum credamus, vbi dicitur: Consummatio abbreviata inunda-  
 bit iustitiam. Consummationem enim, & abbreviationem Domini  
*Isaie. 10.* Deus exercituum faciet in medio omnis terræ. Imperfe-  
 ctæ erant res humanæ, antequam Deus eas in Iesu Christo filio  
 suo abbreviaret, & in eo suam perfectionem obtinuerūt. Et idcirco  
 vocat incarnationem verbi diuini consummationem, & dicit  
 ex hac consummatione iustitiam dimanaturam esse omnibus ijs  
 iustificandis, qui ad hunc totius boni epilogū, qui est Iesus Chri-  
 stus, accederent. Et hoc est etiā quod dicit Diuus Paulus loquens  
 de Christo Redemptore nostro his verbis: Qui est imago Dei in-  
 visibilis, primogenitus omnis creaturæ: quoniam in ipso condita  
*Colos. 1.*  
 4 sunt omnia in cælis, & in terra, visibilia, & inuisibilia: & omnia in  
 ipso constant; quia in ipso complacuit omnem plenitudinem di-  
 uinitatis habitare: id est, omnes perfectiones, cælestes, ac terre-  
 stres in eo vno conclusæ sunt. Cum igitur Deus ad eodē vnitatem de-  
 lectetur, vna ex præcipuis rebus, propter quas è cælo in terram fa-  
 ctus homo descendit; & propter quas in cruce mortuus est, fuit, ut  
 omnes vna vnitatem amoris, ac charitatis inuicem coniuncti, atque  
 adunati essemus. Atque idcirco hanc militantem Ecclesiā constru-  
 xit, quæ est exemplar quoddam Ecclesiæ triumphantis, quæ in  
 cælis existit: de qua per excellentiam Dauid dicit: Cuius partici-  
 patio eius in idipsum: id est, cuius ciues, in actionibus, ac conuer-  
 sationibus suis, ita se habent, ac si omnes vnus essent cordis, ac vo-  
*Psal. 121.*  
 5 gē dedit. Moyses loquens de Deo, dicit: In dextera eius ignea lex.  
 Dextera Dei est vnigenitus eius filius. Et hæc diuina dextera  
*Deut. 33.*  
 igneam quandam legem in mundum attulit, quæ est hæc lex  
 euangelica, quæ tota est ignis, & tota amor. Cumque eius lex sit  
 amoris, nunc nobis dicit: ¶ *Audistis, quia dictum est antiquis, &c.*  
 Non dicit: legistis: Non enim in sacris literis scriptum reperietur  
 Deum dixisse: Odio habebis inimicū tuum. Imò potius multis  
 in locis contrarium inuenitur: ut patet in Leuit. vbi dicitur: Non  
*Leuit. 9.*  
 oderis fratrem tuum in corde tuo. Et vltius: Non quæras vltio-  
*Eccle. 28.*  
 nem, nec memineris iniuriæ ciuium tuorum. Et Ecclesiast. Relin-  
*Prou. 25.*  
 que proximo tuo nocenti tibi. Et alibi apertius: Si esurierit inimi-  
 custuus, ciba illum. Si sitit, da ei aquam bibere: prunas enim con-  
 gregabis.

gregabis super caput eius, & Dominus reddet tibi. Certum est, quod si Dei voluntas esset, quod homo inimicum suum odio haberet, non ei praeceperet, ut cum cibaret; nec ei promitteret, dicens: Et Dominus reddet tibi. Veruntamen homines ad ea, quae eis libet, maximi sunt argumentatores. Praecipit illis Dominus proximos suos diligere, ipsi vero arbitrantur inimicos suos, non esse proximos suos. Liberet vos Deus, ne cor passione odij, aut ulterius mali occupatum sit; non solum enim diuinam legem impudicè violabit: sed vobis etiam persuadere volet, legem dicere quod ipse facit, aut facere conatur. Praecipit Deus Sauli, ut euerteret Amalec, cum omnibus bonis eius, ipse autem abijt, & pepercit Agag, & optimis gregibus bouum, & armentorum, &c. Cumque Samuel ad eum repredendum veniret, dixit ille: Impleui verbum Domini. Dixit autem Samuel: Et quare est ista vox gregum, quae sonat in auribus meis? Respondit Saul: De Amalech adduxerunt ea: pepercit enim populus melioribus ouibus, & armentis, ut immolarentur Domino Deo tuo. Ecce quomodo vult Saul persuadere Sancto Prophetae, malum, quod non obediendo Deo fecerat, esse iuxta voluntatem Dei, & ad eius ministerium. Illi infortunati Dathá, & Abiron ambitionum suarum amore capti, voluerunt alijs persuadere ambitionem suam secundum diuinam voluntatem esse: & sic dixerunt Moyse & Aarone: Sufficiat vobis, quia omnis multitudo sanctorum est, & in ipsis est Dominus, cur eleuamini super populum Domini? id est, vniuersus populus sanctus est, non est opus, ut tantum super eos dominium habeatis. Rex Achab cupiens bellum Assyrijs inferre, vult, ut omnes Prophetae illi dicant, eam esse Domini voluntatem, & Deum velle, quod ipse desiderat. Et quia Michas propheta non secundum eius quidem, sed secundum Dei voluntatem illi respondet; idcirco a lapidibus ceditur, & in carcere detruditur, & pane ad vincias cibatur, aquaque; ad mensuram modicam potatur. Ecce hominum ingenium; qui quidem non contenti sunt mali esse, sed peccata etiam sua approbare, & se in illis Dei voluntatem facere, conantur affirmare: sicuti hi, qui inimicorum odium, quasi rem a Domino preceptam comprobabant. Hinc prouenit, quod iuris periti cupiditate percussi praecipue cum lites aduersus ipsorum met diuitias instituuntur, aut quando largissimis muneribus afficiuntur; statim leges, rationesque comperiunt, quibus litigantis iniustitiam, ius rectissimum efficiant, apparere: sentiuntque leges illas

1. Reg. 15

Num. 16.

2. Par. 18

9 Illas cum voluntate sua concordare, cum fortè contrarium affirmant. O infortunati quomodo non intelligitis quam graue onus conscientijs vestris imponatis, & non sufficere vos huius sceleris poenitere, nisi laeso restitutionem in integrum feceritis?

Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros. Notandum est Dominum totum hominem in inimici sui ministerio occupare voluisse, ne quid remaneret, quo ei nocere posset: quibus rebus potest tu alteri officere? corde; odio illum habens; lingua, illum infamans; manibus, mala opera ei faciens. Nunc ergo vide quomodo Deus haec omnia tibi occupat. Diligite (inquit) inimicos, &c. ut cor occupet. Benefacite, &c. ut manus occupet. Orate, &c. ut lingua etiam occupet. Ecce quomodo te totum occupat, ita ut nihil tibi remaneat. Et idcirco haec omnia sigillatim recessit. Haec etiam ita specificauit, ut omnium inimici tui vulneribus remedium adhiberet. Non esset bonus chirurgus, qui cum infirmis tribus vulneribus esset percussus, vnum tantum ei curaret, alia vero incurata, & sine emplastro relinqueret. Inimicus tuus percussus est in anima tribus mortalibus plagis: & vnum ex potissimis remedijs, quibus sanari potest, est te ei amorem, ac beneuolentiam ostendere: quantumuis enim quisquam sit malus, vides cum me ipse persequatur; me tamen eum diligere, eique; benefacere, confunditur, & iniquitatem suam cognoscit. Et quem non allicit timor Dei, amor saltè, & bonum opus, quod sibi laesus facit, attrahere consuescit. Et hoc est quod paulo antea ex libro Proverbia dicebamus: Prunas enim congregabis super caput eius. Nam facies haec illum in amore tui inflammabis, eiusque; inimicitiam ignem appones, quo comburatur, ac consumatur. Sic lucratus est David Saul. Vides enim Saul Davidem potuisse ipsum interficere, nectamen voluisse, compunctus est corde, & eleuauit vocem suam, & fleuit, dixitque; ad David: Iustior tu es quam ego: tu enim tribuisti mihi bona, ego autem reddidi tibi mala. Nullum est efficacius emplastrum ad vulnerata corda curanda, quam amor. Et idcirco intelligens Dominus inimicum tuum tribus lethalibus plagis esse vulneratum: quia corde te odit, manibus malefacit, ore te vituperat: ad haec tria vulnera curanda, tria conficit emplastrum: qualia sunt, cordis tui amor, manuum bona opera, oris orationes. Sciendum quippe est vnam ex rationibus, ob quas Deus inimicorum amorem praecipit, fuisse ut inimicum tuum a peccato abstraheret. Et idcirco non sufficit tibi illum non odisse, sed oportet te haec omnia facere ad illum a peccato auferendum. Et sic Iacob ut inimicum suum Esau volentem

Simile?

1. Reg. 24

volentem illum interficere, lucraretur, munera ad eum misit, di-  
 cens: Placabo eum muneribus, quæ præcedunt, & postea videbo  
 illum, forsan propitiabitur mihi. Et ita contigit. Et præcepit pa-  
 storibus suis, ut interrogati Esau, cuium pecus illud esset, respon-  
 derent; serui tui Jacob: munera misit Domino suo Esau. Postea au-  
 tem ut eum vidit: adorauit pronus in terram septies. Animaduer-  
 tite quot reuerentijs, & adorationibus inimicum suum veneraba-  
 tur: hoc autem non propter pusillanimitatem: cum Angelo nãq;  
 fuerat colluctatus, ut ibidẽ dicitur; qui ei dicit: Si contra Deũ for-  
 tis fuisti, quanto magis cõtra homines præualebis? sed sic eius cor  
 mitigaret, odiumq; quod in animo conceperat, ab eo separaret.  
 Hoc primo aspectu difficile apparet, quòd alter me odio habeat,  
 ego verò illum diligam: si autem via, qua oportet, ducatur; facile  
 quidem erit. Si asperrimum cliuum vultis ascendere, & directè,  
 ac sine reflexione vultis ambulare, difficillimum erit: si verò per  
 ipsos viæ reflexus inceseritis, facillimus vobis erit ascẽsus. Si vos  
 inimicos vestros dilecturi essetis, eo quod vos odio habent, sique  
 illis benedicturi essetis, eo quod vos vituperant, & infamant, dif-  
 ficillimum vobis esset; esset quasi asperrimum cliuum, ac saxo-  
 sum directè ascendere. Non autem ob aliam causam illos dilige-  
 re debetis, nisi quia id vobis à Deo præcipitur, cui cor vestrum,  
 tradidistis, & hoc est per viæ reflexus ambulare. Si ego vobis di-  
 cerem, date illi homini centum aureos ex diuitijs vestris, grauissi-  
 mum utique vobis esset: si autem dicerem, ex meis mille aureis,  
 quos habetis, date centum huic homini, quare hoc vobis graue ef-  
 fe videretur? si adhuc corda vestra in vobis habetis, necdum illa  
 Deo tradidistis, durissimum profectò est præcipi vobis, ut ea ini-  
 mico vestro tradatis: si autem iam in integrum corda Deo com-  
 misistis, iam nõ sunt vestra, sed Dei: quare igitur vobis graue erit,  
 quòd ex illo quod est Dei vobis iubeatur fragmentum inimico  
 dare? O quàm singularis & efficax ratio est hæc! imprimat eã diui-  
 na Maiestas in cordibus vestris, quo hoc sanctum præceptũ vo-  
 bis facile reddatur. ¶ Altera ratio: Si Deus hoc carni præcepis-  
 set, durum utique esset; sed præcepit hoc animæ, & ideo est facile.  
 Inimici enim damnum, non anima quidem, sed caro patitur. Si  
 hoc carni præciperetur, posset fortassè se excusare: cum autem  
 animæ iubeatur, imò debet se confortare, illudque diligere. Ille  
 enim, qui carni suæ malefecit, eam adiuvit, ut de capitali quodam  
 hoste

simile.

simile.

hoste vel cisceretur: quia caro (secundum Paulum) concupiscit ad-  
 uersus spiritum. Quod cum ita sit, derelinquite carnem, segrega-  
 mini ab ea, & cognoscetis vos debere magis quodammodo eos di-  
 ligere, qui inimici vestri sunt, quam eos, qui nõquam vobis offe-  
 cerunt. Illi enim sunt adiutores vestri aduersus carnem vestram.  
 Etiam præceptum hoc facile reddit quod Dominus subdit, di-  
 cens: *ut sitis filij patris vestri, qui in caelis est.* Ponens in exemplum pa-  
 trem suum, videtur Dominus significare in terra, ad eò perditam  
 esse charitatem, ac amorem proximis debitum: ut ad remedium  
 huic malo adhibendum cælesti exemplo opus sit. In terra enim à  
 maximo, vsque ad minimum, à sapiente, vsque ad insipientem,  
 omnes contrarium faciunt. Quando præcepit nobis esse pruden-  
 tes, dixit: Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut co-  
 lumbæ: exemplum ponens in creaturis. Ad hæc autem virtutem,  
 ac proximi amorem, solum eternum patrem nobis in exemplũ  
 dat. *Qui solem suum facit oriri super bonos & malos.* Veruntamen mihi  
 videtur, etiam his verbis præceptum hoc nobis facile reddere vo-  
 luisse, spe scilicet tanti, tamque præstantis præmij consequendi,  
 quod est nos filios Dei esse. Nõ dicit: ut filij Dei appellemini, sed  
 ut sitis filij Dei. Quid faceretis fratres, ut regis filij essetis, & ut  
 vos in filios adoptaret? quanto igitur plus facere debetis, ut filij  
 Dei sitis? Beatus Augustinus dicit: Gentiles appellasse Æneam,  
 Herculem, atq; alios huiuscemodi Dei filios, propter nihil aliud,  
 nisi ut in prælijs confortarentur; quia eorũ auxilio sibi opus erat:  
 ipsi etenim optimè cognoscebant eos non esse filios Dei. Sic igitur  
 Christus Redemptor noster, ut nos ad hoc perfectissimũ opus  
 faciendum confortet, dicit: *Ut sitis filij patris vestri; nõ ficti qui-  
 dem, nec falsi, sed verissimi.* Beatus Ioannes dicit: Dedit eis pote-  
 statem filios Dei fieri ijs, qui credunt in nomine eius. Notandum  
 est Sanctum Euangelistam non dicere, eos qui credunt in Chri-  
 sto filios esse Dei; sed dedisse eis potestatem, ut filij Dei fierent,  
 hæc opera adimplentes. Et sic modò nõ dicit, Facite hoc, quia fi-  
 lij Dei estis, sed ut sitis. Nam licet credatis, nisi tamen hoc fece-  
 rit, non eritis filij Dei. Et nisi sitis filij Dei, non eritis hæredes  
 regni eius. Quod si quis quærat, quare per hoc potius, quàm per  
 alia opera filij Dei efficiamur? Respondeo hanc filiationem non  
 esse ratione substantiæ, sed ratione similitudinis. Priori ratione,  
 solum Verbum est eius filius: posteriori autem sunt omnes iusti.

Gala. 5.

Matt. 10.

Augusti. li.  
3. de ciuitate  
Dei.

Ioan. 1.

Et

simile-

Psalm. 144

2. Reg. 13.

Psalm. 105.

Et licet verum sit per vnam quanque virtutem nos Deo similes fieri, proprius autem per amorem, pietatem ac misericordiam similes illi efficiuntur. Homo enim non dicitur proprie similis alteri, quando ei in manibus, aut pedibus; sed quando in facie assimilatur illi; quia est superior & perfectior pars omnium, que sunt in corpore. Et quia facies hominis est quod magis apparet, & detestum incedit; sic etiam quod magis in Deo reuelatur, quodque magis erga nos ostenditur, est diuinus eius amor; pietas, ac misericordia. Miserationes enim eius (inquit Dauid) super omnia opera eius. Quapropter hic amor, & pietas, dicitur facies Dei. Et in hac presertim oportet nos ei similes esse, vt filij eius simus. Quis esset, qui altissimam hanc dignitatem considerans, quæ per hanc virtutem impetratur, felicissimum non iudicaret omnem laborē, quē in ea exercenda pateretur? Veruntamen adeo hebetis, ac rudis ingenij sumus, vt hoc recte considerare nesciamus. Per viscera misericordie Dei nostri, vos rogo dilectissimi fratres, hanc omnia diligentissime pensetis, & videbitis, quid in vobis sentietis.

Etiam rem hanc facile reddit, quod ille qui est omnipotens dicit: *Ego autem dico vobis.* &c. O quis verba haberet, quibus satis dignè emphasis, & maiestatem, quæ in hac sententia inclusa est, posset explicare. Similibus verbis concitauit Absalom ad crudelissimum facinus famulos suos, scilicet, ad mortem fratris sui Amnon. Obseruate (ait illis) cum tumultuosus fuerit Amnon, & percutite illum. Nolite timere, ego sum qui precipio vobis. Et hæc vox suffecit illos ad tantum facinus concitare. Quare ergo hæc ipsa vox, & vox quidē Dei, nos ad tantum bonum non commouebit? O rem admiratione, ac lachrymis dignissimam! Ex sacris literis constat, plurimos quondam fuisse idololatrias, qui credentes illos suos immanes Deos humano sanguine delectari, suosmet filios occidebant (quiquidē solent à patribus super omnia diligere) eosque immolabant, sibi persuadentes se in illa crudelitate Deos suos lætitia afficere. Ita Dauid dicit; Immolauerunt filios suos, & filias suas dæmonijs, & effuderunt sanguinem innocentem, &c. Atque hodie sunt in Indijs plurimi huiusmodi, qui semetipsos sacrificant, prosternentes se sub tus currus, in quibus in eorum festiuitatibus idola deferantur. Hæc dicens magnopere admiror eos, qui nos de fide, ac Christiano nomine iactamus à lachrymis posse contineri, cum consideramus, quantum plus in illis sacrilega illa infidelitas, quam in nobis Christianis

Christianis sacratissima diuini Euangelij pietas valet. Quod cum illi propter diabolum se interficiant: tu ne minimum quidem contumeliæ verbum propter Deum perferas, nimis quidem miserabile est. O quam absurdum est, quod vbi primum quis ab altero iniuriam accipit, statim prodeunt leges Italię, earumque abusiones, quæ agunt quomodo iniuria illa vlciscenda sit. Quando igitur tam perfecti non essetis, vt damnum, quod proximus vobis intulit, dimittere nolletis, nunquid non est iudex, qui illud vobis iubeat refareiri? Dicit aliquis: Pater quis esset honor meus, si iniuriam ad iudicis arbitrium persoluendam relinquerem? apud iudicem conqueri fœmineum est, inimicum meum vlturus sum, & hoc modo honorem meum refarciam. Honorem? ecquis hoc dixit? Italia nē, an Euāgelium? A duerte: tu non es Christianus? Pater (inquit) desine ista. Istud est quatenus ad Deum: sed nunc sumus in mundo, & de secularibus rebus, quæque tectis subsunt, loquimur. Profecto ita loquuntur, ac si essent pagani. Et statim aliud responsum reddunt, dicentes: Pater parum scis de his exterioribus rebus, quæ in seculo aguntur: filijs meis maledicam, nisi iniuriam mihi illatam vlti fuerint. O frater ecquid præceptum illud Domini, dicentis: Ego autē dico vobis: diligite inimicos vestros: operatur in vobis? Nunquid non creditis Deum esse, qui hoc dicit? O terribilem confusione! Tot lites, ac contentiones, seditionesque sunt inter Christianos, qui Deum hoc dixisse credunt, quot inter infideles, qui hoc non credunt: atque etiam plures fortasse. Hoc est quod Isaias dicit: Erubescet Sidon, ait mare. Quasi reprehenderet mare Sidonem: eo quod cum ipsa esset ciuitas in terra constructa, plures in ea essent perturbationes, quam in mari. Gentes, & Mauri, quid aliud sunt, nisi tempestuosum mare? Hoc autem mare Christianis potest dicere: Erubescite, eo quod peiores nobis sitis, viuitis enim ita turpiter, ac flagitiose, quasi Deum non haberetis. Et profecto nos iniucem alteros, alteros persequi, prouenit ex eo, quod quamuis fidem habeamus, ita tamen Dei obliuiscimur, sicut si in eo non crederemus. Hoc significauit Dauid, dicens: Deus in nomine tuo saluum me fac, & in virtute tua iudica me, id est, in virtute verberum, passionumque tuarum. Et huic petitionis rationem reddens, dicit: Quoniam alieni insurrexerunt aduersum me, & fortes quæsierunt animam meam.

Magni

Magni laboris est fortes & alienos hostes hominem habere. Etiam quare te o sancte propheta persequuntur? Rationem assignans, ait: Et non proposuerunt Deum ante conspectum suum. Non magis Dei recordantur, quam si Deus non esset. Unde apparet, quod si homo ante oculos suos semper Deum ferret; facile quidem iras ac passiones suas posset superare. Et quanuis hoc propter Deum non faceretis; aduertere tamen deberetis, quid inde posset dimanare. Iacob, & Esau in visceribus matris suae rixabantur, & contendebant, quisnam prius exiturus esset. Tandem prius prodijt Esau: Iacob autem planta eum tenebat. Quando tibi iniuria inferitur; rixantur in corde tuo amor Dei, & amor mundi, & contendunt, vter preualebit. Dicit enim amor Dei. Ignosce propter eum, qui tui amore captus in cruce suspensus est, Dicit autem amor mundi: si peperceris, in qua opinione habebis? Et plerumque praeualet peior. Tunc igitur tene eum planta; considera in quo vniuersa ista vitio sistet: quid inde apud homines, & apud Deum proueniet? Cui melius contingit? qui parcat, an qui vlciscitur? si quidem in primis Deum offendit: deinde necessario domum, vniuersamque familiam suam derelicturus est; & tanquam fera per montes diuagaturus. Ne autem dicas te esse debilem, & amplius facere non posse: ad hoc enim tibi respondetur: Ego autem dico vobis. Ego, qui sum Deus optime noui quantum vos possitis. Ego imbecillitatem vestram iuuabo, si facere volueritis quicquid est in vobis. O quam suauis verbum. Ego autem. Quando o frater cum inimicitia tua contendis, contemplare Dominum tibi dicentem: Fac hoc propter me. Accipe fili mi potionem istam, quanuis tibi amara videatur; accipe illam propter me. In hoc volo cognoscere quantum sit tuus erga me amor, propter nullum alium hoc facias, nisi propter me. Quid fratres? nunquid tam parum hoc verbum: propter amorem Iesu Christi apud vos valiturum est? Si vos puro corde, veraque animi contritione ad aeternum patrem accesseritis, eumque per Iesum Christum crucifixum rogaueritis, vt peccata vestra dimittat: absque dubio centum millia, millium peccatorum vobis ignoscet: vos autem per hoc ipsum nomen vnam iniuriam non dimittetis: o maximam ingratitudinem.

Aduertite etiam quod primudicit: Diligite. Vbi cordis amore solidum postulat, ac verum. Beatus Paulus annumerans Spiritus sancti dona, vnum ex illis esse dicit: Dilectio sine simulatione.

amore

Gen. 25.

Rom. 12.

amorem sine fitione, sed cum omni sinceritate, & equitate. Et si quidem Spiritus sancti donum est, oportet vos cum omni instantia, & efficacia illud ab eo postulare, vosque diligentissime ad illud recipiendum disponere. Aliqui dicunt se ignoscere, vbi primum autem occasio vlciscendi offertur, passionem suam manifestant, quae intus latebat. Haec non est dilectio sine simulatione. Ira ouis herbam carpit, vt nihil illic remanere videatur. Remanet tamen radix intra terram: quapropter minima quaque superueniente pluuia, iterum reuirescit. Sic etiam hi dicunt se ignoscere, & exterius quidem sic apparet, veruntamen semper remanet radix (quod est odium) in corde. Non sufficit dicere: Ego nihil ab eo peto, ego ei loquor: nam quod Deus praecipue petit, est; diligite, scilicet, intimo ac solido cordis amore. Idcirco euellite radicem, quod est odium: sin minus minimo quoque rore decidente; minima quaque occasione oblata, iterum inimicitia reuirescet.

Et postea subdit, dicens: *benefacite*. Vult Dominus vt simus sicut bona, & fructifera arbor; quae hanc habet proprietatem, vt quidcunque eius radici applicetur, in flores conuertat, atque inde suauissimos proferat fructus. Talem oportet esse Christianum: vt siue vituperetur, siue honestetur; tam bona, quam mala omnia in bonum conuertat, & pro omnibus bona reddat. Ita Paulus de se fatetur, ac de Apostolis, & iustis, dicens: *Maledicimur, & benedicimus: persecutionem patimur, & sustinemus: blasphemamur, & obsecramus: id est, pro illis preces effundimus.* O beatos illos, qui ad tam sublimem charitatis, atque amoris gradum perueniunt! Dixit Dominus: Omnis, qui audit verba haec, & facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui aedificauit domum suam supra petram, & descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit: fundata enim erat supra petram. Et omnis, qui audit verba mea haec, & non facit ea, similis erit viro stulto, qui aedificauit domum super arenam: & descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit; & fuit ruina eius magna. Petra est massa quaedam terrae calore solis coarctata, & ex illa multa terra adunata. Arena autem, sunt grana quaedam alia ab alijs segregata. Caritas est tanquam petra, quae homines vnam adunatam, & quasi petram coarctatam efficit. Unde Propheta de iustis

Tom. j. Mm loquens

simile.

simile.

1. Cor. 4.

Matth. 7.

simile.



loquens, dicit: Qui statis in domo Dñi, benedicite Dominũ. Et statim addit, dicens: Benedicat tibi Dñs ex Sio. Quid est hoc? Propheta? quia in vno loco cū pluribus; in alio verò cū vno tantũ loqueris, dicēs: Benedicat tibi? Hoc fecit, vt significaret, eos, qui se adinuicē diligunt, quāuis numero sint plurimi, amore tñ vnũ esse. Per arenā odiũ, atq; inimicitia significatur; quæ vnũ quemq; in locũ suum facit abire, & omnia dispergit. Edificatio, vita, atq; opera super hęc amoris petrā stabilita, quāuis venti, imbres, tēpestateq; ingruāt, nō tamē poterunt euerti: qui autē diuisionis arenæ immittitur, minimo quoq; ventorũ flatu prosternitur. A deo sublimis, & excellens est hęc virtus, vt cū Dauid Deum rogaret, vt eius recordaretur, hęc ei proponat, dicēs: Memēto Dñe Dauid, & omnis māsuetudinis eius. Non dicit memento Domine elemosynarũ, orationisq; meæ; aut zeli mei erga diuinũ cultum: sed memento (inquit) omnis māsuetudinis meæ. Hęc enim tibi multo gratiores sunt. Ante quàm Dñs hoc Euangeliũ prædicaret, iā bonus rex illud ad literā obseruauerat. Nec verò ipse solus; sed alios etiā sacræ literæ illud obseruasse affirmāt. Ex quibus omnibus vnũ tātũ vobis sanctũ Eliseũ referā: de quo dicūt diuinę literę, quòd cū rex Syrię vellet nocere regi Israel, cūmq; ad hoc ei in quodā loco insidias parasset; hoc, Eliseus regi Israeli nūciauit, & huic periculo obuiauit. Nec verò defuit, qui regi Syrię diceret: Eliseus Propheta, qui est in Israel, indicat regi Israel omnia verba quæcũq; locutus fueris in cōclauo tuo. Misit ergo rex equos, & currus, qui eũ ad se vincitũ adducerēt. O quā modicũ cognitionis Dei habebat hic stultus! cū igitur regis exercitus ad virũ Dei apprehendendũ veniret, deprecatus est vir sanctus Deũ, vt eos cæcitate percuteret, & statim omnes excæcati sunt. O si nũc esset vnus Eliseus, vt siquidē homines amore ducti ad Deũ cōuertit, à vitijque suis nolūt resipiscere, timore saltē perterriti peccare cessarēt: qui à Dño peteret, dicēs: Fœminā illā, quæ in ianua tandiu commorās viris officere nō cessat, excæca: excæca etiā illā, quæ cū deprauato animo ad festiuitates, ludos, ac cōuiuia proficiscitur: illam etiā perditũ, ac Reipublicæ destructorem grauissimam infirmitate percutere, ita, vt à lecto non surgat: quo sic in tui cognitionem omnes illi deueniant, animabusque suis medeātur. Cū illi serui regis cæci essent, perrexit ad eos Eliseus, & dixit illis: Sequimini me, & ostendam vobis virum, quem quæritis: duxitq;

33 eos ita cæcos in mediam Samariam. Cūque Rex vidisset eos, dixit ad Eliseum: Nunquid percutiam eos pater mi? Et ille ait: Nō percutias; sed pone panem, & aquam coram eis, vt comedant, & bibant, & vadant ad dominum suum. Appositaque est eis ciborum magna præparatio. Cognoscatur in Syria hominem esse in Israel, qui diligit inimicos suos, eisque benefacit; cū posset eos omnes occidere. Maiorem honorem adeptus est Eliseus, eo quod hoc insigne pietatis factum cum hostibus suis fuerit operatus, quàm vos, qui de die in diem ad iniurias vlciscendas odium referuatis. O quanta est nostra confusio, & ignominia, quòd in lege gratiæ, & amoris cum tanto odio, & inimicitia viuamus, præcipue cū iam Deus nobis ore suo dixerit: Diligite inimicos vestros. Si enim tantum diligitis eos, qui vos amant, nonne & Ethnici hoc faciunt? si etiam gentes amicos suos diligunt, eisque benefaciunt, quomodo appellabimus eos, qui ne amicis quidem suis fidem seruant? Nunquid sunt verba, quibus tanta iniquitas satis dignè valeat ampliari? O quanto perè de hoc querebatur Dauid, dicens: Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem utique, &c. Tu verò homo vnanimis, qui simul mecum dulces capiebas cibos. Et statim addit: Veniat mors super illos, & descendant in infernum viuentes. Non est hęc oratio, sed Prophetia. Amici persecutio magnoperè sentitur, quia potentior est alijs ad officendum vobis: quia multa pignora vestra possidet, multa arcana ei reuelastis: est testis cordis vestri, atque etiam propter ingratitude. Vnde Sathanas quod fortissimum iaculum in finem referuauit, vt omninò muros, ac patientiam Sathanæ Iob humi prosterneret, fuit ipsosmet eius amicos ad illum adducere, qui cum asperrimis verbis reprehenderent. Et sic Beatus Paulus loquens de illis, quos Deus tradidit in desideria cordis eorum; & in reprobum sensum, inter mala, quæ de illis dicit, vnum & nimis principale est, quòd essent sine affectione, & absque fide, quòd ne amicos quidem suos diligebant, nec eis debitam fidem seruabant. Cauete fratres à tanta peruersitate. Et amicis vestris fidem seruantes, inimicos vestros patienter supportate. Attendite obsecro ad verba, quibus diuinus Magister materiam hanc concludit, dicens: *Estote ergo vos perfecti, sicut & pater vester celestis perfectus est.* Coniunctio illa, sicut, non dicit omnimodam similitudinem: quia impossibilis est; sed

Rom. 15.

admonet nos Dñs, vt quantūcūq; potuerimus, eū curemus imitari. Vt autem hoc optimē facere sciatis, oculos conijcite in hunc ipsum Dominū, qui cælestem hanc doctrinā nos erudit: & considerate quam ad vnguem (vt aiunt) atq; perfectē illam adimpleuit. Sic nobis commendat Apostolus, dicens: Vnusquisq; vestrū proximo suo placeat in bonum, ad edificationē. O quā salubre consiliū! Ne in peccato proximo tuo placeas. Si aliquis tibi dixerit: Amice suffragare illi, quia est cōterraneus meus: siue fac hoc, aut illud propter me, si est peccatū; nequaquā facias. Et dicit inferioris S. Apostolus: Deus autem pacis, & spei det vobis id ipsum sapere in alterutrum, secundū Iesum Christum, vt vnanimis vno ore honorificetis Deum, & Patrem Domini nostri Iesu Christi. Propter quod suscipite inuicem, sicut & Christus suscepit vos in honorem Dei. Diligentissimē animadvertendum est, quotiescūque B. Paulus aliquid Dei nomine præcipit, in exemplū ad nos confortādos Iesum Christū adhibere: & idcirco addit statim. Dico autē Christū Iesum ministrū fuisse circumcisionis, propter veritatem Dei, ad cōfirmādas promissiones patrū: gentes autē super misericordia honorare Deū id est. At tēdite quomodo Iesus Christus, omnestā Iudæos quā gentes suscepit; circumcisioniq; seruiuit; id est Iudæis ad cōfirmādas promissiones patrū, id est, patribus à Deo factas. Et quanquā in vita eos asperrinē reprehēdit, vt illos ad veritatis viā adduceret: cū tū iam in vltimo vitæ suæ transitu in cruce pēderet, tūc nō eos quidē reprehēdit: imō potius eos excusauit, pro eis æternū patrē exorans. Quod amici nostri in hora mortis nobis cōmendant, illud nos magis solet commouere. Nullū enim est adeo, vel saxēū cor in orbe terrarū, quod non gaudeat illud adimplere, quod à se quisquā in mortis articulo cōmorās postularit. Sic etiā filius Dei hominū remediū maximē desiderans, expectauit illud tēpus mortis suæ, in quo beneficiū singulare ab æterno patre postularat, cū etsi non pater quidem, sed alienus esset, nequaquam illud negare auderet. Expectauit vt se in cruce suspensum videret sanctissimo corpore suo vulneribus discruciatō, ac excoriatō: illudque efficacissima oratione exposcit, dicens: Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. O æterne Pater, nullus est in terra pater, qui cum filius eius in vltimo mortis articulo existit, aliquid ei à se petenti neget. Iam ego morior, & pro illis in hac cruce pendo, per hęc vulnera & mortem

simile.

39 & mortem te rogo, vt eis velis ignoscere. Satis illic ad impletum est quod dicitur: Vox turturis audita est in terra nostra. Turtur solet se in sicco ligno collocare, & illic canit: cuius cantus est tanquam modulatio matris blandientis infanti, qui plorat, ac dicentis: Ru, Ru, Ru. O Christe dulcissime animarum nostrarum amator, tu in sicco ligno collocatus, illic æternum patrem tuum cum clamore valido, & lachrymis placasti, dicens: Pater ignosce illis. In Genesi legitur, duos fuisse fratres (quorum alter dicebatur Iubal: alter verò Tubalcain) filios Lamech: horum alter, scilicet, Tubalcain inuenit artem ferrariæ: alter verò, scilicet, Iubal, musicæ artis fuit inuentor, quia ad sonitum mallei fratris sui creditur cecinisse. Duo fratres fuerunt, Christus Redemptor noster, & populus Iudaicus. Et ille maledictus populus, crudelis frater, ferrariæ artem inuenit: nunquam enim ars tam dura, nec tam crudelis immanitatis modus repertus est antea: solus ille populus inuenit artem crucifigendi homines: prius enim funibus alligari crucibus homines consueuerāt; & ipse inuenit malleum, quo crudelibus, ac crasis clavis affigerentur. Et ad sonitum mallei frater Iesus Christus orationis suæ melodiam concinebat, & magis voces orationis sanctissimi Redemptoris, quā ictus mallei atrocissimorum hominū resonabant. O maxime Redemptor mundi, vere totius patientiæ Magister, quemadmodum frater tuus populus Iudaicus ferro multo durior crudelitatem, & malleandi artem sanctissimi que corporis tui crucifigendi immanitatem inuenit: sic etiam tu primus fuisti, qui talem concinendi modum reperisti, qui que primus ad huius instrumenti sonitum cecinisti. Tu primus fuisti, qui talem orationis modum inuenisti. Te ergo Domine per istum ineffabilem amorem, per istam que cælestem patientiam exoramus, vt corda nostra mollifices, istam que admirabilem doctrinam in illis imprimas; quo te imitantes, gratiam tuā recipiamus, & postea te fruituri in cælestem gloriam conscendamus, Amen.

Cant. 1.

Genes. 4.

Tom. j.

Mm 3

D O

## Dominica. I. Quadragesimæ.

*Tunc ductus est Iesus in desertum à spiritu, &c.*

Matth. 4.



**D**ICTIO Illa, tunc; Domini baptismum refert, id est, statim postquam baptizatus est, ductus est in desertum. Prius quàm ieiunasset, baptizatus est, cū ipse esset puritas, ad exemplum tamē nostrū hoc fecit: videlicet, vt nos admoneret, antequā ieiunia aggrediamur, operaque bona incipiamus, oportere nos in sacrosancto confessionis, ac poenitentię lauacro ablui. Prius agricola spinas ab agro euellit, quàm in eo triticū serat. Sic etiam optimū ieiuniorum, orationum, elemosynarum, ac denique prædicationum semen ne inter peccatorum spinas inseratis: aliter enim totum destruetur: sed spinas, ac tribulos prius auferte, & ager bene dispositus remanebit ad ferendū fructum. Et præsupposito quod in initio quadragesimæ hoc facietis: optimum etiam, atque saluberrimum erit, quod sacratissimum Eucharistię Sacramentum recipiatis; quando aliquod iter facturi estis, prius diluculo ientatis: quod maiores vites ad ambulandum habeatis. Sic etiam ad hoc sanctę Quadragesimæ iter validissimè, ac feruentissimè conficiendum, sacrosanctum hoc ferculum quod in diuino altari datur, accipite.

*Tunc ductus est Iesus in desertum.* O admirabilem doctrinam! beatus, qui eam fuerit secutus. Post animę lauacrū confuge frater in solitudinem. Effuge occasiones, ne iterum coinquineris. Cū vidisset Sara filium Agar ludentem, &c. vsque ibi. Eijce ancillam hanc, & filium eius. Hic ludus Ismaëlis cum Isaac erat, quod eum docebat altaria construere, & idola adorare. Sed dicet quispiam; hoc cum ita esset, sufficeret quod puer, non autē mater simul domo expelleretur, siquidē nō erat in culpa. Dico vtrunq; fuisse necessariū, & ita ibidē Deus Abrahę præcepit: si enim mater domo expelleretur, aliquādo puer Ismaël ad eā videndam domū reuertetur. Idē hīc dicimus: nō sufficit quod a peccatis lauēris, illaq; fornicationis mater domi remaneat, quæ est occasio: quæ si remanserit,

4 ferit, aliquādo fili⁹, quod est peccatū reuertetur. Nec verò solum debes foras expellere propinquas occasiones, qualis est maia societas, malus tractatus, &c. Sed rationi consentaneū est, vt etiā ab alijs remotioribus separeris, quę licet ex se nō sint adeo male, animā tū ad malū disponūt. Fasciculi palmitū ad solē, & aerem collocati, nō illic quidē vruntur, veruntamē adeo exsiccatur, humorēq; illū, quo eorum esse cōseruatur, amittunt: vt postea minima quaq; scintilla ignis attingatur, statim inflāmentur, & in prunas cōuertantur. Aduerte frater, ista dissolutio, & effusio per vias, ista visitatio cū bona intentione, ista ambulatio propter honestā recreationē, nō te vrit, nō tibi adimit gratiā: his tū rebus adeo virtutis humor exsiccatur, vt postea minima quaq; scintilla, leuissima quaq; occasio inflāmeris, aliquoq; mortali peccato mancas concrematus. Hoc significauit S. Isaias, dicens: Concipietis ardorem, & parietis stipulā: spirit⁹ vester, vt ignis vorabit vos, & erūt populi quasi de incendio cinis. In ista dissolutione concipitur calor, & ardor. Quod autē inde proficiscitur, est, vt anima quasi stipula sicca remaneat: & statim sensualis appetitus his auxilijs confortatus oīa cōburit. Idcirco frater in solitudinē cōfuge. O quantum beneficiū Deus in eū cōfert, cui ad hoc faciendū spiritū cōcedit. Sicuti ipse Deus per Sanctū Iob exaggerauit, dicens: Cui dedi in solitudine domum, & tabernacula eius in terra saluginis, cōtemnit multitudinem ciuitatis, clamorem exactoris non audit: circūspicit montes pascuę suę, & virentia quę quę perquirat. Hęc terra est vita poenitens, in qua plurimæ voluptates, ac suauitates spirituales oriuntur. Et hīc cum tranquillitate, & affectione habitat

5 ille, de quo hīc Deus loquitur. Et contemnit multitudinem ciuitatis. Vnus est vsurarius, & pecuniam suam dat ad vsuram: alius est lusor, qui noctu, dieque substantiam suam ludendo consumit, vxoremque suam inhumaniter tractat. Alius passione, atque ira plenus, nimium sollicitus est, vt iniuriam vlciscatur: alius denique ambitione sua mundum euoluit. Quod si eos reprehendatis, ac dicatis: quare illud faciunt? respondebunt, dicentes: vniuersi homines hoc faciunt. Iraque ciuitatis multitudinem sequeris: perditioni es proximus. Nunquid ignoras Dominum dicere: Spatiofa via, quę ducit ad perditionem: & multi sunt qui intrāt per eam. Et arcta via est quę ducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt eam. Non sequaris turbam ad faciendum malum,

Mm 4 neque

simile.

simile.

Genes. 21.

simile.

Isai. 33.

Iob. 39.

Matth. 7.

neq; in iudicio plurimorū acquiescas sententiæ, vt à verò deies. 7  
 Ad beneficiendū bonum est turbā sequi, non autē ad faciendum  
 malum. Qui igitur in solitudine habitat, contēnit multitudinem  
 ciuitatis, & nō audiet vocē exactoris. Ad eō sollicitū, & importu-  
 num exactorē in nobis habemus, vt nō expectet petere ad festū  
 sancti Ioannis, aut Natiuitatis Dñi, sed semper exigit. Hic exa-  
 ctor est sensualitas. O quot res à nobis exigit: voluptates, cibos,  
 colloquia, ludos, &c. Si igitur Deus tibi spiritū solitudinis tribue-  
 rit, nō ei quod exigit, cōcedes. Petis vltionē? nō possum tibi dare;  
 aliter enim mihi Deus præcipit: cui iustius est obedire, quā tibi,  
 &c. Dicit vltiū, quōd hic talis circūspicit mōtes pascuæ suæ:  
 id est, crebra animi contēplatione circuit, & perambulat montes  
 illos cæli, diuinas personas, angelicas creaturas, omnesq; sanctos,  
 qui in eis cōmorantur, & gaudia, quibus depascuntur, considerās: 8  
 & illic ardētissimis desiderijs incenditur videndi se iam inter il-  
 los. Et inter ea virentia quæq; perquirat. Semper amoenissima, &  
 viridissima prata, vbi pascatur, inquit: hoc est semper novos mo-  
 dos inuestigat, quibus melius ac melius Deo seruiat. Hæc omnia  
 consequitur ille, cui Deus hoc beneficiū confert, scilicet, cui soli-  
 tudinis spiritum concedit. Idcirco beatus ille, qui ex mūdo deser-  
 tum nouit efficere, quiq; domi suæ in medio seculariū curarum,  
 ac negotiorū solitudinē, ac separationē quandā inquit, vbi se  
 totum Deo tradat. Dicit Deus animæ dilectæ suæ: Obluiscere  
 populū tuū, & domum patris tui. Nō dicit: obluiscere inhōne-  
 starum rerum, sed etiam obluiscere (inquit) honestarum, licita-  
 rumq; delectationū. In solitudine eduxit Deus aquam de petra.  
 Si in hac solitudine fueris, quanuis sit petra, nihilominus tamē la-  
 mētaberis, & in lachrymarū riuulos conuerteris, tuasq; atque etiā  
 vniuersi mundi miseras per senties. Antequam sponsus sponsam  
 suauissimis, ac maximi amoris plenis verbis inuitaret, dicēs: Ape-  
 ri mihi soror mea, amica mea, colūba mea, immaculata mea: prius  
 ipsam sponsam accersit, vt exiret de ciuitate rus; & statim eam  
 rogat, vt ipsum domū suam, id est, in pectus suum, & cor ingredi  
 patiatur, vt significaret animā summo operē oportere, prius se om-  
 nibus secularibus implicationibus, ac negotijs expedire, vt quie-  
 tam in corde suo habitationē Dño dare possit. Et illud quod spō-  
 sa ibidem respōdit, dicens: Spoliaui me tunica mea, quomodo in-  
 duar illa? Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? dicit B. Au-  
 gustinus

Psal. 44.

Exod. 17.

Cant. 5.

Augustinus hoc respōdisse, nō eo quod iustus Dño mollet aperire, &  
 melior esse, atq; trāquillus, ac cū intimiori cōuersatione. spōsum  
 in se habere. Veruntamē positū est hoc ad exprimendū qualis sit  
 carnis sensus, quæ ex leuissima quaq; re occasionem assumit, nō  
 proficiēdi de die in diē virtutis executionē differēs. Quid imper-  
 tinētius, quā dicere se non posse tunicā induere, eo quod inqui-  
 nabit pedes? veruntamen quia Deus spiritui fauet, ad istas carnis  
 imbecillitates superandas, dicit statim: Dilectus meus misit mā-  
 num suam perforamen, & venter meus intremuit ad tactum eius.  
 Hæc manus est Dei auxilium, quo venter animæ intremiscit, id  
 est, corroboratur. Et hīc vbi nos legimus: venter meus intremuit,  
 in Hebræo habetur: fremitum ediderunt super me viscera mea  
 super illum. O rem mirabilem, quomodo hīc sacra Scriptura ho-  
 minis miseriam, diuiniq; auxiliij potentiam explicat. Et quomo-  
 do Deus non definit omnia remedia intentare ad nos curādos, spi-  
 ritumq; aduersus carnis contradictiones fulciendū, vt igitur hæc  
 ei auxilia præberet, atque in hos fauores deueniret, prius ei dixit:  
 Veni in hortum meum soror mea sponsa. Sic etiam oportet fra-  
 ter te exire, cum hoc diuino spōso ad ieiunium tuum in solitudi-  
 ne celebrandum, ne oculi videant vanitates, nec lingua illas lo-  
 quatur. Nam Beatus Isidorus dicit: Qui à cibus abstinent, & mala  
 agunt, dæmones imitantur, quibus culpa adest, & cibus deest. Ab  
 omnibus nos oportet abstinere, quādo multi vnū delictum com-  
 miserunt, & omnes absque scandalo puniri possunt: maxime ini-  
 iustitiæ factum esset, si vno punito alij supplicij immunes relin-  
 querentur. Sic etiam quandoquidem non solum stomachus pec-  
 cauit, nimis edendo, sed lingua etiam superflua loquendo, aures  
 etiam male audiendo, oculi denique turpia, atque inhōesta vi-  
 dēdo: iniustitia inferretur stomacho, si illi soli ieiunare iuberetur,  
 deque illo vno supplicium sumeretur. Ieiunēt ergo oculi etiam,  
 & manus, lingua, & aures à malis operibus, pedesque à malis pas-  
 sibus cohibeat: neque enim æquū est quōd miser stomachus pro  
 omnibus persoluat. Sanctus Iosue superauit, percussit, atque in-  
 terfecit quinque reges, & suspendit eos super quinque stipites,  
 fueruntque suspensi vsque ad vesperum. O foelicissimum illum,  
 qui pugnat, vt talem à sensibus suis victoriam consequatur, eos-  
 que suspensos, ac crucifixos tenet vsque ad vesperum, quod est  
 vsque ad terminum dici vitæ, quæ est mors.

Augusti.  
tract. 56.  
in Ioannē.Isidorus  
super  
Amos  
propheta.  
simile.

Iosue. 10.

Ad hoc solitudinis ieiunium dicit Sanctus Euangelista Dñm 13  
Iesum à spiritu fuisse deductum. Hunc oportet esse ducem no-  
strum in omnibus vijs nostris, hūc semper sequi debemus. Quā-  
tus defectus est circa hoc inter Christianos, verè non fere maior  
est inter barbaras nationes, quæ Deum penitus ignorant. Dat tibi  
quidam Dominus munus aliquod, quò in Indias proficiscaris,  
& vbi primum animaduertis te in eo quatuor minuta posse acqui-  
rere, nec consideras vtrum tibi liceat vxorem solam, & absque vi-  
ro, filiosque absque parēte relinquere, te verò in magno pericu-  
lo millies offendendi Deum non attendis, sed nihil aliud nisi uti-  
litatem illam tibi ante oculos proponis. Vis filiam tuam in ali-  
quo statu collocare, cuius spiritalis salus, in eo bene aut malè ge-  
rendo agitur, & ad illam viro copulandam, aut in monasterium  
includendam, non animaduertis, vtrum conuenientius diuine 14  
que voluntati cōformius sit, atque ad eius saluationem securius;  
sed quomodo pauciores pecunias consumes, tradendo ne illam vi-  
ro, an includendo in monasterium? & postquam illam matrimo-  
nio tradere decreuisti, non consideras quocum viro illam me-  
lius coniunges, & conformius diuinæ voluntati; sed cum quo ma-  
gis honoraberis, aut qui illam pro minori pecuniæ numero du-  
cat. Hoc nunc agitur, & vterius procedit; Dei autem volunta-  
tem considerare non est hic in hominum usu. Et dicitis: vellem vt  
filius meus esset ecclesiasticus; sic enim ditior esset: non dicitis,  
quia sic melius Deo seruiret. Tollite, tollite fratres abusionem  
istam, & cum magistro vestro Iesu Christo filio Dei cōformami-  
ni, qui ductus est à spiritu in desertum.

Maximè notandum est super hunc Sancti Euangelij locum, 15  
quòd quotiescūq; Christi Saluatoris nostri opera legim⁹, actiue  
illa facta, atq; relata reperimus. Ibat Iesus in ciuitatē Naim, &c.  
Exiit baiulās sibi crucē. Egressus ibat in desertū. Transibat per  
mediā Samariam. Hunc autē discessum in desertum in vniuersis  
Euangelistis; qui de eo loquuntur, passiuè tractatum reperimus.  
Et enim B. Marcus dicit; Spiritus expulit eum in desertum. Et S.  
Lucas: Agebatur in spiritu in desertum. Et hic S. Mathæus: Du-  
ctus est Iesus in desertum. Cuius rei mysteriū est, quia ibat in de-  
sertū, vt tētaretur. Idcirco dicunt Euangelistæ illū expulsū, &  
quasi coactū ductū fuisse à Spiritu sancto, scilicet, vt nos do-  
ceat, nos nō oportere tentationibus nosmetipsos offerre; imo ve-  
rò

simile.

Luc. 7.  
Ioan. 19.  
Ioan. 11.  
Luc. 17.  
Mat. 1.  
Luc. 4.

39 ro illas quo ad poterimus euitare, & cum magna humilitate dice-  
re: & ne nos inducas in tētationē. Quod si Spiritus Sctus voluit  
Christū Dñm nostrū quatenus hominē in desertū tētandū deduc-  
cere: dico illū hoc fecisse, vt nos erudiret quomodo tētationes de-  
beremus superare. O benedictus, & glorificatus sit talis Deus qui  
omnia ad vtilitatē nostrā facit, ac disponit. Nam cū sit militia vita  
hominis super terrā, & hostis diabolus quidā potētissimus, de quo  
dicitur: A duersarijs vester diabolus tanquam leo rugiens circuit  
quærens quem deuoret. Non sufficeret dicere: leo: sed addidit:  
rugiens, qui que circuit quærens quē deuoret. Quæ hæc verba non  
obstufefaciūt? Si, cū in hac Ecclesia nūc simus, per ostiū illud ma-  
xima quæ dā leonū caterua ingrederetur, quē tumultū, & strepi-  
tū ederetis fratres mei? etiam & hæc audire, metū videtur inferre,  
quot saltus facerēt homines? quot clamores, ac vociferationes ede-  
rent mulieres? & quomodo hac, & illac omnes aufugerēt vt vitas  
suas ab eorum dētibus liberarēt? Credite ergo inter nos plurimos  
diabolos ambulare, multo atrociores leonibus; quiq; multo magis  
rugiūt, ac exoptāt nos deuorare. Dicit B. Ioānes: se vidisse mulierē  
illā volētē parere: & ecce (inquit) Draco magnus rufus, habēs capi-  
ta septē, & cornua decē: & stetit ante mulierē, quæ erat paritura, vt  
cū peperisset, filiū eius deuoraret, & peperit filiū masculū. Cūq;  
Draco vidisset se nec matrē, nec filiū, quæ peperit, deuorare potu-  
isse: iratus Draco in mulierē abiit facere præliū. cū reliquis de semine  
eius, qui custodiūt mādata Dei. Draco septē capitū est diabolus,  
cū septē peccatis mortalibus. Et decē cornua sunt astutię, & inue-  
ntiones, ac tētationes, quibus efficit, vt homines decē præcepta diui-  
næ legis violēt. Et voluit sacratissimā virginē Mariā Dominā no-  
stram, pretiosissimūq; eius filiū deuorare, veruntamen victus eua-  
sit, & sic aduersus reliquos de semine Iesu Christi, & posteros eius  
qui sunt iusti, bellum illaturus abiit: quibus quidē atrocissimum  
nūc bellū infert. Sicuti qui cum altero digladiatur, animaduertēs  
se eum in capite percutere non posse, in corpus illi icūs immittit:  
sic etiam diabolus cum non valuisset caput, qui est Iesus  
Christus, superare, mysticum eius corpus (qui sumus nos) percu-  
tere, ac prostertere conatur. Diligēter pensate Sanctū Ioannē in  
hoc loco dicere, bellum quod diabolus infert, aduersus eos esse,  
qui custodiunt mandata Dei; & habent testimonium Iesu  
Christi. Canis non domesticos quidem, sed extraneos mordet:  
Auiceps

Iob. 7.

1. Petri. 5.

simile.

Apoc. 12.

simile.

simile.

Auceps non tendit laqueos perdicibus, quas in custodia defert; imò eis vititur, vt ad eorum cantum alia appropinquent, & eas  
*Greg. li. 4* apprehendat; & aucupetur. Non tentat Diabolus eos, qui iam  
*moral. ca.* sunt in sua potestate, sicuti dicit Beatus Gregorius: Dæmon  
*24. in prin* eos tentare negligit, quos iure perpetuo possidere sentit: imò  
*Judith. 11* eis vititur ad iustos aucupandos, & euertendos. Iudith dixit Ho-  
 lophernes, ego nunquam nocui viro; qui voluit seruire Nabucho-  
 donosor Regi. Sic etiam facit Sathanas, præcipuum enim bellum  
 cum illis gerit, qui ei nolunt obedire. Cum igitur adeò potens  
 ipse sit hostis: cumq; adeo perditionem nostram fitiat, atque tot ha-  
 beat contra, quibus nobis officiat: cumque nobis aere, igne, calore,  
 frigore, bellum inferat: teq; literis, ingenio, generis nobilitate, ve-  
 stibus, vniuersisq; peccatis tuis, atque etiam diuina Dei misericor-  
 dia oppugnet, vt in ea extra modum confidas: aliquando etiam  
 te cum diuina iustitia expugnat, deterrereque te tibi nihil confide-  
 dum esse persuadet: quid remedij erit aduersus tam crudele præ-  
 lium? Quòd armis viriù imbecillitate suppleas. Et sic Beatus Pau-  
*Eph. 6.* lus postquam dixit: Nò est nobis colluctatio aduersus carnem, &  
 sanguinem, sed aduersus principes, & potestates &c. addidit dicens:  
 propterea accipite armaturam Dei, vt possitis resistere in die ma-  
 lo, & in omnibus perfecti stare. Quid? sunt ne arma Dei? Nun-  
 quid Deus aliquando armis munitus est? vtiq; Hodie hoc vide-  
 bitis, Idcirco etenim ad præliandum exijt, vt sciatis quibus armis  
 vos protegere debeatis; quæ sunt illa, quibus Deus vsus est, scilicet  
 humilitas; quam profundam nimis ostendit volens baptizari: &  
 ieiuniù valde rigorosum & asperum; assiduaq; oratio cum diui-  
 na, nocturnaq; lacrymarum effusione, pro hominum peccatis  
 Hæc sunt arma Dei: quibus si muniti fueritis, absque dubio victo-  
 res euadetis. Idcirco enim Deus patitur vos tertiari, quo locuple-  
 tissimas gloriæ coronas mereamini.

Etiam oportet vos considerare, quòd quociescunq; diabolus  
 Dominum tentabat, ei respondebat: *scriptum est.* Sacris literis cum  
 superabat: vnde ostenditur quam singularis armatura sit assidua  
 sanctorum librorum lectio. Nam si Sathanas tanquam Laban  
 noctu decepit Iacob, ei que deformem Liam pro decora Rachele dedit:  
 sic etiam Sathanas nos cum ignorantie nocte decipit, vt res seculares  
 amplectamur, spiritualesq; pro eis commutemus. Idcirco dilectis-  
 simi fratres lucem quærite, quæ quidem in sanctis libris inclusa est: si-  
 cut

22. cùt dicit David: Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumē se- *Psal. 112.*  
 mitis meis. Generosus accipiter, dum est capitatus quietus est, et *simile.*  
 si ardea transeat: quod si ei capitium tolleretur, compedes confrin-  
 geret, vt eam infectaretur. Sic etiam homo nisi esset ignorantia  
 quasi capitio coopertus, Deum sequeretur. Quando vos ad alias  
 virtutum exercitationes inuitamus, semper excusationes affer-  
 tis. Ad elemosynam, paupertate, ad ieiunia imbecillitate, ad ora-  
 tionem, siccitate, seculariumq; negotiorum abundantia vos excusa-  
 tis. Veruntamen à sanctorum librorum lectione qua excusatione  
 vos eximere potestis? nisi saltē, qui scitis, nisi ignauia, & relaxatio-  
 ne, ac dicēdo vos nolle? Cùm Rex Iosias legis librum legisset; tan-  
 tam ex illius lectione locē, pietatē, atq; virtutē abstraxit, vt de eo *4. Reg. 23*  
 dicatur: similis illi nō fuit ante eum rex, qui reuerteretur ad Deū  
 23. in omni corde suo: neq; post eū surrexit similis illi. O dilectis-  
 simi fratres, si hodie vobis hoc persuadere possem; vt summo cum  
 studio sanctos libros legatis, qui singulis lineis faciant lachrymas  
 ex oculis prosilire. Et faciāt vos suspirare, & dolere eo quòd Deo  
 ex animo non serueritis, desiderantes nunc Deo denuò seruire  
 incipere. Istos verò libros, qui sunt ex impressione diaboli, quiq;  
 vos in mille turpissima desideria inflammant, dirumpite, & com-  
 burite. Nam vt dicit Beatus Paulus: Corrumpunt mores bonos col-  
 loquia mala. Et quandiu legis, tandiu cū isto maledicto libro col-  
 loqueris. Si mater filiam suam cum lena secretò loquentem vide-  
 ret, quid ei faceret? quare ergo permittitis ei legere malos, ac tur-  
 pes libros, qui sunt lenones Sathanæ, atque etiā lenonibus peio-  
 res. Ecquid diceretis de patre, qui pecunijs suis lenam conduce-  
 24. ret: quæ filiam suam peruerteret? O infelix homo, hoc efficit tu  
 quando pecunia tua prophanum librum emis; & in cubiculo tuo  
 habes, quem filij, filiaq; tuæ legunt, ac propter illum distrahun-  
 tur, atq; perduntur. Tolle, tolle frater ista hæc omnia: non enim hæc  
 profunt, imò officiant homini credenti sempiternam esse gloriā  
 atq; infernum. Refert Beatus Lucas plurimos ex ijs, qui fidē reci-  
 piebant, quiq; antea curiosa studia ac prophana fuerant secuti,  
 illa libros suos adduxisse & coram omnibus combussisse, vt enim  
 illo feruenti spiritu flagrabant, nullos alios libros volebant, nisi  
 eos, quibus maiori spiritu, ac deuotione incenderentur. Et dicit  
 ibidem Beatus Lucas, quòd computatis pretijs inuenerunt pecu-  
 niam denariorum quinquaginta milliū, & huic rei addit: Ita fer-  
 titer



iter crescebat verbū Dei, & confirmabatur. Hæc sunt arma Dei, & eia, eia fratres, ad hæc arma confugite; quibus tam forti hosti resistere valeatis. **N**otate Dominum in triplici loco tentari voluisse, scilicet, in deserto, in summitate templi, & in montis cacumine: id est, in populo, & in solitudine admittit Dominus tentationem. Vt nos doceret nullum esse in toto terrarum orbe securum locum. Nec enim monachi, nec homines matrimonio alligati, securi sunt: omnes oportet summa cum cautione vivere.

*Et cū ieiunasset quadraginta diebus, &c.* Tot ieiunavit Moyses, totque Helias, totque Dñs, & non plures ieiunavit, vt humanam superbiam comprimeret, insipientemque; deuotionem multorum concerneret; qui spiritum voluntatemque; suam sequentes, si alios seruos Dei exteriorum operū multitudine non excedunt, non sunt contenti. Et sic in dimidio itineris regrediuntur, vel saltem euanescent. **F**rater mi, cum alijs sanctis ieiuna: quia in antiquis est sapientia. Et sponsus dixit sponsæ: si ignoras te, pascere hædos tuos iuxta tabernacula pastorum. Considera antiquorum patrum exemplar, noli ex te novos labores, & opera depromere. Non te admoneo, vt remissis, ac ignauis huius temporis hominibus conformeris, qui cum minimam quanque poenitentiam aliquem agere conspiciunt, statim ei dicunt: aduerte quia te occidis; non vult quippe Deus irrationabilia sacrificia. Si ieiunium, ac poenitentia tua est secundum antiquorum patrum austeritatem, non est irrationabilis. Et idcirco Beatus Paulus postquam dixerat: Obsecro vos fratres per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum; addidit, dicens. Et nolite conformari huic sæculo: (quod vult, vos esse remissos, & tepidos, sicut ipsum est) sed conformamini cum priscis patribus status vestri: hoc quippe est rationabile obsequium.

*Cū ieiunasset quadraginta diebus, &c.* Tã diu ieiunat pulcherrimus, & delicatissimus inter natos mulierum in illa asperissima solitudine. Si tu, ô frater, times te ieiunio pulchritudine. Et tuam esse amissurum, considera quam pallidus, debilis, & macilentus remansit pulcherrimus Iesus. Si corporis tui teneritudinem atque imbecillitatem pertimescis, cõtemplare delicatissimum Dñm in medio hyemis ad frigus, pluuiam, ac gelu commorantem, absque lecto, nec domo, in nuda humo dormientem, supposito diuino capiti lapide. **O**

caro

**38** carnales homines huius sæculi, qui que vos delicatissime tractatis, quam asperè vos hic Dominus infinitæ maiestatis reprehendit. Ieiunavit Rex Niniues, & opertus est cilicio, & statim vniuersi eius subditi illum imitati sunt. **Q**uin vsque etiam, & pueri ieiunauerunt: & vos ô Christiani, quare regem vestrum non sic imitamini? **O** Christe cæli, ac terræ imperator potentissime fragilitatem nostram tu Domine cõforta, quo te in hac sancta quadragesima feruentissime imitemur.

*Postea esuriit. Et accedens tentator. &c.* Vt eum esurietem vidit, statim occurrit tentaturus eum. Ex quacunque minima re occasionem sumit Sathanas tentandi nos. Si te videt saturatum luxuriantat, si verò famelicum, gula te oppugnat: si laboribus oppressum impatientia, si prosperum, superbia tentat. Nullam occasionem prætermittit, qua aduersus nos non vtatur. Vna autem ex occasionibus, quibus aduersus nos vtitur, est quando nos secularium rerum esurientes animaduertit. Præparat venator rete in tempore frigoris, quando non est quid passeris comedant, & ponit in eo cibum, tunc volat passerculus, ac famelicus descendit esurus, nec quid aliud curat, nisi ingredi ad edendum, & quando minus arbitratur comprehensum se experitur, & sic moritur, cum suo ventriculo pleno. **O** passercole fatius esset tibi famem perpeti, quam cū tanto detrimento tuo saturari. **O** peccator præ nimia fame, quam habes honoris, voluptatis, atque vtilitatis, nihil aliud animaduertis, nisi vt voluptatem tuam impleas: cumque diabolus te adeo esurientem animaduertat, rete tibi tendit, & sæpenumerò tam famelicum te videt, vt non sit illi necesse laqueos abscondere. **O** terribilem miseriam, quod ad aues aucupandas abscondunt aucupes retia, frustra enim iacitur rete ante oculos pennatorum. Nam si illud aues inspicerent, absque dubio id fugerent, quantumuis famelicæ essent. Tu verò brutis animalibus irrationabilior, sciens, te à Sathanæ laqueis pateris comprehendi.

*Dic vt lapides isti panes fiant.* Diceret illi (credo) Aduerte Domine te nimis macilentum esse, poenitet me, quod te ita debilitari sinas: præcipue cum reipublicæ doctrina tua multum valeas proficere. In tentatione plerunque fingit diabolus se amicum nostrum esse. Et ita sese ostendit, ac si homini magnopere comparetur. Sicuti cum pietatis specie ad Euam accessit dicens ei:

Genes. 3.

cur præcepit vobis Deus ne comederetis ex omni ligno paradisi: si  
 A si diceret: dolco quòd tam bonum quid vobis Deus velit ad-  
 mittere: poteratis namque dii esse, si ex illa arbore, quam vobis pro-  
 hibuit, comederetis. Talem pietatis speciem præferens ac-  
 cessit tentaturus Dominum: si quidem (inquit) necessitatem habes  
 ne te ita mori patiaris. Credite mihi fratres: vna ex tentationi-  
 bus, quibus Sathanas plures animas in infernum detrusit, est ne-  
 cessitas. O quot mala necessitatis titulo committuntur. Idcirco  
 mundus Tyrannide oppressus est; quia dicitis: opus est mihi fa-  
 miliam, statumque meum sustinere. Idcirco tanto animi affectu di-  
 cebat David: de necessitatibus meis erue me. Fratres mei hoc vos  
 exhortor: ne quis dicat: necessitas caret lege. Nulla necessitate  
 coactus debes tu Deum offendere: circuncide necessitates tuas, si  
 arietinas carnes edere non sufficis, ede bubulam, sin minus panem,  
 & cepam, & ad Deum clama: ego quippe sine pane, non autem si-  
 ne Deo valeo sustineri. Itaque quando etiam pane indigueris  
 spera in Deo, & potius esuri quam Deum offendas, nec timeas  
 quod tibi desit.

*Psal. 24.*

*Dic ut lapides isti panes fiant.* Satis apparet hoc argumentum demo-  
 litionem diaboli esse. Quid vni homini temperantissimo, sicut Dominus  
 erat non sufficeret vnum lapidem in panem convertere? sed quòd ex  
 multis lapidibus panes erat effecturus? Time te fratres vniuersum  
 genus abudantiam terrenam rerum negotium esse diaboli conatus  
 efficere, ne paucis contenti simus. Ut hanc mihi veritatem persua-  
 deam rem quandam in diuinis literis inuenio admirabilem: vidit  
 se Sanctus Helias maxima quadam necessitate oppressum. Narrat  
 ibi. Et attulit ei Angelus cibum. Ecquid ei attulisse putatis, respe-  
 xit ad caput suum, & ecce subcineritius panis, & vasa aquarum, & non  
 plus. Ecce ad quid descendit Angelus de celo. Tatum modo ei, &  
 vix etiam necessariam attulit: non carnes quidem, nec delicatissima  
 condimenta, quibus filij huius seculi uti consueverunt. Etiam legi-  
 mus eundem Heliam in necessitate constituto descendere consueuisse cor-  
 uos afferentes manam, & vesperi parum panis, & carniam, & bibebat ex  
 torrente qui illic erat. O incommutabilis Deus ecquis est hic sermo  
 aquam per mensuram, & moderatè res temporales sancto illi à Deo sup-  
 peditabantur? Hic est diuinus sermo, quo Dominus nos docet ex his  
 temporalibus rebus nos necessaria tantum modo sine excessu, & cum  
 maxima moderatione sumere oportere. Ideo Dominus Paulus dicit:

*1. Cor. 9.*

omnis

34 Omnis, qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet, & illi  
 quidem, ut corruptibilem coronam accipiant: nos autem incor-  
 ruptam. O gens sine consideratione, o homines, qui celum par-  
 ui estimant, illamque immarcescibilem, perpetuamque; atque incor-  
 ruptibilem coronam pro nihilo habent: si illi omnibus rebus se ex-  
 pediebant, atque ab omnibus abstinebant, ut quatuor minuta con-  
 sequerentur: quare tu optimos cibos, melioresque; potus sequeris  
 in his totum vitæ tuæ tempus consumens, & sic remanes impo-  
 tens ad resistendum diabolo?

*Dic ut lapides isti panes fiant.* Hoc expetit etiam hodie Sathanas, sci-  
 licet, ut lapides, qui sunt poenales, ac poenitentiales exercitatio-  
 nes in panes voluptatum conuertantur, & hoc plurimam quidem  
 suavitatis, dicens: Domine ne ieiunes, nec te affligas: nam Christus  
 35 pro omnibus passus est. Attendite fratres, ego nolo dicere Chri-  
 stum Redemptorem nostrum pro omnibus mortuum non fuisse: imò  
 verò dico illum pro nobis omnibus, ac pro peccatis nostris mor-  
 tuum fuisse; ita tamen passus est, ut nobis exemplum dederit, quo  
 nos etiam pro illis aliquid patiamur. Ita dicit Beatus Petrus his  
 verbis: In hoc vocati estis, quia, & Christus passus est pro nobis;  
 vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia eius. Ecquid  
 est illud hoc, ad quod vocati sumus? Ipse superius dixerat his ver-  
 bis: si beneficientes patienter sustinetis; hæc est gratia apud  
 Deum. Et statim subdidit dicens: In hoc enim vocati estis. Ita-  
 que Christiani sumus ad patiendum imitantes Christum Redem-  
 ptorem nostrum. Sathanas autem non vos ad hoc inuitat, quia  
 lapides odit: & etiam prædicatio, quam durissimum lapidem,  
 quo hominum corda confringerentur, esse oportet, velle Sath-  
 anas ut esset mollis panis: confessionem esse etiam molliissimam  
 atque mitissimam exoptat. Unde dicit alter: Domine vade, &  
 confitere peccata tua illi patri quia est mitissimus, & piissimus.  
 Et ex confessione nimis consolatus euades. Post tot scelera, quæ  
 ris consolationem: non deberes querere nisi eum, qui te deterre-  
 ret, atque dolore impletet. Non dico, ut te desperare, sed ut pecca-  
 tum summopere timere faciat. Non ad hoc profectò fuit ad-  
 uentus filij Dei in mundum, videlicet, ut tu delecteris, & volupta-  
 tibus indulgeas. Attende quid dicat Beatus Paulus Apparuit  
 (inquit) gratia Dei omnibus hominibus, ut abnegantes omnem  
 impietatem, & secularia desideria, sobriè, & iuste, & pie viuamus

*1. Pet. 2.*

*Tit. 2.*

Tom. j. Nn in

1. Reg. 17.  
D. m. 2.

in hoc sæculo. Et denique lapide superavit David gigantem, & lapide percussa cecidit statua Nabuchodonosor Regis: & lapidibus oportet Sathanam à te superari.

*Qui respondens dixit ei, scriptum est: non in solo pane vivit homo, &c.* Id est, quacunq; re me potest Deus alere, & quanquam hæc erat parva tentatio, non tamen illam Dominus parvi estimavit, sed ad Dæmonem superandum sacras literas adduxit. Nonnulli sunt, qui de magnis tentationibus dicunt, liberet me Deus ne tale faciam, nè hominem occidam, neue alienas divitias diripiã: vtinam prius moriar, quàm tale faciam; in minores autem tentationes facillè se incidere patiuntur: in murmurationem, in mendacium, &c. facillè labuntur. Nihil aliud vult Sathanas nisi te vna ex parte debilem experiri, vt te per illam sequatur, quousq; te prosternat. Quando Euam tentavit, vt vidit eam ausam fuisse verbum illud addere scilicet, ne forte moreremur præcipue cum Deus dixisset: morte moriemini, id est: absq; dubio moriemini (hoc enim significat illa Phrasis Hebraica) cum (inquã) eam mētitam fuisse vidit, illinc occasionē assumpsit dicendi: nequaquam moriemini. Quamobrem frater cave ne minimū quidem illi aditum patefacias. Idcirco dicitur, qui spernit modica: paulatim decidet.

Gen. 3.

Eccles. 19.

Simile.

Psal. 55.

Bernard.

*Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam civitatem, &c.* O nequissime accipiter. Accipiter vix potest auem in terra iacentem ad dilacerandam arripere: sed curat eam erigere, & facere vt volet, & ita eam facilius apprehendit. Hoc ipsum facit Sathanas, quem in terra humiliatum, atq; animo submissum perspicit, sentit se nullas aduersus illum vires habere, atq; idcirco curat eum in altum tollere, vt illic constitutum eum facillè valeat superare. Idcirco dicebat David: Ab altitudine dei timebo. *Et dicit ei: mitte te deorsum.* Hic ostendit diabolus imbecillitatem suam, significavitq; quod nisi tu temetipsum præcipitaueris, ipse non potest te præcipitare. Ille tibi porrigit ensem, tu verò te iugulaturus es, si vis, ipse enim nequit te iugulare. Nemo superatur, aut percutitur, nisi à se ipso, & à suo proprio consensu: idcirco nè totam culpam in diabolum conferas. Ita Diuus Bernardus super illa verba Psalmi septuagesimi. Eripe me Domine de manu peccatoris, & de manu contra legem agentis, & iniqui. Ego (inquit) sum ille peccator.

peccator, eripe me Domine de manibus meis. *Scriptum est: quia Angelis suis, &c.* Hæc tentatio est replicatio tentationis præteritæ: responderat enim illi Dominus: scriptum est: non in solo pane. &c. Arguit nunc sic diabolus: Tam necessaria sunt scilicet ad descendendum quàm panis ad edendum, humanamq; vitam sustentandam: & siquidem tu dicis Deum non astrictum esse solo pane hominem alere, quod sacris literis verum esse comprobas: ergò mitte te deorsum. Nam scriptum est, etiam Angelis suis. &c. Quemadmodum speras te à Deo absq; pane sustentari posse, spera etiam Deum ab hoc pinnaculo absq; scalis te descendere facere posse. Notate, quomodo diabolus sacram scripturam conscissam citat. Non enim peruenit vsq; ibi: in omnibus vijs tuis. Possit enim Christus Dominus noster ei respondere: Me hinc præcipitari non est via, sed desperatio, Deus autem in vijs custodiam pollicetur. A deo autem callidus, & sagax fuit tentator, vt vltimè non fuerit progressus, non enim quod sequebatur ad intentionem eius conducebat: imò verò illi repugnabat. Ita faciunt hæretici, qui diuinam scripturam abscindunt, citantes quod ad eorum propositum spectat ad homines seducendos. Et victa hac tentatione ait illi: *Non tentabis Dominum Deum tuum.* Et statim hoc verbo se victū esse falsus est. Vt cognoscatis quam facillè (si volumus) diabolum possumus superare.

*Iterum assumpsit eum diabolus in montem excelsum valde, & ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum.* Benè ostendit diabolus, & depingit res mundi, & gloriam eius, non autem perturbationes, ac mala, quæ in eis insunt manifestat. Non ostendit malignos labores ambitionis, sed honorem: non luxuriæ inuersiones, ac molestias, sed voluptates: hæc est enim eius ars, ac callida demolitio. O si hodie diabolus regna promitteret, quot homines eum adorarent. Nam siquidem propter leuissimam quanq; vtilitatem tot mala committuntur, quid fieret pro regno? Deus nos ab hoc vitio liberet fratres, magnopere enim mentem excæcat, animamq; magnopere perturbat. Nihil est iniquius, quam amare pecuniam. Hic enim, & animam suam venalem habet. Denotat hic Spiritus Sanctus pecuniæ amatorem omnia venditurum esse, nec dubitaturum pro pecunia animam diabolo tradere. In hac tentatione iam ei non dixit: si fi-

lius Dei es. Iam enim illum purū hominem esse credebat, videns<sup>43</sup> illum sic passum fuisse se huc atque illuc deduci. Cumque dixisset. *si cadens in terram adoraueris me. Tunc dixit ei Iesus. Vade sathana.* In hac impetuosa voce duo nos Dominus erudiuit: alterum est quā celeriter à nobis tentationes, atque etiam malas cogitationes expellere debeamus. Quā celeriter à vobis ignis scintillas eijcitis: tam celeriter, & multo celerius etiam has res à vobis debetis eijcere: cum sint scintillæ infernalis ignis. Alterum est quod si honorem tuum quis perstrinxerit, patienter feras, & dicas: plus etiam dicerent, si me cognoscerent. In honore autem Dei propugnando præstantissimum in pectus, leoninamque animi magnitudinem ostendas. Verum proh dolor quā vice versa hoc facis? Si comburitur vestis, quā tecum geris, benè hoc sentis, sed si ea cō crematur, quæ in arca inclusa est, non hoc sentis. Cum ad eò<sup>44</sup> proprio nostri amore induti simus, hinc prouenit, quod cū perstringimur, magnopere illud sentimus. Cum verò honor Dei in oblivionis arca inclusus delitescat, licet concremetur, nequaquam hoc sentimus. Non ita oportet esse fratres charissimi, siquidem Deus tanto honore, ac gratitudine dignus est, nosque tot, tantisque beneficijs ei deuincti sumus. Tūc reliquit eum diabolus. Vitus scilicet, & pudore confusus. Parum prodest nobis vnam aut duas tentationes superare, nisi omnes ad Domini imitationem vicerimus. Et sicuti parta victoria ad eum Angeli accesserunt, qui ei in illa solitudine ministrabant speremus nobis post huius mortalis vitæ conflictum diuinæ gratiæ auxilio victoria reportata à Deo gloriam esse concedendam. Ad quam nos perducatur Iesus Mariæ filius Amen.

### ¶ Feria. IIII. post Dñicā. I. In Quadragesi.

*Accesserunt ad Iesum scribae & pharisæi dicentes Magister volumus à te signum videre. &c. Matth. 12.*

*Psalm. 118.* **M**EMOR Fui iudiciorū tuorū à seculo Dñe, & consolatus sum. Mirabile est consideratu, quod hic S. Propheta dicit: **N**ō enim video quare iudicia Dei, quæ in hoc seculo cōtigerūt, eū

<sup>1</sup> **c**ōsolari possent: nimis enim terribilia iudicia fuerunt. Peccarunt Angeli, & propter vnum voluntatis motum, quo in superbiam elati sunt, eos perpetuis inferni ignibus condemnauit. Peccauit homo, & propter vnam buccellam pomi vniuersum genus humanum in miseriam, ac perditionem deuenit. Peccauit mundus per lasciuiam, & vniuersus diluuiō submersus est. Peccarunt Sodomitæ, & ignis de cælo pluens deuorauit eos. Quæ cū ita sint o sancte Propheta quid in talibus, & his similibus Dei iudicijs reperisti, quod te non in timorem, atque admirationem potius adduxerit, quā consolationem tibi attulerit? Melius dices (humano iudicio) Memor fui iudiciorum tuorum à seculo Domine, & contristatus, ac conturbatus sum: quā consolatus sum: quis autem optimè dictum dubitat, quod à Spiritu sancto dictum fuit. Exaggera tu quātūmcunq; velis diuina iudicia: quod etenim maiora, & terribiliora sunt, eo maiorem animæ consolationem afferunt. Ex ipsis nanque patet nunquam Deum ad eò iratum extitisse quin peccatorem contritum, & humiliatum ad se reciperet. Discurre o homo per vniuersa Dei iudicia, & non reperies peccatorem contritum, fuisse repulsum, nec illius lachrymas cū cordis dolore profusas, à Deo fuisse neglectas. Magna est hæc peccatoribus consolatio. Quod non violabit Deus legem, quam per sanctos suos sanxit. Esaias enim dixit: si reuertamini, & quiescatis, salui eritis. Et per Ezechielem ait: viuo ego dicit Dominus nolo mortem impij, sed vt conuertatur impius à via sua, & viuat. Conuertimini à vijs vestris pessimis, & quare moriemini domus Israel? Hæc lex & pactum cum hominibus sancitū est. De hac dicit David eodem Psalmo, hæc me consolata est in humilitate mea, id est, in humiliatione mea, id est, cum peccaui. Quia eloquium tuum viuificauit me. Quod si quis dicat de Esau; de quo B. Paulus dicit: ne quis fornicator, aut profanus, vt Esau, &c. vsque ibi. Non enim inuenit pœnitentiæ locum, quanquam cum lachrymis inquisisset eam. Et de Saul dicitur: quod dixit ad Samuelem, Peccaui: quia præuaricatus sum sermonem Domini: sed nunc porta quæso peccatum meum. Et respondit Samuel dicens: Triūphator Israel non parceret; & pœnitudine non flectetur. Et de maledicto Antiocho dicitur, orabat autem hic scelestus Dominum, à quo non esset misericordiam consequuturus. O quā terribiles sunt tres hi casus, quos modo commemorauimus,

Tom. j. Nn 3 ita

*Psalm. 118.*

*2. dñi*

*con*

*Apoc. 12.*

*Gen. 3.*

*Gen. 7.*

*Gen. 18.*

*Esai. 30.*

*Ezech. 33.*

*Psalm. 118.*

*Hebr. 12.*

*1. Reg. 15.*

*1. Mach. 9.*

ita vt vniuersum mundum faciant trepidare: quòd dicit sacra scriptura horum lachymas nihil apud Deum valuisse: verum autem est illas nihil valuisse, quia ex puro, & intrinseco dolore cordis profusæ non fuerunt. Nā Esau non plorabat propter peccata sua, sed propter dāna, in quæ per amissionē paternæ benedictionis incurerat, nec verò deposuit odiū, quo habebat fratrem suum. Et idem dicendum est de Saule, & Antiocho sicut ibidem ex illis diuinis historijs apparet, & sic hæc veritas semper firma stat, quod spiritum contribulatum, & cor contritum, & humiliatum Deus non despiciet. Quod illustrius fiducia exemplum volumus, quā hoc Sancti Euangelij, in quo agitur de Niniuitarum conuersione, qui cum pessimi essent, post Dei sententiam contra eos prolatam per pœnitentiam eorum peccata dimissa sunt? quando negliget Deus fideles suos pœnitentiam agentes, siquidē idololatrias ad veniam recepit? Innumeræ tibi clementissime Domine gratiæ agantur, qui tam faciliē flecteris, ac leniris. Hæc profectò tam singularis, atque ineffabilis clementia tuam altissimam Maiestatem decet. Itaque ex terribilibus Dei iudicijs apparet quā fortis, ac seuerus est in proteruos, quāque mitis atque benignū sese in pœnitentes ostendit, quò mali esse vereamur, atque ad eum reuertamur.

Dicit ergo Sanctum Euangelium. *Tunc accesserunt ad eum scribae, & Pharisei, &c.* Quando eum populus laudabat, quando mysteria facientem exaltabant tunc cum tanta infidelitate accesserunt: quantò magis corporibus accedebant, tantò magis animis recedebant. Melius propinquabat Sanctus Petrus cum dicebat: *exi à me Domine, quia homo peccator sum.* Quo magis luna à sole recedit, eò maior illi claritas aduenit à sole: & tunc est clarior, ac plenior, quando est in vltima distantia, qua esse potest: sic etiam quanto magis anima cum profunda humilitate vilitatisque suæ cognitione magis recedit, indignam se reputans ad diuinum solem accedendi, tantò magis cœlestibus eius radijs clarificatur, ipsiusque donis locupletatur. Et quo propius solem luna propinquat eò obscurior, & tenebrosior redditur: taliter accidit animæ, quæ cum vana præsumptione sese dignam indicat ad Deum accedendi. Ita etiam hi pharisæi, quia cum superbia accedebant, quò magis propinquabāt, eò magis excæcabantur, & obscuri reddebantur.

Di-

7 Dicunt ergo: *Magister volumus à te signum videre.* Insuper, & mala petitio: seruos Dei sic oportet postulare: Domine ego volo quod tu vis, quòd si nolo, fac quæso, me velle, quod tu me desiderare vis, & nihil aliud. Nā vt dicit Beatus Bernardus, quid ardet in inferno, nisi propria voluntas? verbum infernale est Deo dicere: volo. Et illa maledicta Herodias hoc pessimo verbo vsa est in illa sacrilega petitione dicens: volo vt des mihi protinus in dislo caput Ioannis Baptistæ. Notandum est nihil esse tam liberum in his inferioribus rebus, quā hominis voluntatem: omnia enim alia admirabili quadam subiectione Deo, ac creatori suo obediunt, absque vlla repugnantia. Optimi huius veritatis testes sunt omnia eius opera, ac perseuerantia, quam in eorū motibus experimur. In solo homine magnum quoddā dominium, libertasque inuenitur, qua vult, quodcunque libet, etiam si cœlis, inferno, atque ipsi etiam Deo repugnet. Hæc autem libertas tam naturalis est homini sicuti habere animam rationalem. Et quousque Deus illi esse hominis adimat, eumque penitus annihilauerit, impossibile est illum hanc libertatem amittere. Semper quotiescunque ei libuerit, dicet, non, etsi sit contra Deum. Et hæc est peccatorum omnium causa, scilicet, dicente Deo: volo vt hoc fiat; dicere hominem, nolo hoc facere, aut volo contrarium facere; dicente Deo: hæc est voluntas mea, dicere hominem: Non est hæc mea. De hoc maximè querebatur Deus: à sæculo confregisti iugum meum: rupisti vincula mea, & dixisti: Non seruiam. Hæc est radix peccati, & nisi esset hoc volo contra Deum non esset vtiq; peccatum. Et medicina, quæ morbum curat, vt sit bona, debet illius radicem destruere. Quia autem pœnitentia est medicina salubris, prius rebellionē illam, & contradictionem destruit, voluntatemq; omnino Deo redigit. Et quia primus voluntatis actus est diligere, sic vt auditus audire, & qui vere, & ex animo aliquid diligit, totum ei cor suum tradit, voluntatemque submittit, nihil est quod eum sufficiat impedire, nec labor, nec infamia nec ipsa quidem mors. Sic etiam voluntas, quæ verè in Deo assidet, omnia postponit, tam dulcia, quā amara parui facit, vt diuinam voluntatem adimpleat. Quod si ad hanc subiectionem, & amorem conseruandum necessarij fuerint labores ad sensualitatis rebellionem mortificandam, defueritque quis vobis labores afferat, vosmetipsi vestri ipsorum debetis esse

Nn 4

carni-

B. Bernard.

Marc. 6.

Hier. 2.

Psal. 50.

Luc. 5.

Simile.

carnifices, disciplinis, ieiunijs, ac deniq; vigilijs vos mortificātes: 18  
 quæ si non sunt, opinione fallimini arbitantes in vobis esse amo-  
 rē, diuinæq; voluntati conformitatē. Itaq; sicuti malorum om-  
 nium radix est propriam voluntatē sequi, sic etiam radix bono-  
 rum omnium est hanc propriam voluntatē abnegare, soli q; diui-  
 no beneplacito conformari. O quam conformis huic erat Sāctus  
 Propheta Dauid, cū dicebat. In me sunt Deus vota tua: quæ red-  
 dam laudationes tibi: id est, quas tibi Domine gratiarum referam  
 actiones, eō quod mihi auxiliatus es, quod hanc promptitudinem  
 haberem, vt in me vniuersa voluntas tua compleatur? O quis ad  
 tantum perfectionis gradum deueniret, atq; ad eō diuinæ volun-  
 tati esset subiectus. Voluntatem Christiani oportet esse tanquā  
 magni cuiusdam domini cellarium, vbi vniuersa reperiuntur. Si  
 dominus petit perdicē, perdix ei offertur, si gallinam, statim gal-  
 lina adducitur, si caponem, etiam in eius cellario reperitur. Talē  
 oportet esse voluntatem nostram, vt quicquid Deus edere velit,  
 in ea inueniatur. Si vult te esse infirmum, aut sanum, diuitē, siue  
 pauperē, ad omnia te preparatissimum esse oportet. Hoc signifi-  
 cat: in me sunt Deus vota tua. In nomine Christi Redēptoris no-  
 stri dixit Dauid, In capite libri scriptum est de me, vt facerē volū-  
 tatem tuam: Deus meus volui. Et legem tuam in medio cordis  
 mei. In capite libri, id est, vnum ex præcipuis, de quibus agit san-  
 cta scriptura (ait Christus Redemptor noster) est de obedientia,  
 quam ego habui patri meo. Et quomodo ei tanta cordis submis-  
 sione obediui. In hoc igitur præcipuē fratres dilectissimi diligen-  
 tissimè curare debemus, vt Iesum Christum Dominum nostrum  
 imitemur. Quod diuina Dei præcepta non solum exterioribus 12  
 auribus, sed corde etiam recipere debemus, peculiari quodā affe-  
 ctu in medio viscerum nostrorum illa gestantes. Et hoc signifi-  
 cat: legē tuam in medio cordis mei. O Christe perfectissime to-  
 tius obedientiæ magister, quia cum voluntas tuā ad eō circumspe-  
 cta esset, vt limites rationis nescierit, nec potuerit præterire, verū  
 tamen cōtra eam, vocem assumpsisti, æternoq; patri dixisti. Nō  
 mea, sed tua voluntas fiat. Nunquid ego volo, vt in omnibus fiat  
 voluntas mea, atque omnes mihi obediant? per viscera misericor-  
 diæ tuæ Domine te rogo vt tuum coeleste auxilium mihi imper-  
 tiare: ne vnquam dicam, volo contra tuam diuinam voluntatem.

Dicunt illi: *Volumus à te signum videre.* Liberet nos Deus à tali  
 cæci.

*Psalm. 15.*

*simile.*

*Psalm. 39.*

13 cæcitate. Postquam plurimā in eius conspectu mirabilia se cefat,  
 cum hac insulsa, atque insipienti petitione accedunt. A deo dece-  
 pti, & extra se incedebant, vt nihil eorum animaduferent. O  
 fratres charissimi, ecquid erit si nos ad eō amentes, & extra nos  
 incedimus, vt ad diuina verba, atque mysteria, quæ nobis quoti-  
 die Dei nomine dicuntur, non attendamus? Cum hoc tanquam  
 terribili maledictione comminatus est Deus Hebræos, & in illis  
 nos etiam per Ezechielem, dicens: Conuertimini, & recedite ab  
 idolis vestris, & ab vniuersis contaminationibus vestris, auertite  
 facies vestras. Quis homo, homo de domo Israel, si alienatus fue-  
 rit à me, & posuerit Idola in corde suo, & scandalum iniquitatis  
 suæ statuerit contra faciem suam, & venerit ad Prophetam, vt in-  
 terroget per eum me. Ego Dominus respondebo ei per me, & po-  
 14 nam faciem meam super hominem illum, & faciam eum in exē-  
 plum, & in prouerbium, & disperdam eum de medio populi  
 mei. Et scietis, quia ego Dominus. O metuendum Dei iudicium!  
 ô quā terribilia, atque obstupenda verba. Ecquis est adamas,  
 qui hæc audiens præ timore non confringatur? Tu, ô carnalis con-  
 cubinarie, qui voluptatem adoras; tu, ô superbe, qui honorem, tu  
 ô auare, qui pecuniā tanquā Deū veneraris, &c. Omnes estis ido-  
 lolatæ, qui in corde vestro idola collocata defertis, siquidem ea  
 tantopere diligitis, & tam firma proposita habetis non dimitten-  
 di ea, & per complementum ad audiendas prædicationes accedi-  
 tis. Attendite quā acriter vos hîc Deus comminatur, se non so-  
 lum in futuro seculo, sed in præfenti etiam de vobis supplicium  
 esse sumpturum: atque ita, vt in exemplum, & prouerbium alijs  
 15 maneatis. O homines à vobis metipsis alienatos. Redite ad cor, &  
 hæc nimis necessaria intelligite, ne illa sicut hi miseri Pharisæi in  
 cognita prætermittatis. Etiam hæc infania efficit, vt diuersa diui-  
 ni furoris signa, quæ diuina Maiestas nobis quotidie ante oculos  
 proponit, non intelligamus, nec ad ea attēdamus: qualia sunt tot  
 prælia, tot fames, pestes, hæreses, tot deniq; calamitates, ac mise-  
 ria; quibus vniuersus terrarum orbis repletus est. Sic nobis cum  
 Deo nostro contingit, vt famulis cum domino suo, qui arbitran-  
 tes eum dormire tota die in aula iocantur, & saliunt; cū autē do-  
 minus eorum nō dormiat, audit illa omnia, & semel tussit, ac bis;  
 vt intelligāt illum vigilare, & omnia audire. Si famuli prudētes,  
 ac vibani sunt, vbi primum illum tussire audiunt, hâc, & illâc fu-  
 giunt,

Nn 5 giunt,

*Ezech. 14.*

*simile.*



giunt, & illinc recedunt. Verum quid diceretis, si famuli iterum, 16  
atque iterum Domino tussiente, cum illum audirent, nihil eum  
æstimaret sed nihilominus ludos, ac malitiam suam ulterius per-  
ducerent? ô homines impudici, & quanto supplicio digni essent!  
Ergo, ô fratres mei quid sunt vniuersa hæc infortunia. Attendite  
Deum tussire, vt intelligatis illum non dormire. Tussis Dei sunt  
bella, hærefes, cæteri que labores omnes, adeo autem peruersi, at-  
que dementes sumus, vt tam manifesta iræ Dei signa non intelli-  
gamus, nec animaduertamus, nec emedemur, nec peccare desina-  
mus, quantūcūq; Deus tussiat. O terribilem impudentiam, ô per-  
ueritatē diabolicā! quod cum labores efficaces sint ad faciendū,  
vt homines nō solum ab illicitis rebus se cohibeant, sed etiā a lici-  
tis voluptatibus se abstineant: nullā tamen in nobis operationem  
faciāt! Videte quē effectū operati sunt labores in illis, qui ingres- 17  
si sunt in arcā Noe: licet quatuor viri, ac totidē foeminae ingressi  
sunt, illicq; annum, ac mensem integrum inclusi sunt, non tamen  
plures exierunt, quā fuerant ingressi. Labor quippē ac tribula-  
tio diluuij eos ab honestis etiā, ac licitis matrimonij voluptatibus  
fecit abstinere. Et sic nec pepererūt, nec conceperunt. Et hoc ma-  
gis pensandū est, quod nec agnus, nec aliquod aliud animal in ar-  
ca natū fuit in toto illo tēpore; vt cognoscatis quantū animales ap-  
petitus tribulatione fuerint cōpressi, & hoc ad vestrā confusionē,  
qui ea uti nescitis. Attendite hæc verba, quæ dā pro magna exag-  
geratione dicūtur, quæ sunt hæc: In terra Sanctōrū iniquē gessit,  
& nō videbit gloriā Dñi. In terra Sanctōrū. Ponitur adiectiuum  
pro substantiuo, id est, in terra sanctitatū. Vocat autē terrā sancti-  
tatū Babylonē, vbi erat populus Israel captiuus, & carcere reclu- 18  
sus, catenisq; vinctus. Nā à Deo hominē tribulari, ac laboribus op-  
primi, idē reputari oportebat, quod ab eo sanctificari, cū hæc sit  
Dei intentio. Atq; idē magnopere conqueritur, quod cū illic in-  
tāta dispositione essent, ad efficiēdos se sanctos; iniqui tñ essent.  
Nō enim est parua circūstantia vitij illud cōmittere, vbi nulla est  
occafio: & sic aggrauat peccatū, illud inter verbera, carceres, ac ca-  
ptiuitates cōmittere. Aliter quidē vsus est Dauid tribulationē, aliū  
q; satis disparē ex illa fructū percepit, qui dicebat: Tribulatio, &  
angustia inuenerūt me: mādāta tua meditatio mea est. Misisti (in-  
quit) Deus me<sup>9</sup> labores mihi, quasi tuę diuinę iustitię ministros;  
necessarūt quousq; me inuenerint: ego nāq; perditus eram. Ec-  
quid

Gen. 7.

Esai. 26.

Psalm. 118.

19 quid inde subsecutū est sancte Propheta? quid? Mādāta tua, medi-  
tatio mea est. Statim cogitatione mea demoliri, atq; meditari coe-  
pi, quomodo mādāta tua melius custodirē, & quomodo tibi dili-  
gentius, ac grātius seruirem. O vtinā sic omnes faceremus fratres  
charissimi arbitramini vnūquemq; laborem esse ministrū quen-  
dam iustitię venientem vos apprehendere ad ministerium Dei.

Qui respondens, ait illis: Generatio mala, &c. Dicunt ei: Magister. Et  
tam asperē illos tractat, quid est hoc bone Iesu, quando te Sama-  
ritanum, ac demoniacum appellabant, summa cum mansuetudi-  
ne respondisti, dicens: Ego demonium non habeo: nunc autem,  
cum ab eis Magister nūcuparis, dicis eis: Generatio mala? Hoc fe-  
cit vt vos hortaretur, ne hilarē adulatoribus faciem præbeatis: ma-  
gnopere enim adulationes animæ officiant. Et sic B. Hierony. il-  
20 las animæ scintillas appellauit, quia eam concremant, & in carbo-  
nes conuertunt. Et Demosthenes dixit adulatorem esse peiorem  
coruo: nam coruus hominibus mortuis, adulator autem viuus ocu-  
los euellit, illos adulatione excæcans. Tanta etenim vis est lau-  
dum, adeoque homines illarum desiderio capiuntur, vt ab eis  
penitus excæcentur. Verum ô Dñe siquidem eos reprehēdis ma-  
iores eorum desine, quare dicis: Generatio mala? Hoc est seculari fer-  
mone uti: homines enim huius seculi propter vnū furorē, statim  
mortuos in memoriam reuocant, & offodiunt. Et maiorum suo-  
rum peccata reuelant. Ad hoc respondeo, Dominum sic illos re-  
prehēdisse, vt ostenderet eos à parentibus, ac maioribus suis ini-  
quitatem didicisse: atque vt in hoc parentes admoneret, ne liberis  
21 suis malū exemplū præbeant, ne peruertātur sicut illi, quia in ma-  
iorē condemnationē eis redundabit. Attendite, vtrū hanc ma-  
litiā à maioribus suis hæreditate acquisierint: ante quorū conspe-  
ctū cum Dñs plurima mirabilia fuisset operatus, vt patet per totū  
Exodū, illorū omniū ira immemores, ac si nihil vnquā tale vidis-  
sent, in tantam ingratitude, ac malitiā deuenerūt, vt vitulū tā  
quam Deū adorarent. Nunquid maior cæcitas esse poterat? Vn-  
22 de hac cæcitate illos reprehēdit S. Moyfes, dicēs: Vos vidistis vni-  
uersa, quæ fecit Dñs corā vobis in terra Ægypti Pharaoni: signa  
illa, portentaq; ingentia, & non dedit vobis Dominus cor intelli-  
gens, & oculos videntes vsq; ad præsentē diē. Ecce quales fue-  
runt, postquā tot mirabilia à Deo facta perspexerant: & quæ ma-  
ior cæcitas esse poterat, quam quæ dicitur de rege Ochozia, qui  
cum

Hierony.

Demosth.

Exo. 32.

Deut. 29.

4. Reg. 17.

cum

cūm quinquagenarium principem, & quinquaginta, qui cum eo 22  
erāt, ad Heliam apprehendendū misisset, ignisq̄ue à cælo descen-  
dens eos omnes deuorasset, quod sciens alium quinquagenarium  
cum totidem uiris iterum misit, quibus similiter cælesti igne con-  
crematis alios totidem tertio remisit. Non utiq̄ue eum deterruit  
ignem à cælo descēdisse, totq̄ue homines combussisse, ut uideatis  
quem fructum mali ex mirabilibus Dei percipiant. Ex his igitur  
pessimis patribus originē ducebant hi filij, de quibus Dominus  
loquitur. Atque idcirco illos appellat: Generatio mala. O quā  
apertē hīc Dominus ostendit, quā vanum sit quenquam de ma-  
iorum suorum nobilitate gloriari; si tamen in eis uirtus non illu-  
xit. Quādam excitat Beatus Paulus quæstionem: vtrūm consen-  
taneum esset Iudæos gentibus, quæ tunc conuertebantur præfer-  
ri? quia Iudæi antē quā Saluatoris nostri Iesu Christi fidem su-  
sciperent, à tam sublimi, ac illustri sanguine originem ducebant,  
sanctamq̄ue prius legem habebant? & tanquam iudex incorrup-  
tus, nullaq̄ue passione conturbatus iudicauit ab Spiritu sancto  
concitus Iudæos non pluris esse æstimandos, quā gentes dicēs:  
Quid ergo præcellimus eos? nequaquam. Causati enim sumus Iu-  
dæos, & Græcos omnes sub peccato esse. Sicut scriptum est: quia  
non est iustus quisquam: non est intelligens, aut requirens Deū,  
omnes declinauerunt, &c. Respondet quod nō, quia ante utrius-  
q̄ue nationis conuersionem, malitia ac morum prauitate, utraq̄  
infecta erat. Et dicit: Causati enim sumus, id est, causam sufficien-  
tem intulimus: quod Psalmo decimotertio comprobatur, ubi dicitur:  
Non est iustus quisquam, & quæ sequuntur. Quæ quidē om-  
nia generaliter de omnibus, tam de Iudæis, quā de gentibus in-  
telliguntur. Si ob aliquam causam alijs præferendi erant: hæc ef-  
fet, quia gentibus meliores fuerant: cum autem tales non fue-  
rint, manifestē igitur sequitur illos licet à nobiliore sanguine ori-  
ginem ducant, nequaquam tamen esse præferendos, neque enim  
alias nationes uirtutum splendore superabant. Quid ad hæc re-  
spondebunt qui de sanguinis, maiorumq̄ue suorum nobilitate  
gloriantur, cūm tamen ipsi sint peiores, ac corruptiores uniuerso  
populo? Etiā hinc elicimus fratres charissimi ad confusionē no-  
stram, nos qui in spiritali regeneratione sanctos Apostolos pro  
patribus habemus; reliquosq̄ue omnes sanctos, qui nos in hac  
Catholica Ecclesia præcesserunt, quā obligati sumus eos imi-  
tari

Rom. 3.

Psal. 13.

25 tati, & quantum ab eorum uestigijs abhorremus. Dicebat Sāctus  
Tobias, quibusdam non loquentibus qualiter oportebat: Nolite  
ita loqui, quoniam filij Sanctorum sumus, & uitam illam expe-  
ctamus, quam Deus daturus est his, qui fidem suam nunquā mu-  
tant ab eo. Et Beatus Paulus dicit de Sancto Noe: Et iustitiæ, que  
per fidem est, hæres institutus est. Non multum fuit, nec æstimat  
Sanctus Paulus Noe uniuersi terrarum orbis hæredem, ac domi-  
num fuisse constitutum. Sed maximē exaggerat illum uirtutū  
omnium maiorum suorum hæredem fuisse factum. Omnes uir-  
tutes in eo adunatæ, ac cumulatæ sunt, ipsasq̄ue ille tanquam pa-  
trum suorum hæreditatem possedit. Innocētiā uidelicet Abel,  
& deuotionem Enoch, &c. Nunc autem valdē gloriabimini ma-  
iorum uestrorum primogenituras hæreditare, non uerò illorum  
26 uirtutes imitari. Hanc igitur fratres mei oportet esse nostram præ-  
cipuam prætensionem, scilicet, ut Sanctos omnes, ac Sanctum  
Sanctorum Iesum Christum filium Dei imitemur: idcirco enim  
ipse pater noster dicitur; & nos eius filij nominamur. Verū tamē  
iure optimo de nobis queritur, dicēs: Filij alieni mentiti sunt mi-  
hi, filij alieni inueterati sunt, & claudicauerunt à semitis suis. Tria  
hīc dicit de malis, uidelicet, illos in nulla alia re esse filios suos, nisi  
in nomine, & filios esse Sathanæ. Primum queritur, quia cūm  
emendam proponant, non stant promissis, sed mentiuntur. Secū-  
dō, quia in uitijs suis inueterati sunt. Tertio rationem reddit, unde  
hoc malū procedit. Et claudicauerūt (inquit) id est, quia clau-  
dicauerunt à semitis suis, hoc est, à bono, quod facere cœperunt.  
Et hinc prouenit, ut mentiuntur, & postea in malis inueterasce-  
27 rent. O beatos seruos Dei, qui aliter generationem suam sequun-  
tur; & semper eis modicum apparet, quod fecerunt: quia in præ-  
stantissima patrum suorum opera, oculos deferunt cōstitutos. Et  
sic B. Bernar. in sermone quē habuit de B. Benedicto, dicit: Ab-  
bas fuit, & ego. Sed, O Abbas, & Abbas. Nomē unū, sed in altero  
sola magni nominis umbra. Ministeriū unū, sed heu me, quā dis-  
similes ministri: quantū ministratio ipsa dissimilis. Væ mihi si tā  
lōgē à te fuero, o B. Benedicte, in futuro, quā à tuæ uestigijs san-  
ctitatis me longē esse reperio in præsentī. O si hanc consideratio-  
nē haberemus singuli cū uno quoq̄, in cælesti regno cōmoratiū.  
Si tantūm à te in futuro absum, quantū o sancte Dei in præsentī  
per imitationem disto, quid mihi erit? quo tandem deueniam?

Dicit

Tob. 2.

Hebr. 11.

Psal. 17.

Bernar. in  
sermone de  
dino Benedi-  
cto.

Dicit ulterius: *Et adultera*. Siquidem verum Deū suum creatu-  
rarum amore capti relinquebāt. Vnde infertur nobis etiam igno-  
miniosum hoc verbū quadrare. Et sic Beatus Iacobus dicit. Adul-  
teri nescitis, quia amicitia huius mundi, inimica est Dei? ô quam  
aptè nomen istud peccatoribus quadrat. Nam sicut adultera bo-  
na habet exterius verba erga virū suū, & ei dicit: Dñe mi, bonum  
meum est, &c. cor verò in amico collocatum habet: sic etiā pluri-  
mi peccatores dicunt: O Domine mi Iesu Christe, ô dulcis Re-  
demtor meus, ô amator animæ meæ, cor verò in ijs constitutum  
habent, quæ ipsi sciunt. Hoc optimè adnotavit Dauid, quia pro  
eo quod nos legimus: Et dilexerunt eum in ore suo, & lingua sua  
mētiti sunt ei, Beatus Hieronymus ex Hebræo vertit: Et lætaue-  
runt eum in ore suo, &c. In hoc significantur suavia, ac dulcia ver-  
ba, quibus Deū alloquimur: cum tamen amorē in secularibus im-  
munditijs collocatū habeamus. Vnde pro eo, quod nos legimus:  
Multiplicate sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt, alij  
verterunt: Multiplicata sunt idola eorum; post alium acceleraue-  
runt. Spem, obedientiā, atq; amorem, quam Deo debes, præstas,  
ô auare pecunijs, amico, ventri, &c. hunc Deum tuum constituis.

*Signum non dabitur ei, nisi signum Ione Prophetæ.* Mors, ac crux Iesu  
Christi Saluatoris nostri, est certissimum signum condemnatio-  
nis, & perditionis malorum. Post tantum beneficium, ac tam co-  
piosam redemptionem, nulla prorsus malo remanet excusatio; si  
tamen in iniquitate sua perseverat. Vultis hoc apertè cognosce-  
re? Siquis magno quodam morbo in lecto teneretur, nec in tota  
Hispania esset, qui ei mederi sciret, qui nuncij ad maximū quen-  
dam medicum in Indijs commorantem perueniunt, quibus au-  
ditis statim nauim ascendit, & peruenit in Hispaniā, acceditq; ad  
illius domū vt eum curet, illumq; incipit consolari, dicens: Ne ti-  
meas frater, medicamina enim affero, quæ morbum tuum curare  
sufficiunt, statimque medicamenta incipit præparare, & ipse de  
suo met sanguine effundit, ad saluberrimum quoddam vnguen-  
tum efficiendum: quibus omnibus præparatis, si ille nollet ex ali-  
qua illarum rerum fructū percipere; sed diceret illi: Domine abi-  
cum Deo: nolo etenim remedijs tuis vti, nec quicquam æstimo,  
quod ex Indijs me curaturus veneris, & illum, eiusque medica-  
menta negligeret; qua poena digna esset tanta ingratitude? O  
Deus Optime Maxime, si tu nobis ignorantix velum adimeres,  
oculosq;

Iacobi. 4.

Psalms. 77.  
Versio Hie-  
ronym.

Psalms. 15.

Simile.

1. Ma

31 oculosq; nostros aperires, optimè cognosceremus, nos in hęc ip-  
sam ingratitude incidere: quia ex cælo in terram infirmitatē  
nostram curaturus descendisti, medicaminaq; quæ sunt sanctissi-  
ma Sacramenta proprio sanguine confecisti: quod autem hæc sa-  
luberrima medicamina tã opere negligamus: signū profectò est  
hoc condēnationis illorū, qui tale facinus, tantamq; ingritudi-  
nē committūt. O quanto cum affectu dicebat Sāctus Iob: Terra  
ne operias sanguinē meum. Tu, tu, ô terrene peccator, Iesu Chri-  
sti sanguinē operis ne appareat, quādo ex illo fructū non perci-  
pis, ac si pro te mortuus nō fuisset. Fac igitur frater mi, vt in te pre-  
tiosissimus hic Dñi nostri Iesu Christi sanguis appareat. Perspi-  
ciatur frater sacratissima Saluatoris nostri mors in emenda, humi-  
litate, ac deniq; mortificatione tua.

Iob. 16.

32 *Viri Niniuite surgent in iudicio, &c.* Dicatur aliquid de Iona, &  
quomodo ad littus exiuit, & in ciuitatem ingressus est. Et clama-  
uit, & dixit: Adhuc quadraginta dies & Niniue subuertetur. O  
quàm elegans orator! ô quàm eximia argumentorum composi-  
tio! ô quanta verborum ornatissimorum eloquentia! quid barba-  
rius, aut rusticius dici poterat? Et tamen tãta erat verborum eius  
virtus, & efficacia, vt omnium corda penetraret. Et crediderunt  
viri Niniuite in Dño, & prædicauerunt ieiunium, & vestiti sunt  
saccis à maiore vsq; ad minorē. O quam verū est illud Apostoli  
dicentis: Non in sermone est regnum Dei; sed in virtute. Discant  
nunc prædicatores populorum vanas istas eloquentias depone-  
re, & Dei spiritum querere, qui dat vocē suę vocē virtutis: quiq;

Iona. 3.

1. Cor. 4.

Psal. 67.

33 ptis seruatorum suorum verbis viscera transfigit. Frustra resonant  
exteriora verba quantūcunq; ornata, atq; composita sint, nisi in-  
tus spiritū Dñi, & sanctā eius operationē deferat. Et peruenit ver-  
bū ad regē Niniues, & surrexit de folio suo, & abiecit vestimen-  
tum suū a se, & indutus est sacco, & sedit in cinere. O sapientissi-  
me Rex, equis te docuit, cum Ethnicus sis, Deum poeniten-  
tia mitigari? vbi hoc legeras? audiisti sententiam contra te pro-  
latā, nec de venia in Deo confidens, desperasti, qui quidem sen-  
tentiam poterat commutare, et si consiliū non poterat deroga-  
re. Profectò si Prophetā audisses dicentē: Agite poenentiā, quā  
nisi egeritis, morte moriemini: non esset mirum si hac admoni-  
tione comotus poenentiā ageres. Verum illos omnes esse peri-  
turos

in fine la mise-  
cordia dela a-  
menaza, huda  
no iugo defente-  
la del fusimmi-  
ento.  
1. Ma.

turos absolute affirmavit; nec verò tam asperum verbum Regis<sup>34</sup> spem abstulit. Et illic speravit, vbi nulla spei occasio apparere videbatur. Et sic dixit: Quis scit si conuertatur, & ignoscat Deus? Quàm gratissima fuit Deo hæc spes cum poenitentia, quã egerunt. Ideò sequitur. Et vidit Deus opera eorum, quia conuersi sunt de via sua mala, & misertus est super malitia, quã locutus fuerat, vt faceret eis, & non fecit. O quanta confusio hæc est illis miseris Iudeis, qui talẽ habuerunt prædicatorem, sicuti Iesum Christum filium Dei cū talibus verbis, ac promissionibus, atq; cõminationibus, quibus illos cõminatus est: cūq; tã splēdidis miraculis, qualia nullo vnquã tempore in orbe visa fuerunt, quibus suam caelestem doctrinam satis superque comprobauit: & illis, ac modo, quo ea faciebat, manifestè ostēdit se verum esse Deum, cū ita efficaciter creaturis omnibus imperaret, ei que omnia obedirent, & tamẽi credere noluerunt. Et quanta etiã nobis est cõfusio, quibus cū<sup>35</sup> quotidie plurimi spirituales viri Dei nomine prædicent, totque rationes adducant, quæ ad lapides ipsos confringendos sufficiant: minimam tamen, aut quasi nullã in cordibus nostris impressionem faciunt. Per Hieremiã dixit Deus. Nunquid non verba sunt quasi ignis, & quasi malleus conterens petra? Et Beatus Paulus dicit: Assumite gladium spiritus, quod est verbum Dei. Et Isaias: Quomodo descendit imber, & nix de caelo, & illoc vltra non reuertitur, sed inebriat terram, & germinare eam facit, & dat semẽ ferenti, & panem comedenti: sic inebriat verbum meum, quod egreditur de ore meo, & non reuertetur ad me vacuum, sed faciet quæcunque volui, & prosperabitur in his, ad quæ misi illum. Ecce<sup>36</sup> fratres, quomodo diuinæ literę in omnibus his locis tam diuersis nominibus verbum Dei appellant. Dicunt enim illud ignẽ, malleum gladium, aquam, ac denique niuem. Si ergo diuinũ verbum propter diuersos effectus, quibus in hominum cordibus efficit, omnibus his nominibus nuncupatur: si corda vestra illis non commouentur, cuius metalli sunt? quod si carnea essent, siquidẽ verbum Dei gladius est, iam illa abscidisset, & percussisset; si terrea essent: siquidẽ verbum Dei est ignis, iam illa incendisset; si lapidea essent cum diuinus sermo malleus nuncupetur, iam illa cõfregisset. Denique si terrea essent, siquidẽ verbum diuinum est aqua, iam illa mollicasset, siquidẽ (inquam) est aqua, quæ terram mollicat, & nix, quæ eam vberem reddit; in illis hanc operationem

Hierem. 23.

Ephes. 6.  
Isai. 55.

rationem fecisset. Et quãdo quidem nulla harũ rerũ mollescent, cuius materiæ sunt hæc corda? o hominũ adeò dura corda, vt quod ea nomine nuncupemus, penitus nesciamus, & cuius metalli sint, ignoremus! Quatuor tantũ verba tantã ciuitatem barbaræ, atque infidelis gentis conuerterunt: tam innumerabiles autẽ conciones vix vnũ vestrum conuertere sufficiunt. O caeli, o terra, tantã Christianorũ hominum duritiẽ admiramini, & super illa obstupescite. O fratres charissimi, per reuerentiã Dei vos rogo, vt hanc a vobis obstinationem expellatis. Quod nobis magis necessariũ est, hoc absq; dubio est Dei benignitas, atq; eius misericordia. Hanc autẽ cordis duritia negligimus: sicuti affirmat B. Paulus: dicens: An diuitias benignitatis eius, & patientiæ & longanimitatis contemnis, ignoras quoniam benignitas Dei ad poenitentiam te adducit: secundum autẽ duritiam tuã, & impoenitens cor tuum thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei. Notate illum non dicere, secundum auaritiam cordis tui, vel luxuriam, vel superbiam, sed secundum duritiẽ cordis tui, ad significandũ hoc esse maximum istorum malorum omnium. Nam si hæc duritia non esset, omnibus malis remedium posset adhiberi agendo poenitentiam. Timete fratres mei, ne ad cor durum perueniatis. Quod si ad tantum malum deuenistis, nunc tempus habetis cum vobis remedium potestis adhibere. Attendite Nininitis quadraginta dierum spatium ad agendam poenitentiam fuisse concessum; ipsos verò statim illam agere incepisse. Vobis autẽ non datum est spatium quadraginta dierum; nec scitis, vtrum hodie, an cras morituri sitis: quapropter hac occasione vtimini, & amodò incipite agere poenitentiam; vobisq; Dominus hic gratiam suã concedet, & in futuro caelestem gloriam largietur. Amen.

Rom. 2.  
2. Ina

Iona. 3.

## Feria. V. post Dñicam. I. In Quadragesima

Egressus Iesus secessit in partes Tyri &amp; Sidonis, &amp;c.

Matth. 15.

IN hac sancti Euangelij lectione, supernũ quoddam nobis mysterium reuelatur, quod quidem ante aduentum Domini nostri Iesu Christi in mundum non fuit intellectum. Est autem

Tom. j.

Oo

myste-

mysteriū: scilicet, quod gentes ad Euangelij, gratiæ, meritorumq; Christi saluatoris nostri participationem erant admittendæ. Ita dicit Beatus Paulus: Alijs generationibus non est agnitus filijs hominum, sicuti nunc reuelatum est sanctis Apostolis eius, & Prophetis in spiritu esse gentes coltæredes, & concorporales, & comparticipes promissionis in Christo Iesu per Euangelium, Concorporales, id est, partes corporis mystici Iesu Christi. Quando Nabuchodonosor iussit tres illos pueros, scilicet, Ananiam, Azariam, Misaelem, in fornacem ignis ardētis immitti, quia eius statum noluerant adorare, dicit illic sacratus Textus: quod videns illos non comburi, obstupuit Rex, & sarrexit, & ait optima tibus suis: Ecce, ego video viros quatuor solutos; & ambulantes in medio ignis, & nihil corruptionis illis est: & species quarti similis filio Dei. Hoc summo opere admiratus est Beatus Hieronymus super hunc locum, & dicit: Nescio quomodo Rex impius videre filium Dei mereatur. An ne ipse forsitan filium Dei viderat, vt dicat illum quartum filium Dei similem sibi visum fuisse? Ad hoc respondet, quod cor Regis in manu Domini, & in hoc voluit significare maximas, ac præstantissimas diuitias, quas gentibus communicaturus erat. Huic Regi oculos aperuit, vt similitudinē filij Dei in humana forma perspiceret. Hæc autem beneficia prædixit S. Isaias, dicens: Deus ipse veniet, & saluabit vos. Tunc quæ erat arida, erit in stagnum, & sitiens in fontes aquarum. In cubilibus, in quibus prius dracones habitabant, orietur viror ealami, & iunci. Hæc terra, quæ erat gentilitas, vbi tot abominationes grassabantur, vitiaque tam patentem aditum habebant, in ea amoenæ arundines, & iunci orti sunt, qui sunt prædicatores, & doctores Ecclesiæ, cæteri que fideles, qui Iesu Christi fidem susceperunt, & in anima sua solum construunt, in quo Dominus requiescat. Et hoc manifestatur hodie in beneficijs, quæ Deus in hanc mulierem confert.

*Egressus Iesus.* Quam mirabilis est fluuius quando ab alueo exit, quam abundans, atque affluens decurrit; non solum vicinos agros irrigat, quibus antea aquam suam impertiri cōsueuerat: sed etiam eos, qui ab eo procul distant, atque aridi sunt. Exiit Christus Redemptor noster quasi fluuius, qui ab alueo exit, ex visceribus purissimæ virginis Mariæ Domine nostræ in præsepio Bethlehem: eo adeo plenus ac abundans gratiæ, atque misericordiæ venit, vt non

Ephes. 3.

Daniel. 3.

Hieron.

Isai. 35.

simile.

4 non solum vicinos agros, hoc est, Iudæos, à quorum sanguine, secundum carnem diuinauit, quibus promissus fuerat: sed etiam agros procul distantes, atque aridos, scilicet, gentes irrigari, illisque suam diuinam gratiam communicarit.

Et ecce mulier Chananæa à finibus illis egressa, clamauit. Exiit Dominus, & ipsa ei obuiā exit. Dominica præterita nobis propositus fuit in sancto Euangelio conflictus, quem Saluator noster Iesus Christus habuit cum Sathana, ex quo Dominus victor euasit: hodie verò nobis Sanctus Euangelista repræsentat, quo modo ipse Dominus in alium conflictum cum muliere Chananæa ingressus est, ex quo mulier victoriam reportauit, & Dominus victus fuit. Arma quippè, quibus mulier hæc vicit, fuerunt magna fides, firma spes, ac profunda humilitas. Per fidem etenim sancti vicerunt, sicuti affirmat Apostolus, dicens: Sancti, per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones, Armaturam etiam quandam nimis vsitatam à mulieribus deferebat: quæ est nimis assidua, & prolixa rogatio. Atque hæc ei maximè profuit: nam licet prolixa, & crebra rogatio hominibus odiosa sit: Deo tamen iucundissima est, & ad hunc spiritualem conflictum egressa est à finibus illis. In quo significatum est, quod ad consequendum victoriam à corde Dei (si ita dici potest) non sufficit à terra exire, sed etiam necesse est ex eius finibus egredi. Nā non solum nos à peccato exire oportet, sed etiam illius occasiones effugere. O fratres mei, si elata quadam cogitatione in altum nos extolleremus, & extra cælum transiremus, considerantes Deum existere, quo in perpetuum sumus fruituri: quam libenter

6 terrestria omnia relinqueremus! Dicebat David: Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo: lectum, in quo anima recumbit, est peccatum: stratum verò, quod iuxta lectum positum est, & per quod ad lectum conscenditur, est occasio. Non solum igitur David lectum, hoc est, peccata sua, sed stratum etiā, hoc est, occasiones, in quas se se immiserat, lachrymis irrigabat. Legitur de quodam duce nomine Sisara, quod cum optimè armis munitus incederet, hostisque sui Barac manus effugisset, tandem in manus cuiusdam mulieris, quæ dicebatur Iahel, deuenit, quæ eum lacte potauit, & soporauit, ac clauo temporibus transfixis eum interfecit. O quot homines plurimis virtutibus armati, cum ex maximis periculis euaserint, quia

Oo 2 postea

Hebr. xi.

psalm. 6.

Iud. 4.

postea vnius mulieris manibus se tradit, quæ eos quatuor suavis  
 verbis alloquitur, quæ sunt quasi lac suave, ac dulce, soporan-  
 tur, atque isti spiritum obliuiscuntur, & sic tandem spirituali mor-  
 te intereunt. Caue fratres in omnibus decaſionibus, præſertim  
 que mulierum, eo quod tam piceata res sit, hominem que tanto-  
 pere obæcet. Dicit mulier pauper: Pater, ego habito in domo  
 talis viri, qui me alit, quod si illico exiero, quid faciam misera? Con-  
 sidera (quæ so) S anctum Ioseph, cuius forsate vniuersa diuitiæ  
 erant in manu, & hoc in manibus dominae suæ reliquit, ne  
 pudicitiam suam violaret. Etsi tibi videatis, in domo ista locuple-  
 tandam esse, si ibi est occasio peccati, hæc omnia desere, satius est  
 enim ista amittere, quam Deum perdere.

Cœpit igitur mulier etas suos fidei plehos in Dominum im-  
 mittere, dicens: *Miserere mei Domine sicut David.* O quam acce-  
 ptabilis est Deo misericordia postulatio! si quid aliud ab eo petieris, for-  
 tate illud non impetabis. Domine da mihi diuitias, forte resp-  
 debit, nolo. Da mihi fructum benedictionis: nolo (inquiet.) Da  
 mihi honorem, valetudinem, &c. nolo, quia te his rebus perdes:  
 Verum licet Domine sum peccator, & puro corde ad te volo con-  
 uerti, & siquid sit in morte peccatoris, miserere mei. Nunquid  
 Deus dicit: Nolo, quia te perdes? Nô vtique, nûquam enim hoc se-  
 rit nec illo vti quis potest. Ut enim Apostolus ait: Deus fi-  
 delis est, & negare se ipsum non potest. Notate Apostolû dicere:  
 se ipsum; diuitias etenim, honor, valetudo, &c. nō sunt, se ipsum.

Misericordia autē sic: quoniam in misericordia mea tu es; dixit Da-  
 uid: *Domine Deus est misericordia, & negare se ipsum nō potest.* Di-  
 ce igitur pro te etiam si me ab hac forma, & exclusa omni occa-  
 sione peccati ante Dei conspectu prostratus, vide que te oporteat  
 inuocare. Nūquid Dei omnipotentiam inuocabis? Nô, quia sicut  
 ex nihilo potuit creare, sic etiam te in nihilare potest, vbi pri-  
 mi peccasti. Et si petis, vt tecum secundum omnipotentiam suam fa-  
 ciat dignitas, qui ab eo destruaris, & perdis te. Nec eius sapien-  
 tiam nocēs, si enim expositis, vt te iudicet, secundu quod de te fecit, scit  
 vique etiam in infernis esse dignissimum. Ecce quid erit tibi, nec  
 eius iustitiam implores. Nam si iniquitates obseruaueris Domi-  
 ne, Domine quis sustinebit? Imo potius ei dicitur: Non intres in  
 iudicium cum seruo tuo Domine, quia non iustificabitur in con-  
 spectu tuo omnis viuens. Quæ igitur inuocabis? Misere est dñi.  
 Hanc

2. Tim. 2.

Psalm. 58.

Psalm. 129.

Psalm. 142.

Hanc debemus omnes inuocare; & sic dicit B. Paulus: Deus autē  
 qui diues est in misericordia propter nimiam charitatē suam, qua  
 dilexit nos: cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in  
 Christo. Non appellatur Deus diues in cælo, terra, atq; Angelis,  
 quia alios meliores potest efficere: sed dicitur diues in misericor-  
 dia, quia habet misericordiam infinitam, nec alia melior esse po-  
 test. Hanc igitur misericordiam debes inuocare: siquidem Deus  
 a te paratus est ad ignoscendū tibi. Hoc significauit hic clemen-  
 tissimus Dñs, dicens Moyſi: Pones propiciatorium super arcam.  
 O quam optima coniunctio, & societas est hæc! in arca quippè  
 erat lex: & super illam iubet apponi propiciatorium, vt si conti-  
 gerit cuiquam in legē peccare, in propitu sit propiciatoriu. Quod  
 si te legis seueritas deterrer, conſoletur, ac fulciat te scire propicia-  
 toriu esse, & veniā illinc nō lōge abesse. Atq; etiā, quia in arca, in  
 qua erat virga, iustitia repræsentabatur: & quia misericordia eius  
 super omnia opera eius, idcirco iussit propiciatoriu super arcam  
 imponi. Tam decorū autē, atq; gloriosum est Deo, ignoscere, vt  
 eum Moyſes Deum rogaret, vt peccatum idololatriæ populo di-  
 mitteret: vna ex præcipuis causis, quas ei afferebat, esset; dicere:  
 Ne quæſo dicant Aegyptij: callidè eduxit eos, vt interficeret in  
 montibus, & deleret de terra: quiescat ira tua, & esto placabilis su-  
 per nequitiam populū tuū. Et eandē rationē adduxit, dicens: Vt au-  
 dian Aegyptij, &c. Et habitatores terræ huius, qui audierūt, quod  
 tu Dñe in populo isto sis. Vt vir sanctus solūmodo Dei gloriam, &  
 honorē expetebat, dicit ei: Dñe, attēde Aegyptios magna, & mi-  
 rabilia de probitate tua audijſſe, teq; timere cœpiſſe. Hæc autem  
 gloria tua, si istos interficis, diminuetur. Scandalizabitur mūdus,  
 & iā non verus, ac misericors Deus esse credēris. Magnificetur ergo  
 fortitudo Dñi sicut iurasti, dicens: Dñs patiens, & multę mise-  
 ricordia auferēs iniquitatem, & scelera. O mirifica, dulcissimaq;  
 verba, quæ quantūcunq; lapidea corda mollificare sufficiūt. Ma-  
 gnificetur fortitudo tua. Dei fortitudo, nec augeri, nec minui po-  
 test: est enim infinita, & semper vna & eadē existit: veruntamen  
 non semper ab hominibus cognoscitur. Et rogat Moyſes Deū, vt  
 fortitudinē suā non puniendo quidē, aut occidēdo, sed parcēdo,  
 ac misericordiā faciendo, manifestet: quo à gentibus, nō vt tyran-  
 nus, sed vt pius, ac misericors cognoscatur. Ecce fratres, quanto-  
 pere Dei glorię competit, ignoscere. Quod cum ita sit confidēt

Exo. 25.

Exod. 32.

Num. 14.



iam peccatores accedite, & cū magno spiritus feruore, atq; intrinsecō  
feco cordis dolore dicite: Miserere mei. Notate illā nō dicere: Mi-  
serere filiae meae; sed miserere mei: etsi filia labore, ac necessitate  
premebatur. Ac si diceret: forsitan sunt peccata mea causa, ob quā  
filia mea detrimentum istud patiarur. Quamobrem si ego huius  
mali causa sum: miserere mei. Quia prostratus in fundamento, &  
ablato, statim edificatio, quae super illud innititur, collabatur, ac  
procidet. O quantū oportet patres timere, quādo vident filios in  
laboribus constitutos, atque infirmitatibus laborantes, ne forte  
propter sua peccata, Deus liberis suis labores illos immiserit. Nā  
licet verum sit, Deum dixisse: Anima, quae peccauerit, ipsa mori-  
etur. Filius non portabit iniquitatem patris, & pater non por-  
tabit iniquitatem filij: impietas impij erit super eum. Haec omnia  
de aeternis inferni poenis intelliguntur: scilicet, quod filius non  
detrudetur in infernum propter peccata parentis, quādo nullam  
in eis culpam habuerit, nec ē contra. Attamen de poenis tempo-  
ralibus dicit Deus: Ego sum Dominus Deus tuus fortis, zelotes,  
visitans iniquitatem patrum in filios, vsque ad tertiam, & quar-  
tam generationem, eorum, qui oderunt me. Et considerate infi-  
nitam Dei misericordiam, qui in supplicijs taxim constituens: vi-  
delicet vsque ad quartam generationem: statim addit, dicens: se-  
propter parentū virtutes in longissimas generationes liberis bene-  
ficia conferre. Et sic dicit: Et faciēs misericordiā in millia his, qui  
diligūt me, & custodiūt praecepta mea. Vnde inferitur, quod si fi-  
lios vestros diligitis, saltem propter hoc deberetis curare boni ef-  
fe, vt Deus propter vos eis beneficeret, & ne illos propter scelera  
vestra puniret, si vos mali essetis.

† *Qui non respondit ei verbum.* O fons vberime infinitae misericor-  
diae, quis te erga pauperem mulierē exhaustit? Tu Domine pijs-  
simis, ac suauissimis verbis nobis dicis: Deus iustus, & saluans nō  
est praeter me. Conuertimini ad me, & salui eritis omnes finester  
re. Si tu Dñe nos accersis, & iubes ad te venire, quare huic pau-  
perculae mulieri ad te venienti, tibi que sese offerenti, atque auxi-  
lium tuum imploranti, ne verbū quidē respondes? Videris Do-  
mine absurdescere, quid hoc esse dicam? Beatus Dionysius dicit:  
Deus paterna cura, atque providentia se hominibus apte pro il-  
lorum captu insinuat. Alijs videlicet se se asperum, alijs autem se  
mitem, atq; lenem ostendens. Alijs pecuniarum copiā largitur,  
quia

Ezech. 18.

Exod. 20.

Isai. 45.

Dionysius li.  
de Eccles.  
Hieron.

16 quia cum paupertate illum sepius offenderent: alios verò pau-  
peres efficit, quia si haberet diuitias plurima peccata committeret:  
sicut prudens medicus alios [dieta] alios verò cordialibus curat: *Simile.*  
quia vtriusq; ita necessariū est. Cum adolescens quidā vellet Dñm *Math. 8.*  
sequi, eum à Dño fuisse dimissum. Alterum autē volentem ire se-  
pelitū, parentes suos Dominum dimittere noluisse, sed dixisse ei:  
Dimitte mortuos, sepelire mortuos suos. Illum reiecit, hunc verò  
dimittere noluit, quia sic vtriusq; necessarium erat ad eorum salua-  
tionem. Vt notat Beatus Gregorius: quem dimisit, sciebat, pro- *Gregorius*  
pter dilationem illi desiderium seruiendi Deo esse adaugendum:  
alium verò retinendo eius imbecillitati consuluit, qui fortasse  
non esset reuersurus, sed praeter paternae senectutis zelo secularibus  
negotijs se implicaret. Atq; etiam non respondit ei verbum: quia  
17 eius non solum Dominus omnia, quae postulant, concedit: sed si-  
mul etiam illos magnificare, gloriososq; conatur efficere. Quan-  
do Deus statim petentibus concedit, liberalitatem suam magni-  
ficat, hoc est, declarat: sed petentis fides, atque spes non manifesta-  
tur. Quando autem petitionis indulgentiam differt, hoc facit, vt  
petentis valor, atque excellentia cognoscatur. Atq; etiam ad hūc  
finem promissa beneficia differt. Quando Abraham ingressus  
est in terram Chanaan, non solum semel, sed bis etiam illi Domi-  
nus supernum, atque sublime beneficium pollicitus est: scilicet,  
quod in semine eius omnes gentes benedicendae essent: eius au-  
tem promissionis adimpletio coepit esse multis post annis: adeo  
vt dicatur, quod tulit Sarai Agar ancillam suam post annos decē,  
quā habitare coeperant terram Chanaan, & dedit eam viro suo  
18 uxorem. Et hoc vt ibidem dicitur: quia ipsa Sara non genuerat si-  
biliberos. Quare igitur Dominus tam serò quod multo tempore  
antea promiserat, adimpleuit? vt non solum Abraham beneficia  
accipiat, se seque in eum Deus liberalem ostendat, sed etiam, vt  
honorificetur, & eius nomen in mille generationes permaneat,  
propter fidem, firmissimamque spem, quam in promissionibus  
Dei habuit, licet illorum executio multo tempore illi dilata est.  
Et accedentes discipuli rogabant eū. Magnates, & qui apud reges, ac  
principes plurimū valent, oportet pro pauperibus, & paruulis lo-  
qui, eosque suis patrocinijs adiuuare, ad Sanctorum Apostolorū  
imitationem. Nix, quae decidit in montes, quando solis radij ad *Simile.*  
eā perueniunt, liquefit, & in valles descendit, & eas reddit vberri-

mas: si autem non tangit nivem calor solis, illic manet nix gelida, nec liquescit: sic etiā vos, qui in domibus principū montes estis, si iam diuini amoris sol illuxit, charitatisq; radij in cordibus vestris reterberarūt: necessariō debet fieri, vt nix valoris, potentiaq; vestra viscera liquefiant, quo vniuersum remediū in inferiores valles, qui sunt pauperes, excidat. Est autem ingenuum argumentū nondum ad vos solem peruenisse, siquidem tota nix in vobis cumalata manet, totus fauor est vobis, totū lucrum, emolumentū, ac deniq; estimatio est vobis, malū signū. O quā miserabilis est visu duritas, ac crudelitas plurimorū optimatum, eorumque qui apud reges plurimum valent, & eorū qui sunt ducū, praelatorū que familiares: qui etiā volentes eos esse piōs, ac misericordes impediūt, atq; etiā incitāt, & modos inquirūt, quib⁹ paruulos, ac subditos suos grauius opprimant. Liberet me Deus à talibus hominibus. Prima ostensio, quā Moyses de se praeiuit: Fuit pauperibus, ac lae sis auxiliari. Et notate quōd quādo Moyses in sublimi dignitatis, ac dominationis gradu in domo regia constitutus erat, tunc pauperi lae so subuenit, ei que auxiliū suū praeiuit.

Exod. 2.

Coloss. 3.

simile.

Respondit Dñs mulieri: *Non sum missus nisi ad oues, quae perierunt de mus Israel.* Quomodo ergo dixit Apostolus. Expoliātes vos veterem hominem; & induentes nouū in agnitionē Dei, secundum imaginem eius, qui creauit eū: vbi non est gentilis, & Iudaeus, circumcisio, & praeputiū, &c. Sed omnia, & in omni bus Christus: Ad hoc respondeo per similitudinem. Habet mercator sericum, atq; aurū cōtextile, plurimas gēmas, &c. quem tu interrogas, dicens: Dñe cui haec attulisti? at ille respōdet: Cōsidera tu, cui tā locuples, atq; pretiosum mercimoniū potest esse: dominis, virisq; primarijs. Et si fortasse artifex, aut agricola aliquid istorū voluerit emere, nunquid vendes haec eis? At ille dicit: Et quare non? Mea praecipua intentio fuit haec viris nobilibus afferre: si autem quisquis alius illa voluerit emere, etiam ei vendam. O infelicet Iudaei, quanto vos Deus honore affecit: & quam ingratos vos illi praebuistis. Diuitias etenim Euāgelij sui vobis diuinus mercator Iesus Christus afferebat, vt eas suo proprio ore praedicaret, suoq; exemplo vos ad eas inuiteret, atq; etiam illas gentibus afferebat, verum tamen non fuit missus à patre, vt p̄ semet gentibus praedicaret, sed ex Apostolorum suorum manibus eas acceptura erant.

Tunc accessit illa, dicens: *Domine adiua me.* O mirifica perseverantiam!

tantiam. O praestantissimum mulieris animum, quā dō (hauriano videri) se magis reiectā videbat, tunc se magis confortabat! Ita dicitur scriptū est vbi dicitur: cum te consumptū putaberis, orieris vt Lucifer. Cuius exemplū ostenditur in Iacob, qui cū tota nocte cū Angelo fuisset colluctatus, post longā contentionē exoptatissimā benedictionē adeptus est. Verū quando cū eo parauit, quā dō remansit claudicans, & vultu, & gressu, & fluxione foemore: & sic quē sanus, atque integer tota nocte non potuit superare, claudicans, & infirmus de nocte sic citra se pulsi, fatigati, atq; humiliati, si instanter perseverauerim⁹, quod optemus, confiteamur: Ecce mirificū quoddā huius rei habetur exemplū. Memētibus Iudaeis vt peterēt a Domino auxilium compasserunt. Idolo latere respondit Dominus dicens: Non addā, vt vltimos habetis, & invocare Deos, quos elegistis: ipsi vos liberent in tempore angustiae vestrae. Ipsi autem non hac durissima responsione contracti sunt, sed nouo quodam feruore concitati: iterū a Domino misericordiam postulauerunt dicētes: Peccauimus: reddē tu nobis quicquid nunc tibi placet: tantū nūc libera nos: quae dicentel omnia de finibus suis alienorū Deorū idola proiecerūt, & seruēt ūr Dōmino Deo; qui eorum precibus videt, & eis auxiliatus est, & dolēs super miserijs eorū eis dedit ducem. Iephte. Quod illustrius exemplum reperiri potest huius rei, quā magimus? O vtinam nūc nos ita faceremus; totque idola atque iniquitates, quot inter nos sunt; à nobis expelleremus: & cum perseverantia contracti, atque humiliati ad hunc liberalissimum Dominum conuerteremur.

Iob. 11.

Iud. 10.

simile.

Attendite mulieris huius perseverantiā, quae responsionis Domini siccatē cernens, non ideo defecit. *Qui respondens ait: Non est bonum sumere panem filiorum.* &c. Tam aspero autem verbo respondet mulier benedicta dicens: *Etiā Domine: nam & capelli,* &c. O Domine benedictus sis, quia et si me canem vocas, loquē di tamē facultatē mihi concedis. Nā canis venatrix quando praedam inuenit, quando illam intuetur; nunquā conticescit: quomodo ergo ego tacebo, cum ante oculos meos vniuersum bonum, remediū quē meū aspiciam? etiam Domine proprium est canum, quod si percutiuntur, & reijciuntur, cum hac expellantur, illac reuertuntur. O Deus meus si à iustitia tua propter peccata mea reijcor, & condētor, per alia partē volo reuerti; quā est infinita misericordia tua; diuināque iustitiam tuam fugere! Etiam Domine innu-

merastibi gratias ago; quia carnem meam appellans: modum mihi ostendis, quo malis meis remedium adhibendum est. Nam, canis quot vulnera lingua sua perungere potest, tot sanat. Sic etiam ego scelerum meorum plagis vulnerata, lingua mea illas attingam; ex toto corde meo diuinam maiestati tuæ eas confitendo. O beatam mulierem, quæ ex omnibus utilitatem nouit haurire. Non potuit amplius Iesus Christus filius Dei infinitæ misericordiae pelagus continere, sed exclamans dixit: O mulier magna est fides tua. &c. ac si diceret: Non ultra contendamus, tua sit victoria. O benedictus sit talis Deus: ô glorificatus sit talis Dominus, qui omnes repullas & asperitates, quas querit, eas querit, ut maiora in nobis conferat beneficia. Cogitate regem quandam palæstrinum pomum in manu habuisse, & accessisse vnum ex domesticis suis familiarissimum, illudque pomum ab eo petisse: ipsum vero respondisse, pomum non tibi dabo, sed accipe hanc vestem ex ferico, & auro contextam: quam accipiens iterum dicit ei Domine nihilo minus pomum vellem: cui rex, nolo (inquit) tibi dare illud, sed ego te dono tali castello. At ille: ô Domine (ait) & pomum. Accipe igitur (inquit rex) & pomum. Itaque donat eum veste, castello, & pomum, cum tamen ille pomum solummodo postulasset. Dicit seruus Dei: ô Domine da mihi castitatem; nolo (ait Dominus) nisi ut in carne tua tribulationes sentias. Verum accipe hanc pretiosam vestem patientiæ; qua molestias istas perferas. Iterum petit dicens: ô Domine castitatem vellem. Nolo illam tibi dare (dicit Deus) sed accipe arcem firmissimam fortitudinis, & perseverantiæ in ista tribulatione. Iterum efflagitat dicens: Domine castitatem vellem: nisi-<sup>27</sup> mis enim me sensualitatis rebellionibus tribulatum animaduertito. Nolo (inquit) illam tibi concedere: verum tamen accipe pretiosam ciuitatem, quæ est humilitas, quam ex ista tribulatione, ac tentatione elicies. Iterum autem perseveranter insistit dicens: ô Domine, Da mihi castitatem. Accipe igitur & castitatem, ait Dominus. Itaque illi patientiam, humilitatem: fortitudinem, ac denique castitatem illi tribuit: cum tamen ipse solum castitatem posceret. Quod si Deus eius concessionem ei differbat, hoc faciebat, ut plures virtutes acquireret, atque maiora ei faceret beneficia. Sic fecit cum hac bona muliere: cui fidem, perseverantiam, humilitatem, ac tandem filia suæ reme-

*simile.*

23 dium concessit. Et hoc verbum tam humile: etiam Domine: fuit vltimus ictus huius pugnae, quo hæc bona mulier victoriam penitus comparauit. Et sic Beatus Marcus dicit, quod cum mulier verbum hoc dixisset, respondit Dominus dicens: vade, propter hunc sermonem exijt Dæmonium a filia tua. Hoc verbum fidei, atque humilitatis plenum diuinæ misericordiae viscera aperuit, quæ quodam modo clausa esse videbantur. Ut cognoscatis quàm necessaria sit humilitas, non solum ad diuinam misericordiam inclinandam: sed etiam (si ita dici potest) ad infinitam Dei omnipotentiam superandam, atque ad petitiones nostras redigendam. Nihil prorsus adeo forte, atque potens est, quod non alicui rei subigatur. Leo fortissimus bestiarum trepidat in cōspectu muris. Elephasterrestium animalium maximus dicitur magnoperè 29 mustelam perire escere. Et nequid adeo magnum esset, quod non ab aliqua re superaretur: quodammodo etiam infinita illa, ac tremenda Dei Maiestas habet etiam rem cui flectatur, & à qua vincatur. Hæc autem est fidelium humilitas, quæ inuincibilem Deum superat. Et si hoc propriè loquendo non est diuinam maiestatem superari, sed potius superare, & corda ex natura sua superba, atque elata redigere. O fratres mei si cum talem, ac tantam humilitatis excellentiam audiatis, illam non dilexeritis, nimisquæ humiliari curaueritis, quam excusationem Deo reddetis: præcipue cum singuli tot intra se miseras habeamus quæ maximæ sunt occasiones ad nos humiliandos?

Vnū vltimo vellè vos magnoperè notare: scilicet, quod cum hæc mulier libenter ferret Dñm, vociferationibus suis ne verbum qui 30 de respondere, eiq; dicere, se non generi eius, sed filij Abrahamæ misum fuisse; cumq; se ab eo canè appellari æquo animo toleraret: vnum tamen ferre non poterat, quod erat diabolus domi habere. O miseri peccatores quàm vice versa vos facitis, nihil patienter toleratis, nec minimum quodque odium, nec ignominiosum verbum, & solummodo ad diabolum in sinu, ore, oculis, ac denique in corde: & animo per effectum asportandum habetis patientiam. Quid aliud esse arbitramini odiū, affectionem, ac demum cupiditatem, quæ animas vestras contorquet, nisi diabolus in corde portare? & tamen ô quàm pacifici estis; non perspicio in vobis diligentiam, quam hæc sancta mulier in eo expellendo adhibuit. O per charitatem Dei vos rogo; ne adeo amentes sitis; ut tantum

tam-

tamque graue onus humeris vestris impositum ferre velitis. *Zach. 5.*  
*1.* charias dicit se vidisse impietatem. Et ecce (inquit) talentū plūbi portabatur. Et massa illa plūbi super iniquitatē iniecta est. Et Beatus Ioannes audiuit vocē dicentē: Nec habent requie die, ac nocte qui adorauerunt bestiam. Et paulō superius dixerat illos esse bibituros de vino iræ Dei. Et ita est: quod vnusquisq; peccatorū super humeros suos plumbit talentū asportat, nec die; nec nocte requiescit, magnamq; singulis peccatoribus anxietatem; ac molestiam affert; nec vnquam illos deserit minister ille, & executor Dei, quæ est synderesis conscientia. Et habent infelices patientiā ad tot, tantaq; onera patiēda; ad diuinæ autē legis suauitatem, perferendam patientiā non habēt. Erubescite igitur, o fratres, & pudore confundimini, quod talis amēria in vobis reperiatur. *Ac. 3.*  
*32.* celerate tam iniquū, ac nociuum hospitē domibus vestris expellere; & Christum Iesum in hoc sæculo per gratiam excipite, vt postea illo in cœlesti gloria perfruamini. Amen.

### ¶ Feria. VI. post Dñicam. I. In Quadragesi.

*Erat dies festus Iudæorum: & ascendit Iesus Hierosolymam. Ioannis. 5.*

**A**SCENDIT Christus Redēptor noster ad celebrationem festi Hierosolymam: & postquam æterno patri debitū onorē in templo exhibuit, iuit ad visendos infirmos, atq; ad consolandos eos, qui in circuitu piscinæ in porticis commorabantur. O quam decorum est prælatis hospitalia visere, & saltem verbo infirmos consolari: vnum enim prælatorum verbum magnopere ad patientiam infirmorum animos cōfortat. In hoc nos cœlestis Magister docuit, in quo vera festorum celebratio consistit: instituta enim fuerunt, vt in eis animę nostrę ruinas restauremus, & peccata, quæ in tota hebdomada commisimus expurgemus. *Psalm. 45.*  
 Hoc significat quod Dominus dixit per Prophetam, vacate, & videte quoniā ego sum Deus. Deponat sartor acum suam, agricola à labore desistat, & artifex ab officio suo vacet. Et hoc est, vacate. Hoc autē non vt in vanitatibus, ac voluptatibus occupemini: sed vt sanctis animæ considerationibus, ac motibus me Deū omnipo-

2 nipotentē, atq; infinitæ probitatis, & perfectionis esse videatis. Et postquam diuinum cultum expleueritis, & rem sacram audieritis, oportet vos facere; quod Dominus fecit: videlicet vos in operibus misericordię, in curandis ægrotis, pauperibusq; adiuuandis exercere: nā etiam in hoc festorū celebratio magna ex parte consistit. Et sic dicit Dauid, cogitatio hominis confitebitur tibi & reliquiæ cogitationum diem festum agent tibi. In quo nos docet *Psalm. 75.*  
 Sanctus Propheta quomodo festiuitates celebrare debeamus. Primò sanctis considerationibus: postea verò reliquijs illarū sanctarum cogitationum, ac considerationum: nam postquam Dei probitatē infinitamq; eius sapientiā; atq; potentiā, cetera q; eius perfectione anima considerauerit, hisque cōsiderationibus in diuinæ maiestatis eius amorem rapta fuerit; statim in homine efficacissima quædam desideria adimplēdi diuina præcepta eius generantur; quorū executione festiuitates magnopere celebrantur. O Deus infinitæ maiestatis quantum circa hoc est lachrymā dum, videntur enim festiuitates in Ecclesia tua institutæ, non quidem ad tibi feruendum, sed ad tuam diuinam maiestatem offendendam: nouasque rationes inuestigandas ad te iterum crucifigendum: vt fœminæ per vias ambulent factæ hant Sathana; ad ludendum, deambulandum, ac deniq; conuiuia celebranda: ad hæc (inquam) videntur festiuitates institutæ fuisse. Itaque minus inconueniens esset à mane vsque ad vespērū in trieri die festo remigare, quam tantum, ac tam bonum Deum offendere. O quam miserabile est videre Christianos diluculo exturgere ad audiendam missam, vt postea in restiduo diei expediti mancant ad vanitates, turpitudinesque suas exercendas. Non ita sit fratres per reuerentiā Dei; sed totum mane in solenni missa, ac concione audienda (si poteritis) occupate, vespērum autem in visendis carceribus, hospitalibus, alijsque pauperibus subueniēdo consumite: quod si ex operibus auxiliari nequibitis, saltem verbo illos consolamini. *Erat autem ibi quidam homo vnguentā, & octo annos habens in infirmitate sua.* O quam euidentis signum est hoc modicæ charitatis, quæ in illis temporibus vigeat: quia ex quotquot illuc ingrediēbantur, nullus esset, qui homini illi tandiu illic commoranti compatiretur, eumque adiuuaret, vt in piscina valetudinē impetraret. Hoc admiramini. Attendite quid nunc agatur, quia cum plurimū ex vobis vienos pauperes, & infirmos in vicis vestris habeatis,

tis; atque etiam iuxta domos vestras claudi, atque in lectis diu cō-  
morentur, nec tamen eis necessaria suppeditatis, nec saltem eos  
visere, ac consolari vultis: & quanquam vobis sæpenumerò præ-  
dicamus, Deiq; nomine, vt id faciatis, rogamus, ad eò cæci estis,  
vt vix illos videre possitis. Vna ex magnis plagis, quibus Deus  
percussit Ægyptum fuit: quòd factæ sunt tenebræ horribiles, &  
tribus diebus nemo vidit fratrem suum. In hoc sicuti interpres  
quidam perpendit, videtur Spiritus Sanctus significare ne accen-  
sis quidem facibus tenebras illas expelli posse: ad eò obscure, at-  
que horribiles erant. Sic etiam vos ad eò obscuras atque tenebro-  
sas habetis animas, vt quauis Dñs multa vobis mittat lumina-  
ria, nihil horum sufficiat, vt fratres vestros aspiciatis, eisque in ne-  
cessitatibus faueatis. Ego autē vos exhortor vt caueatis, has enim  
crudelitates magna cum seueritate Deus punire consuecit. Per  
Amos Prophetam dicit hic potentissimus Dominus: vā qui  
opulenti estis in Sion, & confiditis in monte Samariæ: capi-  
ta populorum ingredientes pompaticè domum Israel. Quidor  
mitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis vestris: qui com-  
editis agnum de grege, & vitulos de medio armenti. Qui can-  
nitis ad vocem Psalterij: & bibitis vinum in phialis, optimo  
vnguento delibuti: & nihil patiebantur super contritione Ioseph.  
Quapropter nunc migrabunt in capite transmigrantium:  
& auferetur factio lasciuientium. Iurauit Dominus Deus in ani-  
ma sua, dicit Dominus Deus exercituum. O quam terribilia  
verba, Dominus Deus vos illuminet, vt ea intelligatis, atque in  
cordibus vestris imprimantur: siquidem in eisdem miserijs im-  
mersi estis, in quibus illi versabantur, quid aliud speratis, nisi  
vos, sicut & illos esse puniendos? vā vobis (inquit) & hoc vā vo-  
bis (sicuti declarat Beatus Hieronymus) denotat æternam con-  
demnationem. Attendite igitur ad cibos, voluptates, pompas, va-  
nitates denique vestras, & super omnia, quòd cū ita delicatè vos  
tractetis, contracto, atque egeno non cōpatimini: propter hæc  
omnia vobis æterna condemnatio ac pœna superueniet, nisi vos  
emendaueritis, atque ad pœnitentiæ, pietatisque viam receperit-  
is. B. Augustinus dicit nomine Ioseph quæcunque pauperem,  
& derelictum hîc intelligi, sicut Ioseph in carcere derelictus  
erat. Non solum autem Dominus hîc æterna condemnatione fu-  
turi seculi comminatur, sed etiam laboribus, ac captiuitatibus  
huius

Exod. 10.

Amos. 6.

Hier.

Aug.

8 huius seculi: iustissima est enim Dei iustitia, quòd siquidem  
homines illi sicut oportet, seruire nolunt, in seruitutem regum  
tyrannorum siue fidelium siue infidelium deueniant; à quibus  
terribiliter opprimantur, & affligantur. Attendite quàm ad li-  
teram hoc dixit Deus: seruiet ei (scilicet regi Sefac Ægyptio)  
vt sciant distantiam seruitutis meæ, & seruitutis regni terrarum.  
Et notandum quòd cū Sanctus Propheta Amos omnia illa  
mala dixisset, in fine tandem posuit: & nihil patiebantur super  
contritione Ioseph: quasi significans omnibus alijs malis reme-  
dium fuisse adhibendum, si pauperum, atq; afflictorum compas-  
sionem haberent. Et illa compassione disponendos fuisse, vt ab  
alijs malis exirent. Et statim addit dicens: quapropter nunc mi-  
grabunt in capite, &c. considerate hîc duo; alterum illud nunc:  
9 acsi diceret: citissimè supplicium vobis adueniet: alterum vero  
illud: in capite: id est, quòd principaliores, & potentiores gra-  
uius punientur, atque in crudeliores captiuitates deducuntur. At  
que vt huius supplicij infallibilitatem denotet: hoc ipse Domi-  
nus in anima sua iurat: id est, in sua essentia. Hoc intelligitur, nisi  
velitis emendari. Quæ cum ita sint fratres dilectissimi, vobis con-  
sulate: & estote misericordes, & sic à Domino misericordiam  
consequemini.

Hunc: Ergo cum vidisset Iesus iacentem. Primus, in quem Domi-  
nus misericordiæ suæ oculos coniecit, fuit infirmus hic tot annos  
in infirmitate detentus. O beata patientia, tu etenim es causa, vt  
in locum vbi tu es oculi Domini dirigantur. O quantum va-  
let patientia erga Deum. Frater si laboribus opprimeris, esto pa-  
10 tiens, & a quo animo illos patere; & statim domū tuam remedium  
ingredietur, & oculi misericordiæ erunt super te. Si moram  
fecerit, expecta eum: quia veniens veniet, & non tardabit.  
Considera quomodo hic triginta, & octo annos patienter expe-  
ctauit; nec deseruit, vt valetudinem consequeretur. Quod verè  
exoptatur non fatigat animum, nec facit, vt propter labores defi-  
ciat. Quando aliquid optanter inquirens mare præterieris, ter-  
ramque in circuitu peragraueris, vitamque in eo quærendo con-  
sumperis, non defatigaberis, neque deficies: quod si labor, &  
dilatio te defatigat, signum est, te illud non maximè exoptare.  
Hinc colligo multos Christianos temerè, ac periculose decipi ar-  
bitrantes se saluationem desiderare, cū tam cito in spiritualibus  
rebus

2. Paral. 12.

Habac. 2.

*simile.*

rebus deficiat. Quando munus aliquod à rege expeteres, nec te patroi consiliarij; regij grauitas, & autoritas defatigaret; nec acris offitij infusa responsio deterret: præcipuè si rex per signatibi vnũ [vno] sic annuisset. Quo modo tibi persuades, te saluationẽ tuam desiderare: siquidem vbi primum incipis ieiunare, statim te ieiunij tædet; statim oratio defatigat, prædicatioq; atque quauis alia virtutis exercitatio molesta tibi est? præsertim cum celestem gloriam tibi Deus in suo Euangelio sæpenumerò promiserit? Idcirco Beatus Paulus dicit: patientia vobis necessaria est; vt voluntatẽ Dei facientes reportetis repromissionẽ. Id est, rẽ vobis sæpe promissam à Deo. Quapropter, vno, & altero anno expecta, nec in laboribus tuis deficias: si enim Deus statim tibi non subuenit, propter vtilitatẽ tuam hoc facit. Quando ad supplicium iniuste ductus fueris tanquam Sancta Susanna spera in Deo; & ipse tibi succurret. Quando eo quod Christianam religionẽ seque-<sup>12</sup>ris, in faucibus tuis gladium districtum videris, sicut Isaac, patienter suffer sicut & ipse. Quando te in ventre ceti, sicut Ionas, inclusum animaduertes, ora sicut ille. Quando te dolores perstrinxerint; & telaceratũ aspexeris, sicut Iob in sterquilinio, dic sicut ille: etiam si occiderit me, sperabo in eum. Quando triginta octo annos labores pertuleris, sicut hic infirmus, spera in Domino: & per viam, qua tu minus arbitratus fueris, tibi subueniet. Si enim hic infirmus in patientia defecisset, absq; valetudine, atq; Deo remaneret; & vtrunq; simul adeptus est. Siquidẽ triginta & octo annos fuerat paralyticus, aliquos fortassẽ habuit ante infirmitatẽ illam; & idcirco credibile est hunc hominem iam senio confectũ esse; & idcirco ei melius patientia quadrabat, quã virtus peculariũ magis necessaria est senibus. Vnde Beatus Paulus erudiens discipulam suam Titum, quo modo vniuersos status deberet instruere, incipit à senibus dicens: Tu autẽ loquere quæ decent sanam doctrinam: senes vt sobrij sint, pudici, prudẽtes, sani in fide, in dilectione, in paciẽtia. Sex virtutes petit hic Sanctus Apostolus, quas habere oportet homines longævos. Primum, vt sint temperarij; quia plerunq; senes præ nimio desiderio, quo viuẽdi flagrat in modicis cibis potibusq; vtuntur, vt naturam suam adimẽt: idcirco primum dicit, vt sobrij sint: ne iudicium, prudẽtiamq; amittant. Secũdo dicit, vt sint pudici. O quã indecorum est senibus barbam colere, & iterum adolescere; & amatores esse: efficiunt enim,

*Tit. 2.*

enim, vt in omnium ore versentur. Nec verò videt miser senex, se nepotes habere; dentesq; eius iam prope excidere, illosq; quasi clauiculas monachordij redditos esse; vultumq; rugarum fulcis aratum habere: & tamen in iuuenili amentia, ac vanitate perseverat. O miserum te, quem arbitraris futurum esse finem tuum? & postquam hic talis senex obiit, scribunt liberi eius ad alios amicos suos dicentes: placuit diuinæ Maiestati patrem nostrum ad cælum perducere. Ad cælum? istud ego non credo; nec viã illius illuc dirigebantur, verũ, vt eius viã demonstra-<sup>25</sup>bant sempiternis inferni ignibus comburetur: videte quem modum sequebatur eundi in cælum. Sunt etiam in hoc loco senes, qui iam prope sepulturam sunt, quorum totum officium est, chartas euoluere. Videbitis eos suspicientes in cælum, & blasphemiam detinentes, ne foras erumpat, sed eam in faucibus suffocant. Ecce quale exemplum senes adolescentibus præbent. Dic ergo illis: (ait Apostolus) vt sobrij sint pudici, prudentes. Nã quauis in vndecima hora sint, Deum tamen placare, ad misericordiamq; flectere possunt; atque cælum comparare queunt. ¶ Dicit vterius: vt sint sani in fide, in dilectione. Vt sint solidi Christiani, charitatis, atque amoris pleni: ne sint æcerbi, amari, iracundi, ne familiam suam quasi leones tractent. Quod autem vltimò eis commendare debes, hoc est, vt patientissimi sint: quò laboribus senectutis cum patientia toleratis; quod in adolescentia perdiderunt, recuperate queant. Admonet autem Sanctus Apostolus, vt primum senes admoneantur, quia ex eorum virtute vniuersæ reipublicæ salus, iuuenumq; modestia, & virtus magna ex parte dependet. Dicit Diuus Ioannes se vidisse (quando Agnus mysteriosum illum librum adaperuit) primos omnium Deo gratias egisse viginti quatuor seniores: qui ceciderunt coram agno habentes singuli citharas, & cantabant canticum nouum dicentes: dignus es Domine aperire librum, & soluere signacula eius: quoniam occisus es. Postea autem vidit quomodo omnia milia Angelorum, coelestium, terrestriumq; creaturarum consternati eum adorabant. Et vltimò ipsi senes laudibus sine q; imposuerunt. Et sic dicit: & viginti quatuor seniores ceciderunt in facies suas, & adorauerunt viuẽtem in sæcula sæculorum. In quo significatur, senes oportere Dei ministerium exordiri: & ipsos cum sua perseverantia debere etiam vni-

*Apoc. 5.*



uerſæ virtutis exercitationi finem, & ſigillum imponere. Hæc 17  
igitur patientia fuit, quæ Dominum attraxit, vt oculos clemen-  
tiæ ſuæ in hunc bonum ſenem conijceret.

Ad eum accedens dixit ei. *Vis ſanus fieri?* Et pauper arbitrans ſe  
à Domino reprehendi, quaſi diceret: Non eſt poſſibile quin ſi  
velles ſanari poſt tot annos piſcinæ remedio non uſus fuiſſes: ſed  
ſignum eſt hoc, te in firmitate gaudere, vt eleemoſynis ſuſtente-  
ris; ſicuti plurimi pauperes faciunt, qui cum minimo morbo labo-  
rent, maximum illud eſſe ſimulant. Et ideò reſpondit excuſans  
ſe, & dicens: *Domine hominem non habeo, &c.* Vſq; ibi: *Alius ante me  
deſcendit.* Maximum myſterium erat huius piſcinæ. Non etenim  
ſanabatur qui plures annos illic fuerat commoratus, nec nobilior;  
ſed qui prius ad eam accedebat. In quo nos Dominus docuit quan-  
to perè diligentia delectatur: & ſignificauit illam eſſe totius ſa-  
licitatis originem. Maximè perpendit B. Chryſoſtomus; quòd 18  
cum tot excellentiæ in angelicis ſpiritibus reperiãtur, de quibus  
laudari poſſent, multasq; perfectiones habeant, quibus ceteras  
omnes creaturas longè maximè excellunt; quando tamen ſacra  
ſcriptura eos vult depingere, quod plus de illis dicit, eſt velocitas,  
ac ſeruor, quòd Deo obediunt. Et ſic in Pſalm. dicitur: potentes vir-  
tute, facientes verbum illius, ad audiendam vocem ſermonum  
eius. Ideſt, potentiſſimi ſunt, & vix penitus diuinam volũtatem  
cognoſcunt; cum iam illam opere exequantur. Et alibi, qui facit  
Angelos ſuos ſpiritus; & miniſtros ſuos ignem vrentem. Vbi ſe-  
cundum Hebraicæ linguæ proprietatem ſpiritus velocitatem  
ſignificat: ignis autem vim, & efficaciam in operando designat.  
Benedicigitur anima mea Domino (inquit David) qui creauit 19  
velociſſimos quosdam ſpiritus in faciando voluntatem eius: &  
efficaciſſimos in præceptis eius exequentis. Et ratio, quare pro-  
pter hanc velocitatem potiùs quàm propter alias perfectiones cõ-  
mendantur eſt, quia in hac Dei obediẽtia, & in hoc ſeruore ad im-  
plendẽ volũtatis eius includitur certitudo amoris, quo Deus eos  
diligit: & aſſiſtentiæ potentiæ ipſius, qua Angeli operantur. Ex  
quo intelligitur vbi diuinæ volũtatis obedientia præfertim cum  
diligentia, ac ſedulitate dominatur: non poſſe deſcere aſſiſten-  
tiã, atq; auxilium potentiæ, ac probitatis ipſius. Inter dona Spi-  
ritus Sancti vnum commemorat Beatus Paulus eſſe: ſolicitu-  
dine non pigri. Ideſt, homines non eſſe ignauos; ſed ſolicitoſ

Chryſoſt.

Pſalm. 102.

Pſalm. 33.

Roma. 12.

20 tos in ſpiritualibus rebus. Nam in rebus eò maior diligentia adhi-  
benda eſt, quo maioris ſunt neceſſitatis, & vtilitatis. Et ſiquidẽ re,  
quã præ manibus gerimus, eſt ſaluatio noſtra, ſi iuxta rei qualita-  
tẽ ſolicitudo adhibenda eſt; qualem nos adhibere oportebit in re  
adeò graui, ſicut Deo in perpetuũ frui: ſiquidẽ igitur hæc diligen-  
tia donum eſt Spiritus Sancti, plurimis lachrymis inſtantiffimè  
illã ab eo poſtulare debemus: vt illã impetrare mereamur. Vnũ  
enim ex ijs, quæ in hoc mundo miſerabiliora ſunt, eſt pigritia, &  
tepiditas, qua nimis neceſſaria animæ noſtræ negotia tractamus.  
Quocirca ad hoc propoſitum dicere poſſumus quod David di-  
xit: veruntamen in imagine pertranſit homo. Sicuti res quædam  
piſta, quæ aliquid ſe facere repræſentat, quòd tamen nunquam  
facit. Sicuti nauis in mundi deſcriptione depiſta, quæ omnia ve-  
21 la ad auſtrum extenſa habet, & longum iter videtur conficere;  
cum reuera nullo vnquam tempore moueatur. Sic etiam plurimi  
ex nobis videmur per virtutis viam decurrere aquam diſſecan-  
tes, & in nulla re veſtigium relinquentes apparentiarum, vel ſi-  
mis extenſis, & tamen ne paſſum quidem mouemur, ſed ſemper  
in vno loco manemus. Atq; hoc etiam tolerabile eſſe videre-  
tur, niſi retrorſum regrederemur: quod quidem certiffimum eſt  
ſi non curauerimus vterius progredi.

Diligenter etiam hinc notandum eſt hunc pauperẽ in reſpon-  
ſione ſua nõ medicinæ quidem, nec piſcinæ defectũ tribuere; ſed  
in hoc, quòd ſibi homo deſit. O æterne Deus quot peccatores in  
peccati in firmitate cõmorantur, propterea quòd eis homo de eſt.  
Idcirco David affectuoſè dicebat: ſaluũ me fac Dñe, quoniam de  
22 fecit ſanctus. O quot peccatores ſanarentur, ſiquidẽ medicinę, ac  
ſacramẽta ſunt, ſi eſſent homines diuini miniſterij zelatores. Nuſ-  
quam reperi ſeruũ Dei, qui proximis ſuis magnoperè non profe-  
ciſſet: quantò magis proficerent, ſi multi eſſent? O patres præ-  
dicatores ſi viri eſſetis, quales vos eſſe oportet, debitumq; præ-  
beretis pietatis exemplum, quot peccatores in firmitatibus ſuis  
ſanarentur! verum pro dolor, ſola quippe locutione multi  
contenti ſumus. Beatus Ioannes dicit, Accepi librum de manu  
Angeli, & deuorauit illum, & erat in ore meo tanquam mel dulce;  
& cum deuoraſſem illum amaricatus eſt venter meus. Legem  
Domini, eloquenti & vano dulce eſt prædicare. Illam autem  
Pp 2 deuo;

Pſalm. 38.

Simile.

Pſalm. 117.

Apoc. 10.

*Apoc. I.*

deuorare, digerere, & opere complere plurimis amarum est: atq; 23  
 idèd pauci eam deuorant. Idcirco in Apocalyp. dicitur: Beatus  
 qui legit, & audit verba prophetiæ huius. Verum non ibi sisten-  
 dum est, & idèd addidit Beatus Ioannes dicens: & seruat ea, quæ  
 in ea scripta sunt: vt autem nos ad id faciendum concitaret, di-  
 xit vlteriùs: Tempus enim breue est: quod nos summo perè com-

*simile.*

mouere deberet, vt non contenti essemus verbis. Sartor pau-  
 per qui per oppida incedit de domo in domum; & alijs vestes  
 confuit, ipse ferè nudus incedit, sed alios indutos relinquit, ali-  
 quamque sibi defert vtilitatem. Sed pauper prædicator in mo-  
 ribus, ac viuendi ratione disruptus, ac dissolutus, nec alijs ves-  
 tes efficit, nec sibi vtilitatem sed condemnationem potiùs eli-  
 cit. Qui facit conuiuium, nihil aliud curat, nisi quo modo lau-  
 tiùs, ac suauius conuiuæ eius comedent, quale vinum eis affe- 24

*simile.*

ret, quos eis cibos apponet, & quomodo illos ordinabit, vt pa-  
 lato dulciores sint. Nec verò curat vtrum corporali valetudine  
 possint proficere aut officere. Sic etiam plurimi prædicatores  
 res curant dicere, quæ auditorum palato tantummodo placeant,  
 nec animarum eorum vtilitati consulunt. Quapropter pecca-  
 tores dicere possunt: Hominem non habeo. Inueteraui inter om-  
 nes inimicos meos, dicebat Dauid: quid quereris bone rex?  
 quia (inquit) postquam in peccatum lapsus sum, in eo inuete-  
 rani: eo quòd non habuerim amicos, qui mihi veritatem dice-  
 rent, meque vitiorum meorum reprehenderent: quamobrem  
 amicos meos inimicos appello; siquidem tanta crudelitate vsi  
 sunt in me. Hoc nomē, homo, ab hoc nomine, humanitas, deriua-  
 tur. Humanitas autem in sua substantiali significatione vniuer- 25

*psalm. 6.*

salitatem quandam virtutum omnium significat. Considerate  
 imaginem quandam, cuius caput est magnanimitas, oculo-  
 rum alter prudentia circa res præsentis, alter verò prouidentia  
 circa futuras: aures, fides & consilium: maxillæ, gratia, ac læ-  
 titia spiritualis, nares sagacitas quædam, & cautio, qua ma-  
 lum olere sciat, & illud euitet: os, affabilitas: lingua veritas: la-  
 bia decorum, & vrbalitas: barba, verecundia: collum, clementia,  
 qua flectitur ad egenorum necessitatibus compatiendum, eas-  
 que subleuandas: humeri, obedientia circa Deum, & prælatos:  
 pectora pietas, ac misericordia. Brachia, fortitudo, ac dexteritas,  
 qua.

*simile.*

26 qua se à vitiorum conflictibus tueatur: manus, liberalitas, at-  
 que magnificencia: corpus directum, iustitiæ rectitudo: vent-  
 er, temperantia: cinctura, est castitas: crura, constantia, ac patientia:  
 pedes denique, in quibus totum corpus innititur, sunt amor Dei,  
 & proximi. O quàm pulchra imago! Hæc autem est imago tua ô  
 homo, si tu esses qualem te esse oportebat. Et si plurimi essent  
 homines huiuscemodi, profectò non essent tot mala, quot vni-  
 uersus mundus repletus est. Et quòd ij non sunt; idcirco respu-  
 blicæ paralyti sunt plenæ. Paralysis est dissolutio membrorum.  
 Hoc corpus neruis contextum, compositum, atque alligatum  
 est. Quando aliquis nimius calor corpori aduenit relaxantur ner-  
 ui; & sic dissoluuntur membra, quæ neruis astricta tenebantur,  
 & sic non possunt membra, munera sua exercere, nec manus aut  
 27 pedes aut aliæ corporis partes moueri queunt. Et hæc est paraly-  
 sis. Vnaquæque respublica est vnum corpus, quod plurimis  
 membris constat. Quæ sunt diuersa officia; diuersæque homi-  
 num conditiones, quæ in ea sunt: nerui autem, quibus membra  
 gubernantur, sunt ministri iustitiæ, quibus membra in suis debi-  
 tis operationibus conferuantur. Hi efficiunt vt vir nobilis viuat  
 tanquam vir nobilis, & mercator tanquam mercator, & artifex  
 tanquam artifex: ac denique vnusquisque secundum status sui  
 conditionem vitam ducat. Aduenit autem nimius calor cupidita-  
 tis, & efficit, vt nerui, hoc est ministri iustitiæ relaxentur; & sic  
 relinquunt membra dissoluta: & perinde vniuersale hoc reipu-  
 blicæ corpus dissolutum etiam, atque disiectum remanet. Ita-  
 que per nimium cupiditatis calorem, qui introducit in guber-  
 28 natoribus, prouenit, vt respublica dilabatur, atque perdat, ita  
 vt nemo iam secundum statum suum velit viuere, propter cupi-  
 ditatem, quæ omnia peruertit, atque conturbat. Sic exaggerat  
 Propheta Nahum dicens: Diripite argentum, diripite aurum: &  
 non est finis diuitiarum ex omnibus vasis desiderabilibus, Dissi-  
 29 pata est & scissa, & dilacerata: & cor tabescens, & dissolutio ge-  
 niculorum, & defectio in cunctis renibus: & faces eorum omniù  
 sicut nigredo ollæ. O miseriam atque infœlicem rempublicam,  
 cupiditas etenim diripiendi pretiosiora vasa perdidit, quæ in te  
 erant, qui sunt meliores viri, quia eorum cupiditas, & acquisitio  
 prope infinita est.

*simile.**Nahum. 2.*

Et sicut in corporalibus dissipata es, & in spiritualibus rebus a<sup>29</sup>  
Deo cōscissa, & cor habes putrefactum. Cor ciuitatis est consilio  
rium, capitulum clericorum, literatorū congregatio. Et quādo hi  
omnes passione, ac cupiditate ducuntur, tūc est cor ciuitatis tabe-  
scens; atq; putrefactum. Et idcirco si malum est in te, o infelix ci-  
uitas ex corde tibi totum prouenit. Et cor tabescens: dicit vterius  
Sanctus Propheta: & dissolutio geniculorum. Hinc etiam genuū  
dissolutio dimanat. Geniculi sunt pars, qua totum reipublice cor-  
pus mouetur: hi sunt executores, scribæ, cursores, notarij, ostia-  
rij, & reliqui huiuscemodi. Et quia vir potens est plenus cupidita-  
te, ideo pecunijs munus illi vendit, qui nullam habet intentionē  
nisi furandi. Ego autem tibi dico, o vir primarie, qui munus famu-  
lo tuo ignaro, & inepto, cuique nequaquam credi debet, commit-  
tis, te mortaliter peccare: & ad restitutionem teneri omnium ma-<sup>30</sup>  
lorum, ac direptionum, quas ipse commiserit. Dicit vterius: &  
defectio in cunctis renibus. Renes sunt partes corporis, in quibus  
vniuersa eius alimenta recipiuntur: sicque renes reipublice sunt  
mercatores, negotiatores; atque reuenditores. Et in his maximus  
inest defectus, quia rem, quam tribus nummis emunt, decem ven-  
dunt. Et nemo illis obstat: quia ipsi prius muneribus, ac largitio-  
nibus corrumpunt eos, a quibus puniendi erant. Qui renibus la-  
borat non potest ambulare nisi recuruus in terram, quod si eum  
interrogas: Domine quare ita recuruus incedis? Domine (inquit)  
renum dolore laboro sic etiam hi mercatores quasi renibus labo-  
rantes semper in terram versus inclinatur; nihil aliud, quam tem-  
poralem vtilitatem suam expetentes. Dicit vterius: facies eorum  
sicut nigredo ollæ. Hæc est illa olla, quam vidit Hieremias cum  
dixit: ollam succensam ego video. Videbat illam inferni ignibus  
succensam. Hoc est cor, quod tanquam olla cupiditatis igne in-  
flammata feruent: qui quidem conscientiam, & animam deni-  
grat, atque etiam exteriorem cupidi hominis famam obscurat.  
Ecce reipublice paralyticus. Hæc autem si viget, est per defectum  
hominis. O vtinam Deus nobis det hominem, atque homines vir-  
tutibus, ac sanctitate plenos, vt suo exemplo, verbis, & orationi-  
bus nos ad veræ poenitentiae piscinam deducant nostræque salu-  
tis sint instrumenta.

*Surge tolle grabatum tuum. Statim illuc in conspectu Domini vult ipse*

32 ipse Dominus, vt sanitatem suam aperte manifestet. Sic etiam  
oportet esse frater in tua spirituali sanitate, statim quippe vbi pri-  
mum sana fuerit anima tua, debes sanitatis tuæ signa demonstra-  
re. Statim famæ, honoris diuitiarumque restitutionem a te fieri  
oportet. Statim ante confessarij oculos, si possibile fuerit, hæc fa-  
cienda sunt; ne in posterum hæc differas: ideo enim tam paucae  
restitutiones fiunt, & tam modicis animabus remedium adhibe-  
tur; quia restitutiones in posterum differuntur. Eadem die, qua  
ingressus est Dominus in domum Zachæi, statim vbi primum  
bonus vir conuersus est, dixit coram diuino medico: ecce dimi-  
dium bonorum meorum Domine do pauperibus. Et si quid ali-  
quem de fraudauit, reddo quadruplum. Non dicit: reddam: sed  
reddo. Et cum tanta abundantia, ac largitate quadruplum, nec di-  
cit: dabo, sed: do. Et rex Abimelech qui Sanctam Saram inscien-  
ter in potestate sua habebat, arbitrans illam non esse vxorē A bra-  
hæ; vbi primum illam, alienam esse cognouit: statim de no-  
cte vocauit seruos suos &c. vocauit etiam Abraham, & dixit ei:  
quid fecisti nobis? &c. ecce quam citò vult facere restitutionem.  
Statimque de nocte confurgens: neque enim crastinum expe-  
ctauit. O quantæ confusionis est videre tepiditatem, & ignauitiam,  
qua nunc hæc fiunt. Satis aperte declaratis quam parum spiritua-  
lis feruoris in vobis vigeat; & quam frigidè saluationem vestram  
desideretis.

Vt eum lectum suum asportantem perspexerunt dicebant il-  
li Iudæi: *Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatum tuum.* Quan-  
do in lecto, triginta, & octo annos infirmus iacuit, nullus for-  
34 tase fuit, qui ei diceret: homo quid facis? quomodo vales?  
nunc autem, cum sanus est, & Dei præceptum facit, inuenit,  
qui sibi impedimento sit. O maximam mundi calamitatem,  
ac miseriam! nullus est, qui peccatori obuiet, iusto autem multi  
resistunt. Quanto cum dolore dicebat Dauid: quoniam laudatur  
peccator in desiderijs animæ suæ, & iniquus benedicitur. Et ex  
eo quod tot auxilia in malis peccator inuenit; procedit, quod  
adeo deprauetur, vt sequatur quod statim ipse Dauid addit di-  
cens: exacerbauit Dominum peccator, secundum multitudinem  
iræ suæ non quæret. Id est, ita erga eum Deus irascitur, vt illum  
tanquam rem perditam derelinquat in poenam suorum grauiū  
peccatorum.

*Simile.*

*Hier. 18.*

*Luc. 19.*

*Gen. 20.*

*Psalm. 9.*

Paralyticus autē respōdit: *Qui me sanum fecit, ille mihi dixit: tolle grabatum tuum.* Interrogauerūt eū: quis dixit tibi, tolle grabatum tuū? Duo dixit paralyticus: ipsi verò posterioris meminerūt. Scilicet, quis tibi dixit: tolle grabatū tuū? quod in superficie homini nō intelligētī mysteriū aliquā imperfectionis apparentiā habere videretur nec verò quæsierunt quis te sanū fecit? Hoc est malorū hominū ingeniū, quia nō in melius quidē, sed in peius oculos cōijciunt. Sicuti Michol vxor David, quæ mururās quōd sanctus rex coram arca Dñi psalleret, dixit: quā glōrius fuit hodie rex Israel discooperiēs se ante ancillas seruorū suorū. Quare ō regina hoc potiūs apprehēdisti; quod autē Dauidi cōiugi tuo gloriosum erat, siluisti; quare non dixisti: quā glōrius fuit hodie rex Israel discooperiēs se ante arcā Dñi Dei sui? nescit malus in melius oculos conijcere. Sic etiā hi inuidi, & scelerati siluerunt prius illud: quis te saluū fecit: quo iustificabatur grabati asportatio, vt miraculum pluribus innotesceret: Deusq; à pluribus glorificaretur.

2o Reg. 6.

Postea inuenit eum Iesus in templo &c. Vsq; ibi: *Iam noli peccare.* O quā singularis instructio medicinæ, vt in accepta spiritali vale tudine cōseruetur homo, scilicet considerare quanta ingrati tūdo est tātū, tamq; bonū Deum iterū offendere; qui tā liberaliter nobis ignoscit. Et quanto iure nostram modicam perseuerantiam puniet. Per Hieremiam conqueritur maximē Deus de quibusdā peccatoribus, qui sibi promissis non steterunt, dicēs: ego percussi fœdus cum patribus vestris dicens: cūm completi fuerint septē anni, dimittat vnusquisq; fratrem suum Hebræum, qui veditus est ei. Et non audierunt patres vestri me. Et conuersi estis vos hodie, & fecistis quod rectum est in oculis meis, vt prædicaretis libertatem vnusquisq; ad amicum suum. Reuerſi estis, & cōmaculastis nomē meum; & reduxistis vnusquisque seruum suū, quos dimiseratis, vt essent liberi. Propterea hæc dicit Dominus: vos nō audistis me, vt prædicaretis libertatem vnusquisq; fratri suo: ecce ego prædico libertatem, ait Dominus: ad gladium, ad pestem, & ad famem; & dabo vos in commotionē cunctis regnis terrę. O terribilem Dei comminationem! per charitatem Dei vos rogo fratres, vt hæc verba attentē consideretis: quia enim illi semel à peccato exierunt seruis suis libertatem donantes, & iterum eos seruitute reuinxerunt, & sic in idem peccatum reuersi sunt, eos Deus tā severo supplicio etiam in hac vita punit. Et nisi fortassis se emēdarunt,

Hier. 34.

darunt, & à peccato exierunt, æternis afflictionibus, ac tormentis contorsit. Quid igitur erit vobis miseris, qui toties hunc ipsum Dominum iterum, atque iterum offendistis? si pro vna vice sic punit, quid erit pro tot vicibus, quot vos idem facitis? Quod cum ita sit, dilectissimi fratres, caueamus, ne deterius nobis contingat: ad Deum reuertamur, & misericordia à diuina eius manu percepta, in eius gratia perseueremus, quousque nos ad celestem gloriam perducatur, Amen.

## Dñica. II. In Quadragesima.

*Assumpsit Iesus Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem eius, & duxit illos in montem excelsum seorsum, & transfiguratus est ante eos. Matt. 17.*



**I**N Hac admirabili trāsfiguratione, quæ minimo illo temporis spacio facta est, maximum quoddam miraculum pro tunc cessauit, quod ab instanti sacratissimæ Conceptionis Domini, diuina Maiestas in illa sanctissima humanitate operabatur: quæ erat suspensio gloriæ illius benedictæ animæ, ne in corpus deflueret. Sapiens quærit: (tanquam impossibile humanæ potentie) Nunquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, vt vestimenta illius non ardeant? Hoc igitur operabatur hic diuina potentia, scilicet, vt ignis illius in flammatisimæ gloriæ, quæ in sinu animæ inclusa morabatur, non combureret exteriores vestes, qui sunt sensus, ac membra corporalia: & hodie pro illo modico temporis spacio miraculum istud cessauit, desinendo diuinum illum ignem, vt operationem suam faceret, illudque sanctissimum corpus inflammaret, atque glorificaret. Quando fenestra est clausa, radij solis in cubiculum nequeunt introire: si autem fenestra aperitur, ingrediuntur radij, illudque totum clarificant. Erat voluntas diuina Christi Redemptoris nostri, tanquam fenestra clausa, non patiebatur radios gloriæ animæ in cubiculum sui sacratissimi corporis introire: hodie autem diuina eius voluntas aperta est, consentiendo; & vt consensit, ac voluit, statim radij ingressi sunt,

Prou. 6.

Simile.

Pp 5 qui.

qui totum eius corpus clarificarunt, pulcherrimumque reddiderunt: *Et respenderit facies eius sicut sol.* Super hoc verbum, vellem vos mysteriosam quandam rem notare, scilicet, quod vnum ex malis, quæ habet homo, est; figuram, sine figura esse id est, figuram, & significare vnam rem, & habere contrarium illius rei, quam figurat, ac significat. Solent quærere Theologi, quare Deus ita hominem creauit, vt ad hoc quod esset homo animam coniunctam corpori haberet; præsertim cum tam dispares sint natura, videlicet anima spiritualis, ac nobilissima: corpus autem grauissimum, & corruptibile; præcipue cum anima creata fuerit ad diuinam probitatem contemplandam, atque illa perfruendum? quare ergo illam tanto impedimento coniunxit, quale est corpus, de quo dicitur: Corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam? Et insuper hæc omnia maximam gignit admirationem, quod cum adeo dispares res sint anima, & corpus, adeo tamen coniunctæ sunt, vt nequaquam vna ab alia vellet segregari, sicut adnotat Beatus Paulus, dicens: Nam & qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus grauati: eo quod nolumus spoliari, sed superuolari; vt absorbeatur quod mortale est à vita. Si anima interrogetur, vtrum vellet ire in gloriam, responderet secundum Apostolum, quod sic, sed ne separet (diceret) ab hoc corpore; verum sicut sum corpori coniuncta perducatur in gloriam. Sicut si quis rudis, ac vilis panni veste indutus esset, eique diceretis: vis hoc pallium ex serico, & auro contextum? ipse diceret, volo: sed ne me hac veste exuatis, sed super imponite mihi pallium istud. Sic etiam diceret anima: si mihi gloriam vultis concedere, ne me hac rudi tunica, hoc est, corpore, exuatis. Quare igitur, cum corpus, & anima tam disparis naturæ sint, tam arcta ac singulari vnione illa Deus coniunxit? Ad hoc quod principaliter respondetur, est, Deum ita voluisse. Si verò causa aliqua assignari potest, hæc est, scilicet, vt in hac humana vnione ostenderet Deus figuram quandam illius beatæ vnionis, quæ est inter Deum, & humanum spiritum: in qua diligitur ex toto corde, & videtur facie ad faciem. Putaret enim creatura se non posse vniri creatori suo tanta propinquitate, vt eum tota mente diligeret. Cognoscens autem quod quum anima sit tam nobilis, ac perfecta creatura, tamen vilissimo corpori tam intrinsecè copulatur; ex hac cognitione deueniret in intelligentiam illius admirabilis vnionis, cum spiritu rationali. Itaque

Deus

sap. 9.

2. Cor. 5.

simile.

6 Deus animam corpori coniunxit, vt hinc intelligeret homo, illum, qui ex rebus adeo disparibus hanc coniunctionem nouit, ac potuit efficere: aliam etiam facere posse (etsi multo quidem mirabiliorem) scilicet, animæ secum. Et sic hæc vnio est figura vnionis spiritus cum Deo.

Nunc autem malum quoddam habet, scilicet, quod est figura cum dissimilitudine. Nam in eodem instanti, quo anima creatur, ac corpori vnitur, cum incipit esse figura illius beatæ vnionis, originale peccatum contrahit, quo defigurata, ac corrupta manet. Et sic quod eam facit figuram, scilicet, vnio cum corpore, id ipsum illam defigurat, ac deformat: quia tunc incipit homo esse filius Adæ, originalisque iustitiæ vinculo, atque obligatione teneri, illa carens, quod est formale malum originalis culpæ. Et quanquã hoc peccatum per baptismum tollitur, aliqua tamen illius reliquæ remanent, quæ efficiunt hominem facile in vitæ discursu alijs culpis defigurari. Et sic impeditur vnio animæ cum Deo, figurata per vnionem animæ cum corpore. Quod ergo remedium habebimus? quod ad imitationem Christi Redemptoris nostri ascendat anima in montem, & iterum transfiguretur; quo verè in se habeat quod figurat: & siquidem vnionem Dei figurat, curet illam semper habere. Vnus autem ex modis conuentioribus ad hoc, est solitudo, relectio, sancta oratio, diuinarumque rerum assidua contemplatio. In Exodo dicitur, *Exo. 3.*

8 Moyses, ad interiora deserti venit ad montem Dei Oreb. Vnum exijs, quibus terra magis indiget, sunt homines, qui ad interiora ingrediantur; homines spirituales, orationique deditissimi. Nam licet sint aliqui serui Dei in mundo, solent tamen cum fræno (hoc est cum terrestrium rerum sollicitudinibus) gramen cæleste carpere: pauci verò gregem ad interiora deserti deserunt. Idcirco Dominus vt se transfiguraret, ascendit in montem excelsum seorsum.

Quando Deus per Oseam suauissima illa verba dixit. *Osee. 2.* Ecce, ego lætabo eam, animam, scilicet, quæ puro corde ad me accesserit: etiam illic locum expressit, in quo singulare hoc beneficium erat factururus, dicens: Et ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius. Omnia hæc verba habent emphasin. Primum: Ecce:

Ecce: ac si diceret: Aduertite quam magnam, atque admirabilem rem volo dicere. Verbum illud secundum, scilicet; Ego: etiam habet emphasin: Ego, ego (ait Dominus) ego Deus lactabo eam. Quod verbum maioris teneritudinis, atque dulcedinis viris celesti contemplationi deditis dici poterat? Ego illos de manu mea pascam sicuti mater, quæ ad vbera sua infantem alit; ei que lac dulcissimum impartitur; ò quot indulgentijs illum permulcet, quoties illum osculatur! tota eius viscera cū illo esse videntur. O anima ne post homines abeas, nihil enim aliud habet, quod tibi dare possint, præter amaritudinem, & afflictionem. Effuge vniuersa, quæ sunt in mundo. Attende Deū maxima tibi beneficia velle conferre. Vbi Domine, nunquid in plateis, aut in vijs? Non (inquit) sed ducam eam in solitudinem; extra omnem ciuitatis tumultum: ibi loquar ad cor eius, vt illud confortem, quo vltius, in bono progrediatur, nec se malo contaminari patiatur. De his dicit Ecclesiasticus: Qui timent Dominum, præparabunt corda sua: & in conspectu illius sanctificabunt animas suas. Hi sunt, qui potentias suas ad interiora deserti norunt dirigere; seque in altissimo Dei sui cōspectu omnibus secularibus rebus expeditos offerre. Hoc est enim præparare corda. Cumque Deus sit speculum, in quo se iusti aspiciunt & respiciunt, ad animas suas purificandas, vt eum semper ante oculos suos habent, semper inueniunt, quid mundare debeant. Tantam in Deo puritatem contemplantur, vt se confundant, seque iterum, atque iterum emundet: & hoc est in conspectu illius sanctificare animas suas. Mali defectus suos non animaduertunt, quia hoc speculum ante oculos suos nō proponunt. Aliqui sunt peccatores, qui semel tantum quotannis peccata sua confitentur; cū quotidie innumerabilia peccata committant, postea vix reperiunt quid confiteantur. Huc etiam spectat quod dicit Dauid: Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ, ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec miseretur nostri. Ancilla semper in dominæ suæ manus aspicit vt videat, vtrum ei aliquid porrigat, quia non comedit ex manu alterius, nisi dominæ suæ, & sic in illis oculos positos habet. Hoc est officium animæ solitariæ, à secularibus enim rebus oculos remouens illos in manus Dei conijcit: quibus sic statutus dicit: O vti nam Domine aliquid mihi spiritus tui impertires: si mihi aliquas lachrymas, aliquem cælestem rorem, aliquam denique cordisteritudi-

Eccle. 2.

Psalm. 122.

neritudinem concederes. Non aspicio Domine in manus hominum, neque in eis spero, nimis enim arctæ sunt: sed in tuis liberissimis manibus cōfido, vt defectibus meis subuenias. Cū Rex Sodomæ plurima munera Abrahamæ offerret, respondit ei: Leuo manum meam ad Dominum Deum excelsum possessorem cæli, & terræ, quod à filo subtegmis vsque ad corrigiam caligæ, non accipiam ex omnibus, quæ tua sunt; ne dicas: Ego ditauit Abrahamæ. Solum Deum dicit Sanctus Patriarcha se velle in adiutorem. Ita oportet te facere, ò anima Christiana, nolito seculares fauores, qui te designabunt; sed exopta Dei auxilia, quibus transfiguraberis, pulchraque ac decora redderis. Propterea etiã dicit Esaias de iustis: Qui sperant in Domino assumunt pennas sicut aquilæ, ambulabunt, & non deficient. Aquila, si quando in terram descēdit, aliquid ad victum suum collectura; statim in sublime iterū aduolat, illic quasi semper est eius conuersatio. Locustæ autem vix volatum vnum faciunt, & statim in terram incidunt. Hæc est differentia inter iustos, & terrenos peccatores, quod iusti plerumque in sublimi cælestia contemplantes commorantur. Et quanuis aliquando necessitatibus corporalibus occurrant, statim iterum in sublime contemplationis efferuntur. Peccatores autem, tanquã locustæ, si aliquando spiritum ad aliquam cælestem considerationem erigunt, statim iterum in terram excidunt. O vti nam nobis Dominus illum spiritum concederet, quo vigeat Sanctus Esaias, quãdo dicebat: Anima mea desiderauit te in nocte: sed & spiritu meo in præcordijs meis de manè vigilabo ad te. Id est, adeo Domine tecum conuersari concupisco, vt anima mea exoptet nocte iam obrepere; quo negotijs expedita tua diuina conuersatione fruatur. In die enim nō est tanta aptitudo, nec otium; quia opus est multis rebus occurrere; veruntamen noctu ego me illis omnibus explicabo, & manè vigilabo ad te, scilicet, antea quã alijs rebus intendam, vt illic Dñe me doceas quomodo me in diurnis actionibus gerere debeam. Non est fratres cur vos excusetis, dicentes: sumus matrimonio alligati, habemus familias, non possumus solitudinem istam quærere, quam dicis. Nunquam audivisti Dauid regem fuisse? Veruntamen etsi rex erat, tot tantisque secularibus negotijs implicatus, quot magni cuiusdam regni gubernatio secum affert, dicebat: Septies in die laudem dixi tibi. Et paulo antea: Media nocte surgebam ad confidendum tibi. Et ibidem:

Gene. 14.

Esai. 40.

Simile.

Esai. 26.

Psalm. 118.



*Psalm. 5.*

ibidē: Preuenērūt oculi mei ad te diluculo. Et alibi: Manē astabo tibi, & videbo: quoniā nō Deus volēs iniquitatem tu es. O quā feruens spiritus, quantaq; trāquillitas animi inter tot molestias, ac labores, et si Rex erat, quia Rex sanctus erat, sciebat ita se in secularibus negotijs prudenter gerere, ne deuotionis, atq; affectus sui spiritū extinguerēt. O quanta est hęc confusio nobis fratres mei, quos minima quæque atque leuissima nēnia impedit, ne in re tā necessaria nos occupemus. Et quāuis hic sanctus Rex tanto cum studio, ac diligētia in his sanctis exercitationibus incūberet:

*Psalm. 54.*

dicebat tamē suspirans, quis mihi dabit pēnas sicut colūbæ, & volabo, & requiescā? Notate per charitatē Dei sanctū Regē, nō corui quidē, nisi, aut cygni, aquilæ, aut struthionis, sed colūbæ pennas exposcere. Quod profectō nō sine magno mysterio factū est. Non petijt pēnas corui, qui est niger, & eius cantus est, cras, cras, cras. Per hunc significatur peccator niger, famæ, vitæ, ac conscientia, & semper dicit: cras, cras emendabor, confidens in posterum ad omnia tēpus esse futurū: cum tamen iure optimo eum timere oporteat, ne fortē ante crastinū moriatur. Nā si Dñs famulo suo magnā pecuniæ multitudinem traderet, vt cū illa alia lucraretur, lucrumque sibi redderet: ille verò vniuersam pecuniā ludendo cōsumeret, atq; dissiparet, & tamen aliam se à Domino suo esse percepturum speraret; nōne ab omnibus stultus iudicaretur? sic. Nā imò oporteret eum timere, ne fortē, si qua ei remāserat, eā sibi tolleret, quam sperare se aliam denuò esse percepturū. Cū igitur hoc ita sit, nescis tu, ô infelix peccator, vitam, quam tibi Dominus hucusq; concessit pecuniam esse pretiosissimam, vt cum ea plurimos gratiæ, ac gloriæ gradus mereris, & eius largitori amorē, atq; gratitudinem maximam referres? tu verò ô perditē, atq; flagitiose viginti, aut triginta annos, quos vixisti, in peccatis, atq; Dei offensionibus cōsumpsisti. Quomodo igitur te ab eo longiorē vitā esse percepturum, speras? Imò verò oportet te magnoperē timere, ne vitā tibi abbreviet, cum illā tam turpiter, ac flagitiose contriueris. Nunquid ignoras Spiritum sanctum dixisse. Viri sanguinum, & dolosi non dimidiabunt dies suos? Si igitur tu ex ijs es, & Deo prestitam fidelitatem violaſti, ac passim violas, quomodo speras in futuro aptius fore pœnitentiæ tempus? O demens, te te passio excæcat, ne insanias tuas cognoscas. Et etiam vobis dico non esse nimis mirandum, quòd sint corui nigri:

*Simile.**Psalm. 54.*

reprobata erat, & habebatur immunda in veteri lege: per quā denotatur hypocrita. O quam pulchras pennas, quāmq; decorā virtutis speciem præferret hypocrita! Et cū plumas habeat albas, nigram tamen habet carnem, atq; duram; quæ est conscientia imunda, atq; obdurata: & suauiter canit, quando moritur; quia loquens hypocrita dulcia, ac sancta verba, præ inani gloria interiorius moritur; & sic canendo, moritur, & moriendo canit. Nec pēnas vulturis postulauit, qui cadaveribus depascitur, atq; etiā in lege reprobis habebatur, per quem murmurator denotatur, cuius rostrū & lingua in corrupto semper versatur, quod est, in defectibus, ac negligentijs proximorum suorum. Habes pomum facinum, quod tamen modicum quid paternitatis habet, accedit musca, &

18 nigri: esse autem coruos albos, hoc est maximè admirandum; hoc est iuuenem, qui viceſimum quintum annum agit, dicere quasi coruum; cras, cras: magnum malum est, verum non tantam affert admirationem: quòd autem senex canis onustus quique iam iam propè sepulturam est, dicat quasi coruus albus: cras, cras: hoc me summopere obstupescit. O corue albe canis onerate, senioque confecte, candide tanquam nix, & adhuc non vis emendari; sed pœnitentiā in posterum differs? O Deus tibi prudentiam concedat, oculosque tuos aperiat, vt in quanto periculo verſeris, apertè cognoscas. Nec verò idcirco volo dicere, vt iuuenis negligens sit in agenda pœnitentiā; siquidem experientia comperimus tam iuuenem, quā senum incertam esse vitam. Nec etiam Sanctus propheta pennas nisi postulauit, [De Milano.] per quem piger significatur, qui pro modico labore multum præmij vult, & habet malum nisi, scilicet, pennas contritas: guttur autem sanum. Nisus est auis nimis vilis, & pusillanimis in aucupando; qui quidem ad arripiendos pullos descendit, nō verò ad ardeam capiendam conscendit: sic etiam peccator pusillanimis, & piger, cū sagax, & sedulus in secularibus nanijs acquirendis sit: ad cælestem ardeam (qui est Deus) aucupandam, nimis piger, ac remissus est. Et hic est ex illis, de quibus dixit David: Oculos suos statuerūt declinare in terram. Perpendite verbum, statuerunt. In quo notatur quā consultò peccatores se se rebus secularibus committunt. Nec verò cygni pennas poposcit, qui plumas candidas, carnem verò habet nigram: & quando vult mori, suauissimè concinit. Atque etiam hęc auis 20 reprobata erat, & habebatur immunda in veteri lege: per quā denotatur hypocrita. O quam pulchras pennas, quāmq; decorā virtutis speciem præferret hypocrita! Et cū plumas habeat albas, nigram tamen habet carnem, atq; duram; quæ est conscientia imunda, atq; obdurata: & suauiter canit, quando moritur; quia loquens hypocrita dulcia, ac sancta verba, præ inani gloria interiorius moritur; & sic canendo, moritur, & moriendo canit. Nec pēnas vulturis postulauit, qui cadaveribus depascitur, atq; etiā in lege reprobis habebatur, per quem murmurator denotatur, cuius rostrū & lingua in corrupto semper versatur, quod est, in defectibus, ac negligentijs proximorum suorum. Habes pomum facinum, quod tamen modicum quid paternitatis habet, accedit musca, &

*Simile.**Psalm. 16.**Simile.*

Daniel. 2.

ca, & nō sanum quidem; sed illud putrefactum mordebit. Sic etiā  
murmuratur licet in proximo suo plurimas virtutes videat, illū  
q̄, tanquam pulcherrimum pomum esse sciat: si tamen minimū  
quemq; defectum in eo animaduertit, illum rostro suo compun-  
git. In illa statua, quā vidit Nabuchodonosor, erat aurum, argen-  
tum & æs; in pedibus verō partem habebat fictilem: & excidens  
lapis, non aurum quidem, neque argentum, aut æs percussit, sed  
ad fictilem partem accedens, illam contriuit; & ita tota statua cō-  
minuta est. Est quispiam diuersis virtutum metallis exornatus,  
habet aurum charitatis, argentum sapientiæ, æs optimæ fame; &  
tamen cū homo sit, minimam aliquam partem habet fictilem,  
aliquam, scilicet, defectum, ac imperfectionem, & cadit murmur-  
ator quasi lapis, nec verō virtutes attingit; sed parum illud luti, il-  
lud cōfringit, de illo loquitur, ac murmurat, vt pulcherrimam il-  
lam imaginem deiiciat, ac prosternat. Hic meritō quidē per vul-  
turem significatur, qui nullis alijs rebus nisi cadaveribus, ac rebus  
mortuis rostrum apponit. Nec denique alas Aquilæ petit, quæ  
quidem est tyrannus: cū enim Deus illam cæteris auibus præfe-  
cisset, illa tamen non coronam considerat, quam habet; sed videt  
se optimos vngues habere, & sic alias aues audet lacerare, & se il-  
lis alere. Hæc significat tyrannū, qui non considerat se à Deo ele-  
uatum fuisse, vt paruulis faueat, illorumq̄ necessitatibus occur-  
rat: sed animaduertit se optimas vires, atq; vngues habere; & ne-  
minem sibi esse restitutum, atq̄ ideo paruulos affligit, lacerat:  
ac denique sicut escā panis deuorat. Nullas autē alias pēnas pe-  
tit nisi colūbe, im maculat, nō habētis fel, quæ vt se à nīsis defen-  
dat, diligenter volat, & in foraminibus petre se includere consue-  
scit: sic etiam anima timens Deum, eiusq̄ ministerij cupida, vt  
se ab infernalibus nīsis defendat, consideratione peruolat, quous-  
q̄ se in foraminibus petre abscondat; quæ sunt Saluatoris nos-  
tri Iesu Christi vulnera, ad quæ ipsemet eam inuitat, dicens: Sur-  
ge, propera amica mea, columba mea, in foraminibus petre in ca-  
uerna maceræ. Hæ sunt pennæ, quas petit Dauid ad faciēdos hos  
volatus: iam enim tunc diuinis contemplationibus sacratissimo-  
rum Redemptoris vulnerum tradebatur. Deum exorate fratres,  
vt hæc vobis desideria largiatur, quibus Sanctus hic rex ardebat,  
illumq̄ imitari curate; si quidem tot negotia non habetis, quot  
ille habebat, quæ vobis impedimento esse possint.

Valdē

24 Valdē notandum est, Dominum ad hunc montem excelsum,  
atq̄ ad hoc opus admirabile non omnes discipulos suos dedu-  
xisse; sed tantummodo: *Assumpsit Petrum, & Iacobum, & Ioannem  
fratrem eius.* Quod si quis quærat, quare cæteros alios non deduxe-  
rit? Dico hoc fecisse propter Iudam, qui tam sancta visione erat  
indignus, quem si solum relinqueret, scandalizaretur: ne igitur  
talem illi scandali occasionem præberet, reliquos cum eo in valle  
reliquit. Hinc intelligetis quantum detrimentum aduenit bonis  
ex conuersatione malorum. Tantam foelicitatem Sancti illi octo  
Apostoli amiserunt; sicut erat Dominum gloriosum intueri, pro-  
pter vnum malum, quem secum afferebant. In quo significatum  
est multos remansuros esse, ne Dei faciem in coelesti gloria vi-  
deant; eo quod cum malis hominibus conuersantur. Nam vt Sa-  
25 lomon ait: *Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit: amicus* *Proo. 13.*  
*stultorum similis efficietur.* Hic per nomen sapientiæ, intel-  
ligitur practica quædam, ac sapida Dei cognitio, quæ pluri-  
marum virtutum exercitatione, sanctorumque virorum assidua cō-  
uersatione comparatur. Et per hoc nomen: stultitia, signifi-  
catur peccatum, & per stultos, peccatores designantur. Et qui  
cum eis conuersatur, similis illis efficietur. Quid durius ferro? *Simile.*  
quod vniuersa metallorum genera domat, ac flestit? quod si diu  
in terra inclusum esse patiamini, consumpta duritia sua, in mol-  
lem terram conuertitur. Si igitur durissimum ferrum in illud  
conuertitur, cui coniungitur: quid faciet carneum cor, si toto  
vitæ suæ tempore cum carnalibus hominibus conuersetur; nisi  
quod oculi, os, aures, cor, atq̄ anima, omnes denique eius  
26 partes sint carnales? Idcirco Beatus Pater noster Franciscus in  
montibus commorari gaudebat, & cum timore maximo popu-  
los docēbat ab illis descendebat. Dicebat namq̄ ex diuina Dei  
conuersione homines diuinos effici: ex hominum autem con-  
sortio vix fieri posse, quin hominibus aliquid ex humano iunge-  
retur. Si igitur hoc vir ille sanctissimus, diuinoque spiritu reple-  
tus sentiebat, quantō magis oportet nos miseros timere; cū pa-  
rum, aut nihil fortassē ex illo habeamus? Quod cū ita sit, fratres  
charissimi per charitatem Dei vos rogo, vt diligenter animaduer-  
tat vnusquisq; quibuscum conuersetur: præsertim matres, quæ li-  
beros habetis, vos magnoperē deprecor. Deiq; nomine vobis cō-  
mendo, vt postquam quintū, aut sextum annū egerint, summo-  
Tom. j. Q q perē

perè curetis eos cum pueris, aut hominibus virtute præditis con-  
 versare. O clementissime Domine per viscera misericordie tuæ  
 te exoro, vt de cælo radios lucis, ac charitatis immittas, quo lin-  
 gua mea in auditorum meorum cordibus saluberrimum atque  
 maximè necessarium hoc cõsiliũ imprimat: Nequaquam ver-  
 bis exaggerari potest, quantum detrimentum malæ familiarita-  
 tes afferant. Quale exemplum (dicito mihi) acceptura est filia  
 tua, si cum prophana quadam virgine, quæ que astando fenestris  
 maximè delectatur, crebrò conuersatur, nisi quòd breui tempo-  
 re illi similis efficiatur? Et si aliam malam vetulam cum ea loqui  
 finitis, non animaduertistis filiam vestram ab ea esse peruertend-  
 dam? Plantatis in horto vestro malam citream, aut laurum, siue  
 alium arborem delicatum: & quia vos illam plantastis, maxi-  
 mam sollicitudinem habetis seruandi illam, præcipuè à gelu, & 28  
 pruina. Hanc igitur plantulam nouam, quæ est filia vestra, ar-  
 bor delicata seruet Deus à pruina, hoc est, à gelido quodam san-  
 guine. Quid dicis Pater: à nouo sanguine illam Deus custodiat, à  
 veteri enim fati custodita est. Non me intelligitis. Dico, vt filias  
 vestras à gelido sanguine, hoc est, à malis vetulis custodiatis, quæ  
 gelidum habent sanguinem, & virginitatis virorem perdunt,  
 atque marcescere faciunt. Et si filius vester cum perduto quodam  
 atque dissoluto homine conuersatur, qualis efficiatur? Attendite  
 quid adhæserit Amnon filio David ex societate perditissimi cu-  
 iusdam adolescentis nomine Ionadab, qui ei consuluit, vt ad so-  
 rorem suam Thamar turpiter accederet, quod de facto fecit, il-  
 lamque deflorauit: quamobrem postea infelici interitu occu-  
 buit. Eos autem qui alios peccare facitis vos magnoperè rogo, vt 29  
 diligentissimè notetis supplicia illa, quæ Deus serpenti impo-  
 suit: solummodo quia diabolus illum in instrumentum ad no-  
 stros primos parentes decipiendos assumpsit. Cum ille culpa  
 incapax esset, attendite, quot maledictiones in illum iniecit, di-  
 cens: Maledictus es inter omnia animantia, & bestias terræ, super  
 pectus tuum gradieris, & terram comedes cunctis diebus vitæ  
 tuæ. Antea enim nõ sic fortasse ambulabat, atque herbis, aut alijs  
 cibis vesceretur; nunc autem terra vix satiatur. Inimicitias po-  
 nam inter te, & mulierem: antea enim forsitan erat domesticus,  
 quasi gallina: postea verò maximè odibilem Deus illum, præfer-  
 tiam mulieribus reddidit. Domine, serpens quid deliquit, cum nõ  
 habeat

simil.

Reg. 13.

Genes. 3.

30 habeat subiectũ culpæ, siquidè nec intellectu, nec voluntatè ha-  
 bet: Hinc cognoscetis quãto odio Deus habeat peccatũ: cum solu  
 modo, quia serpens instrumentũ fuerit peccati sine culpa, illũ De-  
 o seuerò supplicio puniat. Quo igitur supplicio afficietur ille, qui  
 fuerit instrumentũ, & occasio, propter quã aliquis eius culpa pec-  
 cet? O miserũ te atq; infælicè peccatorẽ quã crudelibus, atq; eter-  
 nis inferni cruciatibus punieris, siquidem quantũ est ex te, iã ani-  
 mam illã in perpetuũ comburendã in infernales ignes detrustisti.

Et transfiguratus est ante eos. Hic oportet vos rē quandã animad-  
 uertere, vt noueritis quomodo corpora vestra tractare debeatis:  
 quæ est; quòd cũ sacratissimo Redēptoris nostri Iesu Christi cor-  
 pori iure optimo gloria deberetur, eo q̄ gloriosæ animæ corpus  
 esset: illa tñ priuatũ est p̄pter nos, quo posset perpeti ea, quæ pas-  
 31 sum est. Quãto igitur maior ratio esset, vt corpora nostra huma-  
 nis voluptatib⁹, terrestriq; gloria propter tantũ, tãq; bonũ Dñm  
 priuarem⁹? Præterea hæc rebellia corpora totius gloriæ, ac volu-  
 ptatis sunt indigna, imò verò multũ laboris, atq; afflictionis pro-  
 meretur: cũ tãti mali sint instrumẽta, & sicut talia illa tractare de-  
 berem⁹. Quãdo Ioseph voluit Bēiamin in conspectu suo appare-  
 re remediũ, quod habuit, fuit, fratrẽ ei⁹ maiorẽ natu in carcerẽ de-  
 trudere. Duo fratres sunt corpus, & anima, frater maior diebus, est  
 corpus, quia multis ante diebus incipit esse in vêtre matris, postea  
 verò creatur anima: & quẽadmodũ in domo Magnatis, præcipua  
 ratio habetur de maiori filio, hic optimè tractatur, hic magni æsti-  
 matur, illi seruatur redditus, & primogenitura: minor verò qui-  
 buscũq; rebus sustentetur: sic etiã in hoc mũdo tota ratio habetur  
 32 de corpore, illi sũt sũptus, illi voluptates adaptantur, illi cibi, po-  
 tusq; delicati præparantur, illi deniq; decoræ, perpolitæq; vestes  
 sarcinũtur: miseræ verò animæ nihil datur. Nunc ergo vultis vt hic  
 frater minor, quæ est anima videat Ioseph, id est, Iesum Christũ  
 in cælesti aula gloriosum? Ad hoc oportet fratrẽ maiorẽ in carcerẽ  
 detrudi, ac vinculis alligari. Ligatè corp⁹ istud timore Dñi, vt ma-  
 xima recollectione inclusum sit, ieiunijq; ac disciplinis torquea-  
 tur: quod si liberũ atq; solutũ finitis, vt quicquid ei libuerit, faciat  
 nunquã anima vestra Iesu Christi faciẽ prospiciet. Nunquid me  
 intellexistis fratres? Idcirco tantopere B. Paulus hoc nobis com-  
 mendat, dicens: Mortificate membra vestra, quæ sunt super terrã.  
 Dicit, quæ sunt super terrã, quia in hoc seculo, quandiu membra

Genes. 42.

simil.

sunt super hanc terram illa debemus mortificare, ne in futuro se-  
culo in perpetuum torqueantur, ac mortificentur.

Luc. 9.

Et ecce apparuerunt illis Moyses & Helias. Beatus Lucas dicit, quòd dicebant excessum eius, quem completurus erat in Hierusalem. Excessum vocat sacratissimam Domini mortem, quia ex parte sui cum excessiuo amore illam passus est, & ex parte hominum cum excessiua crudelitate illata fuit: & ex parte iudicis iniquissimi sententia etiam cum excessiua iniquitate, & iniustitia prolata fuit, quod adnotauit B. Lucas, dicens: Iesum autem tradidit voluntati eorum. Sicuti notat Cyrilus; non imperauit Pilatus absoluerè, vt Iesus Christus crucifigeretur, aut iugulareretur, aut suffocaretur: sed vt in eo vniuersa desideria sua complerent, deque eo quamcunq; vindictam vellent, sumere possent. O terribilem, iniustitiam, atq; iniquitatem! quòd accusatores delinquentes iudici tradant, tolerabile est. Quod autem iudex tradat vincum etiam malefactorem in manus inimicorum suorum, quando tanta tyrannis visa est? Non potuit Sanctus Euangelista iudicis Pilati iniquitatem amplius exaggerare, quam dicendo: Tradidit illi voluntati eorum. Eorum (inquam) quorù viscera ad odium corrupta, atq; deprauata erant, vt si bonus Iesus mille vitas haberet, tot ei adimere concupiscerent. Et si ipsi membratim illi lacerare, atq; dissoluere possent, nunquã tam breui temporis spacio interfecissent. Et notandù est, Sanctum Euangelistam nò dixisse. Voluntatibus eorum, sed voluntati eorum: quia licet mali in rebus virtutis semper sint diuisi; in rebus tamen iniquitatis semper conformantur, & adunantur. Quod quidem hic obseruatum est, quia omnes vno animo erant, vnamq; voluntatem habebant. Et vna-

Luc. 23.

nimittè omnes dixerunt: Crucifige, crucifige eum. O fratres charissimi, si hæc, quæ filius Dei pro nobis passus est, amorèq; quo omnia tolerauit semper ante oculos ferremus, quam admirabiles effectus in cordibus nostris efficerent. Idcirco clementissimus hic Dominus vnicuiq; nostrum commendat, dicens: Recordare paupertatis, & transgressionis meæ, & absinthij, & fellis. Et statim addit, dicens; quod Christianum respondere oportet, scilicet: Memoria memor ero, & tabescet in me anima mea.

simile.

Cum B. Petrus rem tam gloriosam cerneret, dixit ad Iesum: Domine, bonum est nos hic esse. Quemadmodù vas plenum nò potest aliù liquorem recipere: sic etiã anima S. Petri diuino illo liquore, celesti-

36 celestiq; gaudio plena, nullius alterius rei recordabatur. Quòd si vna gutta sic inebriatus est, quid esset, si in essentialis beatorù gloriæ pelagus intraret? Si cum videret duos ex electis Dei cù Christo Redemptore nostro assidentes, hoc dixit, quid diceret, si cerneret innumerabilia millia milliù beatorù spirituum, ante infiniti Dei Maiestatem consternatos? siq; audiens duos illos sanctos de Saluatoris morte loquentes, tãta letitia affectus est, quid faceret, si dulces illos concentus audiret, de quibus dicit B. Ioannes. Vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, &c. Et clamabant voce magna, dicentes: Benedictio, & claritas, & sapientia, &c. Deo nostro in secula seculorù, Amen. O Deus infinitæ Maiestatis, quantum gaudiù illic nobis erit, quando gloriosam conspectum tuù perspexerimus. Ideò pro eo, quod nos legimus: Sa-  
37 tiabor cum apparuerit gloria tua. Alia trãstatio apertius insinuat, quæ dicit: Satietas lætitiarum est cum vultu tuo. O Domine per tuam infinitam misericordiam nos illuc deducito.

Apo. 7.

Psal. 16.

Adhuc eo loquente, &c. Hic est filius meus dilectus. Hæc vox cù his verbis nò est audita, nisi in baptismo, & transfiguratione. In baptismo, ad significandù quòd in sancto Sacramento baptismi, efficitur homo filius Dei adoptiuus, & adoptio est per conformitatè quandã imagini naturalis filij Dei, quæ fit per gratiã in hoc seculo, & hæc est cõformitas imperfecta, & per gloriã in futuro: atque hæc est cõformitas perfecta, iuxta illud Ioãnis dicentis: Nũc filij Dei sumus, & nondũ apparuit quid erimus, &c. Quoniã videbimus eum sicuti est. Et quia in Sacrosancto Baptismo, & in admirabili Transfiguratione, duæ hæc conformitates gratiæ, scilicet, & gloriæ significatæ sunt: idcirco æternus Pater voluit peculiariter in eis Iesum Christũ filium suũ dilectissimũ nominare, vt significaret, eos qui sibi verè obederint, hoc etiã nomine dilectissimorù filiorù Dei esse fruituros. Concedat nobis diuina ipsius Maiestatis gratiã, quo tãta dignitate fruituri in gloriã ascendamus, Amen.

I. Ioan. 3.

Feria. III. post Dñicam. II. in Quadragesi.

Ascendens Iesus Hierosolymam, assumpsit duodecim discipulos suos secretò, &c. Matth. 20.

ADMIRABILE est cõsideratu, quam crebrò Dñs de sacratissimæ Passionis suæ mysterio cum discipulis suis lo-

Tom. j.

Q. 9. 3. quæba-

quebatur. Et sancta Ecclesia Spiritus sancti lumine illustrata idē facit illam nobis sæpenumerò in memoriam reuocans: Cuius ratio est, quòd si quidem peccatum a deò in orbe terrarum visitatum est, qui quidem nimis periculosus est morbus, oportet etiam sæpenumerò medicinam repeti, qua hic morbus curari potest. Vix est momentū, in quo non peccemus. Non sit ergo etiam momentum, in quo sanctissimæ Domini passionis non recordemur, illaque attentissima animi consideratione recolamus: Præcipiebat Deus in templo semper esse odores, & Thymiana, vbi totērāt sacrificia, tamque assidua cruoris effusio, atque perinde malus corruptusque odor, essent etiam boni odores, qui malos consumerēt. Sic etiā in anima, vbi plerunque malus est odor, sanguinisque peccatorū effusio: oportet bonos etiam odores, & Thymiamata esse, qui est dolor, & assidua recordatio sanctissimæ passionis Domini, quibus malo isti odori remediū adhibetur. Hoc semper Apostolus in recordatione sua ferebat, vnde dicebat: Christo confixus sum cruci. O admirabilem exaggerationem! Considerate quomodo crucifixus quidam obliuisci non potest crucis, cui affixus est: sic profectò non obliuiscatur S. Apostolus tormentorum, quæ Dñs in cruce tolerauit. Semper enim considerabat se in eadē cruce fixum esse: & in hoc sensu intelligi possunt verba illa, quæ in eadem Epistola dixit: Ego enim stigmata Domini Iesu in corpore meo porto. A deò efficaciter sanctos illos clauos, spinas, ac verbera cōsiderabat, ac si ipsius corpus illis affixum, compunctū, flagellatūque esset. Maximū beneficiū, atque indulgentiā confert Deus in illos, quibus passionis suæ memoriā imprimit. Cum hac enim recordatione nullum erit genus amaritudinis, quod ei dulce reddi non possit. Non sine mysterio disposuit diuina Providētia, quòd cū Hebræi ex Ægypto exiissent in locū quendā venerint, in quo nullæ erant aquæ nisi amaræ, quæ nequaquā bibi poterāt, Et venerūt in Marath, neque poterāt bibere aquas de Marath, eo quòd essent amaræ. Et clamauit Moy ses ad Dñm, qui ostēdit eili gnū quod cū misisset in aquas, in dulcedinē versæ sunt. In quo significatur, q̄ vbi primū a peccato exieris, oīa tibi amara videbuntur, ieiuniū, disciplinā, abstinentiā à ludis, à voluptatibus, & his similia. Ecce igitur, adest lignū, quæ est via recordatio sanctissimæ crucis, ac passionis Dñi, quæ omnia reddet dulcissima. Veruntamen animaduerte Dñm non omnibus quidē lignū hoc ostendere: sed

Exod. 30.

Gal. 2.

Gal. 6.

Exo. 15.

4 sed soli Moy si ad Dñm proclamanti, lignū fuisse demonstratū. Sic Dñs intimo cordis affectu proclamati, instantissimeq; postulanti sanctissimæ Passionis suæ recordationē, atq; affectionē in corde collocabit. Pete frater charissime à Deo, vt te passionis suæ affectuosissimū, atq; ardentissimū amatorē efficiat: atq; illius dolores assidua animi meditatione recolere, concedat. Ecquis peccare audebit recordans, quàm maximi peccatū Deo steterit? Saul nimis iratus fuit in Dauid, conatusq; fuit ei mortem inferre: cui filius eius Ionathas magna à Dauide accepta beneficia in memoriā reuocauit, dicens: Ne peccet Rex in seruum suū Dauid, quia non peccauit tibi, & opera eius bona sunt tibi valdē. Et posuit animā suā in manu tua, & percussit Philisthæū, & fecit Dñs salutem magnam vniuerso Israeli. Vidisti, & letatus es. Quare ergo peccas in sanguine innoxio, interficiens Dauid, qui est absq; culpa? A deò hæc verba apud Saulē valuerūt, tantamq; operationē in eius corde fecerūt, vt dicat illic sacratus Textus: Quòd cū audisset Saul, placatus voce Ionathæ iurauit: Vniuit Dominus, quia non occidetur. Præ beneficij recordatione passio ab illius corde euulsa est. Vter igitur maiora cōtulit beneficia, Dauid Sauli, an Iesus Christus filius Dei nobis: Ingressus est Dauid in conflictum vnū propter Saul, in quo ne iūm quidem vnum percepit, nec ei vulnus inflictum est, nec minimam sanguinis guttam effudit: in conflictu autem, quem Saluator noster pro te aggressus est, ecce quot ictus, quot verbera, quot vulnera percepit, ita vt ne minima quidem gutta sanguinis in sacratissimo eius corpore fuerit relicta, & tandem mors acerbissima illi illata fuit. O diuine hominū amator, quàm singulari beneficio nos in perpetuū deuinxisti! Quomodo fieri poterit, quin in cordibus nostris firmissimum quoddā propositum statuamus, iam illum non amplius offendendi, si tati erga nos beneficij meminerimus? Ambulate in dilectione sicut Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiam Deo in odorem suauitatis: dicit Beatus Paulus. Ephes. 5. Quis a deò ingratus erit, qui tam singularem amorem, alio amore nō persoluat? Nec verò contētus est dicere, vt illum diligeremus; sed dixit etiam: Sicut & Christus dilexit nos, & tradidit, &c. vt similia pro eo efficere, ac perpeti cupiamus.

Cum Dñs de sanctissima morte loqueretur: Tūc accessit ad eū mater filiorū Zebedæi. Petijt sic indistinctē & generaliter, vt sibi benefici

ciū quoddā faceret. Prius voluit verbū Dñi dicturi se beneficiū ei esse cōcessurū, apprehēdere, quā petitionē suā declarare. In quo apparet iā illā suspicatā fuisse, petitionē suā nō esse rationabilē: & sic voluit prius promissionē Dñi certā habere. Diuin⁹ autem Magister docēs nos homines prudētes nunquā debere aliquid in distinetē, & generaliter polliceri, cū prius nō intellexerint, quid ab eis petatur (quod nō obseruauit maledictus ille Herodes, qui puellæ promisit, dicens: Quicquid petieris, dabo tibi, licet dimidiū regni mei.) Dixit illi, quid vis? Nūquid tu Dñe quid hęc mulier petitura sit, te q; illi petitionē nō esse concessurum, ignoras: ut quid vis hęc ambiciosam postulationē in publicum exire? & cur matrē cum liberis suis in omniū cōspectu conaris pudore confundere? Nunquid nō melius esset, ut eos seorsum assumeres, huiusq; ambitionis reprehenderes? Non (inquit) sic enim Ecclesiæ mez conuenit: volo ut eorū ambitio omnibus innotescat: cum ut illos humiliē, tum etiā ut cum peccatores cognouerint, quales fuerint Apostoli priusquā ad perfectionē illam peruenirēt: nemo diffidat, nec deficiat, cum se in peccatū prolapsus viderit, sed curet celerimē consurgere, sicuti & illi fecerūt. Atq; etiā, ut nemo de se præsumat, nec sibi fidat in quantumvis sublimi statu sit, siquidē hi qui erāt in Apostolico collegio Iesu Christi in ambitionis peccatū ceciderunt. Et ideō eā interrogat: *Quid vis?* At illa respōdit: *Dic, ut sedeat hi duo filij mei, &c.* A deo crudele est ambitionis vitium, ut nemini parcat: adeo effrons, atq; impudens est, ut in capitula, senatus, ac cōcilia prælatorū domos, eremos, atq; monasteria nō dubitet introire. Hoc autē multo maiore affert admirationē, quod non semel tantū, sed sæpenuerō in sacrosanctū Dñi nostri Iesu Christi collegiū ingressum fuit, absq; eo quod aliquis Apostolus ei ingredientirelisteret. O æterne Deus, quid est hoc Dñe, q̄ inter eos, qui futuri sunt sanctæ Ecclesiæ fundamēta, atq; colūntā diabolicū ac luciferinū vitium, qualis est ambitio, patetis introire? Hoc verō multū huic negotio addit, illudq; maximē aggrauat, quod tali tēpore, ac circūstātia eos hęc mala tinea tetigerit. In vltima etiā cœna facta est cōtēctio, quis eorum videretur esse maior. O rē stupendā, quod in die tā cōsecrato, in cœna tā sancta, inter tot mysteria, & sacramēta, postquā illorū pedes Dñs abluerat, statim postquā Dñs sanctissimū corpus suū in sacrosancto Eucharistia Sacramēto illis fuerat imperitus; hæc mala pestis eos inuasi sit.

Marc. 6.

Luc. 22.

20 sit. Ecce quā deuoti, atq; affectuosi ex cōmunionē sanctissima, at que ex diuina prædicatione exierunt. Negligentes igitur estote, & in virtute, quā vobis habere videmini, securi estote arbitrātes, quia in vos vitium ex crassis, ac nimisturpibus non ingreditur, sicut Luxuria, Gulla, & his similia non ingressurū esse aliquod ex subtilioribus, & magis spiritualibus, qualia sunt, superbia, & ambitio. Ego autem vos moneo (quod & vos optimē nostis) quod licet assiduo sanctissimū altaris sacramentum fumatis; licet conciones attentissimē, atque affectuosissimē audiat; licet plurimas lachrymas effundatis, nisi sollicitē vobis caueritis, maximāq; curā, ac vigilantia in vobis custodiēdis adhibueritis, pestiferum hoc vitium in vos ingredi poterit. Et sæpenuerō ex ipsis bonis operibus exit desiderū, ut propter illa æstimemini, ac viri sancti esse iudicemini, sicuti ex veste exactissima prodit tinea. Hęc eadem temporis circūstantia in hodierna etiam Sancti Euāgelij lectio ne detegitur: quando enim Dominus de vituperijs, verberibus, ac crudelissima morte sua cū illis loquebatur, tunc illi cum hac insulsa expetitione accesserunt. O quā dissimiles sunt cogitationes Dei consilijs hominum: sicut & ipse dixit per Esaiam his verbis: Non enim cogitationes mez, cogitationes vestræ, &c. Quia sicut exaltantur cæli à terra, sic exaltatæ sunt cogitationes mez à cogitationibus vestris. Ecce cogitationes Dei omnes sunt celestes, omnes plenæ charitatis, quomodo pro hominibus moriturus est, quomodo in eos maiora conferet beneficia: hominū autē vniuersæ ferè cogitationes sunt terrestres, quomodo plures æstimabuntur, quomodo alijs præferentur, ac denique quomodo do-  
21 minabuntur. ¶ Satis manifestè hęc ostenditur quid sint homines ex natura sua, & quid sint ex parte diuinæ gratiæ. Si quæras à Beato Paulo quid sit ex parte sui: respōdet, dicēs: Si linguis hominū loquar, & Angelorū, charitatem autē nō habeam, factus sum velut æsonans, aut cymbalum tinniēs. Et statim ad hoc propositū alias maximas exaggerationes addit. Si verè eum interrogas quid sit ex parte gratiæ: respondet se habere quasi omnipotentia quādam, & sic dicit: Omnia possum in eo, qui me confortat. Idē equidem & reliqui Apostoli meritō possent dicere: sicut ex hac Sancti Euāgelij lectioe perspicitur: & sicut erat in vltima cœna, & hodie ipsamet expetitio, eandē vtrique medicinā Dominus applicat. Tunc eis dixit: Reges gentiū dominātur eorū, & qui pote-  
22

Esai. 55.

1. Cor. 13.

Philip. 4.



statem habent super eos, benefici vocantur: vos autem nō sic; sed qui maior est in vobis fiat sicut minor. Ferē idem eishodie dixit: Illi magnates huius sæculi solūmodo expetunt honorari; aliorūq; dominari quōd si beneficia in alios conferūt, hoc faciunt vt liberales, atq; magnifici reputentur: & qui maiores sunt, potestātē exercent in eos, id est; potestāte sua ad tyrānides exercēdas vtuntur. Ecce quid dicat: principes gentiū. Docēs in hoc, si principes, regesq; Christiani eadē faciunt, nō Christianē quidē, sed genti licē, ac barbārē hęc facere. Et quāuis baptizati sint, quantūcūq; fidei habeāt, tamē Deo, ac rei publicæ suæ infideles illos potestis appellare: vos autē non sic. O admirabile verbum, in quo quanti Deus suos faciat, etsi peccatores erant, apertē manifestat. Quādo rex filiū suū alicuius vitij corrigit, dicit ei illud ab homine plebeio, & infimæ cōditionis fieri solet, te autē filiū regis dedecet tale facere: ita loquitur hīc Dominus cum suis. Ex quo intelligent patres Ecclesiastici quā maximē teneātur esse humiles, & vnū quēq; illorū esse sicut ministrū. Hoc est, volo (ait Dñs) vt in spiritaliū rerum administratione non tanquā dños, sed tanquā ministros vos habeatis cū subditis vestris. Nolo præcipere, ne à subditis vestris honoremini, aut ne vobis obediant: imō verō qui vos spernit, me spernit. Sed volo dicere, vt munus vestrum exerceatis ad ouēs vestras honorificandas, atq; ad seruiendū illis, nō verō, quōd vos ab eis honorificemini, aut vobis ipsæ ministrent. Ne ad honorem, aut dominiū respiciatis, sed potiūs vos alios honorare, eisq; ministrare curate. O altissimam doctrinam. Euangelicam, quē admodum qui eā erudit, plus est quā homo: quia verus est etiam Deus, sic etiam eius doctrina est plusquā humana, quia est diuina. Quis alius, præter Deum faciet prælatos, & principes huius sæculi hoc intelligere, scilicet eos oportere habere subditos suos intra cor suū, tanquā dños: & quo in altiori dignitatis gradu quis constitutus est, eō humiliorem, atque abiectiorem intra se ipsam illum esse oportere? Profectō si perspicua oculorum aciem hanc animaduertemus, scilicet, quo die quisquam dignitati præficitur, eodem die statueret plurimis dominis se esse seruiturum, ministrorumque vitam esse victuram, pauci prælaturam desiderarent. Et sicut dominus dicit seruo suo, sic subditus dicere potest prælato, persolue mihi ministerium hoc, quod à te peto: iure namque illud mihi debes, quia cibo, & vestio te, &c. Quod

*simile.*

16 Quod si solvere nolueris, iniustitiæ peccatum committis. Et sic Beatus Paulus vbi primum se Apostolum vidit, dicit. Cum liber essem ex omnibus, omnium me seruum feci, vt plures lucrifacerem. O si verbum hoc, quod Dominus hīc dicit: Non ita erit inter vos, & illud quod dixit post vltimam cœnam: vos autem non sic, in memoria nostra semper impressa morārētur, vt quid inter nos & gentes debeat interesse aduertēremus. Quod gentes sæculares honores, ac dominia perquirant, non est mirandum: Christianos autem, cū sint tam humilis, ac submissi capitis, sicut Iesu Christi membra, dignitates, atque prælaturas expetere, in eisque hoc pestiferum ambitionis vitium dominari, nimis reprehensibile, atque execrabile est. Cū voluit Sanctus Moyses ambitionem illam Dathan, & Abiron recensere, verbis quibusdam maximi doloris exorsus est dicens. Ecce autem Core filius Isaar, & Dathan, atque Abiron, filij Eliab, alijque viri proceres synagoz, & qui tempore concilij per nomina vocabantur steterunt cōtra Moysen. In his verbis ostendit quā minimē cogitaret, aliquem conatum fuisse munus suū illi auferre quōd tot tātisque miraculis à Deo fuerat comprobatum, quibus se illum elegisse declarauit, & tamen non deessent, qui illud ei adimere conarentur, & quōd tanti ac tam insignes viri tale expeterent. Hoc est exaggeratio illorum verborum: ecce autem Core filius Isaar &c. Hoc est, nunquid vobis admiratione dignum non videtur? quis tā nobiles, ac præstantes viros tanta macula inficiēdos esse iudicaret: etiā igitur exaggerare possumus rem esse maximē admirationis, quōd in homines, qui Euangelicā legē profitentur talis superbia, ac vanitas incidat, qualis hodie in plerisque dominatur. Quæ cū ira sint fratres charissimi per reuerentiam Dei vos rogo, vt oculos aperiat, atque hoc peccatum diligentissimē fugiat, quia enim tā malum est, dicitur in sacris literis pestilentia, sicuti perpe- dit Beatus Augustinus super Psalmum primum, vbi dicitur: Beatus vir, qui in cathedra pestilentie non sedit. Pestilentie, se- *Aug. su- per Psal. 1*  
cundum Augustinum, hoc est, ambitionis. Quia illam tanquam pestilentiam oportet deuitari. Et euigilantissimos nos esse oportet, dissimulans enim solet obrepere sub specie rei, diuinæ voluntatis concessione permittæ, imō verō præceptæ, vt vnusquisque honorem suū diligenter curet, ne illum amittat. Dicit enim Ecclesiasticus, curam habe de bono nomine. Et *Eccli. 41.*  
illud

*Nam. 16.*

*Prov. 22.* illud: Melius est bonum nomen, quam diuitiæ multæ. Et hinc prouenit, quod ambizioso videatur sibi magnopere honorē conuenire, & bonū esse ei maximi æstimari: quia Deus vult vnumquemque rationem habere honoris sui, sicut hic dicitur. Nec verò animaduertit, hæc verba nos admonere, vt omnibus bonū virtutis exemplū præbere curemus, atque ita viuamus, vt nulli scādalum afferamus. Vnum autem ex crebrioribus scādalis est videre quenquam alijs præferri velle: sicut hodie scādalizati sunt reliqui Apostoli super hos duos fratres, sicut dicit Sanctum Euāgelium: *Et audientes decem indignati sunt de duobus fratribus.* Ac si singulis illis primogenitura tolleretur, ita indignati sunt.

Perit ergo mulier hæc: *Dic. vt sedeant, &c.* Hoc est, peto, vt filij mei sint domini manuum tuarum: hæc est petitiō magnatum, & eorum, qui apud reges plurimum valent: volunt enim Domini esse manū regiarū. Non contentus est quisquā quod apud regē tantū valeat, vt ei beneficia plurima rex conferat, sed vult etiam, vt quæcunq; alijs facturus est per manus suas prætereant. O terribilē ambitionē! quomodo mulier hæc tantum postulare ausa est? quia hoc desiderauit, idcirco postulauit. Cauete fratres ne in effrænata desideria deueniatis, si enim hæc in corde vestro exarserint, facillē in mille inconuenientia, & mala incidetis. Magnopere notandū est hic quid interfit inter errare iusti, & errare peccatoris. Homo vitiosus incidit in vnū peccatū, & post illud, in aliud: sed iustus si in errorē vnū incidit, illum tamen plurimis bonis circumstantijs inuolutū defert, sicut huic sanctæ mulieri accidit, quæ et si temporalia petens errabat; veruntamen attendite quanta cum reuerentia, & humilitate hæc poscebat: adorans enim ait, dic vt se et deant hi duo filij mei, &c. Eo quod sunt filij mei, moueor, vt pro illis petā, non dixit: quia digniores sunt alijs, aut quia nobiliores. Nonnulli sunt, qui de proximis suis detrahunt, vt sibi melior pars contingat: arbitrantur enim se, quod expetūt impetrare nō posse, nisi alios discernant: veruntamen hæc sancta mulier absq; vllius offensione petebat. Vt enim dicit Beatus Paulus: Charitas benigna est. Charitas nō æmulatur, non agit perperā, non cogitat malū, scilicet, alterius. & sicut illud non cogitat, sic etiā non loquitur.

*Eccl. 7.* Respondens autem Iesus, dixit: *Nescitis quid petatis.* Noli querere ab homine ducatum (ait Ecclesiasticus) neq; à rege cathedram honoris: & Hebræus textus dicit, ne petas à Domino ducatum. Et quia  
hul-

22 hi illū postulabant, ideò dicit eis: *Nescitis quid petatis.* Deū aliquando vobis quod petitis denegare, est maximū in vos beneficium conferre. Habes filiū dilectissimū, & adducitur tibi equus indomitus, dicitq; tibi filius tuus: Dñe sine me in illum ascendere, atq; agitare. O Iesus (inquit pater) fili ne tale cogites, est enim indomitus, & te in terram deiciet. O Dñe (ait filius) ego fortiter adhe rebo fallē: dicit pater ne me rogetes, quia nolo. Nisi esset filius tuus, & te nimis rogitaret, fortasse eius rogationib; molestus eū cōscēdere patereris. Hoc negare filio tuo quid aliud est, nisi illi benefacere? O pater optime, qui es in cælis, sanctificetur nomen tuum. Quam singulare beneficium in nos confers, denegans nobis, quod inutile est, quodque nociturum nobis est. O quam indomitus, & effrænatus equus est honor, fauores, munera, &c. O quot domi suæ cū moderatione quadam, & medietate sustentati Deo seruiret, qui quia à rege, duce, comite, aut prælato pēdēt, vix in toto anno cum trāquillitate rē sacrā audiūt, o quā periculosus atq; difficilis gubernatu est hic equus. Vultis rē quādam admirabilem ad hoc propositum audire? B. Ioannes dicit se vidisse iniquitatē in equo ascendentem. Ecce (inquit) equus pallidus, & qui sedebat super eum, nomen illi mors. Hoc significat, multos pedibus suis super terrā ambulantes, & modico contēto; iustos esse, postquam autem se in equum ascēdisse viderunt, atq; in amplissimos dignitatis gradus erecti sunt, diuitijs, & pompis, sumptuosissq; factis peruersos fuisse. O quantum periculum est in statibus sublimibus, secularibusq; abundantijs, illis enim decipit, ac faginat mundus suos, & sic ad imperium suum redigit. Vidit Beatus  
14 Ioannes mulierem, quæ erat circumdata purpura, & coccino, & inaurata auro, & lapide pretioso, & margaritis habens poculum aureum in manu sua plenum abominatione, & immunditia. Et dixit Angelus Beato Ioanni: hæc mulier, quam vidisti, est ciuitas magna, quæ habet regnum super reges terræ. Hæc mulier adeo margaritis auroque exornata, quam reges, ac principes sequebantur, est mūdus habens vas aureū, quo eos omnes inebriat, & ideò eos appellat inhabitātes terrā, hoc est terrenos. Et sequēti capite assignat terribile supplicium, quod de muliere illa sumptū est: quia subito ei venerūt plāctus, fames, mors, & ignis, & accipit Angelus lapidē magnum quasi molam, atque in profundum  
maris illam demersit, dicēs: iam amplius non audientur musicæ,  
volupta-

simila.

Matth. 6.

Apo. 6.

Apo. 17

Apo. 18

voluptateſq; Babylonis, ſed cū hoc impetu deſolabitur, nec erit  
 amplius in ea lux, & ſplendor. Videteſq; eius euerſionem diuites,  
 qui eā ſequēbatur, v'lulātū maximū extulerūt, & planctum fece-  
 runt: miſeruntq; puluerem ſuper capita ſua, & clamauerunt ſilen-  
 tes, & lugētes, dicebantq;. Væ, væ ciuitas illa magna quæ amicta  
 erat byſſo. &c. Vbi ſunt nunc diuitiæ, ornatusq; tui: ecce exitum  
 rerū penē omnium huius ſæculi, quarū ſinis amaritudo, infernus,  
 & condēnatio eſt. Nolite ergo fratres de calice huius mundi, nec  
 de honoribus eius bibere, illiuſq; pompis, ac fallis vti, cūm adeo  
 periculoſi ſint, tantūq; hominibus afferant detrimentum pergēs  
 Sanctus Iacob in peregrinatione ad Meſopotamiam, poſtquam  
 ab alto illo ſopore ſurrexit, vbi per inſomnium vidit ſcalam il-  
 lam, &c. vouit votū dicens: Si fuerit Deus mecum, & cuſtodierit  
 me in via, per quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad ve-  
 ſcendum, & veſtimentum ad induendum, reuerſuſq; fuero pro-  
 ſpectū ad domum patris mei: erit mihi Dominus in Deum, & cun-  
 ctorum quæ dederis mihi decimas offeram tibi. Dic mihi Sancte  
 Patriarcha, ecquid mirū eſt iſtud: ſi diceres: etſi Deus permittat,  
 & diſponat me affligi, pauperem atq; humilem, & abiectū eſſe,  
 nihilominus tamen ei maximas gratiarum referam actiones, &  
 quā diligentiffimē potero, ei ſeruiam: optimē diſtū eſſe videre  
 tur. Tu verō dicis: ſi tibi bona conceſſerit, te illi eſſe ſeruiturum,  
 quid mirum eſt? Multū profectō eſt, & nimis multū, id eſt, quod  
 ea, quæ ſibi Deus ad eius miniſterium cōcederet, promittit ſe illis  
 Deo eſſe ſeruiturū, nec illa eſſe vſurpaturū, malē vtēdo eis. Quasi  
 dicat: ſi Deus mihi bona cōceſſerit, non definā illi ſeruire: quōd ſi  
 labores immiſerit, ſatis vſitatum eſt hominibus cum laboribus  
 Deo ſeruire. Etiam petentibus ſedē, ac trāquillitatē iure optimo  
 reſponderi poteſt. Nescitis quid petatis. Ac ſi permagni alicuius  
 intereſſet hinc in curiam proficiſci, in quo eius vita, & honor age-  
 retur, & reuoluta vniuerſa domo ſua ad neceſſaria itinere præpa-  
 randa mulam ſterneret, itinerariaſq; veſtes indueret: quibus om-  
 nibus præparatis, atq; cōſectis, ſellam ſederet, atq; in ea lētiffimē  
 ſederet: quid dicerent illi, qui eum viderēt? ſignū eſt hunc homi-  
 nem amiſſiſſe ſenſum. Omnes vtiq; hoc facimus. Magni noſtra  
 intereſt (atq; in eo vita noſtra agit) ad cæleſtē curiā iter facere.  
 In baptiſmo iter hoc incipimus: illic itinerarijs veſtibus indui-  
 mur, quæ ſunt fides, & ſpes, & charitas, iam diſpendia facta, com-  
 ma-

Gen. 28.

ſimile.

28 meatusq; præparati ſunt: tot ſacramenta, tot miſſæ tot conciones:  
 tanquā neceſſariæ expenſæ ad iter faciendū. Quibus omnibus  
 aptiſſimē præparatis, petitis ſellam, atq; in ea ex inſtituto lētiffi-  
 mē ſedētis, hoc eſt vbi primum honorē, voluptatem, aut aliquid  
 aliud ſenſualitati cōforme reperitis in illo requieſcitis. Illa eſt ſe-  
 des veſtra illic ſedētis contenti creaturis nec vos in cælum perge-  
 re meminiftis. O homo inſenſate quare te amentiſſimum eſſe nō  
 iudicas: ſiquidem in talem inſaniam deueniſti: merito poteſt dici  
 hoc facientibus: Nescitis quid petatis.

Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum? Conſiderate verba,  
 quibus vtitur Dñs: duo dicit vt nos cōfortet: alterum: poteſtis bi-  
 bere? diabolus non dicit, Poteſtis: ſed ſiue poſſis, ſiue non poſſis,  
 faciſtud. Nec verō tibi dicit: nunquid poteris inferni poenas tole-  
 29 rare, quibus victus remanebis? Profectō frater ſi propter iſtam  
 breuem voluptatem, cui vis te tradere te æternos infernorum  
 ignes manere animaduertes: non tam velociter, ac temerariē in  
 illam te præcipitares. O bone Deus quomodo dicis: poteſtis; nō  
 mittit Deus labores abſque pondere, & meſura, ſed prius ſin-  
 gulorum vires metitur. Fidelis autē Deus (inquit Paulus) qui nō  
 patietur vos tentari ſupra id, quod poteſtis, ſed faciet etiam cum  
 tentatione prouentum: vt poſſitis ſuſtinere. Alterum, quod nos  
 maximē debet conſolari, eſt verbum illud: Quem ego bibiturus  
 ſum. Ipſe et enim prius calicem hunc bibit, & quādo nos eū bibi-  
 mus clementiſſimē fauēs nos comitatur. Vidit B. Ioānes feminā,  
 quam draco infectabatur, quæ quidem habebat alas: quaſi dicat:  
 ex vna parte permittit Deus, nos affligi, atq; tentari: ex alia verō  
 30 parte ſtatim clemētiffimus Dñs cū ſuo diuino auxilio, & gratia  
 nobis occurrit, vt ex tētatione vtilitatē, atq; victoriā reportemus.  
 Ad aſcēdēdū ad thronū Salomonis, erāt leōnes, & manus: ſic etiā  
 ad aſcēdēdū ad cælū per grad⁹, quæ ſunt virtutes, ſunt leones, hoc  
 eſt contradictiones, ac labores, ſunt etiā & manus, id eſt diuina au-  
 xilia, & fauores, quibus Deus nobis occurrit. Nē bibas ergo dñi  
 ma chriſtiana de calice huius ſæculi, quia nimis amarus eſt potus.  
 Vna eorum, vna fellis, & botrus amariſſimus. Conſidera quā  
 ſuaue vinum ex felle auferetur. Fel draconum vinum eorum, ve-  
 nenum aſpidum inſanabile. Ideo dicit Ioel Propheta. Exper-  
 giſcimini, & flete, & v'lulate omnes, qui bibitis vinum in dulce-  
 dine: quoniam periit ab ore veſtro. In ore illud habebitis, nec  
 de-

1. Cor. 10.

Apoc. 5.

2. Para. 9.

Deuter. 32.

Ioel. 1.

deglutire poteritis: quia cum minus arbitrati fueritis vos inopia mors occupabit.

Matth. 28.

Ioan. 13.

*Calicem quidem meum bibetis, sedere autem ad dexteram meam.* O admirabilem verborum profunditatem. Quæ nisi optimè atq; perspicuè intellegerentur omnem Iesu Christi Salvatoris nostri maiestatem derogare, atq; destruere viderentur. Quid Dñe? nunquid tu nō es, qui dixisti, data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra? nūquid nō es ille, de quo dixit B. Ioānes, sciēs quia omnia tradidit ei pater in manus suas? quomodo igitur nūc dicis: *Nō est meum dare vobis?* Dico quod illud intelligitur: non est meum dare vobis si ne medijs necessarijs. Virgā iustitię meę nulla passione, aut affectione flecti oportet. O utinā iudices huius sæculi ita se haberēt. Vnde dixit sanctus quidā doctor quod iustitia non nouit patrē, neq; matrē: omnes vna regula metiēdi sunt. Olim depingebatur iustitia in specie virginis, & arctissimis manicis. Quia iustitiā in corruptam virginem esse oportet, quæ neq; affectione, neq; largitionibus corrumpatur. Nam quæ ad modum amor efficit vt virgo virginitatem, integritatēq; deperdat: sic etiam amor, & affectio efficit, vt iustitia corrumpatur. Manicæ autem arctę significant, illam nihil habere debere, in quo munera, ac largitiones accipiat. Bibamus ergo dilectissimi fratres (si in cælo sedes habere volumus) in terra de hoc calice Domini, & quò plus & cum maiori patientia ex illò biberimus, eò maiorem gratiam promerebimur, qua postea maiorem gloriam accipiemus. Amen.

### ¶ Feria, V. post Dñicam. II. In Quadragesi

*Homo quidam erat diues & induebatur purpura, & bysso, & epulabatur quotidie splendide.* Lucæ. 16.

**C**VM Christus Redemptor noster cælestem illam parabolam villici prædicasset, qui pecunijs Domini sui ad tempus necessitatis amicos nouit acquirere: postquam concludit dicens: *facite vobis amicos de māmōna iniquitatis, vt cū defeceritis, recipiāt vos in æterna tabernacula* dicit S. Euangelista, quod audiebant omnia hæc Pharisei, qui erant auari, & deridebāt illū. Ecce quomodo fructū peruersi illi ex cōcione percipiebant. Vidēs igitur

2 **rum** Dñs eorū duritatem, terribilē illis casum proposuit, qui quidē in rei veritate in orbe cōtigit: vt illo eos, aliosque omnes qui in futuris generationibus eum audirent, detererent: & sic saltem timore compulsi ad diuinam misericordiam conuerterentur, & in pauperes misericordes esse addiscerent. Casus autem hic fuit: *Homo quidam erat diues, qui induebatur purpura.* Hoc primum nobis in S. Euangelij hodierna lectione notandum occurrit: quod loquens Dominus de hoc diuite dicit: *Homo, quidam. Quis erat? non habet nomen, non est plusquam homo quidam.* O infelicem euentum! o maximam infelicitatem, quod loquatur Deus de homine, nec eum proprio vocabulo appellet, ecquid arbitramini esse, nomen in Dei ore habere, aut nō habere? Hoc vnum inter vtriusque interest, scilicet esse ex cælo, aut esse ex inferno. Et ita loquēs

3 **hic ipse Dominus de mali per Prophetam, dicit:** Neque memor ero nominum eorum per labia mea, Et è contra loquens cū Sancto Moysē, dixit ei: *Noui te ex nomine.* Et reuersi sunt septuaginta duo discipuli cum gaudio dicentes: *Domine etiam dæmonia subiiciuntur nobis in nomine tuo.* Quibus respōdit Dominus, dicens: *In hoc nolite gaudere; gaudete autem, quia nomina vestra scripta sunt in cælis.* Quod maius dominium poterat esse in terra, quàm diabolis imperare? & tamen eis præcipit, vt hoc parui æstiment: tota autem eorum lætitia, sit, eò quod nomina eorum scripta sunt in cælis. Vnde infertur minimum spiritualium bonorū maius esse omnibus tēporalibus bonis, ac prosperitatibus. O miser, atque infelix diues, quia incipiens Dominus de te loqui statim te perditum esse ducit.

Isal. 15

Exod. 33

Luc. 10.

4 **Hoc autem secundo notandum nobis est, quod dicit:** *Erat diues & induebatur purpura, & epulabatur quotidie splendide.* Omnia dicit de præterito: scilicet, comedebat, diues erat, & induebatur. Significans illum iam non esse, nec epulari, nec vestibus vti. O miser munde, omnia quippe, quæ in te sunt, siue diuitiæ, siue honores, siue voluptates merito possunt dici iam non esse, cū tam cito transitura sint. Vnde Salomon loquens de se, dicit: *Ego Ecclesiastes fui rex Israel in Hierusalem.* Et cū hoc dicebat, actualiter erat rex Hierusalem, dicit autem: *fui*, vt nos doceret quod omnia, quæ possidemus tanquam iam præterita æstimaremus. Et sic nihil huius sæculi nobis officiet, quia non pluris omnia huius mundi æstimabimus, quàm quod ipsa valent. Et induebatur

Eccle. 1.

Tom. j.

Rr

pur-

*simile.*

purpura. O quā optimum esset ne tam curiosi in exornandis vobis, atq; in faciendis vestibus essetis. Si homo ad suspendium duceretur sicuti in hac regione in asinis equitantes deferri consuefcunt (etenim alibi ambulantes, & pedites vadunt) diceretq; damnatus: Domini iudices ego nequaquam in istum asinū ascendā, nisi serica clitela sternatur, aureumque capistrum ei apponatur. Quid vobis videtur fratres? nonne illi diceretis, quid frater? vadis in suspendium, & ad hanc vanitatem respicis? cura, cura diligenter à Deo peccatorum tuorum veniam postulare, hoc enim tuū pluris interest, quā istud. O fratres nunquid ignoratis totam vitam esse cursum ad mortem, ad quam pergitis arētissimam Domino, qui vobis creauit, rationem reddituri? quare igitur tu infelix ad tam breue iter conficiendum vis asinum istum corporis tui serica clitela, aureoque capistrō adaptari? ut quid pretiosis vestibus, delicatis subuculis, aureis torquibus exornaris? Quippè omnia ista iumentorum sunt sagmæ. O vanitas vanitatum, satius tibi esset frater animæ tuæ salutem curare, & intelligere te creatori tuo rationem redditurum in mortem properare. O quā procul abes ab hoc, ut sis verus Iesu Christi imitator, dicit ipse Dominus: Ego sum radix, & genus David. Et truncus huius pretiosæ radicis fuit Apostolorum senatus, qui fuerunt primi, qui eius gratia, & amore constructi sunt: rami autem sumus nos. Et dicit Beatus Paulus: Si radix sancta, & rami. Sanctū Latine idem est quod Agios Græcè: & Agios idem est quod sine terra ab & quod est sine, & quod est terra. Si ergo radix sine terra est, tales nos esse oportet. Profectò si virides rami huius diuinæ radicis, eiusq; Apostoli essemus, tantū fastum, atque vanitatem, quantū hodie inter nos est, minimè curaremus. Non improbo vestium honestatem. Atque optimè noui iuxta politicam honestatē alias vestes maioribus, alias verò minoribus esse oportere iuxta statū conditiones: veruntamen abusionem, atque perturbationē, quæ circa hoc est, reprehendo. In mulieribus autem: Deus nos liberet: nescio utiq; quibus verbis hoc exaggerem. B. Cyprianus hoc reprehendit, & multò quidem acrius in virginibus, dicēs: Si te sumptuosius ornas, & per publicum notabiliter incedas oculos in te iuuentutis allicias, peccandi fomenta succendas, excusari non potes quòd mente sis casta, & corde pudica: redarguit enim te cultus superbus, & impudicus ornatus, nec computari iam potes in

*Apo. 11.**Roma. 11.*

8 ter puellas & virgines Christi: quæ sic viuus, ut ab omnibus possis adamari: sericum, & purpuram indutæ Christum induere non possunt: auro, & margaritis ornatæ, ornamenta cordis, & peccatoris perdiderunt. O quā arctè hoc dicit hic sanctus. Attendite quā terribilia, & metuenda verba talis, ac tam sancti viri. Ac denique vna ex causis, quas S. Euangelium huius diuitis condēnationis assergnat est, quia induebatur purpura, &c. quòd si hic et si diues cuiq; pecuniarū copia superabūdabat, nihilominus tamē de nimia vestium curiositate, ac sumptuositate reprehēditur: tu frater artifex qui nihil aliud habes, nisi quod labore tuo, vultusq; tui sudore acquiris, & tamē te vxorēq; tuā quasi principes vis induere, & propterea venundatus es, quomodo coram Deo audebis apparere? animaduerte modū, quem Deus in his creaturis induendis seruauit. Etenim pretiosiores vilioribus vestimentis induit. Aurum metallorū omniū pretiosissimū terræ coopertum reperitur, quia terra est eius indumentū. Vniones, pretiosissimæ margaritæ, in conchis marinis inclusi sunt. Nunquid est aliquid pretiosius anima, de qua dixit Dñs: Quid prodest homini si vniuersum mundū lucretur: animæ verò suæ detrimentū patiat? quam igitur vestē illi dedit? Dicit hoc Sanctus Iob: Pelle (inquit) & carnibus vestisti me: ossibus, & neruis cōpegisti me. Præterea quid pretiosius Deo? & quando se voluit induere, induit se humanitate. Habitu inuētus ut homo ait B. Paulus: Tā vili ac rudi sacco indutus est, qualem videtis. Si igitur Deus pretiosissima quæq; tam vili indumento vestit, quare corpora vestra vilissima super omnē vilitatē, tam curiose vultis adaptare? profectò longè maximè erratis.

*Matt. 16.**Iob. 10.**Philip. 2.*

10 *Epulabatur quotidie splendide.* Semel quotānis, aut singulis mēsis splendide epulari, nō est vitio vertendū: quotidie autē conuiuia celebrari intolerabile est. O quot homines nimia ciborū abundantia euerit. O secularia conuiuia, quæ sunt sicuti conuiuium quod Absalō fecit fratri suo Amnō, & pro posterioribus pomis in fine conuiuij ei mortē intulit. Dicite fratres, quid facitis in conuiujs? non iuratis? nō murruratis? nō detrahitis de proximis vestris cū notabili honorum illorum præiudicio? credite igitur quot peccata committitis, tot vulnera vobis à diabolo infligi. Dicite nunc, si cognouissetis in isto conuiuio vobis in corpore plurima vulnera esse infligenda, nunquid illuc iretis? non. Quare ergo illuc pergitis comminam tot vulnera accipere cognoscatis? Per charitatem Dei

*2. Reg. 13.*

R. r. 2 vos

vos rogo dilectissimi fratres, vt ab illis caueatis, & plurimas diu  
*Gene. 25.* nã maiestatis offensiones deuinitatis: coxit Iacob pulmentum,  
 ad quem cum venisset Esau de agro lassus, ait: Da mihi de coctio  
 ne hac ruffa, quia oppido lassus sum. Ex hoc apparet quãta tem  
 perãtia, ac moderatione vsi fuerint antiqui circa epulas, & quã  
 paucis cibis fuerint contenti. Condiebat namq; Iacob paucas len  
 tes, quibus etiam vix satiabatur. Videte autem quomodo illas de  
 siderauerit Esau, siquidẽ pro eis primogeniturã cõmutauit. Nam  
 etiam in rebus minimis reperiri potest peccatum gulã. Nunc ve  
 rò quis lentibus contentus est, sicut & illi, etsi locupletissimi con  
 tenti erant? Maxima est profectò cõfusio hæc nobis quòd vix plu  
 rimis etiam cibis corpori, animãq; nociuis contẽti sumus. Cibus  
 ad nihil aliud est, nisi ad reficiendũ, quod calor de humido radica  
 li consumpsit. Itaq; edere nihil aliud est, nisi vitã resarcire: vnde  
 vnus cibus est vna cõmissura, & decem cibi decem commissurã.  
 Quis ergo est, cui cum necesse sit palliũ resarcire, non adhibeat  
 pauciores quas poterit cõmissuras, & has quidem non diuersi, sed  
 vnus coloris, ne male videantur? Multis ac diuersis cibis vt nihil  
 aliud est, quã multas atq; diuersas commissuras adhibere, quod  
 multo peius est, Deoq; atq; Angelis suis turpius apparet. Quòd  
 autem ex nimia ciborũ abundantia, atq; ex prophana vestiũ cõ  
 positione, & ornatu proficiscitur, est, crudelitas in pauperes. Illũ,  
 qui comedebat & induebatur, refert S. Euangelium crudelem  
 fuisse. Ecce vnde siccitas, & inhumanitas erga pauperes proficiscit  
 ur. Contingit aliquando terram nimis aridam esse, atq; pluuijs  
 maxime indigere, fiũt processiones, assiduisq; precib; Deus exo  
 ratur, atq; ipsa met terra suis finis ad Deũ videtur proclamare, ac  
 dicere: Dñe miserere mei. Mittit De; magnas quasdã nubes, quẽ  
 vniuersum mũdũ a quã rigaturã videtur: cum autẽ minũs arbitra  
 mini cõsurgit Aquilo qui omnes nubes in ventũ conuertit, & sic  
 nec sunt nubes, ne aqua, terrãq; arida, & perdita manet. Ecce fra  
 tres mundi huius miseriam. Terra arida est pauper, & vidua, qui  
 ad Deũ clamant dicentes: succurre Deus necessitati, afflictioniq;  
 nostrã. Tacete (inquit Dñs) ego remediũ adhibebo. Mittit nubes  
 aqua onustas, quã vniuersam terrã sufficiũt fũcũdare. O diuites  
 quid vos esse arbitramini tot millia nummorum, tot modios fru  
 menti, ac vini possidentes: & vos ò dominũ quid esse arbitrami  
 ni cũ tot vestibus (etenim ijs quã vobis supersunt, optime possẽt  
 pluri-

*simile.*

plurimi pauperes hyemẽ traducere) estis equidem nubes ad reme  
 diũ terrã aridã. O quanto gaudio afficitur agricola cũ videt nu  
 bes in agrũ suum sitientem imbres immittẽre. Sic etiam, ò quãto  
 pere Deus delectatur (si ita dici potest) cũ videt diuites pecunias  
 suas pauperibus impertiri. Verũ pro dolor cõsurgit quippẽ ge  
 lidissimus Aquilo, frigiditas quãdã charitatis, inflat vëtus vanita  
 tis, aspirat deniq; desiderium edendi, ac sumptuosẽ vestiedi. &c.  
 Et dicitis: si vicinus meus talibus cibis vtitur, illisq; vestibus indui  
 tur, nũquid ille diuitijs, aut generis nobilitate me excellit? Hic vë  
 rus apprehẽdit nubes, atq; in aerẽ redigit, omnes in aerẽ conuertũ  
 tur: omnia in vanitatibus consumũtur, terra autem remanet arida,  
 & pauperes fame, atq; inopia pereũt. Qua propter meritò vobis  
 dicere possumus quod per Hieremiã Prophetam alijs similibus  
 vobis Deus dixit: Ambulauerũt post vanitatẽ, & vani facti sunt.  
 Cũ David crudelitã nẽ nullorum adnotaret, dicens: Adipem  
 suum concluderunt, id est, omnino crassitudinem, ac pinguedinẽ  
 suam cõcluderunt, hoc est, viscera sua concluderũt, ne villo miseri  
 cordiã affectũ attingi possent: addidit, dicens: Os eorũ locutũ est  
 superbiã, quasi quodã modo rationẽ assignans quare incompãssi  
 biles essent, scilicet, quia de vanitate loquebantur: quod si lingua  
 de vanitate loquebãtur, signũ est quod de cordibus illis dimanã  
 bar. Dicit Euthimius grauis quidã doctor adipẽ, aut pinguedinẽ  
 esse misericordiã sedem, atque inde misericordiam & compãssio  
 nem oriri. Et idcirco homines pingues, & crassi naturaliter sunt  
 misericordes. Dicit igitur hic Doctor quòd quia si in vlla corpo  
 ris parte est adeps, & pinguedo, est iuxta viscera, idcirco in sacris  
 literis misericordia tribuitur visceribus idẽo hĩc adeps pro visceri  
 bus ponitur. Timete igitur fratres mei istam crudelitã vestram.  
 Quia B. Iacobus dicit: Iudiciũ sine misericordia illi, qui nõ facit  
 misericordiam. Si igitur vultis vt Deus vobiscum faciat miseri  
 cordiam, facite illam cum pauperibus. Quãdã vidua cum debi  
 tis esset oppressa venit ad S. Eliseũ, vt sibi remediũ aliquod præ  
 beret, qui dixit ei: dic mihi quid habes in domo tua? quã respon  
 dit: Non habeo nisi parũ olei, quo vngar. Et illo modico olio vasa  
 vacua adimpleuit, & sic debita persoluit. Sic etiã anima, quã per  
 peccatum vidua remansit absq; sponso suo Iesu Christo, & de  
 bitis deuinita, infernoque condemnata est. Quid ergo remediũ  
 est, quo tanto debito liberetur? si qua tibi compãssionis ac miseri  
 cordiã

*Hier. 2.*

*Psal. 16.*

*Euthimius*

*Iacobi. 2.*

*4. Reg. 4.*



ricordie gutta remā sit, quere vasa vacua, & imple illa, qualia sunt, 17  
pauperes, claudi, & infirmi, illos necessariis rebus adiuaa, eisq;ne  
quod poteris, subueni: sic enim ad exeundum a peccato, atque ad  
misericordiam a Dōmino consequendam disponeris. Ideo dicitur: 16  
*Eccles. 16* Omnis misericordia facit vnicuique locum secundum meritum operum suorum. Hæc deerat huic infœlici diuiti, qui omnia secum, & cum alijs sibi similibus consumebat.

*Psal. 71.* *Et erat quidam mendicus nomine Lazarus.* Huius nomē optime nō  
p̄ Dñs et si pauperis, & vulnerati. Honorabile nomē coram illo  
vbi ad literam loquitur de Messia Christo Redemptore nostro.  
De quo dicit: ex v̄suris & iniquitate redimet animas eorum: scilicet  
pauperum: de quibus antea dixerat: saluos faciet filios paupe-  
rum. Et de his ipsis dicit: Honorabile nomē eorum coram illo.

*1. Reg. 11.* O Christe fili Dei æterni siquidē amicos tuos tanti estimas, eorū 18  
q; nomina per approbationē optime nosti, quare illos relinquis  
sicut hūc Lazarū pauprē, & vlceribus plenu? sic (ait Dñs) conuenit  
hoc est signū, & ornamentū amicorū meorū, fames, vlcera, &

*Simile.* inopia, Defert agricola fasciculos tritici in arēā, & super illos im-  
ponit quinq; aut sex mulos, aut equas, quæ eos conterāt. Si illū in-  
teroges, quomodo frater? triticū istud pro quo arās, serēs, metēs,  
& tandē in arēā perducens tantopere infudasti, nunc ad iumento-  
rū pedes prosternis? sic, quia volo triticū absq; puluere, & palea  
in horreū deducere. O De? optime maxime quomodo iustū, quē  
tanti æstimas ab impijs ac sceleratis digitibus huius sæculi pateris  
cōculcarī? sic, quia illum puluere, & palea mundū, omniq; imper-  
fectione purgatum in cælestē horreū volo perducere. Sic dicit B.

*Grego.* *Psal. 98.* Gregorius: Cuius est hoc simile. Audite Prophetā dicentē Moy- 19  
ses, & Aarō in sacerdotibus eius, & Samuel inter eos, qui inuocāt  
nomē eius. Inuocabant Dñm, & ipse exaudiebat eos, in columna  
nubis loquebatur ad eos. Nō legim? in sacris literis Moysen fuisse  
sacerdotē: & ita hīc significat: sacerdotes ei? id est, amici eius fa-  
miliarissimi, & nimis æstimatis, & de omnibus his, in quos Deus  
tot beneficia conferebat, tanquā vnum illorum beneficiorum di-  
cit: & vlterius in omnes adinventiones eorum. Etenim licet es-  
sent sancti, cum tamē homines essent, secundū humanā fragilita-  
tem in aliquos defectus incidebant, & quauis apud Deum pluri-  
mum valerent, in nullum peccatum incidebant, quod statim non  
perfoluerent. Quod cum ita sit fratres charissimi, quando vos a

Deo

20 Deo (videri vestro) derelictos experti fueritis, ne contristemini:  
ipse enim scit quid nobis magis conueniat. Dicit Deus: Angelo  
Smyrnæ Ecclesiæ scribe: Hec tibi primus, & nouissim?, qui fuit  
mortuus, & vixit: scio tribulationem tuam, & paupertatem tuam:  
sed diues es. Angelo, id est, prælato. Nōtate per charitatem, quo-  
modo ad illum confortandū dicit: qui fuit mortuus, & vixit.  
Quasi dicat: quauis superariis, non est mirū, quando quidem  
ego pro te mortuus sum. Et secundo salū eam, dicens: diues es,  
id est, quāquam labores pateris, gratiam atque auxiliū diui-  
num habes, ad omnes illos perferendos, vt non cadas.

*Et nemo illi dabit.* Nec hecuis, nec famuli diuitis pietate mouebū-  
tur. Aduertite fratres in quib? domib? liberos vestros collocatis,  
recredeles sicut heri corū efficitur, mitis enim vstratū est, quod

11 minores imitetur maiores suos. Infœlis & Saul, cum prælio quodā  
superaretur ne ab infidelib? irideretur, & iniurijs afficeretur, ar-  
ripuit gladiū suū, & iruit super eū: Talis etenim mors post talē  
vitā (perabatur). Quod cum vidisset armiger eius, iruit etiā ipse  
super gladiū suū, & mortuus est cū eo. Ecce quomodo illi in tam

terribili peccato imitat? est. O quorū famuli quod die animas suas  
peccatis occidunt, quia heros suos ita facere intulerunt. Tales erant  
serui huius infœlicis diuitis, qui dñi sui inmanitate didicerat. Si-  
quis tūc calūm hūc vobis hucsq; proponeret, & hos duos homi-  
nes depingeret sicut: S. Euangeliū depingit illos (inquam)

quādiū in hac vita vivebāt, representaret, nec vlter? progredere-  
tur, vobisq; diceret: vter illorum esse malletis: nūquid diues ille,  
quē in via ambulatē tot famuli comitabatur, quiq; in pulcherrimis

22 equis equitabat, & quādo prælitus erat, ei plurimū serulū sum-  
ma cū velocitate ministrabat: an pauperculus ille Lazarus vlce-  
ribus coopertus ad eius ostiū cōmorans? q̄ inferatū hominū iudi-  
cium, nullus vtiq; esset, qui diceret: ego diues esse malo: videte au-  
tem vtrū hoc diceretis, si quid sit per fas, aut per nefas totis viribus

totoq; conatu diuites esse curatis. Ego autē Dōmine malo infir-  
mitatem Lazari eiusq; mendicitatem, quā diuis salutē meam  
prosperitare: Et sic tuam diuinam Maiestatem suppliciter exoro,  
vt si ad saluationem meam conducibile est, in hospitālibus pro-  
stratus, atq; ab omnib? derelictus moriar. Quādo quis domū ad-  
ficat, & sex, aut septem annos in ea construenda consumit, post-  
quā illam confecit, dicit: Benedictus sit Deus, quia iam penitus

Rr 4 con-

constructa est domus, et si magno cum labore. Totam vitam consumpsit pauper hic Lazarus saluationis suae aedificationem construens, & confecta est aedificatio in eius morte, atque ideo dicitur: *Factum est.* Benedictus Deus, quia iam pauperis huius aedificatio confecta est. Notate quomodo dicitur: *Et moreretur mendicus.* Quia illic mortua est eius mendicitas, fames, atque paupertas, omnia in morte finita sunt. O foelices labores, qui in morte finiuntur! Ideo non dicit, mortuus est Lazarus, quia tunc coepit ille viuere.

*Coloss. 3.* Hoc est quod dicit Beatus Paulus de iustis. Mortui enim estis, & vita uestra abscondita est cum Christo: cum autem Christus apparuerit vita uestra, tunc & vos apparebitis cum illo in gloria. Habes pallium optimum in arca custoditum, post diuturnum tempus illud sanum, & nouum reperis. Si autem illo uti coeperis, nec in arca custodis, post paucos dies inueterascit, ac rumpitur. Iustus habet vitam suam in Christo conseruatam, non vult illa uti: & quando peruenit ad horam mortis, reperit vitam integram, atque sanam, eaque in aeternum incipit frui. Tunc enim securiorem habemus vitam nostram, cum minus illam possidemus. Peccator vult hic vita sua frui, non illam abscondit, neque seruat in Christo Iesu, & sic quando ad horam mortis accedit totam vitam consumptam, dirutamque habet, & in perpetuum incipit mori. Et hoc est quod hic ad litteram dicit Beatus Apostolus: Vita uestra abscondita est cum Christo. Qui in hoc saeculo viuistis, in futuro moriemini, & qui in hoc saeculo mortui estis, in futuro uiuetis. Mortuus est pauper, & mortuus est diues, omnia finiuntur: labores honorum aliquando tandem finiuntur, prosperitatibus etiam malorum, diuitum etiam imponitur finis: de paupere non dicitur: *Sanctus Euangelista quod fuerit sepultus: sed Factum est, ut moreretur, et portaretur ab Angelis.* O quam suauis, requiescat in pace, illi concinunt Angelorum chori, & gaudent illum non vnus quidem, sed plurimi in sinum Abrahae deducunt. De diuite autem non dicitur: factum est, quia in nullo vnquam tempore: vita sua curauit domum in caelo extruere, sed semper diuina Dei beneficia comminuit, ac destruxit. Non dicitur ultra, nisi: mortuus est diues, & sepultus est in inferno. Non fuit illi decantatum, requiescat in pace. De quodam peccatore dicit Hieremias: Sepultura asini sepelietur. Hac sepultura sepultus fuit hic diues. Quando moritur asinus, in primis veniunt corbulones & illum excoriant, ut excute

*Coloss. 3.**simile.**Hierem. 22.*

cuti cribra conficiant: postea illum in campum deferunt, & carnes comeduntur a canibus, ossa vero remanent illic in campo ad aerem, aquam, grandinem, & pruina, ac tempestates. Haec igitur exequia fiunt in funere peccatoris. Cuius namque diuitiarum haeredes eius auferunt, carnes eduntur a vermibus, ossa vero quae sunt anima, & eius potentiae, quae sunt quasi ossa fortissima, quae nullo vnquam tempore consumuntur, remanent ad tempestates ac tormenta inferni. Huic congruit: Cum morietur homo, haereditabit serpentes, & bestias, & vermes. Homo, id est, malus, & peccator. Serpentes, id est, daemones. Bestiae, id est, haeredes tam bestiales sicut ille.

*simile.**Eccles. 10.**simile.*

*Et sepulchrum est.* Quis cum sepeliuit confratres confraternitatis suae. Inter vos, qui est confrater trium, aut quatuor confraternitatum, & moritur, omnes confratres ad eius funera conueniunt. Sic etiam sunt nonnulli daemones, qui tentant hominem superbia, alij gula, &c. Et si tu vixisti in confraternitate gula, aut luxuria, &c. illic te comitabuntur, quando in inferno sepeliendus eris. Si vero pluribus vitiorum generibus deditus fuisti, omnes illi diaboli te sociabunt. Et quia hic diues pluribus vitijs deditus fuit: erat enim superbus, auarus, epulo, qui ne de ijs quidem, quae ei supererant, pauperi quicquam erogabat: siquidem igitur plurimum confraternitarum confrater fuit, omnes hi diaboli illam in infernum deduxerunt. Eia infelices diuites, superbi, voraces, attendite vobis. Optime nostis, quid cum hoc diuite actum fuerit. Quis est igitur qui haec audiens non trepidet terribilia Dei iudicia anima duerrens? Quid igitur erit vobis, nisi ad meliorem viuendirationem vos receperitis? Videte quid dicat B. Iacobus: Diuitiae uestrae putrefactae sunt, & vestimenta uestra a tineis comesta sunt. Aurum, & argentum uestrum ruginavit, & rugo eorum in testimonium vobis erit. Thesaurizatis vobis iram in nouissimis diebus. O infelices vos! etenim diuitias, & ciborum, vestiumque copiam vobis superesse, domique putrefieri, nec aliquid eorum omnium dare pauperibus, est euidentis, ac terribile testimonium aduersum vos. Eia pauperculi patienter in opiam tolerate, vosque consolamini, non enim in aeternum labores uestri duraturi sunt. Non in finem obliuio erit pauperis, patientia pauperum non peribit in finem. Ait Dauid: Venient utique Angeli, qui vos diuino Dei conspectui offerent. O aeterna Deus, quis haec attentè considerans huius

*Iacobi. 5.**Psalm. 9.*

Rr 5 seculi

Iud. 6.

seculi prosperitates estimabit aut quis ipsius labores contemneret, & non eos amplectetur? Gedeon in area posuit vellus iussu Angeli, quia volebat ei Dominus signum ostendere pollutionis, quam ei fecerat. Et cecidit ros de caelo super vellus, area autem sicca remansit, ac si ros non eecidisset. Si vellus, & area rationis essent participes, quam hilare maneret vellus, quia caelestis ros super illud cecidit, & quam tristis area, quia sicca remansit. Venit autem sequens nox, & cecidit maximus ros super vniuersam aream, vellus autem siccum remansit. Quam mirabile esset visu diues ille tot votopraebus persuasus, tot diuitijs, tot opibus, tot obis satiat, ita ut vniuersum rorem aborbere videretur. Pauper vero Lazarus erat quasi area sicca, omnibusque consolationis, ac temporalis voluptatis immunis. Veruntamen post istam noctem venit altera, quae fuit mors, & miser diues stratus in inferno manuit, cui vniuersa consolationis gratia de negata area, & autem sicca quam maris irrigata, id est anima illa Lazari tota gaudio, ac spirituali consolatione repleta fuit. Quis ergo non fulciatur, ut quicquam propter Deum proferat: siquidem labores, quos eius causa serui sui patiuntur, abundantissime perfoluit.

*Elevans autem oculos suos, &c.* O miser quam sero oculos elevasti. Si in vita ad Deum oculos elevasses, quantumcumque gravissimus peccator esses, in diuino eius conspectu misericordiam reperisses. Verum, istis, haec miseros nos non enim bonum cognoscimus, nec illud perquirimus, nisi cum sit nihil prodest: cum non est merendi locus. Habebat hic diues pauperem ad ostium suum, nec tamen in illum nunquam aspexit, quando pauper magnae utilitati illi esse poterat, nunc autem cum nihil prodest, ab eo postulat auxilium. Adverte hoc fratres charissimi, & assiduo diuinam maiestatem exorate, ut vobis lucem concedat, oculosque vestros adaperiat, quod quae vestrae saluationi conducunt, videatis huc iam tempore habebitis. Hoc summa animi contentione postulabat David, dicens: Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte, ne quando dicat inimicus meus: Praualui aduersus eum. O Domine (aut Propheta) ne in tanto malo ego deueniam, ne tanta sit caecitas, ac calligo mea, ut peccata mea non cognoscam, sed in eis soporatus sim. Ne quando dicat, &c. id est: ne se iaster diabolus, quod omnino praualuerit aduersus me. Aggreditur nos hic teterrimus hostis in suggestione, colluatur nobiscum in delectatione, ferit nos in consensu, prostrat nos in opere, precipitat in consuetudine, ac denique praualet in morte. O Domine

Psal. 12.

ncita

ne ita cecum me ego experiar. Hoc oportet vos crebro Deum exorare, ut refrigeret linguam meam. Non habebat illi linguam: cum sola eius anima sine corpore pateretur: sed fortasse hoc dixit, ut significaret peccata, ex quibus maior poenam eliciebat, esse: quae per linguam commisit. Et ideo disposuit Deus, ut ita loqueretur ad utilitatem nostram, atque ad admonitionem futurorum hominum. Nam, sicut iam supra dictum est, ex nimia voracitate, crudelitas proficiscitur, carnis concupiscentia fulcitur, & homo ad murmurandum dissoluitur, ad contendendum, iurandum, ac denique ad rixandum cum alijs concitatur. Omnia haec mala ex ore, & lingua oriuntur.

*Fili recordare, quia accepisti bona.* Hoc simile mihi videtur, sicuti vos facere consuecistis. Habet dominus quidam in aede sua duas portas, quarum altera est in vna via, & per alteram exitur ad aliam viam a tergo domus: accedit pauper ad vnam portam illarum, & petit elemosynam, & conceditur ei: si post ea ad alterum ostium elemosynam petiturus accedit, dicit ei: ignosce frater, iam enim in altero ostio elemosynam accepisti, quae nisi tibi data fuisset, nunc tibi ad hoc ostium erogaretur. Vna porta Dei est hoc seculum, & altera est futurum. Si hic bona accipis, & diuitijs repletus es (nec tamen eis bene uteris) quando ad aliud ostium, hoc est, ad futurum seculum accesseris, dicetur tibi, sicut dixit Abraham huic infelici diuiti. Fili recordare, quia accepisti bona in vita tua. Iam in altera porta elemosynam accepisti: Lazaro autem, qui in altero ostio non acceperat bona, nunc elemosyna erogatur. *Nunc autem hic consolatur, tu vero cruciatur.*

*Et ait: Rogate Patrem, &c.* Haec petitio in charitate videtur inuanti, quia fratrum, suorum, saluationi consult: veruntamen non ex charitate quidem, sed ex proprio amore dimanabat. Etenim in inferno non est charitas: & quod dicebat, erat: quia quemadmodum in caelo accidentaliter beatorum gloria augetur, quando quis in hoc seculo eorum bono exemplo, aut doctrina concitatus, bonum aliquod opus operatur: sic etiam in inferno accrescit poena illius, qui fuit occasione alicuius peccati, quod in hoc seculo committitur. Et ita hic diues, quia intelligebat propter malum exemplum, quod ipse suis fratribus perhiberet, ipsos aliquot peccata esse commissuros, seque propterea maioribus tormentis esse cruciandum, ut huic suomet demum obuiaret, rogabat ut mitteretur Lazarus, qui eos conuerteret.

conuerteret. O quam metuenda res est hæc, & quantum cauere debemus, ne cui malum exemplum perhiberemus.

Et concludit Abraham post eius replicationem, dicens: Si Moyses, & Prophetas non audierunt, neq; si quis ex mortuis resurrexerit, credet. Liberet vos Deus ab homine, qui ex sancta doctrina & concionibus fructum non percipit: hic enim licet mortuos resurrexisse videat, non conuertetur. Vultis hoc videre? Dicite: Lazarus frater Marthæ non resurrexit? Sic: Nunquid eius resurrectio Iudæos conuertit? Non, imò plurimi illorum magis indurati sunt. Non igitur dicas: ò si illinc venirent mortui, nosque quid illic agatur commonefacerent, quantam nobis vtilitatem afferrent. Iam scis frater, quid illic geratur, iam nihil est amplius. Age poenitentiam & crede sancto Euangelio te admonenti, gratiamque suam tibi Deus in hoc seculo, atque in futuro celestem gloriam largietur: ad quam nos perducatur Iesus Mariæ filius, Amen.

### Feria. VI. post Dñicam. II. in Quadragesima.

*Homo quidam erat paterfamilias, qui plantauit vineam, &c. Matth. 21.*

**P**radicans Christus Redemptor noster Hebræis, paucis diebus ante sanctissimam passionem suam, tandem quo supplicio obstinata eorum malitia digna esset, eis significauit, suaque admirabili sapientia rem ita disposuit, ut ipsi met supplicij, quod merebantur sententiam proprio ore proferrent. Atque ideo eis parabolam hanc vineæ proposuit. Dicatur tota parabola ad litteram, vsque ibi: Malos male perdet, &c.

*simile.*

*Arist. 2. de ani.*

Experientia compertum est, ut sensus rem aliquam percipiant, distantiam proportionatam inter rem perceptibilem, & potentiam esse oportere. Sicuti, si quid videre volumus, non adeo remotum esse debet, ut visus illud perspicere non consequatur: nec tam coniunctum oculis, ut nullum intercedat spatium. Nam sensibile supra sensum non facit sensationem: & hoc id est in reliquis potentij. Homines nobismetipsis per amorem sumus coniunctissimi; & idcirco de nostrismet rebus, non recte iudicamus: sicuti non discerneretis cuius coloris sit pannus, si super oculos vestros posita

3 situs esset. Sicque vos in causa vestra non estis iusti iudices: propinquitas enim efficit, ne possitis bene perspicere quod in vobis est. Quocirca malum optimum esse iudicatis. Semouete à vobis istud, quod vultis iudicare, & in alio collocate, & statim de illo recte iudicabitis. Cum Moyses virgam à se eiciebat, videbatur coluber, & erat coluber: quædo autem illam manu apprehendebat virga rectissima, & cum omni rectitudine videbatur. Et sic est, quod res quædam à vobis segregata serpens, atque venenum vobis apparet. Et hæc ipsa in manibus vestris, quatenus est opus vestrum virga rectissima vobis videtur. Quando Nathan proposuit Dauidi parabolam illam hominis diuitis, qui ouem à paupere acceperat, qui vnam illam habebat, & eam interfecit, dicit sacratu-  
 4 illum nimis, & dixit ad Nathan: Viuit Dominus quoniam filius mortis est vir, qui fecit hoc. Ira concitatus est, quia alter alienam ouem acceperat occidentam, nec verò malum suum cognouit: quod eum potens Rex esset, alienam vxorem surripuerat à milite suo, non habete aliam, nisi illam. Mirabile est visu, quomodo cognoscunt homines peccata, quæ alij faciunt, & quæ mala illis esse videtur, & quæ tam temere iudicant peccata illa, hoc, & illo supplicio esse digna: cum autem ipsi in iisdem, & grauioribus etiam sceleribus immersi commoerentur, illa tamen non animaduertunt. Quapropter si causarum nostrarum recti iudices esse volumus, opera nostra aspiciamus quasi in alijs posita, ut quali reuera sunt talia nobis esse videantur. Hæc enim fuit causa, ob quam Dominus hanc parabolam proposuit, ut illi mali homines oribus suis, absque eo quod quid facerent, intelligerent contra semetipsos sententiam proferrent, dicentes: Malos male perdet, &c.

Incipit ergo parabola. *Homo quidam erat paterfamilias.* Hic Paterfamilias est Deus, qui est omnium Pater, omnesque tanquam liberos charissimos tractat. In mundo sunt domini, & serui; in domo autem Dei non est hæc distinctio, omnes quippe sunt filij. Beatus Paulus in Epist. ad Philemonem agit quomodo Philemonem fugit quoddam eius mancipium, & abiit Romam ad carcerem, ubi Sanctus Apostolus victus tenebatur: quem cum ipse conuertisset, atque baptizasset, ad dominum suum remisit, & ita ad eum scripsit: Nunc autem & victus Iesu Christi, obsecro te pro meo filio, quem genui in vinculis Onesimo, qui tibi aliquando

*Exod. 4.*

*2. Reg. 12.*

*Paul. ad Philemon.*

do inutilis fuit: nunc autem & mihi, & tibi utilis, quem remisisti tibi. Tu autem illum, ut mea viscera suscipe. Forſitan enim ideo diſceſſit ad horam à te, ut in æternum illum recipias: iam non ueruum, ſed pro ſeruo chariſſimum fratrem. Attendite quàm ſuauiſſimis uerbis deprecatur Sanctus Apoſtolus Philemonem, ut ſeruum ſuum denuò ad Ieſu Chriſti fidem conuerſum iam non ſeruum quidem, ſed fratrem chariſſimum dicat, & ſicut talem illum tractet: iam enim filius Dei erat, & cum ita eſſet, nihil intererat inter ipſum, & eius ſeruum. Nimis conſolatoria eſt profeſſio hæc doctrina ſeruis, & captiuis: maximeq; reprehentioni eſt Pharaonis, qui fratres ſuos tanquàm canes tractant: ut Moſes atrociffimam captiuitatē, qua Deus populū ſuū liberauerat, educens eos ex Ægypto, exaggeraret, dixit eis: Vos autē tulit Dñs, & eduxit de fornace ferrea Ægypti. Tales eſtis uos in ſeruos ueſtros, ſicut enim cū canibus uos cū illis geritis, eoſq; canes appellatis. O infernalem crudelitatem! o quàm terribili ſupplicio à Patre miſericordiarum punienda eſt! Mementote fratres uos omnes vnus patris filios, atque eiufdem hæreditatis, uidelicet, cæli eſſe cohæredes.

Dicit ulterius. *Homo quidam erat, paterfamilias.* Hoc uerbum, erat, eſt uerbum maximæ amaritudinis. Ac ſi diceret: Erat aliquando pater huius populi, & familiæ, ueruntamen iam non eſt eius pater, & tãto patre eſt orbata. O miſeros Hebræos! Hoc etenim fuit ſummum ſupplicium, quo Deus in hoc ſeculo illos puniuit, ſcilicet, quòd eos tanquam reprobos dereliquit. Hoc eſt præcipuum ſupplicium, ac tormentum damnatorum, ſcilicet, illos à Deo derelinqui, & expelli. O miſerum te peccatorem! erat quippe Deus pater tuus, & iam non eſt; quia tu per peccatum tuum eſſectus eſt indignus tam ſuperna filiatione. O fratres dilectiſſimi, ne amittamus ſicut hi miſeri tantum patrem, qui nos ineffabili quodam amore complectitur. Tanta eſt uis paternitatis, ut etiam in brutis animantibus magnam efficiat operationem. Quid efficit paſſerculus pro pullis ſuis? quantam in eis nutriendis diligentiam adhibet? quanta ſolicitudine angitur, quouſque illos docet euolare? Homo quidam fide dignus mihi affirmauit, paſſerculos quosdam 84. millia paſſuum ſecutos fuiſſe pullos ſuos, quos ipſe ſecum deferrebat, quos etiã in illa regione, in quã homo ille equeſ detulit, educarēt, cum ipſe in fenestra ſua pullos collocaret, ut parentes eis alimenta portarent. A ſina aded pullum ſuum diligit, ut ſi non eſt

alius.

alius tranſitus ad illum niſi per ignem, per eum ſe immittat, ut ad illum vadat. Videte autem gallinam, experientia comperitur, licet ſit auis debiliſſima, in leonem tamen ſauiffimam conuertit, ut pullos ſuos à niſo tueatur. Quod ſi paternitas in brutis animantibus tantam habet vim, multo quidem maiorem habet in hominibus rationis capacibus. Vniuerſi labores faciles apparent patri, ut filio ſuo ſubueniat. Quid igitur erit hæc paternitas in Deo, qui infinitam habet probitatem, & amorem? Et ſic dixit Dominus per Beatum Matthæum: Patrem nolite uocare uobis ſuper terrā: vnus eſt enim pater ueſter, qui in cælis eſt. O admirabilem exaggerationem. Quid Domine? nunquid non habeo ego patrem? nõ eſt pater meus ille, qui genuit me? Eſt utique: ueruntamen, ſi amor iſte, quo pater tuus te proſequitur, cum Dei erga te amore conferatur, non poteſt dici amor. A quatepida, ſi frigida comparatur, calida uidetur, & eſt: comparata uero aquæ feruenti frigida eſt. Sic etiam amor terreni patris, ſi cum extraneorum amore conferatur, amor quidem eſt: ſi tamen Dei amori comparatur, non eſt amor. Hunc ergo patrem amiſerunt Hebræi, & nos etiam quotidie perdimus propter peccata noſtra maxima.

Hic diuinus Pater plantauit uineam, quæ eſt hæc reſpublica, & ſtatus, quæ Deus habet in terra, quæ olim Synagoga, nunc autem Eccleſia nominatur. Illamq; uineam appellauit propter fructū, quem uult, ut ferant qui in ea plantati ſunt, quod eſt uinum amoris. Et ſic dicebat ſponſa, diuino ſponſo: Dabo tibi poculum ex uino condito, & muſtum malorum granatorum. Hoc uinum eſt charitas, quod eſt uinum conditum. In uino condito ſunt multa aromata: unde dixit Apoſtolus: Charitas patiens eſt, benigna eſt, omnia ſuffert, omnia credit, (ſcilicet, quæ credenda ſunt) omnia ſperat, omnia ſuſtinet, &c. O quàm præclara cõdimēta habet hoc uinū amoris. Idcirco merito dixit ſpõſa: Dabo tibi poculū ex uino condito. Dicit ulterius: Et muſtum malorum granatorum. Malum granatum eſt unaquæq; rerum publicarū Chriſtianarū: grana ſunt iuſti, qui in eis ſunt, maxima cum moderatione, & ordine diſpoſiti. Et offerre muſtū malorum granatorum, eſt illorū omnium amorem offerre. Circa quod notandū eſt, vnã ex ſanctiſſis exercitationibus ſeruorū Dei eſſe, quotidie mane bona opera cõſiderare, quæ iuſti in Chriſtianis rebus publicis operantur: tam opera miſericordiæ corporalia, quàm ſpiritualia, & efficaciffimè deſide-

Deut. 4.

Matth. 23.

Simile.

Cant. 8.



desiderare omnia facere, quæ iusti faciunt. Et hoc modo peculiari-  
 ter participes erunt illorum bonorum operum omnium. Quod  
*Dente. 11.* figuratum est in eo, quod Dominus dixit per Moysen: Omnis  
 locus, quem calcauerit pes vester, vester erit. Hoc, quod Domi-  
 nus dixit Hebræis, in viris etiam iustis adimpletur, quia omnia,  
 quæ pede conculcant, eorum sunt. Pes iustorum est affectio ip-  
 sorum. Et omnes virtutes, quas affectione complectuntur, sunt  
 ipsorum, quia suas illas efficiunt, & fortasse cum maiori securita-  
 te, quam illi, qui ipsas virtutes in actu exercent. Potest enim con-  
 tingere, vt ij, qui eas operantur, per aliquod inconueniēs illas per-  
 dant: qui verò ex animo illas cupit exercere, calq; peculiari quo-  
 dam amore diligit, securior est à vanitate, ac præsumptione, qua  
 inflari possunt illi, qui eas operantur. Nec verò cuiquam hoc diffi-  
 cile creditu esse videatur: nam siquidem homo aliena peccata per-  
 petrare concupiscens illa sua efficit, & Deus liberalior, ac propen-  
 sior est ad remunerandam, quam ad puniendū: quare homo alio-  
 rum bona opera diligens, efficaciterque desiderans illa facere, si  
 posset, quare (inquam) illa sua non efficit? Et profectò Deum il-  
 lum infiniti amoris credo rationem hanc merendi in terra consti-  
 tuisse, ad consolationem pauperum, & debiliū, atque infirmo-  
 rum, vt quod eis potentia denegat, amore valeant restaurare. Et  
 hoc est offerre multum malorum granatorum.

*Et sepe circumdedit eam.* Hæc seps vineæ est timor Dei. Tam scitis  
 qualis manet vinea sine sepe: ingrediuntur enim pecora in eam,  
*Psal. 13.* illamque destruunt. Dauid ait: Dominus prospexit super filios  
 hominum: & vidit, quod omnes declinauerunt. Et quæ peccata  
 commiserunt, quælibet voluerint. Quorum os (inquit) maledi-  
 ctione plenu est, & amaritudines contritio, & infelicitas in vijs  
 eorum, & viam pacis non cognouerunt. Et tanquam horum ma-  
 lorum omnium rationem reddens, addidit, dicens: Nō est timor  
 Dei ante oculos eorū. Quasi diceret: Idē tot feræ in vineam in-  
 gressæ sunt, quia non erat circumdata sepe. Hoc est, quod diaboli  
 magis expetūt, scilicet, diuinum timorem ab animabus auferre:  
*Psal. 136.* quod significatur per illud, quod dicit Propheta, quod dicebant  
 filij Edom viris Babylonijs de Hierusalem: Exinanite, exinanite  
 vsque ad fundamentum in ea. Sic etiam demones alij alios inui-  
 cem confortantes dicunt, vt curent fundamentum totius boni ab  
*Psal. 110.* anima euellere, quod est (sicut dixit ipse Dauid:) Initiū sapiētiae  
 timor

15 timor Domini: qui timor Dei non solum est fundamentum bo-  
 ni; sed est etiam seps qua anima custoditur, ne pereat. O quam  
 procul timorem hunc à multis Christianis abesse suspicor; siqui-  
 dem cum in peccato commorentur, maxima cum securitate vi-  
 uunt! Accedit homo ad battuarium, & perueniens ad aquam *simile.*  
 ductum ingentem istuum sentit strepitum, qui caput eius con-  
 torquet, iam citò illinc exoptat abire: Cui dicit Battuarius: Do-  
 mine, mane hinc nocte ista. At ille dicit: Ecquis hinc cū tanto strepi-  
 tu dormire poterit? Quis? (ait alter) profectò hic ego dormio, &  
 ictus isti sunt mihi tanquam suauissimus concentus: quia iam lon-  
 go ex tempore illis assuefactus sum. O fratres quantoperè vereor  
 ne sint hic multi battuarij. Percutit vos conscientia vestra, strido-  
 res facit Spiritus Sanctus, quorum nec minimum quidem vir iu-  
 16 stus perferre potest; sicut dicebāt Dauid: Timor, & tremor vene-  
 runt super me, & contexerunt me tenebræ. Tu verò Battuarie  
 nullum tormentum sentis, cum sauisimis conscientia moribus  
 lacereris? Signum est vallum diuini timoris esse euersum, siquidē  
 peccata in te, (cū illa non sentias) ingrediuntur. Non destruxit  
 Nabuchodonosor Hierosolymam, quousque eius muros euerit. *Psalm. 54.*  
 Et hoc lamentabatur Hieremias propheta: Luxitque ante mura-  
 le, & murus pariter dissipatus est. Et quemadmodum solet agri-  
 cola putare vineam suam quo meliorem fructum ferat: sic putat  
 Deus fideles suos, diuitias illis auferēs, & liberos interficiens; quo  
 meliorem fructum ferant: qui est, præstantior amor. Aliquando  
 nos Deus manu propria, aliquando verò aliena manu putat. Sic  
 putabat Heliam per manum Iezabel, & Iacob per manum Esau,  
 17 & Ioseph per manus fratrum suorum, & Dauidem per manum  
 Absalon filij eius. Quod cū ita sit fratres charissimi, cū vos tri-  
 bulationibus afflictos videritis, consolamini: quia propter utili-  
 tatem vestram Deus hoc facit. Tunc vocauit Christus Redem-  
 ptor noster amicos discipulos suos, quando eis dicebat labores  
 maximos, quos passuri erant. Dico vobis amicis meis ne terrea-  
 mini ab ijs, qui occidunt corpus. Et vbi nos legimus in Ezechie. *Luc. 12.*  
 Angustia superueniente requirent pacem, & non erit, Septuagin-  
 ta interpretes verterunt: propitiatio veniet, molestias, ac labores  
 appellant propitiationem, quia verè est Dei misericordia, & ijs,  
 quibus labores immittit, beneuolum se ostendit, atq; vt sui eos pa-  
 tienter tolerare valeant; solet Dñs in medio illorū auxilia immit-  
 tere,



*Exod. 6.*

tere. Dixit Dominus Moyfi: Nūc videbis quæ facturus sum Pharaoni: Ego Dominus, qui apparui Abraham, Isaac, & Iacob, & nomen meum Adonai, non indicaui eis. Hoc ei dixit: quia fortasè posset Moyses dicere: Domine si tanta virtute præditi essemus, si cuti maiores illi nostri, possemus utique sperare auxilium tuū nobis non esse defuturum. Nos autem cum miseri peccatores simus, ope & auxilio tuo sumus indigni. Ad quod respondit Dominus, dicens: Imò si hoc attentè consideraueris, inuenies te plus iam, quàm patres illos priscos recepisse; quanquam sancti fuerunt, Tibi nomen essentiae meæ reuelauit, quod nulli eorū patefecit. Optimè norant illi probitatem, sapientiam, potentiamque meam: veruntamen nomen essentiae meæ non cognouerunt. Tibi hūc fauorem, & indulgentiam præstiti, ut in laboribus conforteris. Aut voluit in hoc dicere: Etsi non estis tam boni, sicut illi, eis tamen nomen meum, hoc est, nominis mei fortitudinem non reuelauit, vos autem illā videbitis. Illis non ostendi miracula, vobis autem ostendam: illis quidem non concessi gratiam, neque potestatem faciendi miracula, vobis autem sic: quia non tam merita, quàm necessitatem consideravi. Quamuis simus peccatores, in laboribus constituti ne diffidamus, sed credamus Deum non tam imperfectiones nostras, quàm necessitatem esse consideraturum, licet auxilium non penitus mereamur.

Hanc vineam Hebræis tradidit Dominus, ut sibi debitū amoris fructum referret, & peregrè profectus est. In hoc liberi arbitrij libertas designatur. Ita enim liberè sinit Deus homines operari, ac si ab eis longissimè distaret, cum tamen intimiùs in eis, quàm illi in semetipsis cōmorentur. Hanc libertatem significauit Dauid, 20 dicens: Si mei nō fuerint dominati, tūc immaculatus ero, & emundabor à delicto maximo. Hoc est, si caro, & sanguis, sensualitas, & dæmon non fuerint mei dominati. Cuius mei? Arbitrij. Si mei arbitrij peccata non dominantur, tunc immaculatus ero, &c. Attendite quomodo ponit contingentiam in peccato. Omnia peccata ac virtutes tanquam contrarij exercitus cū libero arbitrio præliantur, ut illius dominantur: ipsum verò libertatem habet, ut cui libet parti se tradat: ut, aut vitijs, aut virtutibus subigatur. Et quia hæc nobis est libertas, dicit Beatus Paulus: Humanum dico propter infirmitatem carnis vestræ. Sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatē, ita nunc exhibete membra

*Psal. 18.**Rom. 6.*

21 membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationē. Humanum dicit, quia multo intensiùs ad seruiendū iustitiæ cōfortari deberemus, quàm studueramus peccato seruire. Veruntamen propter fragilitatē carnis nostræ, dicit Apostolus se contentū esse, si pari studio, ac sedulitate iustitiæ seruiuerimus, qua nos vitijs tradidimus.

Cum autem tempus fructuum appropinquasset. &c. O Deus optime maxime, quomodo est hoc Domine? Nos dicimus hominē crudelem, qui à nobis debitum eodem die, quo constitutum est, exigit, nec nos patitur respirare. Atque etiam quando annus est sterilis, solent creditores præcipuā reddituū partē remittere. Tu vero antequam tempus adimpleatur, iam mittis exactores, qui fructuū redditus percipiāt? De iusto dixit Dauid. Et erit tanquā lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suū 22 dabit in tempore suo. Quomodo ergo tu Domine ante tempus fructum exigis? In hoc voluit Dominus significare, fructus, quæ anima Deo redditura est, eius tempus & maturitatem non esse quando arbor voluerit, sed quando Dominus illum exegerit, tunc est eius tempus, & maturitas. Animæ verò nullus est annus sterilis, qui impedimento esse possit, quominus fructum suum ferat: nam gratia Domini, qua mediante anima fructificat, semper in promptu est, neque ex parte sui nobis vnquam deest. Et propterea maledixit Deus ficulneæ, & exsiccata est, quāuis tunc nō 23 esset tempus ficorum. Quare Dñe illi maledicis, quia non habet ficus: siquidem nondum tempus illorū est? Sic (ait Dñs) quia tempus in quo homines, (qui per hanc ficulneā significantur) fructū ferre debent, est, cum ego voluero, & sic in suppliciu, & cōmone factionem hominū exsiccata est ficulnea, quæ nullū supplicium merebatur: sicuti quando Patres sancti officij statuam delinquentis concremant. Quod cum ita sit fratres charissimi, vnusquisque diligentissimè curet fructū ferre, quomodo, & quo tēpore Deus illum exegerit. Quando persecutionem, ac laborē tibi immittit, tūc à te fructum exigit patientiæ: & cum carnis tentationem permittit, tunc castitatis fructum petit: & cum pauperem, atque egenum ad osium tuum mittit: tunc fructum misericordiæ, & charitatis efflagitat, & sic de singulis. Prophetas, ac viros sanctos, quos Deus in populum illum misit, per eos ab illis amoris, atque obedientiæ fructum exigens, inhumaniter tractarunt, atque interfecerunt. Semper Hebræi diuinis Dei beneficijs ingra-

*Psal. 1.**Matth. 21.**simile.*

tos sese præbuerunt, illaque neglexerunt. O quoties contra Moy<sup>24</sup> sen in deserto confurrexerunt, & quomodo tantum illud beneficium Manna contempserunt. Locutusque est populus, contra Dominū, & Moysen, dicens. Cur eduxisti nos de Ægypto? &c. anima nostra iam nauseat super cibo isto leuissimo. Attendite, quomodo illum despiciunt. Quamobrem misit Dominus in populum illū ignitos serpentes. Dicuntur igniti, quia homines con-  
*Num. 21* cremabant tanquā ingratos, vt siquidem dulcedinem Manna gustare, illaque perfrui noluerunt, serpentium venenum sentirent. Atque vt quales fuerint vobis apertius innotescat, notate quod eis  
*Amos. 5* Amos propheta Dei nomine dicit. Nūquid hostias, & sacrificia obtulistis mihi in deserto quadraginta annis domus Israel? & portastis tabernaculum Moloch vestro, & imaginem Idolorum vestrorum sydus Dei vestri quæ fecistis vobis? A parte dicit hic sanctus Propheta illos in deserto, quando tot à Deo beneficia accipiebant: Idola adorasse, & quanquam adeo ingrati fuerunt acceptis beneficijs, Deus tamen addidit plura, in eos beneficia conferre, mittens ad eos plures Prophetas, ac seruos suos, qui eos commonerent: & fecerunt illis similiter. Liberet nos Deus à tanta ingratitude. Et si suspicor non deesse modo ingratos in Christiana religione, & adeo quidem dissolutos, diuinorumque beneficiorum immemores, malisque moribus corruptos, vt ingratitude peccatum esse non iudicent. Etiam pincerna Pharaonis siquidem ingratus fuerat in Ioseph, cognouit se male fecisse, dixitque Regi. Confiteor peccatum meum, &c. Nunc autem multi Christiani sunt, qui ingratitude peccatum esse non ducunt, nec illud confitentur. Seneca et si Ethni-  
*Gene. 41* cus dixit. Cū ingratum dicis, somnia mala dicis. Sicuti mare dulces aquas recipit, & salvas reddit: sic etiam ingratus refert malum pro bono: est mare amarum, omnem dulcedinem in amaritudinem conuertit. Sunt herbae syluestres, quæ in hortis factæ, ac diligenter cultæ domesticæ efficiuntur, naturamque suam videntur amittere. Genista ex agro deducta, & in horto insita, ita melior efficitur, & suauiore odorem immittit, vt visu sit mirabilis. Tales oporteret esse homines quantumuis enim rudis, agrestis, asperique essent ingenij, & indolis, beneficijs exculsi emolliri, melioresque effici deberent: ipsi autem vice versa faciunt, quia quo plura beneficia percipiunt,  
*Seneca. simile.*  
*simile.*

27<sup>o</sup> peiores efficiuntur, sicut hi infœlices Hebræi.

Nec verò eo quod illi tam ingrati, atque iniqui fuerint Deus illis beneficia tunc conferre cessauit, sed nouissimè misit ad eos filium suum, dicens: *verebuntur filium meum.* O benedictus, ac glorificatus sit talis Deus, qui tam maledictis hominibus tam singulare contulit beneficium! Illi autem, nec respectum, nec pudorē habuerunt. O fratres dilectissimi deprecor vos, ne apud Deum verecundiam amittatis. Vbi primum Samson capillos perdidit, *Jud. 16.* statim hostes eius ei fecerunt quæcunq̃ voluerunt: sic vbi primum homo verecundiam amittit, faciunt ei diaboli, quæcunq̃ volunt. Vt primum Christus redemptor noster in cruce expirauit, velum templi scissum est in duas partes. In quo significatum est, simul accidere, velum verecundiæ vobis abscindi, & Christū  
*Mat. 27.* 28 Redemptorem nostrum in corde vestro mori. Videte quomodo eum veriti sunt, siquidem videntes eum, dixerunt: *Hic est heres, venite, occidamus eum, & habebimus hereditatem eius.* Et tanquam homines impudētes, quod ore dixerunt, opere compleuerunt, & eiecerunt eum extra vineā, & occiderunt. Dicit ergo Dominus: Quid vobis supplicij mereri vidētur hi iniqui agricolæ? Aiunt illi: *Milos male perdet, &c. vsque ibi: Cognouerunt quod de ipsis diceret.* O quā merito de his dixit Sanctus Iaias: Venerunt filij vsque ad partum, & virtus non est pariendi. Peruenerunt hi, vt cognoscerent, hoc de seipsis dici, nec tamen virtutem habuerunt, vt à peccatis suis resipiscerent. Hoc est maximum malum peccatoris, quod cognoscit peccatum suum, & malum statum, in quo viuit, nec tamen ad parandum vires habet: nec ad hoc faciendum  
 29 diuinis auxilijs vt i vult. Adeo coniunctum Deus intellectum volūtati disposuit, vt alter ab altera nihil distet: siquidem vtriusque vna, & eadem est essentia. Et cū adeo coniuncti sint, illos passim diuidimus: peruenimus enim ad res intellectu cognoscendas, & illinc quousque eas velimus, sunt multa millia passuum. Ne hi vineam relinquerent, ne ve dominationem, qua præualebant in Synagoga, amitterent: Iesum Christum occiderunt. O maledicta terrestrium rerum affectio, quot per te peccata committuntur! O quot in perpetuum condemnantur, ne hæc temporalia bona derelinquant. Primus filius, quem peperit Eua, fuit Cain. Et est valde notandum, primum hominem præscitum in mundo nomen auaritiæ & cupiditatis habuisse.  
*Gen. 4.*

Nam Cain idem est quod, acquisitio, vel possessio; quod fuit prognosticum, quo prædictum est cupiditatem in malis hominibus esse regnaturam. Et ita (secundum Iosephum, & alios)

*Iosephus lib. 1. antiquit. c. 4. Supple. Chron. lib. 1.* Hic primus pondera & mēsuras inuenit, atque terras diuisit limites, ac terminos eis ponens: & hac cupiditate excæcatus est, vnde postea fratrem suum occidit. Hæc eadem cupiditas Agyptios obcæcauit, illosque arma suscipere, Hebræosque persequi coegit, ne illos amitterent, quia in seruos illos habebant. Et illa cupiditate compulsi ausi sunt, in metuenas illas maris rubri aquas se immittere; quibus absorpti sunt. Cumque infœlices illi in mari submergerentur, dicit diuina Scriptura: Extendit manum suam, & deuorauit eos terra. Quomodo cum mari absorpti fuerint; dicit sacra Scriptura, illos à terra fuisse deuoratos: quæ terra est hæc, qua deuorati sunt nisi terrenarum rerum amor? Sic

*Exod. 15.*

exponit Origenes hunc locum, dicens: A morem terræ, bonorumque terrestrium cupiditatem perditionis illorum causam fuisse. Et sic Beatus Petrus de perditissimis quibusdam hominibus loquens, dicit: Cor exercitatum in auaritia habentes maledictionis filij, derelinqentes viam rectam, errauerunt, secuti viam Balaam ex Basor, qui mercedem iniquitatis amauit. Correctionem verò habuit suæ vesania. Subiugale mutum animal in hominis voce loquens prohibuit Prophetæ insipientiam. O rem admirabilem: quòd videret Balaam loquentem a sinam (rem tam obstupendam, atque in omnibus seculis inauditam) nectamen à sua cupiditate desisteret, ad eò illa excæcatus erat. Et a sinæ suæ respondit, dicens: Quia commeruisti, & illuisti mihi: ita passionem suam cæcus pergebat, vt fortassè tantum miraculum non aduerteret, sicut erat a sinam loqui, vt videatis quomodo homines cupiditate excæcantur.

*Origenes.*

*2. Pet. 2.*

His igitur qui tot medicamentis noluerunt emēdari; dicit Dominus: *Aufertur à vobis regnum Dei.* Ingenium Dei est, res in esse suo definire, & conseruare quandiu sunt bonæ, debitumque reddunt fructum: cum autem ex hoc deficiunt, eas adimere, & euertere consuescit. Et sic quando Christus Redemptor noster populum hunc succidit aduentu suo, vt nouum populum construeret, qui tantos, tamque pingues fructus laturus erat, hoc fecit, cum iam nihil boni erat sperandum ex tam malis, ac infructiferis palmitibus quales in illo populo erant. Et ad hoc propositum dicebat gloriosus

*Num. 22.*

33 riosus Baptista: Iam enim securis ad radicem arboris posita. Et ad hoc ipsum propositum dicebat Dñs: Lex, & Prophetæ vsque ad Ioanē. Tolerabat eos Deus quandiu aliquis fructus ab illis poterat sperari: cum autem videret, iam nihil sperandum esse: omniaque corrupta, tã ecclesiasticum, quam secularē statum esse sterilem, quasi aridos palmites illos euertit; & tanquam agrum restilē agricolam comburit, quia impedimento est: quominus alij fructus feratur. Etiam cum Amorrhæis, & Chananæis hac misericordia vsus est. Expectauit enim quousque penitus corrupti, ac deprauati essent, vt eis terrā auferret. Et sic dixit Abraham: Generatione quarta reuertentur huc, scilicet, filij tui: necdum enim completæ sunt iniquitates Amorrhæorum. Nondum peccata Amorrhæorum in illum punctum peruenerunt, ad quē peruentura sunt, vt euertantur. Et cum hoc tempus aduenit, euertit eos Deus, populoque suo terræ illius possessionem tradidit, quā postea propter ipsorum iniquitates ab eis abstulit. Et diligenter nos animaduertere oportet Deum nondum hunc morem mutasse; sed eodē cum regnis etiam nunc uti, dominos suos propter ipsorum peccata illis priuans. Abstulit Ecclesiam suam sanctam à Iudæis, & dedit illam gentibus multò quidem meliorem, cælestibusque sacramētis illustratam, vt multò meliorem fructum redderent, sin minus, non mirum erit, quòd eam nobis auferat, alijque genti eam tradat, quæ ipsi melius, ac studiosius seruiat. Magnoperè nos Christianos huius rei intelligentia ad Dei ministerium deuincit. In domo cuiusdā domini, maxime obligat famulum ad fungendum fidelissimè ac diligentissimè munere suo, dominique sui ministerium studiosissimè exequendum, videre munus illud alteri sublatum fuisse, vt sibi daretur. Cum hoc reprehēdit Nathan Propheta David Regē, dicens: Hæc dicit Dominus Deus Israel: Ego vnxi te in regem super Israel; & ego erui te de manu Saul, & dedi tibi domum domini tui, & vxores domini tui in sinu tuo: dedi que tibi domum Israel, & Iuda: etsi parua sunt ista, adjiciam tibi multò maiora. Quare ergo contempsisti verbum Domini, vt faceres malum in conspectu meo? Quid ergo erit nobis, nisi ei diligentius, ac melius seruiamus? Dicebat Sanctus Esaias: Catabo dilecto meo Caticum patruelis mei vineæ suæ. Vineam factam dilecto meo in cornu filio olei. Et sepiuit eam, &c. & expectaui, vt faceret vvas & fecit labruscas. Nunc ergo habitatores Hierusalem, & viri

*Luc. 3.*

*Matth. 11.*

*Luc. 16.*

*Gene. 15.*

*simile.*

*2. Reg. 12.*

*Esai. 5.*

Iuda iudicate inter me, & vineam meam. Quid est, quod debui<sup>36</sup>  
 ultra facere vineæ meæ, & non feci? Canticum patruelis sui, scilicet,  
 Iesu Christi. Etenim Esaias fuit de tribu Iuda, & secundum  
 nonnullorum sententiam, frater fuit Regis A masiæ. Verum quis  
 vnquam vidit vineam plantari in cornu filio olei? O maximum  
 mysterium, ac singulare Dei beneficium! Cornu significat for-  
 titudinem. Et vult dicere, fortitudinem in qua hanc vineam  
 suam posuit, fuisse illam in misericordijs plantare. Et satis aper-  
 tē significatur, hanc querelam, quam hīc dicit patruelis Esaiæ, Je-  
 sus Christus ad nos potius, quā ad Hebræos dirigi. Dicit enim:  
 Quid amplius debui facere, & non feci? Cum Iudæis autem non  
 dum fecerat omnia, quæ poterat, & debebat facere, secundum  
 quod pro sua infinita charitate promiserat, scilicet, se humanam  
 naturam esse sumpturum, & pro vinea sua moriturum. Nunc<sup>37</sup>  
 igitur cum iam pro ea mortuus est, dicit nobis: Quid amplius de-  
 bui facere? Et siquidem omnibus his affecti beneficijs non vi-  
 num quidem, sed labruscas, peccatorumque amaritudines feri-  
 mus: iudicate ergo inter me, & vineam meam. Et nunc osten-  
 dam vobis quid ego faciam vineæ meæ. Auferam sepem eius,  
 & erit in direptionem, &c. Ecce quomodo vineam hanc ex Pa-  
 læstina abstulit, illamque ad Ægyptum detulit, vbi tot, ac tam  
 Sancti Eremitæ, alijque quam plurimi viri eximia sanctitate flo-  
 ruerunt. Ægyptijs autem in ministerio Dei deficientibus, eam  
 in Græciam transtulit. Quis vidisset Græciam tempore, quo  
 Origenes, Beatus Basilius, Beatus Chrysostomus, ac Beatus Epi-  
 phanius vigerunt? Quis leget spiritus affectum, ac deuotionem  
 Christianorum Antiochiæ, & Constantinopolis, quomodo ei<sup>38</sup>  
 non confringetur cor præ dolore, cum hæc omnia in illis regioni-  
 bus amissa fuisse perspiciat? Quibus etiam in pietate deficienti-  
 bus, transtulit illam in Germaniam, & Galliam, videte autem,  
 quā profligata sit nunc in illis regionibus. Quid ergo nos spera-  
 mus, cum tam corruptis moribus sumus; nisi vt etiam nos Deus  
 manu sua dimittat, fidesque in nostris regnis etiā amittatur? Cap-  
 tus est Rex Sedechias ab hostibus suis, eiusque liberi in ipsius  
 conspectu interfecti sunt, & postea ipsi hostes ei oculos euellere-  
 runt. Itaque prius liberos, quā oculos amisit. Fratres mei, sic  
 plurimis vestrum contingit: adimit diabolus vobis filios bono-  
 rum operum, vt sine charitate, misericordia, castitate, ac denique  
 sine

39 sine poenitentia viuatis; & postquam vos laqueis vitiorum tenet  
 apprehensos, oculos fidei vobis curat euellere. Ecce hi infœlices  
 pro temporalibus bonis spiritualia reliquerunt: post eā verò ab-  
 stulit ab eis Dominus temporalia: & sine vtrifque remanserunt.  
 Vendidit Iudas Iesum Christum triginta argenteis, & post eā si-  
 ne Christo, & sine argenteis remansit. O infœlices homines, qui  
 pro temporali vtilitate Deum relinquunt: etenim in poenam  
 huius culpæ sine vtroque remanebunt. Ne simus tam supernis be-  
 neficijs ingrati, aliena pericula nos cautos faciant: animaduerta-  
 mus infidelitatis mala iam propè ad ostia nostra obrepentia pro-  
 pinquare: mores curemus reformare, vt nos Deus in fide confer-  
 uet, nobisque gratiam suam hīc communicet, ac in futuro sæculo  
 cælestis gloriæ faciat esse confortes. Amen.

### ¶ Sabbatho post Dñicā. II. In Quadrage.

*Homo quidam habuit duos filios, & dixit adolescentior  
 ex illis patri: Pater da mihi portionem substantiæ,  
 quæ me contingit. Luc. 15.*

REFERT Beatus Lucas, quod erant appropinquantes ad  
 Iesum publicani, & peccatores, vt audirent illum, & murmu-  
 rabant Pharisæi, & scribæ dicentes: quia hic peccatores recipit,  
 & manducat cum illis. Liberet nos Deus ab hominibus deprava-  
 torum viscerum, malitiæque repletis: qui omnia quæcunque vi-  
 dent, vitio vertunt: bonorumque hominum famam suis veneno-  
 sis linguis obscurant. Sanctus Ioannes dicit: vidi equos in visione,  
 & qui sedebant super eos, habebant loricas igneas, & sulphureas  
 & de ore ipsorum scilicet equorum procedebat ignis, & fumus, &  
 sulphur, & illis tribus plagis occisa est tertia pars hominum. Hi  
 equi sunt homines malæ conscientiæ, ac dissolutæ, effrænataeque  
 linguæ, qui se malis Angelis gubernari patiuntur qui, vt igne ma-  
 litæ candentes incedunt, sic & equos suos inflammant. Atque hi  
 equi Sathanæ siquidem non semper proximorum suorum famam  
 possunt comburere, ab eorum tamen ore fumus quidam teterri-  
 mus prodit, quo illam inficiunt, & denigrant. Tales erant hi in-  
 fœli-

*Apo. 9.*

foelices, à quorum oribus fumus, & ignis exibat, quo purissimam Saluatoris nostri Iesu Christi vitam, caelestemque doctrinam cōcremare, aut saltem obscurare conabantur. Diuinus autem Magister, qui est ille, de quo Moyses dixit illum facere potuisse, vt mel de petra, oleumque de saxo durissimo populus sugeret; ex horum malis bona modò nouit elicere. Et sic ex eorum malitia, quasi ex saxo durissimo diuinum hoc mel, suauissimumque oleū abstraxit; quæ sunt tres parabolæ ex dulcioribus, ac suauioribus totius Sancti Euangelij: scilicet parabolam pastoris perditâ ouē magno cum labore querentis: & mulieris euerentis totam domū quousque amissam drachmam reperit: & hanc filij prodigi, de quo nunc diuina aspirante Spiritus Sancti gratia sermonem faciemus: quæ quidem ad eò fecunda est: tantum que peccatoribus animum addit, vt sola eius litera posset pro integra concione sufficere. Peccatoribus (inquam) animum addit, illis videlicet qui efficaciter à peccatis suis exire concupiscunt. Quæ enim animū, aut consolationem possunt recipere videntes quam facile peccator hic veniam consecutus est, qui peccatis suis delectantur, & in illis commorari volunt? Hos vocat Beatus Paulus, inimicos crucis Christi: quia sunt inimici misericordiæ, & iustitiæ, in quâ resolutur crux Christi. Et si mihi liceret dicerem illos magis, quàm diabolos Christi Iesu Crucem odisse: nā diaboli eo quod admirabilem eius virtutem, & efficaciam cognoscunt, illam execrantur. Hi verò eo quod illam parui æstimant, eam contemnūt, & reijciunt: & idcirco omnes animæ affectus, quales sunt timor, amor, spes, & reuerentia &c. qui huic pretiosæ cruci debentur, tribuunt vitijs, quæ ipsa conatur euertere. Et id eò B. Apostolus hæc vitia, horum hominum Deos appellat dicens ibidem: quorū finis interitus, quorum Deus venter est, & gloria in confusione ipsorum. Notate verbum illud: quorum finis interitus. Hoc est, quod lapsum, & peccatū habēt pro fine, & hoc est quod expetūt, scilicet peccare & peccatum habēt tanquā Deū. Et gloria in confusione ipsorum. Id est, honoratur, & gloriantur in rebus, de quibus eos confundi & erubescere oporteret. Et id eò via ad arstemandā hanc Dñi misericordiā, qua hoc S. Euangelium plenum est; est cognoscere infœlicem peccati statum, à quo nos hæc diuina misericordia liberat. Vniuersa huius parabolæ mysteria explicare longum quidem esset, & malè manderetur: & sic non afferret tan

Dent. 32.

Phil. 3.

6 tam vtilitatem. Aliquot tamen principales locos illius tractabimus, qui nobis conducibiliores sunt.

Primum igitur videamus ex quibus radicibus, & principijs huius adolescentis malū dimanauit, & per quos passus in tantā perditionem deuenit. Per hūc enim adolescentem vnusquisque peccatorū significatur. In sacris literis qui facit pueritias, & dissolutē atque inordinatē viuit, licet diebus sit longeuus, iuuenis tamen, ac puer appellatur: & sic dixit Deus per Esaiā, puer cētū annorū morietur, & maledictus erit. Qui autē virtutes operantur prudenter que, ac sapienter viuunt, quanuis sint iuuenes, dicuntur senes. Ita Sapiens dicit: senectus enim venerabilis est non diuturna, neque annorum numero computata. Cani autem sunt sensus hominū: & atas senectutis vita immaculata. Et prima radix, ex qua plurimi adolescentēs perduntur, est quam assignat hīc Sanctum Euangelium dicens: *Pater da mihi portionem substantiæ quæ me contingit.* Ac si diceret adolescens ille: pater iam est tempus in quo ego mei ipsius dominus sim; & ab omni subiectione liberum, & immunem me videam. Ego portionem substantiæ, quæ me contingit, liberè, & ad libitum volo consumere. Hoc significant verba illa: *Da mihi portionē.* Daniel Propheta vidit furentē leonā exeuntē à mari, quæ nulli parcebat: & alas habebat aquilæ. Et obstupēda quedā res inde secuta est: scilicet: *Aspiciebā (inquit) donec euulsa sunt alæ eius. Et sublata est de terra, & super pedes quasi homo stetit: & cor hominis datum est ei.* Quæ est hæc ferocissima leonæ, quæ nemini parcat, nisi iuuentus? Alæ autē huius leonæ sunt libertas. Quādiu habet alas ad neminē respicit; nihil in eius conspectu permanēs consistit. Adolescentēs si sunt liberi, & absque subiectione, Deus me liberet ab eis. Vis o pater vt adolescens filius tuus in se reuertatur; & existens homo desinat esse leo immanis, ac furiosus? Adime eius alas & libertatem: tuo, & non suo consilio gubernetur. Hieremias Propheta comminationem quādam dicit, quæ est ad aliud propositum posita fuit, eius tamen verba hīc optimè congruunt. *Eccē (inquit) prædico vobis libertatem: ait Dominus: ad gladium, ad pestem, & ad famem. Id est, eccē ego vos moneo viam, per quā tanta pestis, ac malorum multitudo venit, esse libertatem. Habes passer culum in custodia, cuius cum nature proprium sit volare; instantissimè innititur illinc exire, frangit vnam virgam, & exit valdè lætus, conscendit in arborem, ibique*

Esai. 65.

Sap. 4.

Dani. 7.

Hier. 34.

simile.

garru

garrulans commoratur. Quando autem minus arbitratur, venit aquila, aut ardea, siue alia auis rapax, & incidit in eum, illumq; apprehendens percutit & occidit. O passercole, passercole quam melius ibi erat in custodia. Etenim licet vincetus, & sine libertate, cibum tamen habebas cum securitate: nunc autem nec cibum, nec vitam habes. O adolescentes quam ad simile representat hoc quod vobis quotidie accidit, in domibus parentum vestrorum. Habetis cibos, & occasionem seruiendi Deo, & videtur vobis eius domus custodia, & carcer, magnoperè desideratis, ac dicitis: quomodo ab hac seruitute exibo? & tandem abitis. Venit postea auis quedam rapax; venit occasio, & perdimini. O frater, aut soror quam conducibilior tibi esset libertate subiectio, ne totum vitæ tuæ tempus cum ignominia traduces. Terribile, ac formidolosum Dei supplicium est, quod dicit per Prophetam his verbis: dimisi eos secundum desideria cordis eorum: ibunt in adinventionibus suis. Maximum supplicium est quod te finat Deus abire quod vuleris, secundum desiderium voluntatis tuæ. O fratres charissimi per reuerentiam, Dei vos rogo, ne libertatem expetatis: est enim radix ex qua plurima mala proueniunt.

*Et diuisit illis substantiam.* Et hoc significat, Deum cum vniuscuiusque voluntate concurrere: non autem illam ad malum inclinat. Largitur pecuniam, non verò consiliū. Ad bonum autem largitur vires, & voluntatem inclinat, dat pecuniā, & consiliū. Et sic filio prodigo quum vellet abire, dedit pecuniam non vero consuluisset, ut abiret. De hoc vide diuū Thomam. Cum hac libertate, & pecunia profectus est in regionem longinquam. Dixerunt duo exploratores, quos misit Iosue ad Raab: Qui ostium domus tuæ egressus fuerit, sanguis ipse erit in caput eius. Hoc possumus dicere filio abeūti à conspectu patris sui; & illius à quo reprehendi, & admoneri poterit, quod si malum ei contigerit, satis illo dignus erit. O in quot, ac quantā infortunia incidit adolescens hic; qui à domo patris sui egressus est, nec verò malis suis remediū inuenit, quousque; ad illam reuersus est. Figuræ, quas faciebat Dædalus, adeo pulchræ, ac perfectæ erant, ut mouerentur, ambularent, ac viuæ esse viderentur. Huius tamē motionis causa erat, quia funibus quibusdam alligatæ erant, quibus mouebantur; quibus deficientibus non mouebantur amplius. Sic plurimi propter honorum hominum consilia, & societates boni sunt: deficiente autem sancta conuersatione, statim exci-

*Psal. 80.*

*D. Tho. 1. p. 4. 19. arti. 9. Iosue. 2.*

*similc.*

excidunt, nec amplius commouentur. Quapropter fratres curate ne ab illis recedatis, ne sicut figuræ Dædali sine funibus maneat. Attēdite seruos Dei, suis sanctis exemplis, atque ad monitionibus imbecillos homines quasi funibus apprehendere, illosque in Dei ministerio incedere facere: qui quidem absque hoc auxilio ne passum quidem in via virtutis ambularent. Homo quidam cupiebat inimicum suum occidere: quod ut melius simularet, ingressus est in quandam religionem, cumque illa mala intentione introisset, bona religionum familiaritate, & exemplo concitatus, odium, quo inimicum suum prosequatur, amisit, atque in monasterio perseuerauit, & optimus religiosus fuit. Postquam autem homo à viris probis recedit magis audet diaboli eum concutere, & euertere. Quod significauit Dauid dicens. Amici mei, & proximi mei de longe steterunt, & vim faciebant, qui quærebant animam meam. Postquam (inquit) iusti, quibus cum ego conuersari consueveram, à me recesserunt, maiorem audaciam receperunt inimici mei diaboli aduersum me. Contra vero vnus homo ab altero malo magnoperè solet perverti. Idcirco dixit Deus Moysi: præcipe filiis Israel, & dic ad eos. Quando transieritis Iordanem intrantes terram Chanaan, disperdite cunctos habitatores terræ illius, &c. sin autem nolueritis interficere: habitatores terræ, qui remanserint, erunt vobis quasi clavi in oculis, & lanceæ in lateribus. Id est, illi vos peruertent, animasque vestras excæcabunt, efficiuntque ut sitis idololatræ, sicut & ipsi. O quam diuina exaggeratio: & quam ad literam hoc quotidie experiuntur, qui malis conuersationibus utuntur. O quam acriter reprehendit Iehu regem Iosaphat, eò quod iniquo regi Achab coniunctus fuerit, dicens. Impio præbes auxilium, & his, qui oderunt Dominum amicitia iungens: & idcirco iram quidem Domini merebaris, & Esaias asperè reprehendit Hebræos, quia cum gentibus conuersabantur, dicens: vinum tuum mistum est aqua. Sicuti vinum aquæ commistum virtutem perdit, sic etiam bonus malo coniunctus rectitudinem amittit. Talis fuit hic adolescens, cum malorum hominum conuersatione.

*Et dissipauit substantiam suam, viuendo luxuriose.* Hoc aduerbium, luxuriose, maximam quandam morum deprauationem, dissolutionem, atque impudicitiam denotat. Homo huic vitio deditus tam modicam verecundiam, & sensum habet, quasi immanis bellua. Præcepit Deus Moysi dicens. Tolle cunctos principes populi, & suspen-

*Psal. 37*

*Num. 33*

*2. Paral. 19*

*Esai. 1.*

*Num. 25*



suspende eos contra solem, in patibulis: vt auertatur furor meus 17  
ab Israel. Contra solem (inquit) vt siquidē publice peccarant, eo-  
rum supplicium omnibus innotesceret: quia cum Moabitidibus  
fuerāt fornicati. Cūq; vniuersus populus deploraret, atq; à Deo  
misericiadiā postulare, tantūq; de carnalibus hominibus suppli-  
ciū sumeretur: tūc, dicit ibidē sanctus textus: & ecce vnus de filijs  
Israel intrauit corā fratribus suis ad scortū Madianitidem vidēte  
Moysē, & omni turba filiorum Israel, qui flebant ante foretaber-  
naculi. Videte quæ bestia plus faceret, quàm tantam turpitudi-  
nem, tali tempore, & corā talibus ac tantis viris. Credite mihi: ni-  
mīa dissolutio, ac deprauatio in hoc peccato, est aliorū peccatorū  
pœna. Sic dicit Spiritus sanctus his verbis. Inueni amariorē mor-  
te mulierem, quæ laqueus venatorum est: & fagena cor eius, vin-  
cula sunt manus illius: qui placet Deo, effugiet illā: qui autē pec-  
cator est capietur ab illa. Ecce quot nominibus illam appellat. O  
miserū illum, qui in tales laqueos, & retia incidit, diligenter nota  
te quomodo hic vocat Spiritus sanctus dæmones venatores, vt si-  
gnificet quantopere perditionē nostrā, quasi venatores venatio-  
nis cupidi, cōcupiscūt: quorū laqueos dicit esse mulieres. Et super  
omnia animaduerte quomodo dicit: qui autē peccator est, capie-  
tur ab illa. Carnifex quo Deus vtitur ad peccata tua puniēda est,  
permittere, vt in mulierculę cuiusdā vanę manus incidas, vt quę  
cunq; voluerit tibi faciat & vix possis ab illa euadere: cūq; graui-  
tatē, atq; honorem tuū illius causa perditū videas, nec tamen illā  
effugias. Cūq; mille amarissimas potiones ab ea accipias, & repre-  
hendaris, atq; admonearis, nihil tamen istorū prodest. O mise-  
rum te! quàm meritō potes dicere. Hęc sunt peccata mea, quæ 17  
me in hanc tyrānidem induxerunt: meque in tam crudelē carcerem,  
sicut vnus mulieris manus incluserunt, atq; in hanc asper-  
rimam seruitutem adduxerūt. Signum est maximam esse tyran-  
nidem mulieris super hominem, siquidem Spiritus sanctus illam  
in peccatorum eius pœnam maximam assignat. Quando in fa-  
cris literis verba duplicantur, maxima fit exaggeratio. Et siqui-  
dem hic dicitur, laqueus, fagena, & vincula: maximam denotat  
exaggerationem, ingentemq; esse mulieris tyrannidē significat.  
Videte quantopere hoc verū sit, siquidē cum pos. it homo Sata-  
næ effugere, Christianus quidam dicit: non possum me ab hac  
muliere liberare: intelligo quippe illam esse diabolū.

Falsa

58 *Facta est fames valida in regione illa, & ipse cepit egere.* Hoc significat  
maximam esse famem vbi est peccatu. Patet. Detur regio, in qua  
non seratur, nec pluat, nec in ea sol oriatur, nec aliunde ad eam ali-  
menta ferantur; quomodo fieri potest quin in ea maxima vigeat  
fames? vniuersa anima commorans in peccato est huiuscemodi.  
Primum in ea nō feritur. Quid est ferere? virtutes opere exercere,  
ieiunare, orare, eleemosynam erogare. Sic seriebant sancti. Euntes  
ibāt, & flebant mittētes semina sua: qui sic ferit foelicē habebit au-  
gustum. Sic dicit Oseas, seminate vobis in iustitia, & metite in ore  
misericiadiæ. Misericordia Deus est, sic dixit Dauid: Deus meus  
misericiadia mea. Colligemus ergō, & metemus in ore Dei: cū di-  
xerit: venite benedicti Patris mei, percipite regnum. &c. quia esu  
riui & deditis mihi manducare. Ecce quomodo, quia opera iusti-  
tiæ seminamus, metemus in ore misericordiæ. Cū autē peccatores  
nō serant, ergō nō metent. Si quenquā ventū ferere videretis: non  
ne illi diceretis? O miser ventum feris? quid ergō metes nisi turbi-  
nem, atque tempestates? feris honores, gaudia, ac voluptates? vide  
igitur quid dicat Sanctus Oseas. Quia ventum seminabunt, &  
turbine metent. Et alibi: arastis impietatem, iniquitatem mes-  
sistis: comedistis frugem mendacij, quia quidcunq; ex pec-  
cato elicitur, est fraus, & mendacium. Præterea non oritur sol,  
nec pluit in conscientiam peccatoris. O Deus æterne quàm arida  
est anima in peccato? Amouet Deus radios suos ab illa, non  
pluit in illam gratia: qualis remanebit? Talis erat anima Davi-  
dis cū dicebat: anima mea sicut terra sine aqua tibi. Quia plu-  
uiam voluntariam segregabis Deus hæreditati tuæ. Anima verò  
commorans in peccato mortali est hæreditas Sathanæ. Videbitis  
animā, quæ prætermittēs vnū diē, in quo nō audiat missam, perdi-  
tā se, atq; peccatricē iudicat: & alia erit, quæ si semel missam audit,  
in totū annum illam sibi fatis esse dicit. Hoc cōminatus est Deus  
per Esaiam prophetam malam illam hæreditatem dicens: mada-  
bo nubibus ne pluant super eam imbrem. Sic etiam his nec con-  
cio, nec bonus sermo, nec bonum consiliū, nec bona familiaritas,  
nec denique quidquam bonum assidet. Omnia illis prætereunt,  
quasi nubes imbribus onustæ, quæ in aliam regionem exone-  
randæ vadunt. Vbi ergō hæc sunt omnia, meritō dici potest,  
famem, sterilitatem, atque vniuersam esse necessitatem. Non-  
ne meministis quod dicitur in libro Genesis, facta est fames in  
vniuers-

psalm. 124.

osea. 10.

psalm. 58.

matth. 25.

simile.

osea. 8.

osea. 10.

psalm. 142.

psalm. 67.

esai. 5.

gene. 41.

vniversa terra, nisi in Ægypto, vbi erat Sanctus Ioseph. sic est ve-  
rū, quod in omni loco est fames, nisi vbi est Iesus Christus filius  
Dei. Vbi hic habitat, illic est quies, saturitas, ac vera voluptas. Vbi  
autem non est, nihil aliud esse potest, nisi egestas, & inopia, atque  
idecirco adolescens iste cœpit egere. Beatus Chrysostomus super  
hunc locum verba quædam notatu dignissima dicit: Filiū data fe-  
cit egere sublatia, quæ diuitem seruabat negata: vt penēs se defi-  
ceret habendo, qui penes patrem abundauerat non habendo. Ma-  
ximū, atq; verissimū mysteriū est, hominē rebus illis esse diuitē,  
quæ sibi denegātur; pauperem verō illis, quæ conceduntur. Ecce  
hunc iuuenem, qui quia segregatus à patre in sua libertate voluit  
vivere, in tantam necessitatem deuenit. B. Augustinus dicit arbo-  
rem à Deo Adz vetitam, vocatam fuisse arborem scientiæ boni,  
& mali. Non quia fructus illius arboris proprietatem aliquam ha-  
beret, ad docendum: sed quia cūm Deus eam obedientiæ suæ ma-  
teriam fecisset, & legis: necessum erat, quod qui nollet bonū à ma-  
lo discernere, per præceptum descripturus erat experimentum;  
vt tangendo vetitum inueniret supplicium; & vbi primū ab illius  
superi patris obediētia recederet, suis proprijs malis intelligeret  
quod ipsius patris indulgentijs, atq; auxilijs noluit intelligere, &  
hoc est, cœpit egere. Ad quod etiam pensandum est, quod com-  
mendans Deus legis suæ obse: uaniam, addit dicens: vt bene sit ti-  
bi: potest enim vobis mundus extra Deum montes aureos polli-  
ceri: rerum tamen vicissitudo ita circumferetur, vt iādem cognos-  
catis, extra Deum nihil esse præter famem, tantamque penuriam  
vt porcarij esse compellamini. Hic etiam perpendit Chrysosto-  
mus, cari sitisse huic adolescenti porcarij munus, si quidem illud;  
vniversis diuitijs suis cōparauit. Et idē nunc nobis passim accidit,  
quia dato, & nō accepto pretio, miserē se homo vendit seruituti.

*In se autem reuersus &c.* Super hoc notandum est iā sacriliteris  
duas res reperiri, quæ contrariæ esse videntur. Altera est: hominē  
bonorum, conuersionisq; suæ causam esse. Altera est: sine Dei vo-  
luntate nec arboris quidem folium commoueri. Patet hoc; quia fi-  
des est donū Dei sicuti docuit B. Paulus dicens: gratia enim estis  
saluati per fidem, & hoc non ex vobis: Dei enim donum est. Non  
ex operibus, vt ne quis gloriatur. Et valde notandum est per mag-  
nam exaggerationem in sacriliteris iustificationem fidei attri-  
bui; non verō amoris, aut operibus: quasi significando quod debe-

ret esse impossibile, quin Deum tanquam Deum, ac Dominum  
ineffabiliaque beneficia, quæ ab illo accepistis, credentes, hunc bo-  
num Deum non amaretis, iudicando vbi est fides ibi etiam &  
amorem esse oportere. Et tamen sæpenumerò dicebat Christus  
Redemptor noster in Sanctis Euangelijs: fides tua te saluam fe-  
cit, & hæc est victoria, quæ vincit mundum, fides nostra. Ecce  
quomodo fides iam nostra, & donum Dei dicitur. Prætereā quid  
magis proprium est Deo, quàm peccata dimittere, peccatoresque  
ad se conuertere, atque illum à quodam luxuriæ, cupiditatisque  
igne abstrahere? Non minorem in hoc potentiam, quàm in Iesu  
Christo filio suo suscitando Deus ostendit. Et sic dicit Beatus  
Paulus, Non cesso gratias agens pro vobis memoriam vestri fa-  
ciens in orationibus meis, vt Deus, Domini nostri Iesu Christi  
pater, gloriæ, det vobis spiritum sapientiæ, & reuelationis, in ag-  
nitionem eius, illuminatos oculos cordis vestri, vt sciatis quæ sit  
spes vocationis eius & quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in san-  
ctis: & quæ sit supereminens magnitudo virtutis eius in nos, qui  
credimus secundum operationem potentiæ virtutis eius, quam  
operatus est in Christo, suscitans illum à mortuis. Attendite quo-  
modo dicit se Deum exorare, vt illis spiritum sapientiæ, & huius  
rei cognitionem concedat, & eorum oculos illuminet, vt vocatio-  
nis suæ magnitudinem sciant, diuitiasque probitatis, hæreditatis-  
que promissæ & magnitudinem potentiæ Dei in adducendo nos  
ad cognitionem sui; quæ quidem non minor est, quam ea, quæ  
usus est cum Iesu Christo filio suo, suscitans eum à mortuis. Et  
licet hoc tam sublime, diuinæque omnipotentis proprium sit  
opus: per Zachariam tamen dicit: conuertimini ad me: ait Do-  
minus exercituum, & conuertar ad vos: dicit Dominus exerci-  
tuum. In quo videtur conuersionem hominis opus appellare. O  
ineffabilem Dei probitatem! equis huius tanti, tamque boni  
Domini amore non capitur? Scitote fratres quod attribui peccā-  
toris conuersionem aliquando homini, aliquando Deo, est vr-  
banum se Deum erga hominem ostendere sicuti cum duo viri pa-  
ris conditionis conuiescunt: Tu hanc rem præclaram fecisti: di-  
cit alter: non feci, sed tu fecisti: tanti Deus hominem æstimat, vt  
ei dicat: Tua est fides: tua est conuersio. Quod est plusquam cæ-  
lum terramque creare. Non est mea fides, neque conuersio Do-  
mine; sed tuæ diuinæ potentiæ. O mirificam considerationem,

Chrysost.

August.

Deut. 5.  
12.

Chrysost.

1ph. 2.

1. Ioh. 5.

Eph. 1.

Zacha. 1.

quòd attribuit sacra scriptura Dei potentiam homini, vt illum  
honestet. Atque etiam dicitur homo se conuertere, quia ipse cum  
liberi arbitrij libertate concurrat: quanuis Deus illum ad hoc com-  
mouet, sicut vsus est cum hoc peccatore mittēs famē, qua torque-  
retur: eiusq; mentem illuminans, quòd peccatum suum cognosce-  
ret: patrisq; sui bonitatis recordaretur, & sic ad conuertendum se  
ad illum animaretur. O fratres charissimi si quis hīc adest sicut hic  
iuuenis, qui sit extra domum patris sui porcos depascens: erube-  
scite passionū sensuumq; vestrorum seruos esse, & perinde Satha-  
nā obedire. Attendite quātum temporis sit; ex quo vos Deus per  
prophetam Dauidem inuitat cum dicit: conuertantur peccatores  
in infernum & alibi, conuertantur, & erubescant valdē velociter.  
O admirabilem exaggerationē quòd vocat Spiritus sanctus sta-  
tum peccati mortalis infernum. Et sic dicit: erubescant iam pecca-  
tores, qui in isto inferno commorantur, & conuertantur valdē ve-  
lociter quia mox etiam, sero est: ò ineffabilem Dei probitatem!  
quā singularare est hoc exemplum hominibus cupidis vitionis:  
etenim cum Deus sit in omnibus offensus, ipse tamen ad oīa no-  
stra venit, nosq; vt pacem amplectamur, in eiusq; amicitiam re-  
deamus, deprecatur. Si qui aliū læsit, aut seruus, qui Dominū suū  
offendit, veniā petiturus accederet, intercessoresq; ad illam impe-  
trandam adhiberet; iustitia, & ordo seruari videretur. Læsum au-  
tem, & dominum infinitæ maiestatis ab offensore suo pacem ex-  
poscere, atq; vt faciem suam ad eum conuertat: hoc humanum iu-  
diciū à suis terminis abstrahit. Hoc igitur significat: conuerta-  
tur peccator, &c. Non obliuiscatur bonus pater laboris filij sui:  
& idē illum fame, atq; inspiratione iussit accersiri. Hoc signi-  
ficauit Deus per Hieremiam Prophetam dicens: recordatus sum  
tui miserans adolescentiæ tuæ. Multum prodest quenquam ali-  
quando bonum fuisse in altiori enim peccatoris somno, ac maio-  
ribus peccatis, recordatur Deus illum aliquando bonum fuisse,  
& in via eius ambulasse. Idcirco (ait Dominus) volo tibi auxilia-  
ri saltem quia aliquando fuisti meus, & domi meæ vixisti; atq; ue  
aliquid in te habui.

*Et surgens venit ad patrem suum.* Iā cogitare potestis quā horri-  
dus, im mundus, ac defiguratus veniret. Bonus autē pater illi aper-  
tis brachijs obuiam exiit; & cecidit super collum eius. Habet Do-  
minus auiculam in manu, si forte ab eo fugit, quā sollicitē il-  
lam

*Psal. 9.*  
*Psal. 6.*

*Hier. 3.*

*simile.*

30 lam perquirat, & insequatur, vt eam recuperet: quæ si ad eius ma-  
nus reuertitur, non illam exasperat, nec cædit, sed illam optimē  
tractat, ac cibatur, vt si aliquando iterum ab eo recesserit, indulgen-  
tius, ac beneficijs attracta, ad eius manus redire meminerit. O fra-  
tres quā sollicitus incedit Deus peccatorem quærens, qui eius:  
manus aufugit: & cum venit, non eum exasperat, sed mitissimē,  
atq; suauissimē recipit, delicatēq; tractat meliores illi cibos, quos  
habet præbēs: siquidē semetipsum ei præbet. Ecce quo modò huic  
indulget. Quomodo eū indui iubet, illiq; conuiuium facit. Cito  
proferte stolam primam. Cum Dauid victoriam à Philistæo re-  
portauit, vt rufficis, & agrestibus pastoris vestibus veniebat indu-  
tus, vestijt illū Ionathas vestibus suis regijs, quibus ipse erat orna-  
tus. Et ita dicitur ibidē. Conglutinata est anima Ionathæ, animæ  
31 Dauid, & dilexite eū Ionathas quasi animā suam. Nā expoliavit  
se Ionathas tunica sua, qua erat indutus, & dedit eam Dauid; & re-  
liqua vestimenta sua vsq; ad gladium, & arcum suum, & vsq; ad  
balthēū, quo erat præcinctus. Hoc facit quotide Iesus Christus  
cū verē poenitentibus, qui lapidibus doloris ex cordis sui pera de-  
tractis, dæmonē vincūt, peccatūq; occidunt: etenim sordidis vi-  
tiorū vestib<sup>9</sup> illos exuit, pretiosiq; inducētis; quæ sunt diuina ei<sup>9</sup>  
dona, exornat, atq; ad mēsam suā inuitat. Sic pollicetur per Esaiā  
prophetā dicens: sustollā te super altitudines terræ, & cibabo te hē  
reditate Iacob patris tui. Hęc eleuatio nō est corporalis, sed spiri-  
tualis. Sicuti homo à Deo diuinis donis locupletat<sup>9</sup> super omnia  
terrestria subleuatur. Qui reperit pretiosos cibos statim glandes,  
quæ sunt porcorū escæ, à manib<sup>9</sup> dimittit. Ita etiā qui à Deo inui-  
tatur ad pretiosos eius cibos, cum dulcedine, ac suauitate cœlesti;  
quæ est hæreditas Iacob, per quē vniuersi iusti intelligūtur. Et sic  
dixit Angelus: regnabit in domo Iacob in eternū, id est, in iustis.  
Hęc igitur hæreditas Iacob, qui sunt iusti, est cælū. Et his cœlesti-  
bus saporibus, atque suauitatibus depascit Deus conuiuas suos.  
Filius autē maior, qui semper in patris sui obediētia perseuera-  
rat, videns quanto cum gaudio, atq; festiuitate pater suus perdi-  
tum filium exceperat, indignatus est. Sed pater pijsimus suauis-  
simus, ac mollibus verbis eum mitigare curauit. Vt enim dicitur:  
responso mollis frangit iram: sermo durus suscitāt furorem.  
Et quanuis eum pater placabat: ipse tamen conqueri non cessa-  
bat dicens: Ecce tot annis seruis tibi. &c. Sed postquam filius tuus hic.

*1. Reg. 18.*

*Esai. 58.*

*simile.*

*Luc. 1.*

*Prout. 25.*

T t 2 Per-

Perpendite quomodo dedignatus est dicere: frater meus: sed dixit: filius tuus. Pater verò vt filium ad fratris sui amorem inclinaret, non dixit ei, filius meus: sed frater tuus quò illum alliceret, vt eius bono, & reditu gauderet. Filius vt patris tui in fratrem furorē concitaret, dicebat ei: *Deuorauit substantiam suam.* Sed pater, vt filium ad fratrem suum diligendum concitaret, dicit illi: *Frater tuus hic mortuus erat.* Non videbatur hic frater per viam Moyfi ambulare: cui cum Deus diceret: descende peccauit populus tuus. &c. respondit dicens: cur Domine irascitur furor tuus contra populum tuum? Deus illum vocat populum Moyfi, vt nequam eius curam deponeret: Moyfes verò populum Dei illum appellat, vt eum ad populi compassionem, atque amorem alliceret. Tales oportet esse orationes nostras, quibus Deum ad misericordiam, non verò ad iracundiam populi prouocemus: exorantes vt illius curam gerat: siquidem suus est. Aduertamus ergò fratres charissimi hanc parabolam directam esse ad hoc, vt maximam Dei misericordiam cognoscamus: atque ex illa fructum percipiamus; omnesque peccatores ad hunc diuinum patrem conuerti cupiamus; & non solum non indignemur, sicuti faciebant pharisæi propter remedium peccatorum: sed nosmetipsi diligentissimi ministri huius pij operis simus, non cessantes die, noctuque illos docere, & admonere, vt à peccatis suis exeant, atque ad coelestem patrem suum conuertantur. Ezechielis dixit Deus: & tu fili hominis sume tibi laterem, & pones eum coram te, & describes in eo ciuitatem Hierusalem. Res mysteriosa fuit Deum Sancto Prophetæ præcipere, vt in terreo latere ciuitatem describeret. Hoc fecit ad significandum, licet proximus tuus sit later, & terra: te tamen in eo imaginem quandam illius coelestis Hierosolymæ posse depingere. Quòd cum ita sit frater charissime, ne defatigeris in hoc sancto opere: admirabile namque lucrum est in perdita anima curanda, & adiuuanda, vt à peccato exeat: Dominus, ac Deus pater luminum nos illuminet. Vt omnes efficacissimè hoc facere sciamus; siquidem est opus tam meritorium gratiæ, atque gloriæ: ad quam nos perducatur Iesus Mariæ filius. Amen.

Domi-

## i Dñica. III. In Quadragesima.

*Erat Iesus eiciens demonium, & illud erat mutum.*  
Luca, ii.



**I**N HOC Primo verbo detegitur error maximus, qui versatur in mundo. Venit prædicator quidam in hunc populum vitiaque euellere, diabolosque, qui peccatoribus dominantur, conatur expellere, & ad hoc videbitis eum libros euoluere & videre quid dicat talis doctor, aut talis propheta, &c. Et videbitis eum in pulpito proclamantem, & quasi effudentem viscera; totumque munus suum iam confecisse existimat: cum tamen præcipuum prætermiserit: etenim ante quam librum aperiret, nec literam legeret, oporteret eum ante Iesum Christum verum animarum medicum se prosternere, humillimèque ac confidentissimè illum exorare & dicere Domine tu, qui me in hunc populum venire decreuisti; atque hoc munus exercere voluisti: per labores, & amorem, quo horum, qui me audituri sunt, animas redemisti, te suppliciter deprecor, vt mentem meam illumines, quò intelligam quid spirituali eorum saluti conducibilius sit. Dirige linguam meam, efficaciaque mihi verba concede, vt quod illis magis profuturum est, dicam: eorum corda mollifica, vt in eis tua coelestis doctrina imprimatur. Dicitur cuidam prælato: Aduerte illum hominem turpiter, ac flagitiosè viuere, cuius tu rationem redditurus es: attēde tibi de celo proclamari dicēdo illud Ezechielis: Tu fili hominis speculatore dedi te domui Israel. Si eo quod illū non admonueris in iniquitate sua morietur; sanguinē eius de manu tua requiram. Videbitis quomodo prælatus statim diligentiam adhibet, considerans, quomodo eius vitia probabuntur; alios huc, alios illuc mittit ministros, vt puniatur delinquens: præcipuū verò prætermittit, quod est ad verum pastore confugere: cui æternus pater virgam, & potestatem tradidit super cælum, & terram, & dicere illi, tu Domine Deus meus es omnipotēs, nisi tu ouē hanc, quam perditam credo incedere illuminaueris, & in viam tuam direxeris, quid ego facere poterō? venit confessarius, & sedens, hunc, & illum audit, ac re-

Tom. j.

Tt 3

prehen-

Exod. 32.

Ezech. 4.

Ezech. 33.

prehendit, &c. Et omnia, quæ debuit se fecisse arbitratur, & tamen præcipuum reliquit, quod est antequam auditorus accederet, se coram Iesu Christo prosternere & dicere: Domine Deus meus, qui vt Sãctos Apostolos tuos auditores pœnitentiarios institueres Spiritum sanctum tuo diuino flatu in illos infudisti, vt ego cognoscerem, nisi tu hos flatus nobis immiseris, nec illos animarum suarum vulnera esse detecturos, sicut oportet, nec me præbiturum esse necessaria medicamenta: per tua diuina vulnera te deprecor, vt tuis cœlestibus auxilijs nobis spirēs, vt hanc rem optimè perficere valeamus. Es tu paterfamilias, & vides in liberis tuis quoddam malum: statim vociferaris, statim rixaris: nec scis prius in angulum domus tuæ te recipere, dicens: pater æternæ, tu, qui es verus pater horum liberorum, quos mihi dedisti, tu, qui per tuum vnigenitum filium nos docuisti, vt te patrem pleno ore vocarem, dicentes: pater noster: occurre Domine malis iniurijs, quæ in his pueris animaduerto. Hinc sequitur quod cum prædicatores prædicemus, & proclamemus, parum tamen, aut nihil proficiamus: & cum prælati, atque gubernatores magnam diligentiam adhibeant, paucis tamen, aut nullis vitijs obuiant. Et cum auditores pœnitentiarij sæpenumerò, & multis annis vnos, & eosdem homines audiant, nec tamen illos meliores efficiant. Et sic de singulis. Venite igitur fratres, & hanc admonitionem audite.

*Erat Iesus eijc.ēs dæmoniū.* Nec verò quisquā discipulorū eius sed ipse met illū expellebat. Qui diabolu eiecturus est, animæq; remediū adhibere potest est Iesus Christus; qui nisi huic operi manus applicuerit, in casū sunt labores, diligentieq; vestrę. Quando ergò aliquē peccatorē dæmoniacū curare volueris; prius ad Iesum Christū crucifixū cōfugite. Veni mecū (dicite) Dñe potestātū, cordiū depredator, atq; voluntatū strenuus excitator: sine te enim labor & diligentia nra erit quasi aerē verberare. Ideò B. Paulus dicit: sic pugno, nō quasi aerē verberās. Sēper enim diuinū auxiliū secū deferre curabat & S. Iob. Quis potest facere mundū de igne mundo conceptū semine: nō ne tu, qui solus es? Quomodo igitur tu hoc opus sine diuino auxilio conaris efficere? O patres mei si ita animarum correctio ageretur, quot animæ a peccato exiret? Quū Deus vniuersam terrā diluuiō purificare voluit: rupti sunt omnes fontes abyssi, & cataraçtę cæli apertę sunt. Itaq; cœlestibus

I. Cor. 9.  
Iob. 1. 4.

Gen. 7.

bus, terrestribusque aquis facta est purificatio. Sic etiam ad purificandas animas cœlestia auxilia oportet inuocari, quibus terrestres diligentie debent commisceri. Sic faciebat Sanctus Dauid, *psalm. 50.* qui dicebat: spiritu principali cōfirma me. Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur. Exit agricola in arē, vt triticum ventilet, granūq; in vnam, & paleam in aliam partem iniiciat; sed cū videat ventū non flare, reuertitur domū suā. Ecquid reuertis? ait ille, quia cū tanto calore sine venti flatu, frustra erit triticū ventilare. O diuine flatus, o ventus Spiritus Sancti nisi tu spiraueris, frustra sunt diligentie nostrę, nec granū a palea sufficiēt segregare. Hoc est peccatorē a peccatis suis nō poterūt reuocare.

*Et cum eiecisset dæmoniū &c.* Sciendum est vobis; neq; Angelū, neq; diabolu in animæ substantiam, & essentiā posse introire: hoc enim soli Deo competit. Pro quo est notandum, quod quę admodum in rebus corporalibus videmus vnum corpus non posse aliud penetrare, nec in illud infundi, id est, vnus lapis non potest in aliū lapidem introire, nec lignū in alterius ligni substantiā potest infundi: sic etiam res spirituales non possunt vna in alterius essentiā infundi nisi solus Deus. Etenim quemadmodum lux & solis radius in crystallo, vt in clarissima aqua illā penetrat, ac clarificat sic etiam Deus in animæ, siue Angeli essentiā indibili quodam modo infunditur & illā illuminat, atque clarificat. Itaque vnus Angelus non in alium quidem Angelum, neque in animam valet introire. Et sic Dauid dicit: immittit Angelus Domini in circuitu timentium eum. Et textus Hebræus dicit: Angelus Domini ponit castra sua in circuitu timentium eum, quod est idem, quod immittit. Id est, operationes suas, atque diligentias in circuitu animæ facit, veruntamen in illam nequit introire. Et idem necessariò de diabolis dicendum est: qui licet in animam ingredi nequeant, possunt tamen in ea multas operationes cauare. Et sic Dauid dicit: intrauit sicut aqua in interiora eius. Accidit vobis in hyeme aqua frigida manus abluere, & dicitis: proh Deum immortalē, quomodo hæc aqua me penetravit. Quomodo fieri potest te ab aqua fuisse penetratum, siquidē extra palmam remansit? volo dicere. Humiditatem, & frigiditatem aquæ me penetrasse, & intra venas ingressam fuisse: sic dæmon dicitur in animam introire, quia eius frigiditas, malitia, superbia, ac denique turpitudine in illam ingreditur. Hæc est

*simile.*

*simile.*

*psalm. 33.*

*psalm. 108.*

*simile.*

pura veritas. Intrauit sicut aqua in interiora eius. Interius hominis est anima, quæ quidē diaboli qualitates in se recipit, & demoniaca remanet, atque quodam modo effecta diabolus. O peccatū quot mala gignis in anima, & quā parū sentiuntur. Dixit Christus redemptor noster. Videbam Sathanam sicut fulgur de celo cadentem. Non solum voluit in hoc significare Dominus impetum, quo præcipitatus cecidit, sed perditionem etiam, ac detrimentum, quod in anima operatur. Sicuti si fulgur in gladium incidit, ferrum in cinerem conuertit: vaginam indemnem relinquens, ac si nihil vnquam tale contigisset. Sic cadens dæmon cum sua malitia animam per peccatum occidit, nec verò hæc mors exterius apparet in carne: quia tam pinguis, ac decorus sicut antea remanet. Et ex omnibus malis, ac in cōmodis, quæ diabolus in hoc homine fuerat operatus, quæque in omnibus corporibus, quibus potest, efficit, præcipuè animabus intendit officere, illasque perdere conatur: sicuti viceuersa quæcunque Deus corpori beneficia confert, sunt propter animam: diabolus autem corpora contorquet: vt patientiam, atque virtutē animæ amittant. Quot mala fecit corpori S. Iob, fuerunt, vt inde in animam defluerent. Permissit illa Deus, vt ex hoc intelligeremus tot mala diabolū in anima operari, quot nulla hominum lingua poterunt explicari. Denique ita desolata, atque diruta remanet huiuscemodi anima, sicuti dixit Esaias remansuram esse Hierosolymam his verbis: relinquetur filia Sion sicut vmbra culum in vinea: & sicut tugurium in cucumerario: & sicut ciuitas, quæ vastatur, quale remanet tugurium vindemiata vinea, aut cucumerario, totum dissipatum, & effectum serpentium atque immundorum animalium domicilium, & qualis remanet ciuitas cum primum hostes illam dissiparunt, omnes muri eius euerfi, turre combustæ, domus deprædata, incolæ interfecti, viæ denique cruore perfusæ quā miserabilis esset visu celebris quædam, atque opulenta ciuitas postquam ita diruta, atque dissipata esset. Cum enim etiam dictū sit miserabilis, quid esset & visu: dō si Deus nobis permitteret, vt animam videremus postquam Sathanas illius dominatus est, eiusque virtutem, ac gratiam diripuit. Proculdubio peccator à semetipso fugeret, & in quem locum se reciperet, penitus ignoraret. Qui ergo omnibus his malis eam liberaturus est, hic est Christus Iesus dissolutor, atque euerfor operum diaboli.

Quam-

13 Quamobrem ad ipsum oportet vos confugere, atque instantissime exorare, vt in animabus vestris operetur, quod in hoc corpore operatus est, & dicatur.

*Erat Iesus eiciens demonium, & illud erat mutum.* Res vtiq̄ mirabilis, quod sit diabolus, & sit mutus: quis vnquam tale perspexit? Dicitur mutus ab effectu, sicuti Spiritus sanctus nomen assumit à bono, quod in anima operatur (vt Esaias ait:) Requiescet super eum spiritus sapientiæ, & intellectus spiritus consilij, & fortitudinis; spiritus scientiæ, & pietatis; & replebit eum spiritus timoris Domini. Omnia hæc nomina sibi v̄dicat Spiritus sanctus, quia omnes has virtutes in anima operatur. Spiritus fortitudinis, quia fortificat, & vires tribuit: spiritus consilij, quia consilium præbet: spiritus timoris, quia sanctum quendam Dei timorem in anima 14 gignit: & sic de alijs. Sic dæmon nomen assumit à malo, quod efficit in homine. Dicitur mutus, quia quosdam facit obmutescere. Alteri dixit Christus Redemptor noster: Obmutescere, & exi de homine. Quia erat loquax, & hominem loquacem reddebat, in quo morabatur. Valdè notandum est hunc hominem fuisse cæcum, surdum ac mutum, & contentus est Sanctus Euangelista dicere illum esse mutum. Hoc autem fecit ad significandum, quod diabolus præcipuè intendit, esse, nobis ora concludere, ne peccata nostra confiteamur. Quando quis ludit folijs pictis, nihil est molestius, neque intolerabilius aduersario eius, quā quenquā nutu, siuè expressis verbis illum admonere, quot puncta alter habet, aut quot chartas bonas: ne sic quæ iā fuerat lucratus, amittat. Sic etiam diabolus, qui in huius vitæ ludo animam tuam lucratus est, magno dolore, ac molestia afficitur, videns te cum confessore tuo tanquam cum spiritali patre, & socio loqui, & contritionis signa ostendere, & puncta, id est peccata quæ habes, illi demonstrare. Sic enim ludum iterum lucraberis, & animam recuperabis: ipse verò quod fuerat lucratus, amittet: atque idcirco aduersus hoc sanctum Sacramentum tantopere laborat. Custos carceris non multa molestia afficitur, licet qui in carcere detinentur, intra carcerem solutis pedibus, ac manibus incedant, hoc autem diligentissime curat, scilicet, ostium semper esse conclusum, ne abire possint. Sic etiam diabolus non multum æstimat, quod peccatores solutas habeant manus, eleemosynasque largiantur, aut pedes liberos habeant, & stationes ambulent, & templa visitent. Hoc

Te 5 verò



*Isai. 52.**simile.**psalm. 98.**Marc. 7.**Ecclef. 4.*

verò maximè curat, vt semper ostium sit clausum: id est, ne os ad  
 puram, integramque confessionem faciendam aperiatur. Solue  
 vincula colli tui captiua filia Sion; quia hæc dicit Dominus: Gra  
 tis venundati estis, & sine argento redimemini. Notanter dicit  
 Propheta: Colli tui: quia inter omnia vincula vinculum colli est  
 periculosius: licet enim latro ligatos habeat pedes, manibusque  
 sit vinctus adhuc spem habet euadendi mortem. Cum verò col  
 lum eius fune alligatur, statim se mortuum esse ducit. Sic etiam  
 etsi peccator manibus, ac pedibus esset deuinctus, non tantum ei  
 officeret, quàm officit diabolus collū eius retinens alligatū, ne  
 peccata sua cōfiteatur: quæ si purè ac integrè confiteretur, cæteris  
 malis remediū adhiberetur. Idcirco affectuosè deprecabatur Da  
 uid Deū, dicēs: Non me demergat tēpestas aquæ, neq; absorbeat  
 me profundū, neq; vrgeat super me pute<sup>9</sup> os suū. Desine (inquit  
 Propheta) mihi Dñe aliquod respiraculū, ne me peccatorū meo  
 rum aqua penitus cooperiat: sit locus mihi, per quem respirem, &  
 suspirem misericordiam à te implorans. O quàm miserabilis est  
 visu anima dæmoniaca, & muta. Refertur hominem quandam  
 mutum, ac surdum Domino fuisse oblatum. Et apprehendens eū  
 (ait Sanctus Euangēlista:) De turba seorsum, &c. Suspiciens in  
 cælum ingemuit. Ex intimo viscerum suorum suspirium protu  
 lit. Obstupenda res est, quòd cum Iesus Christus filius Dei ad  
 columnam vinctus fuerit, verberumq; diluuiō coopertus, quous  
 que per sanctissimum eius corpus riuī sanguinis defluerunt: nec  
 tamen legitur illum suspirasse, aut conquestum fuisse. Videns  
 autem hunc miserum hominem suspirat, tantique doloris  
 signa manifestat. O Christe vere hominum amator, dic no  
 bis Domine, quodnam hoc mysterium. Dico quòd miseriz  
 nostræ considerationem, quæ per illum mutum repræsentaba  
 tur; & videre quàm debiles, atque impotentes ad remedium  
 nostrum quærendum manemus, & quàm parui hanc miseriam  
 æstimamus: hoc dolebat filius Dei, & ob hoc suspirabat, ac fle  
 bat: animaduertens peccatum tanto obstupore animam adim  
 plere, vt eam torpescere, atque obmutescere faciat. O fratres  
 dilectissimi, per charitatem Dei vos rogo, vt desinat iam esse  
 muti, & summa animi contentione Iesum Christum exoretis,  
 vt à vobis Sathanem expellat, hic est enim, qui vos mutos red  
 dit. Dicit enim Spiritus sanctus: Non confundatis confiteri  
 peccata

peccata tua. Peccata facere, non verò confiteri debes erube  
 scere. Necessarium est enim vulnus ostendi, vt curetur. Vata  
 blus addit hic dicens: Nec aduersus cursus fluminis conten  
 das. Sunt peccata iam in ore, & volunt exire, ac defluere: ve  
 recundia verò opponitur quasi obstaculum, ne defluant. Di  
 rumpe igitur istud retinaculum, & desine illa ita defluere, vt  
 ne quod remaneat. Ne sis similis infœlici illi Pharaoni, qui  
 cum se plurimis verberibus cerneret afflictum, dixit: Peccaui,  
 Dominus iustus: & ego, & populus meus impij. Hebraei le  
 gunt hic: Peccaui hac vice, vel peccaui nunc. Non vult infœ  
 lix aliud peccatum, præter præsens cognoscere. Sic sunt plu  
 rimi peccatores, qui nulla alia peccata volunt cognoscere, nisi  
 ea in quibus actualiter comprehenduntur. Et quando pecca  
 tota confitentur, de ijs tantum modo mentionem faciunt, quæ pau  
 cis ante diebus commiserunt. Cætera namque, quæ in toto  
 anno perpetrarunt per negligentiam suam obliuioni tradita re  
 linquunt, ac si hoc parui interesset. Ne sis tu ita frater; sed om  
 nia illa in memoriam reuoca, & cum dolore, ac confusione  
 animæ tuæ pronuncia. Secundum optimè dixit Pharaō si il  
 lud corde diceret: scilicet, Dominus iustus, &c. Ita dixit  
 Daniel Propheta. Tibi Domine iustitia: nobis autem confu  
 sio faciei. Alij peccatores sunt, qui siquidem peccata sua con  
 fitentur, habent auditores pœnitentiarios, quasi stipendio  
 conductos, qui per omnia prætereunt, nec eos alicuius sceleris  
 reprehendunt. Etenim quomodo fieri posset, quòd cum tot  
 sint homines mali, omnes absoluarentur, nullus tamen à via sua  
 mala resipisceret: aut illi auditoribus pœnitentiarijs mentiti sunt,  
 aut auditores dissimularunt: Michas sacerdotem quandam con  
 ductum habuit, qui pro stipendio quòd ei præbebat, omnia  
 eius peccata simulabat, etsi Idolum Michas habebat, quod ado  
 rabat. Et cum hoc se nimis sanctificatum esse iudicabat; & di  
 cebat: Nunc scio, quòd benefaciet mihi Deus habenti Leuiti  
 ci generis sacerdotem. In illa idololatria quiescebat, dicens sa  
 cerdotem esse bonum ac sapientem: quia dissimulabat peccatū  
 illud, fierique licere innuebat. O quantopere querebatur Deus  
 de malis sacerdotibus per Ezechielem Prophetam, dicens: Ecce  
 ego ad vos, dicit Dominus, & erit manus mea super Prophe  
 tas, qui vident vana, & diuinant mendacium: eo quòd deceperunt  
 populum

*Vatablus.**Exod. 9.**Daniel. 9.**Iud. 17.**Ezech. 13.*

Jo sue. 7.

Num. 22.

populum meum, dicentes: Pax, & non est pax, & ipse edificabat in parietem: illi autem liniebant eum luto absque paleis. O patres sacerdotes per zelum illum, & amorem, quo Christus Iesus filius Dei hoc diuinum sacramentum instituit, vos iterum atque iterum ante singulorum pedes consternatus exoro, vt fidelissimè ac purissimè hoc sacrosancto munere fungamini, animarum remediū maximè exoptantes: quòd si peccatores mutos videritis: charitatiuè, & mitissimè illos interrogate, vt veritatem reuelent. Vt Acham filius Carmi peccatum suum reuelaret, ei dixit S. Iosue suauissimis verbis: Fili mi da gloriam Domino Deo Israel, & confitere, atque indica mihi quid feceris, ne abscondas. Et statim delinquens respòdit dicens: Verè ego peccaui Domino Deo Israel, & sic feci, &c. Ecce quomodo delinquens mansuetudine sancti Iosue commotus fuit: sic vos facere oportet o patres mei. Et postquam ista mansuetudine effeceritis, vt peccata sua manifestent, pœnitentes docere debetis, vt peculiariter peccatum hoc doleat, scilicet, quòd peccata sua operire voluerunt. O placeat altissimæ Dei Maieitati, vt siquidem aliqui vestrum huc vsque obmutuistis, non sitis etiam & nunc surdi, ac cæci, vt non audiat, nec animaduertatis hæc nimis essentialia, atque necessaria, quæ hic vobis Dei nomine dixi. Etenim hæc esset adhuc maior infœlicitas. Eunt malo Prophetæ Balaam, vt malediceret populo Dei: obstitit Angelus in medio viæ habens euaginatam gladium, nec eum ulterius progredi patiebatur: & asina nolebat ambulare, et si multis fustibus ab iniquo Propheta cædebatur, quousque ad Dñm suū conuersa dixit ei: Quid feci tibi? cur percutis me? Et antea dixerat bis sacratus Textus: cernens asina Angelum in via, &c. Et inferius: cum que vidisset asina stantem Angelum. O rem stupendā! quòd vidit asina, non autem peccator. In quo significatum est hominem malum magis cæcum, atque insensatum esse quàm bestias: quia superuacaneum esse videtur cum illo loqui de rebus, quæ ad animæ eius salutem spectant. Sin minus videte fratres quoties vobis prædicamus, quanta cum cura, ac diligentia Deus saluationis vestræ negotium suscipit, & quanti vestra interest de illa summa animi contentione agere. Quid ergo perfecimus? qualem in re tam graui, atque necessaria diligentiam adhibebis? Maximum vtique mihi timorem infert negligentia, qua res ad animæ salutem attinentes agimus, quasi essent accessoriæ, & parui inter-

interessent. Profectò si vitæ vestræ rationem à vobismetipsis exegeritis, & intentiones vestras examinaueritis, plures vestrum fatebimini (si modò verum fateri velitis) aliquorum vestrum præcipua negotia esse, diuitias acquirere: aliquorum, honores adipisci: aliorum, eruditissimos esse; aliorum denique voluptatibus perfrui, &c. & plurimos dies præterire, in quibus non recordamini, vtrum animas habeatis. Gauderem vtique vt hunc discursum faceretis, Dei que præcepta cum inclinationibus vestris conferretis: videlicet, vtrum Deus vobis inhonestos, an cupidos, an ambiciosos esse præcipiat. Et perpenderetis, vtrum horum duorum apud vos plus valeat, scilicet, quòd Deus vobis præcipit, an quod prohibet. Et quando inueneritis quantum plus valeat apud vos vestramet inclinatio, quàm quod Deus tanto cum rigore, ac feruitate vobis prohibet: tunc cognoscetis in quanto periculo versetur saluatio illius, qui de ea, tanquam de re accessoria, & parum necessaria agit: siquidem etiam, si summa animi contentione saluationem vestram curaretis, adhuc difficillimè illam consequeremini. Et idcirco existimo maiorem quodammodo timorem nobis debere inferre modum, quo Deum quærimus, quàm quò illum amittimus. Nam dissolutio in eo offendendo maximos nos peccatores, ac nimis debiles esse manifestat: frigiditas autè, qua illū quærimus, & negligentia, quam in confessionibus nostris habemus, & relaxatio, atque pigritia, qua accedimus ad percipiēda remedia nobis à Deo relicta, ad delictorum nostrorum vulnera curanda ostendit, quàm parui eum æstimamus, & quàm parui pendimus, quòd in ipsius gratia, siuè odio commoremur. Considerate exercitationes, quæ præcedunt, quæque sequuntur confessiones vestras. Et cognoscetis, vtrum videamini recordari vos in iudicium cum Deo conuenire, & ire ad veniam ab eo exposcendā, peccatorum que vestrorum indulgentiam implorandam accedere, quorum nulla alia erat satisfactio, nisi sempiterna inferni tormenta, quare ergo quasi per ridiculum & ceremoniam animarū vestrarum remedium inquiritis? Vt ergo pudore confundamini, prima Sancti Euangelij verba notate, quæ dicunt.

*Erat Iesus eiciens demonium.* Nam illud verbum, erat, denotat Dominum maxima animi contentione hanc rem eijciendi demonis suscepisse. Atque omnia opera, quæ ad salutem nostram operatus est, cū maxima efficacia facta fuisse, ac si lucrum suum esset,

esset, & nō nostrum. O ineffabilem Dei pietatem! O maximā horum  
 minum miseriam, qui ne talibus quidem exemplis ad ea, quæ sibi tā-  
 topere necessaria sunt, diligēter operanda mouētur! Hoc miracu-  
 lū, quod Dñs operatus est, alij admirati sunt, alij autē dixerunt: *In*  
*Beelzebub Principe demoniorum eicit Dæmonia.* O quam vilitatum est  
 vniuinquēq; secundum id quod ipse est, loqui: & metallū secun-  
 dum qualitātē valoris sui tinnire. Aliter quippē tinnit plumbū,  
 aliter verò argentū, & aliter aurū. Aliter autē sonat vas plenū, &  
 aliter vacuū. Vultis paulò magis, minusue qualis sit vnusquisq;  
 cognoscere? attendite quid loquatur. Loquēs Iob de dæmone, di-  
 cit: De ore eius lampades procedūt. Cū verba tua fuerint ignita  
 proximiq; tui famā comburentia; existima, iam tibi dictū esse, te  
 diaboli os habere: siquidē ex eius ore accēsā faces exeunt. Vt S.  
 Dauid malorū hominū deprauationē exaggeret, dicit: Ecce lo-<sup>29</sup>  
 quentur in ore suo, & lingua eorū gladius acutus. Non dicit, nec  
 assignat S. Propheta quidnā loquerētur: quia quicquid eis in co-  
 gitationem venit, de proximo suo loquuntur. Et si eis libebit, di-  
 cent te esse pessimū, atq; flagitiosissimū hominem: hoc autem ob  
 nullam aliā causam, nisi, quia sic eis libuit, & in imaginationē ve-  
 nit. Omnia animalia illis rebus magis vtuntur, quæ sibi magis in  
 promptu sunt. Catus vnguib; vbi primum ab aliquo tangitur,  
 statim illis vtitur: bos cornibus; canis verò dētibus vtitur: elephas  
 proboscide, basiliscus visu: sic homo plenus malitiæ, magis in  
 promptu habet malitiam, & idēd cum occasione, & sine occasio-  
 ne malitia vtitur. O crudelis inuidia, quantopere excæcas illum,  
 qui te possidet; siue (vt meliùs dicā) illū, qui à te possidetur. *Quis*  
*diceret illud tam odoriferum vnguentum, quod sancta Magdale*<sup>30</sup>  
*na ad pedes Domini effudit, alicui esse male oliturum? Veruntam-*  
*men cum illic esset malitiosus, atq; inuidus quidam Iudas, fan-*  
*ctū illud opus sibi malè oluit, & dixit: Vt quid perditio hæc? opus*  
*tanti lucris rem perditam appellauit. Vnde cor sapientis in dex-*  
*tera eius, & cor stulti in sinistra illius. Vult dicere, virum bonum*  
*omnia in bonam partem conijcere: malum autem omnia vitio*  
*vertere. Sicuti in hodierna Sancti Euangelij lectione apparet:*  
*cū enim omnes illi miraculum in signe conspexissent, quidam*  
*illorum dicunt. In Beelzebub eicit Dæmonia. Alia autē bona mulier*  
*dixit: Beatus venter qui te portauit. Siquidem hi peruersi atq; sce-*  
*lerati homines opus, quod manifestè bonum erat vitio vertere,*  
 nequie-

Iob. 41.

Psalm. 59.

Iosm. 13.  
Eccl. 10.

<sup>31</sup> nequierunt; potentiam saltem, atq; intentionem, qua factum  
 fuit, calumniarunt, dicentes: Illum adipiscendi honoris causa  
 foedus cum diabolo pepigisse. O quam merito dixit Dauid:  
 Redime me à calumnijs hominum. Liberet nos Dominus ab *Psalm. 118.*  
 hominibus interpretantibus cogitationes. Iter facitis per viri-  
 de, atq; amoenum pratium, & videtis plurima pecora, oues,  
 scilicet, boues, & sues, in eo depasci: & videbitis oues, atq;  
 alia huiuscemodi animalia herbis tantum, quæ in terræ superfi-  
 cie apparent, esse contentas: videbitis autem sues, qui non his  
 quidem contenti sunt: sed rostris suis terram effodiunt, quo-  
 usq; ad radices perueniunt, herbasq; euellunt, atq; omnia  
 dissipant. O homines inuidi quantopere proximorum vestro-  
 rum famam destruitis! Seruus Dei contentus est exteriora ope-  
 ra bona videre, atq; ex illis fructum exemplumq; percipiens  
 eis depascitur. <sup>32</sup> Mali autem quasi sues, linguis suis interiores in-  
 tentionum radices tangunt, atq; euellunt: dicentes omnia  
 cum mala intentione fieri. O Christe reparator vitæ, quare Do-  
 mine tantam iniquitatem non punis? quia Maria de fratre suo  
 Moysē murmurauit, statim illam lepra operuisti. Et quia Da-  
 than & Abiron de prælato suo murmurarunt: iussisti terræ, vt  
 aperiretur, quæ eos deuorauit, viuosq; in infernum præcipita-  
 uit. Quare igitur super hos iniquos homines, qui tuæ diuinæ  
 Maiestati detrahunt, non descendit ignis de cælo, qui eos deuo-  
 ret, atq; consumat? O benedictus sis Domine, benedicta q;ue  
 clementia tua: quia tam diligenter seruorum tuorum honorem  
 propugnans, & tam patienter iniurias, tibi met illatas nosti perfer-  
 re. <sup>33</sup> Noluit Dominus in eis potentiam suam exequi: sed mitissi-  
 mē illos alloquens, eos deceptos incedere, & à veritate longissi-  
 mē aberrare, efficacissimis rationibus comprobauit. Discite ex  
 hoc fratres charissimi, & quanuis aduersarios vestros destruere va-  
 leatis; non idēd potentia vestra vti debetis, sed tanquam optimi  
 Christiani, veri que Iesu Christi imitatores, omnia ratione, ac iu-  
 stitia curate perficere.  
 Prima ratio hæc est: *Omne regnū in se diuisum.* &c. Ex his verbis  
 possumus elicere, quā diligēter pacē perquirere, quāq; efficaciter  
 illā à Deo postulare debeamus, siquidē ipsius donū est. Dicit B.  
 Paulus: Pax Dei, quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda  
 vestra in Christo Iesu, id est, per merita eius, Perpendite diligen-  
 ter *Ad Phil. 4.*

2. Cor. 13.

ter verbum illud, exuperat. Nullus quippe est hominum intellectus, qui satis possit comprehendere quantum bonum sit pax. Et alibi dicit: Pacem habete, & Deus pacis erit vobiscum. Est hæc conuersio, quam facit Beatus Paulus, dicens aliquando: Pax Dei; aliquando autem: Deus pacis, vt significet; vbi est Deus, esse pacem: & vbi est pax, esse Deum. Et Respublica in pacis vnitatem non confunditur. Etiam & Ethnici hoc intellexerunt, siquidem Deæ pacis iuxta Capitolium ædem erexerunt, quali significantes gubernationem, imperiumque suum à pace esse sustinendum. O quantum est circa hoc lachrymandum, & quam miserabiles sunt visu simultates, ac diuisiones, quæ in rebus publicis Christianis versantur! Atque idcirco tam perditum, atque destructum incedimus.

1. Reg. 20.

Hier. 38.

Dan. 13.

*Factum est autem cum hæc diceret, quadam mulier. &c.* Vnde homines non arbitrantur mittit Deus auxilium, ac fauorem seruis suis. Quis arbitraretur Ionatham Dauidi esse faurum, patrique suo aduersaturum: cum mors Dauidis adeo Ionathæ conducibilis esset, vt propter eius vitam regnum Israel Ionathas amitteret? hic autem contra parentem suum insurgit, dicens: Quid fecit, quare morietur Dauid? Est Christus Iesus in cruce suspensus, ac contumeliosus affectus, & lapides alij ab alijs inuicem confracti, pro eius honore dimicant, & terra motibus suis illius dignitatem, amplitudinemque defendunt. Equis arbitraretur lapides eius honorem esse propugnaturus? Consurrexerunt Principes Hierosolymæ aduersus Hieremiam, illumque in lacum coniecerunt, vt illic fame periret: veruntamen non defuit ibi viro Dei auxiliū, atque protectio: ibi enim dicitur: Audiuit autem Abdemelech Æthiops vir Eunuchus, qui erat in domo Regis, quod misissent Hieremiam in lacum, & locutus est ad Regem, dicens: Domine mi Rex male fecerunt viri isti omnia, quæcunq; perpetrarunt contra Hieremiam Prophetam. Attendite quis in eius auxilium surrexit homo, scilicet, cui nihil cum illo erat, nec ex Hebræo genere erat, sed ex Æthiopia oriundus. Cum iam benedicta illa Susanna ad supplicium lapidanda duceretur, suscitauit Dominus spiritum pueri iunioris, cuius nomen Daniel, & exclamauit voce magna, dicens: Mundus ego sum à sanguine huius. Puer quidam illam protexit, atque iudices Æthiops confundit. Sic hodie cum Dominus à Pharisæis blasphemaretur, Spiritus sanctus hanc mulierem suscitauit, quæ

17 quæ pro illius honore responderet, dicens: *Beatus venter qui te portauit, &c.* Seruite fratres charissimi fidelissime Deo, nec malignas iniquorum hominum linguas æstimetis: Deus enim suscitabit aliquem, qui vos defendat, & cum honore, ac merito remanebitis, & patientiæ fructū, diuinamque simul gratiā recipietis: posteaque cælestem gloriam Deo fruituri contendetis, Amen.

¶ Feria. III. post Dñicā. III. In Quadragesima.

*Accesserunt ad Iesum ab Hierosolymis Scribæ & Pharisæi, dicentes, &c. Matth. 15.*

1. ACCESSERVNT Hi viri primarij ad Christū Redemptorem nostrum in sullam quandam, atque ineptam querelā deferentes, videlicet, quia discipuli eius cum comedebant, non abluabant manus. Maximā de corporalibus, minimam verò de spiritualibus lauacris rationē habebāt. Cum tamen eorū manus essent sanguine coinquinatæ, sicut de ipsis dixerat Deus per Isaiā Prophetam: Manus vestre, sanguine plenæ sunt. Idem profecto nunc agitur ad literam. Et enim videbitis complures, qui vbi primum à lecto surgunt, aquā abluendis manibus sibi afferri iubēt, & præcipiunt sibi vestimenta mūdari: & cum ad mensam sedēt, iterum abluuntur, ac deniq; cum ab ea surgūt, iterum aquam manibus exposcūt. Itaque ter, aut quater quotidie manus abluūt, vix tamen est: qui animam suam semel saltem in die lauare meminērit. Cum illam plerunq; sterquilinio in mundiorē ferant. Præpone animam tuam caligæ tuæ: dicebat B. Augustinus. Quando caligam exuis, statim illā excutis, vt decidat puluis: quare ergo animam tuam, quæ quidem multo pretiosior est, pluris non estimas? quare non curas illam avaritiæ, vanitatis, malarum deniq; cogitationum puluere excutere, & emūdare? & si caliga tua disrupta est, eam consui iubes. quare ego animam tuam disruptam, atque dilaceratam, & in terram, carnem, mundumque diuisam non sarcis, ei que remedium adhibes? O quam miserabile est hominem, tam diligenter exteriora, tamque negligenter interiora curare. Alter quidem faciebat Dauid, qui dicit: Laboravi in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum

Isai. 1.

Augusti.

simile.

Psal. 6.

2. Reg. 12.

stratum meum rigabo. Et si chirographum sanctus hic à Deo habeat remissionis peccati sui. Ut primum enim ipse dixit: Peccavi Domino: dixit ei Nathan Propheta: Dominus transtulit peccatum tuum; non tamen cessabat deplorare, maximamque singulis noctibus lachrymarum copiam effundebat. Tu autem cum in profundo culparum pelago submersus sis, ne vnam quidem nosti profundere.

Gene. 3.

*Non enim lauant manus.* O quam dispares sunt cogitationes seruatorum Dei ab illis, in quibus mundani homines occupantur: qui quidem res ad animam magnopere spectantes cum diligenter curent, atque in ijs intenti sint, illarum, quæ non sunt tam vitales, quæque parui sunt momenti, obliuiscuntur: & spiritualibus rebus occupati corporalium sunt immemores. Mali autem vice versa faciunt. &c. Nostri primi parentes in statu innocentiae, in spirituali Dei consideratione occupati, ad eò corporum oblitii sunt, ut se nudos incedere non aduerterent. Sic etiam Sancti Apostoli ad eò intenti erant spiritualibus rebus, ut corporalium non ineminerint. Hæc autem obliuio est sancta quædam solertia. Atque etiam maximis epulonibus necesse est passim abluui, & singulis catinis, singula mantilia permutare: nam alioquin cum nimios deuorent cibos iam obscenas facies, quasi lubricam fornacis scopam haberent. Pauperes autem & egeni, qui quid edant, non habent, quorsum abluentur? Pauperrimis discipulis Domini, qui præ nimia ciborum inopia per agros ibant, & spicas ad comedendum manibus confricabant, quid opus erat lauacris? Et horum Phariseorum malitiam adnotate: quando etenim de Christo Redemptore nostro murmurabant, ad eius discipulos accedebant, dicentes: Quare cum Publicanis manducat Magister vester? Quando autem de discipulis detrahebant, ad sanctissimum Magistrum se se conferebant, dicentes: Quare discipuli tui non lauant manus? Hoc est officium feminatorum Zizaniae, nuncios perniciosos hinc illuc deferre. Nonnullæ sunt ciuitates, ex quibus non licet mulionibus onerata iumenta deducere, nisi ipsa onerata alijs rebus in urbem prius introduxerint, qualis est Hispalis. Sic etiam nonnulli sunt muliones Sathanæ, qui ad vos accedunt, murmuratumque suarum pondera in vobis exonerant, dicentes: Hoc dixit de te ille homo, &c. Et ex vobis ad alterum onusti proficiscuntur: vobis dicunt, quod alter dixit: alteri autem

Zm. 5.

simile.

6. ri autem dicunt, quod vos dixistis. Liberet nos Deus à tanto malo. Nescio quid dicam (inquit Beatus Augustinus) de hac murmuratione, nisi quod omnibus, ac singulis quibusque optimè consideratis minus malum esse ducerem, si te adulterum, quam si murmuratorem esse perspicerem. Ab adulterio enim citò te cohiberes, culpamque tuam cognosceres: sed ab hoc malo difficillimè poteris resipiscere. Vix enim quisquam reperitur, qui se murmuratorem esse cognoscat. Et etiam si quis se murmuratorem esse cognoscat, vix potest debitam satisfactionem reddere, nec intelligere quantum alterius famam læserit: auditoribusque offerret, qui postea malum multiplicant, quod ipse seminauit, cuiusque causa ipse fuit reuelans, addens, condescendens, siue approbans, aut quocumque alio modo honori, ac famæ proximi sui officiens. De his dici potest, quod dicitur in Deuteronomio: Deuorabunt eos aues morsu amarissimo. O quam amarus morsus est murmuratio, miseræ præfertim animæ hominis murmurantis, atque etiam audientis, nec non & murmurati, ac infamati. O aues immundæ, & obscenæ, quæ proximorum vestrorum carnibus depascimini, ô quam crudeliter æternis tormentis cruciati, hoc penitus perfoluetis. Miseramini fratres vosmetipsos, Beati Augustini exaggerationem de hoc vitio considerantes. Postulanti David: O Domine libera animam meam à labijs iniquis, & à lingua dolosa, dicitur statim: Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam? At ipse respondit, dicens: Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus desolatorijs. Sūt (inquit) sagittæ acutæ, iactæ viri cuiusdam fortissimi manu ardentes, quæque omnia consumunt. Vna sagitta optimi cuiusque sagittarij arcu dimissa, non peruenit vsque ad mille passus. Vna autem iniqui hominis lingua Romam vsque & ad Indias, atque in vltimas orbis regiones peruenit. Et statim incipit David suspirare, dicens: Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est: habitauit cum habitantibus Cedar, multum incola fuit anima mea. Cedar filius fuit Ismaelis, per quem generatio quædam hominum intelligitur, qui dicuntur Alarabes: qui ab Ismaele proficiscuntur. Dicit igitur S. Propheta: O exiliū, ac vita infœlix quam longa mihi esse videris, breuis autem ad lamentandum. O quantus labor, atque æterna est, me inter Alarabes commorari, atque inter homines, quibus nulla Dei cura est! [Alarabes] qui linguæ suæ curam non

Augusti.  
tom. 10. ser-  
mo. 4. 6. ad  
fratres in  
Ere.

Deut. 32.

Psalm. 119.

habet, neque illam coercet. O quot Alarabes sunt huiuscemodi, in orbe terrarum. Sicuti adnotat B. Hierony. dicens: Detractionis vitium multos lædit: pauci sunt admodum, qui huic vitio renunciant: raroque inuenies, qui ita vitam suam irreprehensibilem exhibere velit, ut non libenter reprehendat alienam. Tantaque huius mali libido mentes hominum inuasit, ut etiam qui procul ab alijs vitijs recesserunt, in istud tamen tanquam in extremum diaboli laqueum incidant. O quam terribilia verba! diligenter ea perpendite per charitatem Dei. Et siquidem hoc vitium ad eum commune est, saltem si leue esset, non tantum malum esset. Quod quidem non est dicendum, cum Deus inter horrenda populi illius peccata hoc commemoraret, dicens, Viri detractores fuerunt in te. Atque ut apertius quam graue sit hoc vitium, quotque mala secum afferat, cognoscatis, illudque summo odio habeatis, notate quod dicit Spiritus sanctus: Lingua tertia multos commouit, & disperfit illos de gente in gentem, ciuitates muratas diuitum destruxit, & domos Magnatum effodit, virtutes populorum conscidit, & gentes fortes dissoluit. O crudelissimum instrumentum lingua, quæ tantam stragem in hominibus edit! quid amplius ad huius grauissimi mali detestationem superaddi potest.

Respondet eis Dominus per aliud, quare, dissimillimum, dicens: *Quare & vos transgredimini mandatum Dei?* Et post responsionem illos appellat hypocritas. Hic multa, & nimis vtilia deteguntur. Primum videre est quomodo mansuetissimus Dominus discipulos suos defendens, tanta cum acrimonia respondit. O Christe verum confugientium ad te refugium, quando Domine apud Pilatum falsis criminibus accusabaris, ne verbum quidem ore proferebas, ita ut miraretur præses: nunc autem cum de discipulis tuis detrahatur, acriter respondes? In quo nos docuisti proximos nostros constantissimè defendere, eorumque honorem seruentissimè propugnare, in iniurijs autem nobis illatis conticescere oportere. O Pastor optimè, quam diligenter obuiam exis lupis, & quam constanter oues tuas defendis. Qui suis viribus à ministris iustitiæ nequeunt se defendere, quod nequidem fieri fas est: in Ecclesiam confugiunt, & ipsa quasi mater pijsissima eis valet, illosque defendit. Ministri, qui proximorum suorum famam contorquent, sunt murmuratores: à quibus si vultis vos tutari, ne linguarum suarum gladijs vos perstringant.

*Hiero. in epi-  
sto. ad Celan-  
tiam.*

*Ezech. 22.*

*Ezech. 28.*

*Matth. 27.*

*Marc. 51.*

*Luc. 23. &*

*Ioan. 18.*

*Simile.*

stringat: confugite ad locum sacrum, ne aduersus eos gladium euaginetis, sin minus circuibunt, & apprehendent vos: submitte aures, & confugite ad Deum, qui est optimus locus sacer, & ibi protegemini. Quando Aaron, & Maria detraxerunt de Moyse, tacuit vir sanctus, & Dominus eius causam suscepit, eumque defendit. Admonet nos Beatus Paulus, dicens: Non vosmetipsos defendentes charissimi, sed date locum iræ: scriptum est enim, mihi vindictam, & ego retribuam. Non dicit, ut à Deo vindictam pestuletis. Nam hoc esset peccatum, sed ut Deum quod facit, facere desinat: ipse enim quod vobis est vtilius, faciet.

Murmurabant Pharisei de discipulis Domini: & quia ipsi tacuerunt, nec se tutati sunt, suscipit Dominus eorum vices, dicens: *Quare & vos transgredimini, &c.* illos dedecorans, sicut ipsi merebantur. Audis tu o frater murmuratorem de te detrahentem: quiesce, ne perturberis, eo quod meritò, aut inmeritò de te murmuratur. Quod si feceris, in tutissimum locum sacrum confugis: satis bonum patronum habebis. Et plus tibi dico: si peccasti, & infamiam vereris: sique vis, ut Deus maledicentium, atque murmuratorum ora obrudat, eosque concludat, ne te ab illis infamari patiatur: confitere peccata tua, & age poenitentiam, reuella te Deo: hæc etenim est via præstantissima, non solum ad veniam consequendam: sed etiam, ut diuina Maiestas te ab infamia liberet. Tunc enim habet se Deus tanquam vir nobilis, ac generosus, cui sitte commendes, peccatumque tuum reueles, illum ad tegendum secretum deuincis. Dic ergo, o frater Deo: Domine tibi detego peccatum meum, protege me in hac necessitate. Et sic verba illa B. Petri Apostoli ubi dicitur: Charitas operit multitudinem peccatorum: etià de hac protectione Dei in infamijs intelligi possunt. O ineffabilem Dei charitatem: quot peccatores tegis, nec eorum vitia in publicum prodire pateris, quia veram poenitentiam egerunt. Cum venit Laban cum famulis, & familiaribus suis aduersus Iacob, & filios suos, quia Rachel Idola eius surripuerat cum Laban omnia, quæ Iacob secum deferrebat scrutatus fuisset, omniaque eius supellecilia euoluisset, Idola tamen reperire nequiuit: quia Rachel super ea infederat: et si realiter illa surripuerat. Idola sedendo operimus, si culpas poenitendo damnamus: ait glossa super hunc locum; Rachelem super Idola sedere, est peccatorem peccata sua confiteri, veramque illorum poenitentiam agere. Et sic dicit

*Num. 12.*

*Rom. 12.*

*1. Petr. 4.*

*Genes. 31.*

*Glossa super per. c. 31.*



*Isai. 40.* Isaias de Deo loquens: Qui dat secretorū scrutatores, quasi nō sint: 15  
iudices terræ velut inanes fecit. Equidē neque radicato in terra  
trūco eorū repēte flauit in eos, & aruerūt: & turbo quasi stipulam  
auferet eos. A deo reprobū est hoc officiū alienorū morū iudicādi  
vt sēp enūmerō mēdax, & irritū faciat Deus temerariū hominū  
iudiciū res aliter disponēs, quā ipse iudicabāt: vt eos mendaces,  
vanosque reddat in iudicijs suis: misericordix suæ pallio cōuerso  
rū peccatorū mala cooperiēs. Aliter etiā peccata nostra Dñs ope-  
rit, murmuratorūq; ora cōcludit, videlicet, multis verē poenitēti-  
bus, peccataq; sua humiliter cōfitentibus, tantā gratiā concedēs:  
vt virtutibus suis, atque assidua bonorū operū exercitatione ho-  
minū murmuratiōē auferāt, turpeque atque ignominiosum sce-  
leris vestigiū, quod retinuerāt, euellāt. Et his duobus modis intel-  
ligūtur verba Isaiæ, quæ supra citauimus. Nā remanētes scruta- 16  
tores facti mendaces, cum mendacium hominē annihilat, rema-  
nent quasi non sint. Nec radicato in terra trunco. Eorū trūcus est  
eorū malitia: neque verō Deus permittit, hæc, quæ cū malitia di-  
cunt in auditorum animos radices immittere.

Dicit vltorius S. Propheta: Flauit in eos, & aruerunt, & turbo  
quasi stipulā auferet eos. Flauit Christus Redēptor noster in Apo-  
stolos suos suam diuinā gratiā eis impertiens, & per illā gratiam,  
quam receperūt, arefacta sunt peccata eorū: & sic non habebant  
murmuratores quid in eis apprehenderent. Et Spiritus sancti tur-  
bo illos, in altum extulit, perq; vniuersum mundū disperfit. Hæc  
similitudinē adhibuit propheta, vt nobis innotescat quā facile  
peccatorū suorū veniā, famæque suæ restauratiōē inueniēt illi,  
qui se Deo reuelauerint: facilius etenim culpas nostras dissoluit, 17  
quātū parū pulueris sufflas, illudque spargis, ac dissoluis, ne vllō  
vnquā tēpore ampliū videatur: quis igitur fratres charissimi tam  
bono Dño sese reuelare recusabit, qui tā fideliter seruos suos pro  
regit, ac defendit? Alterū q; elicimus ex asperitate respōsionis  
Dñi, est scire quā acerbū vultum debemus ostēdere illis, qui co-  
ram nobis de proximis nostris detrahunt, & quanta cum acrimo-  
nia, & acerbitate nos eis respōdere oportet. Hoc significat Spiri-  
tus sanctus, dicēs: Sepi aures tuas spinis, & linguā nequā noli au-  
dire. O admirabilē metaphorā, quam nobis hīc proponit Spiri-  
tus sanctus, qui in auribus spinas haberet, necessariō compunctu-  
rus erat illum, qui cum aliqua murmuratiōe ad eas accederet:  
sic

*Ecclesi. 28*

18 sic igitur te habere debes cum murmuratoribus, vt à te sancta re-  
prehensione compuncti, & percussi proficiantur. Quod si ij  
sint homines, quos tu non sufficis reprehendere, saltem acerbum  
eis ostende vultum, sermonemq; alio diuerte. Satis digni fuerunt  
hi miseri Dominica reprehensione: siquidem sua grauissima pec-  
cata, cum nō animaduertent, neque cognoscerent: in illud ocu-  
los conijciebant, quod ne venialis quidem culpæ in alijs erat re-  
putandum. O quā vfitatum est hoc in vniuerso terrarum orbe!  
Si vtiq; tantam de nobis rationem haberemus, quantam de alijs  
habemus: profectō iam sancti fortē essemus. Experientia enim  
comperimus quando præceptrix est cum puellis discipulis suis, 19  
oēs quietas submissis capitibus laborare, ita vt visu sint delectabi-  
les: verūtamē vbi primū præceptrix foras exit, aut ab eis recedit,  
statim puellæ confurgūt, saliūt, atq; aliæ ab alijs inuicē conturbā-  
tur. Si enim quādiu homo intra se ipsum cōmoratur vitæ suæ ra-  
tionē habēs singulæ puellæ (hoc est, potētix animæ, corporalesq;  
sensus) tranquillæ ac sedatę munera sua exequūtur, & iuxta præcē-  
ptricis (hoc est rationis) consiliū operātur. Sed vbi primū homo à  
semetipso exit, alienasq; vitas ac mores scrutatur; statim potētix  
ita perturbātur, vt nulla illarū suū munus exequatur. Liberet vos  
Deus à fluuio, quando extra alueum exit: tunc enim omnes ripas  
expurgatas, focūdāsq; relinquit, atq; omnem in se infert immū-  
ditiam, & sic turbidus, ac obscænus remanet. Talis est homo, qui  
extra se exit, vt alios scrutetur, aliorumq; viuendi rationem  
iudicet: illi enim, de quibus loquitur, detrahit, ac maledi-  
cit, si iniuriam illam æquo animo patiantur: per virtutem  
20 patientiæ focundati, mundi que remanent: infœlix autem  
murmurator efficitur quasi coenosus, atque turbidus fluuius,  
propter peccatorum suorū diluuijs. Illa animalia, quæ vi-  
dit Ezechiel Propheta: Vnumquodque coram facie sua ambula-  
bat, id est, vnumquodque semetipsum præferebat: qui Spiri-  
tu sancto ducuntur semper vitam suam ante oculos habent, vt cum  
primum minimam quanque imperfectionis maculam perspe-  
xerint, ilicō eam auferant. Liberet nos Deus ab hominibus, qui  
se post semetipfos ferunt: hi enim non suos quidem, sed alienos  
defectus perscrutantur. Atque idcirco dixit Deus per Prophe-  
tam: Existimasti inique quod ero tui similis: arguam te, & sta-  
tuam contra faciem tuam, Existimasti (inquit) me similem tui  
Vv 4 futurare

*simile.*

*simile.*

*Ezech. 1*

*Isai. 49.*

futurum, & quemadmodum tu post tergum tuū peccata tua ponis, sic etiam me illorum esse obliturum? Non sic erit utiq; sed arguam te. Arguere illic non significat reprehendere, sed cum probatione culpam ostendere. Et sic intelligitur illud quod dixit Dominus: Quis ex vobis arguet me de peccato? Ego (ait Dominus) statuam peccata tua, cōtra faciem tuam, ut illa manifestē perspicere possis, pœnam que gravissimam, quam propter illa mereris, apertē cognoscas. Hoc faciet Deus quādo te iudicauerit. Etenim vniuersam vitæ tuæ discursum ante oculos tuos proponet, quam noluisse perspicere, nec considerare, quando tibi remedium poteras adhibere. O dilectissimi fratres diuinam Maiestatem suppliciter exorate, ut hoc nunc vobis conferat beneficium, & vnumquemque vestrum coram facie sua statuatur, quo peccata vestra cognoscatis, veramque illorum pœnitentiam agatis.

Dicit vterius Sanctum Euangelium: *Nam Deus dicit: Honora patrem tuum.* Magnoperè notandum est, cum hi Pharisæi maxima alia peccata haberent: erant enim superbi, inuidi, murmuratores, alienorūq; morū scrutatores: nec verò quicquā illorū eis obiecis- se, nisi parū honoris, quem parentibus suis exhibebāt, ut cognoscas tu, ô virgo, & tu adolescens quā graue peccatū committis, cum parētib; tuis debitū adimis honorē. Inter omnia præcepta Decalogi, huic vno statuit Dñs illis præmiū, dicens: Honora patrem tuū, & matrē tuā, ut sis lōgeus super terrā. Et ratio est, quia multis videretur amor filij erga patrē ad eō conformis esse nature, & carni, ut non esset meritū, nec virtutis opus: que quidē ratio in alijs præceptis non militat, quia non sunt tam cōformia humanitati, & sensualitati. Vt igitur hoc præceptū meritoriū esse doceret: præmiū illud statuit, quia præmiū soli operi meritorio tribuitur. In alijs autē, quia manifestū est illa esse meritoria, non statim illis præmiū subiunxit. Et si (ut vera loquar) tēporale illud præmiū, quod illic Dñs propter huius præcepti obseruantia pollicetur: licet illud signū sit hoc opus Deo gratū esse: nō tñ est principale præmiū, quod Deus pro illo largietur, si in gratia & charitate factū fuerit: opera enim tantę qualitatis ac meriti nō solet Dñs persolvere, nisi semetipsum per clarā visionē in gloria communicās, æternamq; nobis sui fruitionē concedēs. Hoc quod dixit: Ut sis longæus super terram: attendite quā ad literam adimpletum est in Sem illo optimo filio, qui patris sui verenda coope-

1. Reg. 8.

Exo. 20.

ruit, qui quidē sexcentos annos vixit. Hic autē honor, que paren- tibus debemus, non solū consistit in eis honorandis, atq; reueren- ter tractandis: sed etiā in eis à suis necessitatibus subleuandis. Filij enim esse corporale, quod habent, à parentibus acceperunt. Et si quidē eis persolvere non possunt aliud illis esse reddentes: deuin- eti saltē remanent illud esse conseruare, quod ipsorū parentes ha- bent. Et hoc licet sit necessariū liberos pro parentibus vitā suā in discrimen offerre. Veruntamen ô Deus æterne, quā pauci hoc fa- ciunt, liberi sunt quasi rami, qui esse, quod habent, & vitā, qua vi- uunt, à radice accipiunt: nunquam tamen ipsi virtutē aliquā red- dunt: sic etiā filiorū paucissimi redeunt, ut faciant, quod debent: nec parentū suorum necessitatibus occurrant: imò potius eorum obitū citius obrepere cōcupiscunt, ut citius eorū bona hereditēt, illosq; plurimis litibus, ac molestijs affligunt. Absalō, cum tā bonū patrem sicuti Dauidē haberet: eius regnū conturbauit, cumq; iniquus quidē homo ei diceret: Percutiā regē desolatam. Vnum enim vitū tu queris, & omnis populus erit in pace: dicit illic sacra- tus textus; placuit sermo eius Absalon. Attēdite qualis filius erat hic cui cū diceretur, quod occidēdus esset pater suus, magnoperè sermo ille cōplacuit. Et sequēti capite dicitur: quod exeūte exer- citu Dauidis aduersus Absalonē, stetit rex iuxta portam, & præcepit Ioab, & Abisai, & Ethai dicēs: seruare mihi puerū Absalō. Imperabat utique Dauid ducibus suis, ut quanuis aduersus eum, eiusq; copias dimicarent, nequaquā tamen illū interficerēt, neq; percuterēt. O maximā patris pietatē, & diabolicam scelestissimi filij iniquitatē! ô quot liberi sunt hodie in orbe terrarū imitatores Absalonis, qui pro minori quidē vtilitate, quā regni, parētes suos in afflictiones inducunt. Et liberi quidē, qui te te Christianos esse gloriantur, qui si ethnici essent, tolerabilius malū esse videretur. Glossa ordinaria super illud Esaie, vbi dicitur: Tu autē proiectus es de sepulchro tuo: dicit Hebræos asserere cōsueuisse Euilme- rodach filiū Nabuchodonosor regis post obitū patris sui regnum gubernandum suscepisse: cūq; vereretur ne fortē regnum iterū recepisset, quēadmodum fecerat post illam infaniam, quando se- ptēniū tanquā immanis bellua herbas in agris fuerat depastus: iussisse illius cadauer exhumari, & in frustra minutissima disseca- ri, atq; trecētis auibus comedendū tradidisse, quæ postquam illud comederunt, in diuersas partes illas dimisit sibi persuadēs cum il-

Gene. 32.

Simile.

2. Reg. 17.

1. Reg. 18.

Glossa su.  
ca 14.  
Esaie. 1.

lud fecisset, fieri non posse quòd pater eius resurgens regnum, ite-  
rum sibi sustulisset. Fidite parentes liberis. O quam ignominio-  
sum est liberis ingratos esse patribus suis. Vnde dicit Ecclesia-  
sticus: Quàm malæ famæ est, qui derelinquit patrē, & est maledi-  
ctus à Deo qui exasperat matrē. Nullam habet excusatio-  
nem ille, qui parentis sui filium se esse negligit: & negantem pa-  
rentes suos nemo cognoscit, qui illi in faciem non conspuat. In  
alijs peccatis aliquod excusationis genus reperire posse videtur:  
non autem in hoc parentum despectu. Et ideo cum magna exaggeratione dicit Spiritus sanctus: Quàm malæ famæ est qui derelinquit  
patrem. Beatus Ambrosius notabilem quandam rem de ciconijs refert: videlicet, quòd quando ciconiæ sunt adedò senio  
confectæ, vt præ nimia senectute illis plumæ decidant, neque volare possint, earum filij maximam habent diligentiam in eis sustentandis, & huc, atque illuc discurrentes cibos afferunt, quibus earum senectutem alunt. Et quia nimis iucundum, atque delectabile est aibus volare, aeremque percurrere, dicit filios in simul conuenire vnum ad dexterum, & alium ad sinistrum patris sui latus alamque illius alis vtrunque supponere, & hoc modo illum ad volandum deducere: ita tamen, vt eum cadere minimè patiantur. Ecce quid faciant, vt genitorem suum illa voluptate, ac recreatione afficiant. Ecquis esset filius, qui parentem suum humeris asportaret, solummodo vt eum recrearet, sicuti faciunt istæ aues irracionales? Quænam igitur maior ignominia nobis esse potest, quàm quòd aues nos doceant patres honorare? & eos quidem qui sunt viri probi, ac iusti adhuc magis debemus honorare, quia illorum causa plurima nobis Deus confert beneficia. Vna ex rationibus, quare mittens Dominus Moysen in Ægyptum, vt Hebræos à seruitute liberaret, dixit ei: Hæc dices filijs Israel: Dominus Deus patrum vestrorum, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob misit me ad vos: patres illos tali tempore eis in memoriam reuocare, fuit significare illorum sanctorum patrum bona opera in diuino ipsius conspectu nimis recentia esse, vt propter ipsorum respectum eos ab illo labore, ac seruitute liberaret. Ideò dixit Iacob filio suo Ioseph benedicens ei cum iam obire veller: Benedictiones patris tui confortatæ sunt benedictionibus patrum eius. In quo manifestè significauit Sanctus Iacob si bene-

*Eccles. 3.**Ambros. li. 5. Hexameron, c. 16.**Exod. 3.**Gene. 49.*

30 benedictiones, quas intulit filio suo Ioseph adedò apud Diuinum Dei conspectu valuerunt, vt propter easei beneficia conferrètur: hoc fuisse propter maiorum suorum merita. Quid igitur erit, si ne optimos quidè parètes, quorum causa Deus in vos beneficia confert, honoratis, nec eis benefacitis, sed passim mille amaritudinibus adimpletis? Et si Cain tam malus erat, noluit tamè fratri suo Abel in conspectu patris sui mortem inferre, ne illum molestia afficeret: sed dixit ei: egrediamur foras: cūq; essent in agro interfecit eū. Et Esau etsi præcitus, & nequā cum se maxima à fratre suo affectum iniuria iudicaret: dixit in corde suo. Veniēt dies luæ patris mei, vt occidā Iacob fratrem meum. Ne patrem suū cōtristaret. Tu aut, qui te Christianū dicis: cū frater tuus non tibi primogeniturā sustulerit, si minimū quodq; molestiæ aut cōtumeliæ verbū tibi dicit: statim corā oculis patris tui viuū illū cōaris absorbere. Durissimis & succo carēibus lapidibus præcipiebat Deus in veteri lege filios contumaces lapidari. Significans pietatis, ac misericordiae esse indignos liberos, qui cū parentibus suis misericordia non vtebatur. O quā efficacia sunt hæc omnia ad quodcūq; vel saxū eū cor mollificandū, atq; efficiendū, vt firmissimū quoddā propositū cōcipiat adimplēdi in hoc diuinā Dei voluntatē. Dñs vobis ea det sentire, vt sanctā in vobis faciant operationē. Quòd si carnalibus patribus hæc reuerentiā atq; respectū debemus, illosq; honorare, atq; alere tenemur: etiā spiritualibus patribus, qui animas nostras erudiunt, & informant hoc duplex honoris genus debemus exhibere: videlicet, reuerentiā, & alimoniam; sic nos admonet B. Paulus, dicens: Qui bene præsunt, presbyteri, duplici honore digni habeantur: maximè qui laborant in verbo, & doctrina. Vbi manifestè ostendit Apostolus illos alere esse illos honorare. Tātū autem est peccatum, debitum spiritualibus patribus honorem denegare, vt, cū Deus perditissimā Iudaici populi dissolutionē, & iniquitatē exaggerare veller, postquā dixerat per Oseā pphētā. Audite verbū Domini filij Israel, quia iudiciū Domino cū habitatoribus terræ. Non est enim veritas, & nō est misericordia: & non est scientia Dei in terra; maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt: & sanguis sanguinem tetigit: addiderit, in fine dicens: populus enim tuus sicut hi qui contradicunt sacerdoti. Vt cognoscatis dilectissimi quàm graue sit hoc malum, quandoquidem in resolutione illud absig-

*Gene. 4.**Gene. 27.**Deut. 21.**1. Tim. 5.**Ose. 4.*

nat

Eccles. 3.

nat causam suppliciorum, quæ de illis erat sumpturus. Quod cū  
ita sic fratres charissimi deprecor vos vtrē tam odibile Deo diligē  
tissime fugiatis. Atq; etiā spectat ad honorē parentibus debitum  
pro animabus eorū benefacere postquā defuncti sunt, ac proinde  
dicitur: eleemosyna enim patris non erit in obliuione. Nam pro  
peccato matris restituetur tibi bonum. Et in iustitia ædificabitur  
tibi: & in die tribulationis commemorabitur tui: & sicut in sereno  
glacies soluentur peccata tua. Ecce quomodò bona, & sacrificia  
quæ pro defunctis parētibus offeruntur; sibi Dominus grata esse  
affirmat, eorumq; solutionem in filiorum obitum reseruat. Itaq;  
quicquid boni pro parentum suorum defunctorum animabus fi-  
lius facit, illud idē sibi facit. Eleemosynā illā appellat, vt inopiā  
maximam, quam animæ in purgatorio pariuntur, ostendat, cla-  
moreq; significet quibus ad liberos suos auxiliū postulātes pro-  
clamant, ardentissimamq; voluntatē, qua sibi auxilium aliquod  
ferenti, aliquibusq; bonis operibus suffraganti dexteram porri-  
gunt: sicuti pauper mēdicus quando extrema necessitate oppri-  
mitur, fragmentum panis ardentissime desiderat. Notandum est  
etiam solutionem, quam Dominus pollicetur restitutionem ap-  
pellari in iustitia ædificatam, propter maximam eius firmitatem  
facienti bona pro defunctis nō reddēda merces in re mobili, quæ  
potest deficere sed in fortissima ædificatione, & redditibus cer-  
tissimis reseruat. Verūm proh dolor quā pauci reperiuntur,  
qui hac misericordia vtātur. O quā miserabile, ac sanguineis la-  
chrymis lachrymandū est liberos tanta cū tranquillitate paren-  
tū suorū diuitias deuorare, nec tamen recordari eos fortasse in ne-  
cessitate maxima esse constitutos. Ne confidatis fratres in hære-  
dibus vestris etsi filij vestri sint, sed quicquid ante obitum vobis-  
cum deferre poteritis deferre, hoc est quicquid boni ante obitum  
facere poteritis, diligentissime facite.

Vir quidam nobilis habebat duos accipitres magni pretij eos-  
q; filio suo moriēs reliquit, dixitque illi: Fili mi alterū horū acci-  
pitrum tibi sumes: alterū verò vēdes, & offeres sacrificia pro ani-  
ma mea. Defuncto igitur patre abiit filius in venationē, diuisitq;  
alterum accipitrum post perdicē qui abiēs non iterum reuersus  
est, quia fortasse ab aquilis fuit apprehensus. Quod cū videret  
adolescēs dextra sinistram palmam percutiēs dixit: sit ille accipi-  
ter pro anima parētis mei. Ecce quales sunt filij huius tēpestatis.

Non

36 Non solum autem in liberis, verū & in testamentarijs etiam  
sunt hodiē maximæ negligentix. De Beato Thoma Aquinate  
legitur cū nocte quadam à matutinis horis exiret in clauetro  
Parisiensem Priorem inuenisse, qui iam diebus elapsis defun-  
ctus fuerat, à quo cū in capitulum introductus fuisset, dixit ei  
volenti ad eum accedere Prior: Nē ad me accedas, quia viuis com-  
buror flāmis: duodecim enim sunt dies ex quo in purgatorij pœ-  
nis commoror: cuius rei tota causa fuit, quia non executus sum te-  
stamentum episcopi Parisiensis, cuius testamentarius eram. O  
quā lachrymandares est hæc: quod sint, qui faciant testamen-  
ta, nec tamen qui ea faciant adimpleri. Hoc autem iustissimum  
est iudicium Dei quod siquidem tu erga te metipsam crudelis, &  
impious fuisti, testamentarius etiam in animam tuam crudelem  
37 se præbeat, illius obliuiscēs. Sanctissimæ Trinitatis nomine vos  
adiuro fratres mei, vt ad hæc diligētissime aduertatis, cū Deus  
hunc defectum tam graui supplicio puniat.

Hoc tam sublime præceptum præuaricatū fuerat à Pharisæis  
& legis peritis propter ipsorum cupiditatem, dicebant enim me-  
lius esse sacrificia in templo offerre, quam parentum necessitati-  
bus subuenire. Idcirco nunc à Domino tam asperè reprehendun-  
tur dicente: Irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem vestrā:  
*hypocritæ bene prophet ait de vobis Esaias &c.* Habebant hi incoelices  
sanctitatem in lingua tantummodo cum Deo, cor autem cū dia-  
bolo. Idcirco loquens Iob de hypocritis dicit: penna struthionis  
similis est pennis Herodij, & accipitris. Herodius, & accipiter al-  
tissime peruolant: struthio autem etsi herodij, atq; accipitris colo-  
38 rem habet, alafq; quasi volaturus in aerem extēdit, corpus tamē  
à terra non eleuat. Sic etiam hypocrita videtur iustus, cū nō sit:  
videtur volare velle, nec tamen volat, nihil amplius, nisi exterior-  
rem speciem & apparentiam habet. Idem quod inter naturam,  
& artem, idem inter veram falsamque iustitiam interest. Natura  
quippè in hominis generatione à corde fabricari incipit, postea  
verò alia exteriora membra fabricantur. Sic etiam vera iustitia  
prius cordis interiora curat exornare, & perficere: postea verò ex-  
teriora componit. Ars non interiora quidem, sed exteriora curat.  
Pictores etenim, in sculptores, & imaginarij non cor quidem, aut  
intestina hominis, sed exteriora membra, videlicet vultum, ma-  
nus, oculos, atq; ora depingunt, & insculpunt. Talis est falsa iusti-  
tia.

Iob. 39.

simile.

Eccles. 3. 11.

tia.

tia. Idcirco dicitur, non laudes virum in specie sua, nec spernas hominem in visu suo. Breuis in volatilibus est apis, & initium daltoris habet fructus illius. Nimis vñtatus est defectus hic in orbe terrarum. Omnes enim secundum exteriora iudicamus. Non consistit vis domus in exteriori superficie depicta: sed in interiori, in optimis scilicet fundamentis, fortissimisque parietibus fortitudo sita est. Homines sunt bonæ superficie, nec quicquam amplius in eis inest boni: sicuti hi, de quibus Dominus ait: cor eorum longè est à me: quod vtiq̃ instantius Deus petit, hoc illi minus tradunt, dicit Deus. Fili præbe mihi cor tuum. Non petit Deus præcipuè ab homine, caput, oculos, manus, aut pedes: sed mitissimum, atq̃ lenissimum cor postulat. Quod si verè illi tradiderimus, cætera omnia facillimè largiemur. Idcirco diligentissimè conabatur David hominibus persuadere, vt corda sua in Domino collocarent, dicens: p̃nite corda vestra in virtute eius. Nè tam pretiosum quid in secularibus immunditijs collocetis. Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. Quò lapillus pretiosior est eò in meliori, atq̃ pretiosiori metallo ponere curatis, sicut in auro: ex omnibus huius mundi pretiosius nihil est corde. Qua propter illud in diuinitatis Dei auro includere curate. Non hic obiurgat Dominus hos Phariseos, quia illum ore laudabant, sed quia cordis intentio verbis non consonabat. Dilectissimi fratres hunc optimum Dominum oris laudibus ex intimo cordis affectu deductis collaudemus: & sic laudes nostræ diuinæ maiestati complacere, & illis diuinam ipsius gratiam promerebimur vt Deum in æternum laudaturi in gloriam conscendamus. Amen.

Prov. 23.

Psalm. 42.

### Feria. VI. post Dñicã, III. In Quadragesi.

Venit Iesus in ciuitatem Samaria quæ dicitur Sichar.  
 &c. Ioannis. 4.

**T**AD IO Affectus Dominus propter phariseorum malitiam, atq̃ durtatem animaduertens quàm parum in eis celestis ipsius doctrina proficeret, decreuit illos derelinquere, & in Galilæam proficisci. Quò vt perueniret, dicit Sanctus Euange-  
 lista:

2 lista: oportebat eum transire per mediam Samariam. Et venit in ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar. Hæc est ciuitas, quæ Sichem præcis olim temporibus dicebatur, videlicet quòd eius filia Dina illac pertransiit, vbi pudicitiam virginittatis amisit. Et ob hanc causam euerfa est hæc terra. Attendite autem maximam Dei misericordiam: nam post tot millia annorum, ex quo ciuitas illa vnus foemina causa perdita, atq̃ in perniciem tradita fuerat, hodie Dominus per alteram mulierem omnes illius ciues saluos facit, atq̃ ad se conuertit. In quo significatum est: si per vnã mulierem, videlicet Euam tantum detrimentum mundo aduenit: per aliam mulierem longè dissimillimam, scilicet, per virginem sacratissimam dominam nostram Mariam eidem remedium, totiusq̃ salutis initium aduenturum. Accessit igitur Dominus iuxta prædium, quod dedit Iacob Ioseph filio suo. Super hanc antiquam melioritatem hæreditatis, quam S. Patriarcha Iacob filio suo Ioseph reliquit notabile quoddam animaduertere operæpretium erit. Omnibus (crede) compertum est (sicuti refert sacra scriptura in libro Genesis) Ioseph à fratribus suis venditum fuisse, & de manu in manum in eum statũ peruenisse, vt totius Ægypti gubernator esset, adedq̃ æstimatum fuisse, vt Saluator mundi diceretur. Cũq̃ prius esset à rege non reperietis in sacris literis eũ liberis suis in illa terra hæreditatem aliquam reliquisse. Sic vtiq̃ (nihil minus) faciunt hodiè magnates, quiq̃ aliquid apud regẽ valent: sed ipsi vniuersa cupiunt deglutire. Dic mihi vir sancte, quare liberis tuis in Ægypto primogenituram, aut hæreditatem aliquam non relin-  
 4 quis: liberet me Deus (ait vir sanctus) ne tale faciam. Primogenituram oportet esse virtutum. Quod autè melius, atq̃ beatius liberi mei habẽt, est nihil in Ægypto habere: sic enim patefactũ habent aditum ad proficiscendũ in terrã promissionis, expeditaq̃ inuenient viam: primogenituræ namq̃; atq̃ diuitiæ compedes essent, quibus detinerentur ne ab Ægypto exirent. Ex alia autem parte reperimus Patriarchã Iacob hæc hæreditatẽ filio suo Ioseph reliquisse. Quid igitur hoc significare dicemus? Dico in hoc demonstrari diuitias ex se nec malas, neq̃e bonas esse, sed tales esse, qualiter vnusquisq̃; illis vsus fuerit. Imò verò bonæ & non malæ sunt ex natura sua, siquidem Dei creaturæ sunt. Pulsatur hîc fistula, quam cũ audis summopere delectaris, tam dulci  
 atq̃e

Gen. 34.

Gen. 33. &  
48. & Ios. 24. Gen. 37.

simila

atque suavi modulatione: quam fistulam alius accipit, & ita rudè, itaq; neptè illam tangit, vt illam nolles audire. Quid est hoc? nunc quid fistula non est eadem? sic. Sed qui eam tãgunt dispares sunt in tangendo. Alter diuinitus illam tangit atq; optimum edit sonum, alter verò tam malè illam pulsatur, vt nequis eam velit audire. Sicut in diuitijs: sunt duo viri quorum vnusquisque habet quatuor millia talentorum. Vnus plurima cum illis misericordiaz opera exercet: alter verò in ludis, ac profanitatibus illa consumit. De priore vniuersi bene dicunt, omnesque illum laudant, Deo, Angelis & hominibus placet. Et sic dicit Dauid de diuite bono: Dominus conseruet eum, & viuificet eum, & beatum faciat eum in terra, &c. de malis autè diuitibus dicit. Ideò tenuit eos superbia, operti sunt iniquitate, & impietate sua: prodijt quasi ex adipe iniquitas eorũ. Ex diuitijs enim tanquã ex adipe, & pinguedine compressa nimia gulam, sensualem turpitudinem, aliasq; quã plurimas iniquitates elegerunt. Idcirco Sanctus Ioseph diuini spiritus lumine illustratus, liberis suis in Ægypto primogeniturã, neq; hereditatem aliquam reliquit, ne illis mali occasio esset. Sanctus autem Iacob filio suo Ioseph hereditarium prædium reliquit, cognoscens illum benè eo esse vsurum; videlicet ad gloriam Dei, atq; ad proximorum vtilitatem.

In hanc ergo hereditatem, in qua erat fons Iacob, accessit diuinus Dñs. *Fatigatus ex itinere.* Nõ enim equitabat Dñs, neq; in curribus incedebat, sicuti nunc fieri solet. Quæ quidem satis magna abusio, atque profanitas est, multæque res ad Dei ministerium, spectantes propterea desinunt fieri: multæ missæ, ac conciones non audiuntur siue quia currus non est adaptatus; siue quia nõ est domine, quia equus nõ habet soleas ferreas, &c. Ecquid opus est: si venitis in missam, aut concionem à Deo peccatorum vestrorum veniam petituræ, siue ad peccata vestra confitendum acceditis, cum nudis pedibus incedere deberetis: in curru venire, & in honestas quidè? currus enim, [*Es vn mirador*], què ex eo facitis, ad vniuersas vias perspiciedas, & liberius ex illo aspiciatis, quã si pedites incederetis. Si enim pedites veniretis, oculos in terrã conijceretis, conspicietes vbi pedes ponèdi essent, ne caderetis, nec verò adeò diffusos, ac dissolutos oculos huc atq; illuc immitteretis, sicut in curru facitis, vbi cadere nõ timetis. O maximã Christianorum confusionem qui humillimè esu sectatores se esse profitentur: qui cũ

poten-

8 potentissimus esset Deus, vniuersalisque rerum omnium Dominus pro salute nostra homo factus pedes, ac nudis pedibus per vias ambulabat. O fratres mei quare non fatigamini, vt hũc optimum Deum, ac Dominum queratis; siquidem vt vos ipse querat tanto perè fatigatur? ò ineffabilem Deum, qui non contentus est quod omnia propter hominè quasi fatigata reuoluantur, celsũ gyris suis; terra postquã plurimos, atq; vberimos protulit fructus, tandè quasi defessa infructifera remanet, & sterilis: apes aerem tranãtes per prata dispersæ ad mella fabricanda, quibus fetida hominũ ora delectentur flores inquirũt; atq; omnes deniq; creaturæ in nostri ministerio occupantur: & tamen hæc omnia parũ Deo visa sunt, nisi ipse etiam pro nobis fatigaretur. O benedictus, & glorificatus sit talis Deus, O miserum, atq; infortunatum hominè, qui ne duobus quidem passibus pro eius amore vult pedè mouere, O gloriose Apostole Paule quam diligenter tu, socijq; tui celesti Magistro in hoc respondere curabatis: siquidem dicebas: Memores enim facti estis fratres laboris nostri: & fatigationis nocte & die operãtes, ne quenquã vestrum grauaremus, prædicauimus in vobis Euangelium Dei, vos testes estis, & Deus. Vos ergo fratres mei propter què vos fatigatis? O miseri homines quot defatigationes perfertis pro voluptatibus, honoribus, ac cupiditatibus: veruntamen nunc errorem istum non cognoscitis, fatigatione eq; ac labores istos, vt passione cæci estis, optimè toleratos esse ducitis. Maledicti autè, atq; infortunati, qui æternis cruciatibus in impiorum sedibus contorquentur; cùm pcena eorum oculos aperuerit, qui culpæ voluptate clausi tenebãtur, dicunt modo: lassati sumus in via iniquitatis, & perditionis; & ambulauimus vias difficiles: viam autem Domini ignorauimus. Ne passum quidè in via Domini ambulare norunt. Attèdite igitur vos fratres mei vtrum sic faciatis, & opportunum vobis remedium adhibete. Hoc vos per charitatem Dei instantissimè deprecor.

*Sedebat sic supra fontem.* Sic, id est, quomodo fatigati homines sedere consuefcunt. Homo mirificè complexionis sanguineus, vbi primũ defatigatur, pulcher vt rosa efficitur: mirabiliter quippe pulchritudo cũ calore accrescit. Etiã sedebat sic (secundũ Chryso- stomũ) vt pauper quidã, & infimæ conditionis homo. O quam mirabilis visu esset rex sine sella, & conopeo, quomodo cũq; sedens: quasi dicat: Rège atq; Deum illũ à cœlestibus spiritibus adoratũ,

Tom. j. Xx vide-

2<sup>a</sup> sal. 40.2<sup>a</sup> sal. 72.

1. Thess. 2.

sap. 5.

Chrysof.



videretis, absq; throno; & maiestate sedentem quasi mendicū: sic 11  
 quasi nō esset Deus sedebat sic, sicuti nobis opus erat. Neesse no  
 bis erat Deus quidā fatigatus. Ecce igitur Deū, qualis vobis opus  
 erat. Hac consideratione nos magnoperē consolatur B. Paulus di  
 cēs: Teneamus spei nostrę confessionē. Nō enim habemus pōtifi  
 cē, qui nō possit cōpati infirmitatibus nostris: tētatum autem per  
 omnia pro similitudine absq; peccato. Addeamus ergo cū fiducia  
 ad thronū gratiæ eius, &c. *sedebat sic.* Sic, vt suū erga nos amorem  
 ardētissimū patefaceret. Infirmitatur vxor cuiusdā viri nobilis, qui  
 vt eā sum moperē diligit, fatigatus nec edit, nec bibit, quoad usq;  
 valetudinē ipsa recuperet. O maximā cōsiderationē Christi Iesu  
 filij Dei! contēplamini nullū in totō terrarū orbe virū vnquā ex  
 titisse, qui vxorē suam tam ardenti amore diligeret, sicuti Chri  
 stus redēptor noster Ecclesiā suam dilexit. Hunc amorem apertē 12  
 significauit omnibus illis dulcissimis vocabulis, quibus illam in  
 cāticis alloquutus est dicens: Amica mea, speciosa mea, columba  
 mea, formosa mea. Atq; etiā cū dixit: Ne euigilate faciatis dile  
 ctam. Quod verbū cum illa singularitate maximā habet empha  
 sim. Et quia hęc sponsa infirmabatur, idcirco eius sponsus non  
 quiescebat, sed fatigatus huc atq; illuc incedebat. Postquam autē  
 illam redemit, glōriosus in sua sancta resurrectione apparuit.

*Fatigatus ex itinere se debet sic.* Solēt reges & magnates etsi delica  
 tissimis, atq; optimē conditis cibis referti sunt, venationis cibo,  
 sicuti ceruo, aut apro, aut alio syluestriū ferarū genere delectari.  
 Et sic in his feris venandis montes, ac valles currentes illas insectā  
 do fatigantur. Sic etiā vnigenitus filius Dei delicatissimis auiibus  
 affuefactus (qui sunt innumerabiles Angeli, in celo cōmorantes) 13  
 in hūc mundū venit, atq; in peccatoribus venandis fatigatus est;  
 qui tanquā feræ in peccatorum suorū nemoribus inclusi latebāt:  
 & quasi aues agrestes ac indomitæ extra ipsius amorem volita  
 bant. Et sic hodie sedit iuxta fontem; quia ad fontes, & riuulos so  
 lent aues bibiturę accedere: & ars est aucupum ad eas aucupādas,  
 illic laqueos suos tendere. O Christe, suauissime animarū nostrā  
 rum amor, quid facis hic Domine sedens super hunc fontem? se  
 deo (inquit) hic tanquam laqueus: ventura est enim huc quædam  
 passerula, quam meo amore volo apprehendere.

Sic sedēte Dño: *Venit mulier de samaria haurire aquā.* O admirabi  
 le mysteriū, cū filius Dei sollicitior esset, ardētiusq; fixet animarū

salu-

14 salutē, quam materialem aquam in meridie, in ardentiori solis  
 calore, in deserto, accedit hęc mulier ad hauriendam aquam. Su  
 per hoc aduertite, habentibus bona desideria nunquam deesse,  
 in quibus rebus ea exerceant. Sicuti hic apparet, in hac enim so  
 litudine vbi nulla opportunitas faciendū boni esse videbatur, hic  
 conuertendam mulierem reperit. Patriarcha Abraham quando *Gen. 18.*  
 peregrinabatur, in casula quadam morabatur, peregrinosque se  
 cum excipere solebat. Cumque vesperi quodam maxima cum  
 anxietate ad ostium tabernaculi sui exiret, accesserunt tres An  
 geli peregrinorum speciem ferentes. Ecce quomodo deficienti  
 bus pauperibus, quibuscum bonam voluntatem suam adimple  
 ret, venerunt Angeli. Quando autem Angeli deessent, Deus se  
 pauperem faceret, vt cum eorum sanctum propositum exerce  
 res. Idem etiam faciunt mali, veluti si quis est lusor, nec tamen  
 quocum ludat, inuenit; cum lapidibus ludet, ipsasque chartas so  
 lus manibus euoluet. Cū Christus Redemptor noster esset in  
 templo; quia Phariseos cum seueritate reprehendit, seque verū 10.  
 Dei filium esse apertissimē comprobauit; dicunt: Blasphemauit:  
 lapidesque in templo arripiunt, ad eum lapidandum. Et diligen  
 ter pensandum est, eos in templo (quod quidem auro mun  
 dius erat) lapides reperisse contra Dominum: omnia enim ma  
 lignum peruersiq; animi hominem videntur adiuuare ad  
 operandum malum. Et vbiq; ad illud exercendum occasio  
 nem inuenit. Quapropter fratres optimas intentiones, ac deside  
 ria habere curate. Deus enim plenas manus vobis largietur ad  
 ea exequenda: sicuti in meridie, & in solitudine occasionem Do  
 minus inuenit, vt sanctum propositum suum adimpleret. Quan  
 do autem propter aliquod impedimentum illa sancta desideria  
 opere non potueritis exequi: hoc tantum nobis Deus remune  
 rabit. Voluit David templum Domini construere, quod ei pro  
 hibitum fuit, quia vir sanguinum fuerat: illam autem volunta  
 tem ei Dominus acceptauit, & sic dixit Salomon: Cū fuisset  
 voluntas David patris mei, vt ædificaret domum nomini  
 Domini Dei Israel: dixit Dominus ad eum: Quia hęc fuit vo  
 luntas tua, vt ædificares domum nomini meo: benē quidem fe  
 cisti huiusmodi habere voluntatem: sed non tu ædificabis mi  
 hi domum.

*Venit mulier de samaria.* Mulier quō tendis? eo (inquit) ad

XX 2

haurien-

Hebr. 4.

simile.

Canti. 2.

simile.

Gen. 18.

simile.

Ioan. 8. 6.

10.

2. Paral. 6.

hauriendam aquam. Nullius alterius rei meministi? Nunquid peccatorum tuorum recordaris? Non utique. Anne meministi Messiam? non. Nullam aliam cogitationem deferebat hæc mulier, nisi hauriendæ aquæ. Cùmque absque Messiam cogitatione graderetur, Messiam inuenit, & cùm peccatorum suorum contritionem non deferret, illam reperit. O ineffabilem Dei misericordiam! quum enim homines de utilitatibus suis, secularibusque rebus agendo magnoperè delectentur, in his ipsis negotijs inspirationem quandam eorum animis excitat, saluationisque suæ patefacit viam. Cùm nullā aliā cogitationem deferret Saul, nisi perquirendi a sinos patris sui, regnum inuenit: sic sapenumero cùm homines Dei sint immemores, in illis rebus, quibus occupantur vult Deus illis apparere. Attendite quibus negotiationibus intendebat Beatus Paulus quando illi Deus apparuit, eumque ad se conuertit. O quam merito dixit ipse Sanctus Apostolus: Deus est enim qui operatur in nobis, & velle, & perficere pro bona voluntate. Ipse nobis infert desiderium, & ipsemet illud exequitur, sicuti apparet in hac muliere, & in B. Paulo. Ex his verbis occasionem acceperunt hæretici huius tempestatis affirmandi nos nullum opus bonū facere posse, sed omnia à Deo fieri. Vnde & liberam arbitrium negant. His respondet Beatus Augustinus dicens: initium salutis nostræ Deo inspirante fit. Deus enim mentē illuminat, voluntatemque excitat, ac commouet: veruntamen postquam hoc modo animam excitat, non cogit voluntatem, vt bonū faciat, sed in suo libero arbitrio illam relinquit: & sic in eius potestate est cum Deo in ijs, ad quæ ab ipso incitata est, conformari, an non. Quod si Deo conformari velit, ipse in promptu est, vt ei auxilietur. Atque idè dixit Beatus Paulus: Dei enim coadiutores sumus: non dicit Deum solum hoc facere, sed Deum, & nos simul cum ipso. Et alibi, abundantius illis omnibus laboraui: Non ego autem, sed gratia Dei mecum. Vterque hoc fecimus: non autem ego solus. Quadam similitudine hoc intelligetis. Est hic homo dormiens, qui longum iter facturus est, sic dormiens non posset iter facere. Ad quem alter accedit dicens: eia homo surge: magnum enim tibi iter faciendū restat. Hic non eum cogit ad ambulandum: quod si eum deficere videret, pane suo illum cibaret, vinoque potaret, & comæatu suo illum aleret, quem si defatigari animaduertit secum in equum facit ascendere.

1. Reg. 9.  
c. 10.

Acto. 9.

Philip. 2.

Augustinus  
lib. de Eccle-  
siasticis Dog-  
matibus.

Leg. 1. Ab-  
phon. à Ca-  
st. o de here.

lib. 9. Verba  
libertas.

1. Cor. 3.

1. Cor. 15.

simile.

20 dere. Sic utique facit Deus nobiscum longum, videlicet vsque ad cælum iter facturis. Voluntas nostra quasi soporata nisi à Deo excitetur, nequaquam ad bonum commouebitur. Illam igitur Deus excitat, & ne deficiat sacris cibis illam alit: quæ sunt diuina sacramenta, & gratiæ; & super merita suæ sanctissimæ humanitatis illam collocat. Ecce quam alto sopore dormiebat hæc peccatrix, siquidem saluationis suæ immemor existerat. Accedenti autem illi ad puteum coepit Dominus, vt illam excitaret, & commoueret, dicere: *Da mihi bibere.* Quomodo Domine aquam petis cùm tanto calore exardescas; nec tamen quicquam hodie manducaueris? Expecta paulisper quousque veniant discipuli tui, qui cibos empturi in ciuitatem abierunt, & postquam venerint, buccellam comedes, & postea bibes. O parum scitis: bibere est cibus meus. Exorsus est Dominus hunc sermonem: si enim ipse non incepisset, mulier non ei loqueretur, & ita peccatrix abiret, sicuti veniebat. Sed alloquutus est eam vt occasionem sumeret illuminandi eam, & ad bonum concitandi. Dixit autem: da mihi bibere, vt quàm ardentissimam sitim haberet illius conuertendæ patefaceret. Magis namque sitis; quàm fames fatigat. Et sic pendens in cruce dixit, sitio: cùm non tam corporalis sitis, quàm qua saluationis nostræ avidissimus erat, eum fatigaret. Tanta erat sitis qua in cruce æstuabat, vt integrum latronem vno sorbitu biberit. O quanto opere bonus Iesus salutem nostram sitiebat: quis ei aquam dabit, sicuti Rebecca illam dedit seruo Abraham dicens. Bibe Domine mihi: nunquid est aliqua anima, quæ ei aquam porrigat, eiusque sponsa fiat? est ne aliquis diues, aliquis vir nobilis, iuuenis, virgo; aut denique aliqua matrona, quæ vero Eliæ fatigato, longoque itinere lassato obuiam exeat; atque aquam præbeat? videamus nunc quisnam exurgit ad eum hodie sitientem potandū. O quanta confusio, quod cùm tot animæ hinc sint nulla sit quæ huic necessitati subueniat: & sic bonus Iesus sitiens maneat. O Domine cum tu sis fons aquæ viuæ, ex quo flumina erumpunt, quibus paradisi arbores irrigantur: quomodo hodie ex alieno puteo aquam exposcis? Habeo enim (ait Dominus) talem sitim, quam nemo nisi peccator poterit extinguere. Consideret igitur vnusquisque Deum aquam ab ipso postulare. Verum prohi dolor! Numis

Ioan. 19.

Luc. 23.

Gen. 24.

3. Reg. 17.

vtiq; miserabile est nos tota die aquam diabolo haurire. Haurit<sup>23</sup> iuuenis, virgo, vir primarius, &c. à manè vsq; ad vesperum aqua, vt bibat Sathanas: nec vero minima quædam gutta Iesu Christo hauritur. O animæ ingræte date bibere huic optimo Domino, qui in meridie nec buccellam quidem panis comedit; & vase aquæ vestræ vult fetam serò refocillare. Quid domine, vultu per vnam istam bibere; cum per ipsam diabolū bibisse cognoscas? in vase, per quod toties bibit Sathanas, atque idcirco ore confraçto; hoc est in tam immunda anima, os tuū vis ponere? Nullū est genus immunditiæ, quod in cor meum non fuerit ingressum, & tamen per illud vult Deus bibere. O benedictus, & glorificatus sit talis Dominus.

Etiam ab hac muliere aquam exposcit, vt significaret velocitē, qua eius anima peccatrix erat conuertenda. Pro quo nota Dei<sup>24</sup> quando peccatores vult conuertere, alios comedere, alios bibere. Quod bibitur, celeriter deglutitur, & trāsit in stomachum: quod autem editur, necesse est nimium mādi, atque inter dentes reuolui. Nonnulli sunt peccatores, adeo duri, atque obstinati, quos vt Deus ad se attrahat, atque per gratiam in se incorporet necesse est illos manducare, plurimisque moribus illos demollire; hoc est, plurimos illis labores immittere, morbisq; atq; afflictionibus conterere: priusquā illos in se incorporet, atq; iustificet. Hoc significauit Sanctus Iob dicens: increpat quoque per dolorem in lecto: & omnia ossa eius marcescere facit. Abominabilis est fit inuita sua panis, & animæ illius cibus ante desiderabilis. Tāta est Dei reprehensio, vt peccatoris ossa faciat stridere, hoc est, [Crisis]. Per ossa significatur hic bona temporalia, diuitiæ, pecuniæq; dicuntur autem ossa, quia illis mollis caro sustinetur: sine quibus persistere, atq; ordinatè sustentari minimè possent. Vitia, quæ carnis nomen sibi vendicarunt, non possunt absque pecunijs sustentari, hæc et enim sunt eorum ossa. Ad gulam, ludū, sensuales turpitudines, ac denique honores sustentandos necessaria sunt pecuniæ: sine quibus parum profectò fieri potest. Tollite hæc ossa, & vniversa ista caro in terram procidet. Morbis igitur (ait Sanctus Iob) efficit Deus, vt diuitiæ consumantur, detinens diu peccatorem grauissimis morbis laborantem in lecto, plurimisque illum doloribus conterens, & sic eius ossa marcescunt. Et statim ei panis est amarus, & omnia, quæ ipse antea dulcia vi-

deban-

debantur. Hac enim infirmitate contritus conuersus est, omniaque, quæ sibi antea voluptatem afferebant, execratus est: Alij sunt peccatores molliores, qui primò ictu conuertuntur; & hos quidem bibit Deus, absque enim eo, quod eos dentibus cōterat; in stomachum includit, atque in corde charitateq; sua collocat. Talis fuit hæc peccatrix: & ideo ei dicit: da mihi bibere. Hoc est, velociter ad me conuertere sicuti reuera factum est.

At illa respondit: *Quomodo in Iudæis cum sis. &c.* In quo illum Iudæum esse cognouit in vestibus, ac sermone. Rex Ochozias famulos suos misit vt Deū Accaron cōsulerent; vt vñ ex morbo, quo grauabatur, esset sanandus: quibus, descendens Elias Dei imperio de monte, obuians dixit: Nunquid non est Deus in Israel, vt eatis ad consulendum Beelzebub? quam obrem hæc dicit Dñs: morte morieris. Reuersi sunt igitur nuntij ad regem, qui euentū ei recitarunt: eosq; rex interrogauit dicens: cuius figuræ, & habitus est vir ille, qui occurrit vobis, & locutus est verba hæc? at illi dixerunt: vir pilosus, & zona pellicea accinctus renibus. Et statim per signa cognouit rex illum esse Eliā, dixitq; ad eos: Elias Theſ bites est: in vestitu, & aspectu cognitus fuit seruus Dei. O bone Deus, nescio vtiq; quomodo hoc dicā. Dicite fratres mei quomodo cognoscantur Christiani in vestibus: siquidem nunquam Ethnici quantumuis diuites atque potentes essent, tam prophanis vestibus vsi sunt, qualibus vtuntur modo ij, qui Dei Evangelium profitentur: tot etenim vestibus vtuntur, tamque perpolitum vestituum inuentiones exquirunt; ij præsertim, qui in sacrosancto baptismatis sacramento diabolo pompisque eius re-<sup>28</sup>nuaciarunt: ita vt & Turcæ etiam de Christianorum prophanitate detrahant. Cum Dauid iam in mortis articulo esset, dixit filio suo Salomoni: Tu nosti, quæ fecerit mihi Ioab, qui effudit sanguinem belli in pace, & posuit cruorem prælij in baltheo suo; qui erat circa lumbos eius & in calciamento suo, quod erat in pedibus eius. Facies ergo iuxta sapientiam tuam, & non deduces cānitiam eius pacificè ad inferos. Hic dux Ioab dolose alium ducem interfecit. Et sicuti dicit hic Dauid sanguine ducis intercepti baltheum suum intinxit, quasi diceret: hic quod feci, perspicitur: cruorem in signum victoriæ accepit glorians se de malo, quod fecerat. Veruntamen licet Dauid fraudulentum hoc homicidium maximè doluit; quia illo, propter superuenientia

Xx 4 ho-

Iob. 33.

4. Reg. 1.

3. Reg. 2.

2. Reg. 20.

hostium prælia: sibi opus erat; aliquandiu hoc dissimulauit: quando autem obire voluit, iussit illum interfici quia homicidium perpetrarat, & de peccato suo fuerat gloriatus. Maximum malū est vos in vestibus vestris homicidium, superbiamq; vestram scriptam deferre. Non sufficit vos esse peccatores: sed de peccato vestro gloriamini? Maxima peruersitas. Ecquid aliud nimia ornamenta vestra esse arbitramini, nisi titulos peccati Adæ? vestes enim necessarias esse in peccati poena datū est. Vos igitur de poena peccato iniuncta gloriari, illaq; tanquam elegantia vti, quodā modo nihil aliud esse viderur, nisi peccatum optimè factum fuisse affirmare. Cauete igitur ne faxit Deus vt siquidē de malo gloriamini, æternis illud poenis persoluatis. Dicit Dominus: si habes brachium sicut Deus circumda tibi decorē, & in sublime erigere: & esto gloriosus & speciosus induere vestibus. Quasi diceret: sed siquidem debilis, atq; imbecillus es quasi formica, aut aranea, & es homuncio vilisq; terræ vermiculus, quare tā pōpaticis, ac sumptuosus vestibuste vis induere: O fratres charissimi per charitatem Dei vos rogo, vt consideretis vos cras, aut citò esse morituros, atq; in cinerē conuertēdos. Vt quid tā delicatē sumptuosē, atque profanē corpora ista tractatis, cum idcirco tantis malis occasionē præbeatis? loqui autem hīc quomodo Christiani sermone cognoscerentur, oblongū, vti que foret. Iā enim verba nostra non sunt tanquā eorum qui animæ immortalitatē credunt; præmiaque, atque æterna supplicia hominibus præparata esse, confitentur. Non enim mihi persuadere possum Ethnicos turpius, atq; obsceniū loqui, quā plurimī Christiani loquuntur: modicam autē animadversionem, qua etiam de proximis nostris loquimur, quis satis dignè poterit explicare? Id demum ore ostendimus, quod in corde habemus. Medici bonum, ac malum morbi, videlicet vtrum sit periculosus nec ne, per linguam dignoscere consuecunt. Sic etiā in verbis corruptio, aut integritas conscientia magna ex parte reuelatur. Vnde interrogatus maximus ille Philosophus Socrates quid sibi de cuiusdam adolescentis physionomia videretur, dixit iuueni: loquere, vt te cognoscam: significās quippe certiorē hominis cognitionē in lingua sitam esse. Dixit famulus quidam Saulis de Sancto Dauid: vidi virum prudentem in verbis. Non dixit: prudentem in negotijs: nam licet omnibus rebus agendis necessaria sit prudentia: multò tamen magis loquendo necessaria est.

Job. 40.

Simile.

Socrates.

1. Reg. 16.

est: qui sic prudens fuerit, non nocua quidem, sed potius exemplaria, ac pietatis plena verba loquetur.

Respondit Iesus: *Si scires donum Dei id est, o si scires tempus, in quo viuimus, beneficiumque quod Deus in mundum contulit, & quam liberalis sit, cognosceres, & quis est, qui dicit tibi: Da mihi bibere. Hoc est, sicuti alicui in necessitate maxima constituto diceret alter: scito talem hominem liberalissimū esse, qui mille, ac duo millia nummorum in eleemosynam largiri consuecit: & ego sum eleemosynarius, per quem has eleemosynas erogat. Videte quomodo ad petendam eleemosynam pauperem inuitaret. Sic etiā in hodierna Sancti Euangelij lectione, ait Dominus huic mulieri: O si cognosceres quā liberalis, ac munificus est Deus. Et ego sum eleemosynarius, per quem omnia distribuit. Si hoc bene intelligeres, tu à me peteres, & ego tibi aquam viuam largirer.*

Dicit ei mulier: *Domine, & c. Vnde ergo habes aquam viuam?* Respondit Iesus: *Omnis, qui biberit ex hac aqua, sitiet iterum.* Hic declarat Dominus quātum inter temporalia, & spiritualia bona interfit. Hęc quippe terrestria non animæ sitim extinguunt, imò potius illā ad augment. Et de quærentibus in eis foelicitatē intelligitur illud Psalmi: Errauerunt in solitudine, & in aquofo esurientes, & sitientes, anima eorū in ipsis defecit. Hic adnotatur mundi sterilitas, & anxietas, ac sitis hominum quærentium sæculares nenas. Ideò Beatus Hieronymus pro eo, quod nos legimus: Similiter eos, qui exasperant, qui habitant in sepulchris: vertit: Increduli autem habitauerunt in siccitatibus. Et si plurima habeant, magis earum rerū, quæ non habent, cupiditate fatigantur; quā earum, quas habent

possessione delectantur. Quod si mihi non creditis, consideret vnusquisque quam voluptatem reportauit ex illis, quæ summo pere desiderauit: si igitur hucusque nihil ex ijs, quæ desiderasti, postquā illud impetrasti, o peccator tibi satisfecit, quare ea, quæ nondum adeptus es tibi satisfactura, teque consolatura esse arbitris? quare ex præteritis ad futura experientiam non assumis? Nunquid ignoras quod dicit Ecclesiastes: *Quid est, quod fuit? ipsum, quod futurum est.* Quod si hæc te delectare dicas: non potes tamen negare, vniuersa, quæ sunt in mundo, non posse tibi in maiori necessitate fauere. Et hoc vnum sufficeret tibi ad omnia relinquenda persuadere. Quando Moyses populū Israel ad poenitentiam maximi illius peccati idololatriæ, quod commiserat,

Simile.

Psalm. 106.

Psalm. 67.

Eccles. 4.

Exod. 32.

permouere voluit, videlicet, quando vitulum aureum tanquam  
Deum adorarunt: Deum illum in eius conspectu confregit, eum-  
que in puluerem redactum populo bibendum tradidit. In quo va-  
nam populi fiduciam, vanumque Deum, quem sibi fabricati fue-  
rant, voluit deinde ostendere. Quasi diceret illis: Deum petistis, qui vos  
securos duceret, ac cuius auxilio terram Chanaan possidendam  
caperetis: videte igitur qualem Deum elegeratis, qualemque pote-  
statem, ac valorem habet, siquidem illum bibistis. Hæc ergo cogno-  
scentes ad verum Deum conuertimini. Beatus Chrysostomus su-  
per hoc verbum, siti et iterum: misericordiam adducit similitudinem.  
Si quis iter faciens siti maxima estuaret, & amoenissimum, atque  
vberissimum inueniret fontem pulcherrimum habentem canalē, & præ-  
nimia siti adeo cæcus accederet, vt arbitrans se veram aquam bibe-  
re, de umbra aquæ per canalē exilientis bibere conaretur; & cum  
iterum, atque iterum deglutiret, nihil tamē biberet; si hic diceret:  
quomodo hac aqua non possum saturari? ecquis ei non responde-  
ret, dicens: Quomodo saturari potes, si non veram quidē aquam,  
sed eius umbram bibis? Applica os canali veræ aquæ, & consolati-  
onem percipies. Nescis in libro Sapientiæ dici. Trāserunt om-  
nia tanquam umbra? Si igitur omnia sunt umbra, quomodo si-  
tim tuam poterunt extinguere? Accede, accede frater charissime  
ad canalē, qui est Iesus Christus, per quem aqua ex diuinitatis  
fonte, quæ est diuina eius gratia, profilit. Hæc enim sitim, secula-  
riumque rerum desiderium tibi extinguet: sic etenim dicit Do-  
minus: *Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet iterum in aeternū.*

Audiens mulier huius aquæ excellentias, dixit: *Domine da mi-  
hi hanc aquam.* Hæc adhuc res materialiter intelligebat: nos autem  
Christiani, qui mirificas huius aquæ operationes credimus in-  
stantius illam oportet exposcere. Iob dicit: Nunquid virere po-  
test scirpus absque humore, aut crescere carectum sine aqua? Sic  
impossibile est animæ benè esse absque diuina gratia. Hanc au-  
tem diuina Maiestas petentibus, sicut oportet per Esaiam Prophe-  
tam pollicetur, dicens: Egeni, & pauperes quarunt aquas, & non  
sunt: lingua eorum siti aruit. Ego Dominus exaudiam eos, Deus  
Israel non derelinquam eos. A periam in supremis collibus flumi-  
na, & in medio camporum fontes. Quibus verbis aperte signifi-  
cat, ad spiritualia dona consequenda necesse esse maximam illo-  
rum sitim habere, illaque instantissimè, atque ardentissimè expo-  
scere.

Chrysof.

simile.

Sapi. 5.

Iob. 8.

Esai. 41.

scopare. Hic etiam detegit, hæc dona tam paruis, quam magnis,  
dummodo conuenienter cum dispositione, & sicut oportet, acce-  
dant, à se esse communicanda. Et idcirco dicit se in supremis mō-  
tibus, & in humilibus vallibus fontes esse aperturum egenis, &  
pauperibus. Et hæc duo nomina sic coniuncta collocare: signifi-  
cat maxime necessariam esse quandam propriæ paupertatis, at-  
que vilitatis cognitionem. Non meministis quā instantè af-  
fiduis processibus aquam postulamus? Sic igitur & instantius  
quidem spirituales aquas nos oportet exposcere. Væ non men-  
dicati, & qui sibi diues esse videntur, nec à Deo elemosinam ef-  
flagitat, nec illum rogitat, vt suæ diuinæ gratiæ pluuiam super ip-  
sum immittat.

Dicit ei Iesus: *Vade, voca virum tuum.* Hoc dixit ei, vt occasione  
haberet dicendi ei: *Quinque enim viros habuisti: & nunc, quem habes,  
non est tuus vir.* Quomodo Domine cum tu tota mundi vrbinitas,  
ac modestia sis, illam tam ignominiosè vituperas? Hoc facit ad  
eius vtilitatem, vt ad culpæ suæ cognitionem deueniat. Quan-  
do agricola agrum suum vult serere, prius illum aratro dissecat,  
ac dirumpit, pedibusque conculcat: ita, vt illum asperrimè tra-  
ctare videatur. Postquam autem semen suum in eum seruit; nec  
eum conculcat, nec animal aliquod in illum ingredi patitur. Sic se ha-  
bet Deus cum peccatore, qui est quasi ager incultus; vult enim illum  
reprehendi, & tanquam sanctæ admonitionis, & correctionis vo-  
mere exarari. Et sic hanc mulierem se uero hoc sermone alloqui-  
tur, dicens illam esse concubinam; veruntamen postquā in ea sui  
ipsius cognitionem seruit, dicens illi: Ego sum qui loquor te-  
cuius non eam in bono modo in reprehendi; neque conculcauit.

Cum autem mulier se hoc modo à Domino reprehendi per-  
spiceret, alio sermone diuertit, dicens: *Domine, ut video Prophetas  
es tu. Patres nostri, &c.* Hoc est peccatum ingenium; vbi pri-  
mum eis dicuntur aliqua eos periclitantur; sermonem alio diuert-  
unt. Quam inueterata potio est: veritas peccatorum. Hoc signifi-  
catis Beatus Paulus, dicens: *Coram Deo in Christo loquimur.* 2. Cor. 12.  
Omnia autem charissimis propter edificationem vestram. Ti-  
meo enim ne forte cum venero, non quales volo inueniam vos:  
& ego inueniam a vobis, qualem non vultis. Quia illi à Sancto  
Apostolo volebant reprehendi; idcirco dicit: qualem non vultis.  
Et paulo post: *Ne contempserim cum venero, humiliet me Deus*  
apud

simile.

2. Cor. 12.

apud vos. Super quo notandum primò est. Sanctum Apostolum <sup>41</sup> de se fateri, omnia, quæcunq̃ prædicabat, atq̃ scribebat, esse ad laudem, & gloriam Dei, animatumq̃ ædificationem. Et dicit se timere ne illos dissolutos, atq̃ peruersos inueniret: ne occasionem haberet reprehendendi illos, eisq̃ molestiam afferendi: nouerat enim quàm amara, atq̃ insipida illis reprehensio videbatur. Atq̃ hinc est quòd cum pluriimi proximos suos salubriter corrigere, atq̃ admonere teneantur, non tamen audet, ne illos molestia afficiant: cõ mouentur etenim crudeli quadam pietate. Attendamus igitur fratres, quod singulis nobis dicit Spiritus sanctus: Ne retineas uerbum in tempore salutis. Non abscondas sapientiam tuam in decore suo. O immente Deus: quàm negligentes sumus in adiuuãdis fratribus nostris; quia cum passim eos incidere, animamq̃ suam interficere uideamus, ne minimo quidem <sup>42</sup> uerbo illos adiuuamus. O quàm difficilis est motu lingua ad consulẽdum proximo, ad dicendum illi: Domine ne iures, ne detrahas: attende creatorem tuum à te offendi. Ne sis frater pusillanimus in re tam necessaria. Quòd si tibi dixerit alter, quem corrigis: Discede hinc stulte: scito te nũquam tam sapientem fuisse, nec talem vnquam sapientiæ tuæ ostensionem præbuisse: quia non abscondisti sapientiam tuam in decore suo.

Deniq̃ utroq̃ inuicem inter se sermonẽ prosequente, Dominus huic mulieri se se reuelauit, dixitq̃. *Eg. sum qui loquor tibi.* Hoc est, ego sum Messias mundo promissus. Quæ cum hoc audisset, reliquit hydriam suam, & abiit in ciuitatem: uniuersumq̃ populum ad uideandum, atq̃ excipiendum Messiam accersuit: qui cum uenissent, ad Dominum conuersi sunt. O quanta est hæc <sup>43</sup> nobis confusio! quòd mulier concubina uniuersam ciuitatem suã ad Dei cognitionem adducit: tot autem prædicatores uix unum peccatorem alliciunt. & post tot conciones, ferè omnes ita proterunt, atq̃ obstinati, sicut antea remanentis. Per charitatem Dei uos rogo fratres, ut tantæ obstinationis uos pudeat, huiusq̃ peccaticis exemplum sufficiat, ut non solum uos, à peccatis uestris cõuertamini, sed etiã ut alios conuertere faciatis. Attendite optimi: dominus artificium, qui quasi uenator iuxta fontem suorum cælestium uerborum laqueis, hanc passerulam uenatus est, & quasi lignum attractiuum illam constituit, quæ reliquos peccatores apprehendat. Sit igitur unusquisq̃ fratris sui exemplar, ut hoc

Eccli. 4.

Simile.

hoc modo alij alijs inuicem fauentes ad diuinam gratiam disponamur, qua cælestis gloria comparatur: ad quam nos perducatur Iesus Mariæ filius, Amen.

### ¶ Sabbatho post Dñicã. III. In Quadrag.

*Perrexit Iesus in montem Oliueti, & diluculo iterum uenit in templum. Ioannis. 8.*

PRÆDICANTI Domino in templo, adducunt Scribæ & Pharisei mulierem deprehensam in adulterio. Fortasse cõstituerant hi scelerati homines inter se, dicentes: Si nobis dixerit, ne illam occidamus, lapidibus, quos ad eam percutiendam adducimus, illum lapidabimus. Diligebat utique populus Saluatorem, quia misericors erat in peccatores. Horum autem calumnia erat credere Christum Redemptorem nostrum, ut opinionem, quam de se homines habebant, sustineret, præcepturum esse; ut adultera illa impunis dimitteretur. Vna ex maioribus tentationibus, quibus diabolus plurimos superat, est opinionem sustinere, quam homines de vnoquoq̃ conceperunt. Imponit familiaris seruus Principis cuiusdam falsum testimonium proximo suo, & intelligens se debere retractari, ne æstimationem apud Dominum suum amittat; toto ferè vitæ suæ tempore in peccato commoratur. Et quot etiam homines plurimas diuitias non restitunt, ne æstimationem amittant? Hac hasta, quæ quidem uelocissimè decurrit, prostrauit Sa: hana Pilatum, quando per os horum ministrorum suorum dixit: Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris. Contendebat utique Pilatus Dominum dimittere: hoc <sup>1047. 19.</sup> autem telum adeò forte fuit, ut illum persistere, uoluntatemq̃ suam comprimere, compulerit. Maluit etenim iniquus ille iudex æstimationem, quam habebat apud Cæsarem, integram; inuolamque sustinere; quàm animam suam à peccato immunem, ac liberam conseruare.

Hac igitur tentatione uoluerunt Pharisei Dominum tentare, arbitantes illum ut æstimationem, quam apud homines de clementia, ac misericordia habebat, conseruaret, legem Moyse uiolaturum esse: quæ quidem adulteros lapidari præcipiebat. Et sic dicunt

Leuit. 24.



dicunt ei: *Magister, hæc mulier modo deprehensa est in adulterio*. An<sup>4</sup> maduertite quantum malum sit adulterium, siquidem tam graui supplicio illud etiam in hoc seculo Deus puniri præcipiebat. Fons & origo huius vitij, vniuersæque sensualis turpitudinis est affectio. Quæ secundum Theologos est voluntate adeo se fe alicui rei applicare, vt vix illam rem à phantasia deponere valeatis, vixque de alia re loqui possitis. Est sicuti qui in vnum colorem totos oculos conijcit; ita vt alios vix possit aspiciere: omnia enim quæcunq; aspicit, illius coloris ei esse videntur. Si oculos in vitrum quoddam fenestræ rubicundum infixeritis, omnia postea illiusmet coloris vobis videbuntur: sic etiam qui voluntate suam nimia affectione, & amore rem aliquam amare consentit, vigilans semper de illa cogitat; dormiẽsque de illa somniat. Hęc affectio est venenum quoddam, quod oculis deuoratur. Hęc affectio est [*virejalgar.*] honoris, diuitiarum, personæ; & (quod peius est) conscientia. Hęc hominem magis ratione priuat, mentemque tenebrosius obæcat, quàm vniuersæ nebulæ. Idcirco affectuose Deum precabatur Dauid, dicens: *Auerte oculos meos ne videant vanitatem*. Et referens Salomon sex vitia, quæ Deo nimis odibilia sunt, primum posuit, non habere oculorum obseruantiam, neque custodiam. Et ita dicit: *Sex sunt quæ odit Dominus, & septimum detestatur anima eius: oculos sublimes: linguam mendacem: manus effundentes innoxium sanguinem*. Primum dixit oculos sublimes, & erectos deferre; quia hi sunt totius perditionis animæ initium: quocirca maximam illorum curam oportet haberi. Admirabilis est diligentia, quam habemus in oculis custodiendis, ne ad eos parum pulueris accedat, ne nobis officiat, atque exæcemur: nec verò illos custodimus quando quicquam offertur, quod spiritualis mortis nobis occasione esse potest. Sed omnia summa animaduersione volumus perspicere, ac si essemus pictores, qui omnia quæcunq; videmus, depicturi essemus. Io<sup>6</sup> seph cum in Ægypto venundatus esset, in domo viri cuiusdam nobilis morabatur: & bonus adolescens erat pulchra facie, & decorus aspectu. Post multos dies iniicit domina sua oculos in Ioseph, & ait: *Dormi mecum*. Perpendite singula hæc verba, vt eam tam turpem suaderet, prius oculos in illum affectuose iniicit, qui bene ei visus fuit. Si quis diceret huic mulieri: quomodo in seruum tuum oculos iniicis? statim illa responderet: Nunquid

*simile.*

*psalm. 118.  
Psalm. 6.*

*Gene. 39.*

7 quid non potest domina in vniuersam domum suam oculos conijcere, & quælibet in illa perspicere? O quam subdola fraus! Attendite viam ad vniuersum malum esse, oculos effundere. Si hæc mulier demissos in terram oculos haberet, non vtique in tantum malum deueniret. Et si quando primò in illum oculos coniecit, & cor solito de more illum concupisceret, ipsa diceret: *Væ mihi, Deus est in celo*. Et siquidem hunc respectum non habebat, saltem diceret: *Heu nupta sum: hæc superscriptio non conuenit mihi: non vtique adiecisset, vt diceret impudenter: Dormi mecum*. Optimè nostis, tales esse seruos, ac mancipia, vt absque occasione peccata perpetrare conentur: quid igitur oblata occasione facient? Hęc infelix non animaduertit se esse viro subiectam, & Ioseph esse mancipium suum, & seruum omnipotentis Dei: nec ad honorem, nec ad hominum dicta respexit. Sanctus autem iuuenis attentius quàm illa singula quæque pensauit. Qui nequam acquiescens operi nefario, dixit ad eam. *Ecce Dominus meus omnibus mihi traditis, &c.* Quomodo ergo possum hoc malum facere? quomodo, dicitis? Si huius tempestatis adolescentes interrogares, ipsi tibi dicerent, quomodo? Vix etenim adhuc loqui sciunt, quando iam adeo corrupti, ac labidinosi sunt, vt dictu sint mirabiles, seu potius miserabiles, atque obstupendi. Perpendite exaggerationem, qua dicit: *Hoc malum*. Nunc autem non dicunt, hoc malum: sed est fragilitas quedam. Et quanuis ibidem dicitur, quod mulier molesta erat adolescenti: ille recusabat stuprum, nunquam illum potuit superare: & omnia mundi mala, atque calamitates, carceres, atque cathenas maluit tolerare, quàm Deum offendens, tam horrendum facinus perpetrare. Quãdo Abraham præ mortis timore simulauit *Gen. 26,* Rebeccam non vxorem quidem, sed sororem suam esse: postquam Rex Abimelech illam non sororem, sed vxorem esse cognouit, illum reprehendit, dicens: *Quare imposuisti nobis potuit coire quispiam de populo cum vxore tua: & induxeras super nos grãde peccatũ*. Nimis notabile est hoc profectò, quod cum etiam infidelis maximum esse peccatum adulterium iudicauerint: Christiani tamen rem facilem esse ducant, humanamque fragilitatem appellent. Nunquid arbitramini fratres Iesum Christum filium Dei in mundum venisse, vt vobis peccan-

di cōcederet facultatem, quia tam liberè, ac dissolutè per hæc peccata vos diffunditis, & tam parui illa estimatis: O per reuerentiã Dei vos rogo, vt oculos vestros claudatis, neque ea perspiciatis, quæ vobis animam occidant.

Primum templum, quod Deo in toto terrarum orbe constructum fuit, illud construxit Salomon. Vt autem diabolus ardentissimis inuidiæ semper ignibus exardescit, diligentissimè curauit, vt ipse Salomon illi etiam templa dicaret, eiusque ministerio erigeret: & omni sua diabolica astutia, fraudulentaq; calliditate se hoc Salomoni persuadere, atque in eius animum inducere nõ posse, cognouit. Et sic medium quod ad hoc conficiendum assumptum fuit, fuerunt mulieres. Hæ illum prostrarunt, in tantamque miseriam adduxerunt, vt illum ad templa diabolo ædificanda commouerint; vt patet tertio Regum, vbi dicitur: Ædificauit Salomõ phanum Chamos Idolo Moab. Atque in hunc modum fecit vniuersis vxoribus suis alienigenis, quæ a dolebant thura, & immolabant dijs suis. Res profectò dicta, atq; auditu metuenda, quod tale tantumque peccatum possent mulieres homini tantæ qualitatis, tamque sapienti persuadere. Timeamus igitur fratres mei, & nemo suis bonis propositis confidat: quantũcunq; enim efficacit illa habeatis, non tam firma erunt, sicut erant proposita Dauidis, qui in tantam illorum abundantiam deuenit, vt dixerit: Ego dixi, in abundantia mea, non mouebor in æternum. Oblata autè postea parua quadam occasione, qualis fuit mulierem non in domicilio quidem secũ, sed visum è solari diffundendo è conspectu perspicere: satis fuit, vt illũ ab omnibus sanctis propositis deiceret. Attendite, vtrum sit vitrum quod tam faciliè confringatur, an stупpa ad eò exsiccata, quæ in cõspectu longinquo ignis, cum ei non applicetur, exardescat. Quis erit, qui hæc attentè considerans, nec seriò, nec per iocum ad prunas audeat accedere? In prælijs, quæ commisit Dauid cum hostibus suis, manu, & ense cum illis confligebat, & sic eos superabat. Quando autem cum illo horribili gigante Goliath dimicauit, à longinquo & lapidibus illum deuicit. Sic nos facere oportet: nam aduersus cætera omnia vitia, pari marte possumus dimicare, & cum eis colluctari, quousque victoriam reportemus. Hoc autem vitium carnis, qui est horribilis gigas, à longinquo, & lapidibus; hoc est, ieiunij cilicij, & disciplinis superare debemus: & fugientes omnem occasionẽ, diuino

3. Reg. 11.

Psal. 29.

1. Reg. 17.

13 fauore adiuti ab eo victoriam reportabimus.

Etiã grauitas huius peccati adulterij maximè ex illis verbis Osee Prophetæ apparet, vbi dicitur: Omnes adulterantes quasi clibanus succensus à coquente. Ad quorum verborum intelligentiam notandum est diabolus maximo artificio vt, ad efficiendum, vt in grauissima quæque peccata dilabamur. Et hanc certissimam regulam habete: scilicet, quo grauiora sunt peccata, eo longius, synderesin rationis, & conscientiam, ac timorem Domini ab eis recedere, & efficere, vt ea maiori odio habeamus: quia rationi, ac fidei magis repugnant. Ars autem diaboli ea est, quæ, vt hæc grauissima peccata committantur: magis sensuales appetitus hominis adauget, amoremque ardentius inflammat, vt amor, & concupiscentia rationem, atque timorem hæc grauiora peccata reuidentem superent, 14 memoriamque ac recordationem diuinæ legis, Dei que, & æternorum inferni cruciatuum adimit, vel saltem facit diuertere hominem ab horum omnium recordatione: quo sic clausis ad hæc spiritualibus oculis, facillimè grauissima peccata committantur. Et hoc est, quod hic dicit Sanctus Propheta: videlicet, quòd cum diabolus intelligat quid sit adulterare, & quàm graue peccatum adulterando perpetretur: adulteros inflammat quasi furnarius, qui clibano ligna applicat, illumque inflammat, vt tanquam clibani incensi tam graue facinus committant: & hoc quidem tanta cum securitate, ac tranquillitate conscientiæ, ac si nihil facerent. De ijs autem qui in hoc seculo sunt, quasi clibanus; dicit Dauid: Pones eos vt clibanum ignis 15 in tempore vultus tui. In hoc seculo fuerunt clibani culparum, in futuro autem erunt fornaces pœnarum. Ideò Beatus Paulus bonos coniuges alloquens, dicit: Honorabile connubium thorus immaculatus. Et addidit statim, dicens. Sed fornicatores, & adulteros iudicabit Deus.

In hoc igitur grauissimum peccatum inciderat hæc mulier: in quo comprehensa cum illo tumultuoso strepitu, atque leonino furore ab illis impijs hominibus ferebatur. Hoc vtique reperietis nullum esse, qui acrius, neque crudelius puniat, ac reprehendat, quàm illum qui est maximus peccator. Huius rei mirificum habemus exemplum in hodierna Epistola, in qua agitur de illa Sæcta Sufanna, quæ turpissimi illi senes violare voluerunt:

Tom. j. Yy Quorum

ose. 7.

Psal. 29.

Hebr. 9.

*Daniel.* 13. Quorum appetitui cum sancta matrona satisfacere renuisset, vo-  
ciferari coeperunt illamq; adulterij, quod ipsi committere volue-  
rant, accusarunt: pœnamq; qua ipsi dignissimi erant sanctæ foe-  
minæ imponi curarunt. Sic etiam hi, vt erant pessimi, atq; crude-  
lissimi miserâ adulterâ crudeliter deferebant, non autē adulterū,  
qui fortassè maiorē habebat culpā, quia illā nimis, assiduisq; ro-  
gitationibus, ac pollicitationibus sollicitauit. Dicit, maledicti ac-  
cusatores, lex nō præcipit, adulterum simul & adulterâ lapidari  
quomodo ergo solam hanc mulierem desertis, vt in ea supplicium  
exerceatur? Hoc (credo) fecerūt, quia fortassè adulter erat vir po-  
tens, ac locuples, & magnis illos largitionibus corruperat: mulier  
autem fortassis non habuit quid eis daret. Et ideò relicto adultero  
illa in iudicium ducebatur: quia, vt vulgo dicitur: semper debilio-  
ri, & tenuiori parte confringitur funis. Fratres dilectissimi, ij, qui  
estis iudices, aut gubernatores, siue munus hoc curatis adipsi, ad  
uertite rationem, qua illo vos fungi oportet. Dauid enim vos illâ  
docet. Tâ sollicitus quippè erat bonus Rex in iudiciis suis admo-  
nēdis, tribunalibusq; suis assiduò visendis, quò vnusquisq; mune-  
re suo fideliter fungeretur, vt modum, quo iudicari erāt, carmi-  
nibus inscripserit, eaq; illis memoriæ mandāda tradiderit: ne vn-  
quam illorū obliuiscerentur. Et ita dicit: Deus stetit in Synago-  
ga Deorū: in medio autem Deos diiudicat, &c. Hoc primū in his  
carminibus notandū est: sanctū Prophetā spiritu diuino ductū,  
iudices Deos appellare, vt eis significet quā iustē illos munera sua  
oportet exercere? Dicitq; eis: Animaduertite vos non homines  
quidē, sed Deos esse, Contēplamini igitur quid faceret Deus si in  
istō tribunali iudicaturus sederet: hoc ipsum, & eadē cū rectitudi-  
ne vos facere oportet: eosq; cōmonefacit, vt animaduertant Deū  
eorū iudicij, ac sententijs adesse. Et dicit, stetit, pro stat: Hebrai-  
nāq; hoc præterito pro præsentī tēpore sæpe vtiūtur. O quā effi-  
cax ratio ad illos ad bonū inducendos; quasi dicat: Dicitis iudices:  
si ego tribunalibus vestris præessem, quāta cū rectitudine iudica-  
retis? quāto autē præstātor, atq; potētior est Deus mei: qui quidē  
tribunali vestro præest: & diligētē cōsiderat quomodo testē intet  
rogatis, intētioneq; vestrā in illo examinādo scrutatur. Et optimē  
perspicit quādo, ppter largitiōes à bono pposito diuertimini: &  
quādo libros studiose reuoluitis, vt reū liberetis, quāuis illā solue-  
re teneri, cognoscatis. Di iudicat, id est, oīa pensat, oīa, quæ cūq; fa-  
citis,

*Psal. 81.*

citatis metitur. Atq; ad hoc, vt iudices sitis nō cōtētus est, quod ho-  
mines, aut Angeli sitis, sed vult etiā vos esse Deos. Quapropter  
idē facite quod Deus in ista sede cōstitutus faceret. Quid faceret  
Deus? Primū, bonorū meorū nō indiges, Deo nō sunt necessa-  
ria bona mea. Idcirco Romani diuites, & opulētos iudices statue-  
bant, qui nullius bonorū egerēt. Et sic refert Valerius Maximus,  
quòd Tiberius Cæsar raro mutabat iudices prouinciarum. Noui  
enim semper audiores furādī ingrediebatur: & afferebat exēplū  
hominis vulnerati, & muscis cooperti, qui homini illas expellēti  
dixit: Malè fecisti, quia hæ muscæ iā erāt saturatæ, nec tātū come-  
debant: nunc autē veniēt aliæ famelicæ, quæ me denuò compun-  
gēt. Et ipsemet refert, cū Romani in Hispaniā missuri esēt Cō-  
sules, duos in senatu præsentatos fuisse, & tūc Scipionem respon-  
dissē: Neuter mihi placet, quia alter nihil habet: alteri nihil satis  
est. Tā incōuenientē, atq; ineptā ducebat in iudice paupertatem,  
quā auaritiā. Ita iudicare debetis, ac si nullius rei indigeretis. Quā-  
do litigator ad aliquē vestrū accesserit, dicens: Dñe iudex accipe  
hos hædos, & has gallinas, & memēto negotij mei, debetis irre-  
spōdere: Attendite me esse Deū, nec hædorū, neq; gallinarū ve-  
strarū indigere: iustitiāq; à me esse iudicandā, neq; virgā vllō vn-  
quā tempore flectendā. ¶ Dicit vlteriū S. Propheta: Vsq; quo  
iudicatis iniquitatē, & facies peccatorū sumitis. Doctor quidam  
istorū verborū sensum assignans dicit sic esse intelligenda. Quo-  
uisq; tādē mali, & peccatores eritis, atque iniquē iudicabitis? vt  
significet iudicem, qui malū condēnaturus est, nō debere esse ma-  
lū. Cū vos peccatorū facies habeatis, hoc est, cū peccatorū ope-  
rā faciatis; quomodo alios benè gubernabitis; eorūq; supplicia re-  
ctē punietis. Qui aliorum vitia puniunt debent esse, sicuti qui  
theriacam vendunt, vt eam emptores emant, in semetipsis illam  
experiuntur venenum comedentes: & sic emptores illam emūt;  
quod minimē facerent, nisi proprijs oculis experientiam cerne-  
rent. Sic etiam vos, qui aliorum peccata reprehenditis, si vultis  
vt correctio, suppliciumque vestrum proximis proficiat: prius  
in vobis experientiā facite. Si autem est iudex latro, aut carnalis,  
quomodo fures, ac libidinosos homines puniet? Bonus sensus est  
hic horū verborum Psalmi: veruntamē non est conformis literę.  
Ideo sensus est. Iudicare iniquitatem, est pro iniquitate iudica-  
re: iniustitiæ fauere; iniustē, & iniquē iudicare. Facies pecca-

*Valerius Ma-  
ximus.*

*simile.*

torum sumere, est accipere personas iniquas: iniquis hominibus<sup>22</sup> auxiliari. Accedunt bini litigatores ad iudicem; tunc nō debet iudex cogitare contentionem inter hunc & illum, sed inter æquitatem, & iniquitatē versari. Nā si litē inter homines esse cogitatis, si alter esset furor, alter verò Dux illustrissimus, statim in fauorē ducis inclinaremini; et si ille, nec iure, nec ratione polleret. Quocirca oportet vos arbitrari inter æquitatem & iniquitatem iudicare: inter illos namque inest contentio: & sic rectius iudicabitis. Atque idcirco subdit, dicens: Iudicate egeno, & pupillo: humilem, & pauperem iustificate: eripite pauperem; & egenum de manu peccatoris liberate. Hoc est semper tyrannidem oppugnate, & pauperes iniurijs, ac persecutionibus attritos ab affligentibus eos liberate. ¶ Dicit vterius: Nescierunt, neque intellexerunt; in tenebris ambulant: mouebuntur omnia fundamenta terræ. In his<sup>23</sup> verbis iudices deterret, significans eis quantum damnum provenit ex illo, quod iustitiam, sicut oportet, non iudicant. Et dicit: O si cognosceretis, quantum depēdet ex benè, an malè iudicando, & ex æqua, aut iniqua sententia proferenda. Nescierunt (ait) id est, nescitis: non hoc intelligitis; & idè iniquè iudicatis. Scitis quid nam sit iniquè iudicare? est effundere regnum. Mouebuntur omnia fundamenta terræ. Est mundum euertere, illumque à summo vsque deorsum reuoluere, atque perturbare: ecquid regna stare facit? Nisi esset iustitia, esset regnum? ò iustitia vbi es? nam quia tu dees, idè mundus tot tantisque calamitatibus opprimitur, tãque assiduis tumultibus cōturbatur. Dicunt homines, Domine Toleum, Cæsaraugusta, Hispalis, & Valentia sunt meliores atque ditiores Hispaniæ ciuitates; omnia quippè abundantissimè habēt,<sup>24</sup> nimisque delectationibus abundant. Et Dñe est in eis recta gubernatorū moderatio? est iustitia? Dñe (ait alter) hic est maior defectus, quē habet. Liberet igitur me Deus à talibus populis, si in eis iustitia nō floret. Quā miserabile est hoc, quod vix in toto terrarū orbe ciuitas reperitur, de qua nō dicatur, maiore defectū quē habet, esse defectū iustitiæ. Et idè omnia confusione cōturbantur. Mouebuntur omnia fundamenta terræ. ¶ Dicit vterius: Ego dixi: Dij estis, & filij excelsi omnes. Vos autem sicut homines moriemini. O quàm terribilia verba eis dicit, vt eos deterreat: quò nisi profuerit illis, animaduertere se Deos esse, bonumque, aut damnum, quod ex eorum æquitate, aut iniquitate dimanat, confi-

<sup>25</sup> considerare: & cognoscere Deum ipsorum sententias, atque opera perferuari: saltem mortis recordatione terreantur. Hic homines significant plebeios homines, id est, attendite rerum omnium esse finem, nec vos in isto mortali corpore in perpetuum esse vi-turos. Atrendite vos quantumcunq̄ue potentes sitis, quasi homines infirmitate conditionis, & plebeios esse morituros, & in conspectum illius supremi, atque vniuersalis omnium iudicis esse deducendos: vbi æternis tormentis pro iniquitatibus, quas nunc facitis (nisi vos in meliorem frugem receperitis) condemnabimini. O faxit Deus, vt hæc saluberrima Spiritus sancti consilia, in cordibus vestris imprimantur; atque in memorijs vestris fixa remaneant: & in omnibus secundum illa gubernemini. O quantum vobismetipsis, ac rebus publicis proficietis?

<sup>26</sup> *Iesus autem inclinans se deorsum, digito scribebat in terra.* Hic inest alia admirabilis doctrina, videlicet, quòd quantumuis partes vos stimulent & exagitent, vt citò sententiam proferatis: prius attentissimè consideretis qualiter iudicare debeatis. Attendite quàm instantè exagitabant hi flagitiosi bonum Iesum: & quanta cum tranquillitate, cordisque serenitate, se se in terram versus inclinatus, & moratur, antequam eis quicquam respondeat. Quod vt melius intelligatis notate mirificum quoddam exemplum, quod est in libro Ionæ: Vbi perpenditur quanta cū prudentia & consilio nau-  
Ion. x.
tæ in mare Ionam immiserunt: mare illos stimulat, fluctus tumidissimi tempus abbreviabāt: tempestas magis, ac magis accrescebat: ij autem, qui in naui morabantur, attendite quanta cum consideratione sese habebant: sortes namque miserunt, fors verò  
<sup>27</sup> Ionæ contigit, quæ illum in mare demergendum esse demonstra-  
bat: neque erat quid ampliùs sperarent. Et tamen eū interrogant, quid fecisti? & peculiariter eius verba inquirunt, qui culpam suā confessus est. Nunquid igitur illum protinus demerserunt? non vtique, sed timuerunt viri illi: eumque iterum interrogauerunt: cur hoc fecisti? eius inobedientiam apertè cognoscunt, diuinamque iustitiam esse intelligunt, vt illum præcipitent. An ne illum statim in mare deijciunt? Non, sed illum iterum rogarunt, dicentes: Quid faciemus tibi, & cessabit mare à nobis? qui aduersus semetipsum sententiam protulit, dicens, Tollite me, & mittite in mare, & cessabit mare à vobis. Scio enim ego quòd propter me tempestas hæc grandis venit super vos. Eia ergo quid ampliùs expe-

standum est? sortes illum detexerunt: mare turbulentum rugi-  
 28 tibus suis eum efflagitat: ipse culpam suam confessus est, pro-  
 prioque ore sententiam protulit, vosque merito conijcere po-  
 testis Deum velle vos esse huius sententiæ executores: quid igitur  
 speratis? ð maximam horum nauarum prudentiam, atque  
 probitatem! & tamen nondum illum proijciunt, sed quoad po-  
 terant, portum aliquem tenere curabant, vt illo indemni à ma-  
 ris tempestate se se liberarent. Remigabant viri, vt reuenterentur  
 ad aridam, & non valebant: cumque iam nullum aliud sibi re-  
 medium adhibere possent, diuinamque voluntatem aperte co-  
 gnoscerent: sicut homines qui non sponte quidem sua illum oc-  
 cidebant, nisi tantummodo, vt illi obedirent, qui voluntatem  
 suam eis tam manifestè reuelauit: oculos in caelum erexerunt,  
 & clamauerunt ad Dominum, & dixerunt: Quæsumus Do-  
 mine ne pereamus in anima viri istius; & ne des super nos san-  
 29 guinem innocentem; quia tu Domine sicut voluisti, fecisti.  
 Qua oratione facta, tulerunt Ionam, & miserunt in mare.  
 Animaduertite prudentiam, consilium, atque animaduersionem  
 nauarum, etsi erant homines Barbari, & Ethnici. Hi-  
 storia est hæc, quam aureis characteribus in ostijs, & parietibus  
 tribunalium ad Christianorum iudicum confusionem, atque  
 ad necessariam doctrinam, qua ducerentur, oporteret in-  
 scribi. Nonnulli enim iudices sunt, qui humanum sanguinem  
 effundentes, delectari videntur: cum tamen maximè dolendum,  
 atque miserandum sit, quod offeratur casus, in quo necessariò  
 fit effundendus, vt iustitiæ rectitudini satisfiat. Attendant igitur  
 iudices, siquidem iuris periti sunt, quibus medijs vsi sunt hijs  
 nauarum in executione iustitiæ, quam exercuerunt: cum tamen  
 ne minimis quidem labris literas degustassent: sed naturali tan-  
 tum lumine gubernati.

Cum ergo perseuerarent interrogantes eum, erexit se, & di-  
 xit eis: *Quis sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat.*  
 Illucisque fortalsè non intuiti fuerant, quid Dominus in ter-  
 ra scriberet. Et tunc, iterum se inclinans, scribebat in terra. Iam tunc  
 secundò postquam Dominus hæc illis dixerat, aduerterunt  
 quidnam Dominus scriberet in terra. Et Glossa ordinaria di-  
 cit, Dominum characteres quosdam scripsisse, ex quibus ac-  
 cusatores vniuersa peccata sua cognoscebant. Adeò quippè  
 volunt

Glossa ordi-  
 na super  
 10472.

31 volunt homines aliorum mores, viuendique rationem scrutari,  
 vt malum sibi inde eliciant. Sicuti canis tantopere vult os rode-  
 re, vt dentes confringat, & labia sanguine perfundat. De quo-  
 dam murmurantes, in hoc tandem deuenimus: vt maiores no-  
 stros iam mortuos in memoriam reuocemus, qui forsitan peio-  
 res fuerunt illis, de quibus detrahimus: auditores enim dicunt.  
 Ille agit de talibus hominibus, nec tamen animaduertit se esse  
 perditissimum, atque in genere suo tales ac tales homines exti-  
 tisse. Adeò voluerunt hi Pharisei adulteræ peccatum scrutari,  
 & malitiæ suæ ligonibus excavare, vt eos Dominus confuderit,  
 ostendens illis se eorum peccata cognoscere: & ita confusi, & eru-  
 bescentes. *Prus post vnum exhibant.* Maximè autem notandum est,  
 quare siquidem Dominus illis characteribus eorum peccata illis  
 32 voluit demonstrare, illos in terra scripsit. Ad hoc respondetur  
 Dominum eorum culpas in terra scripsisse, vt significaret, quam  
 facile illarum remedium possent adipisci, si veram pœniten-  
 tiam agere voluissent, dixit Deus. Peccatum Iuda scriptum est  
 stylo ferreo in vngue adamantino: quæ verba à nonnullis de-  
 clarantur, de Iudæis iam damnatis intelligi. Et significant, Scri-  
 ptum est indelebiter, & irremediabiliter, quia nullo vnquam  
 tempore illinc illorum peccata delebuntur. Peccata verò pec-  
 catorum quandiu in hoc seculo viuunt, sunt quasi characteres  
 in terra descripti. Et sicut scriptura in terra existens facillime  
 33 oblitur, minimo quoque ventorum flatu, statim operitur,  
 & iam non est: sic etiam illorum peccata vno contritionis actu,  
 vno cordis motu qualificato, ac feruido oblinuntur, & euanes-  
 cunt, neque vltra in anima commorantur. Et hoc est mysterium,  
 cur Dominus in terra scribebat. O fratres charissimi, si hæc om-  
 nia recta animi statera penderetis, quam diligenter scripturas  
 istas, quibus animæ vestræ signatæ sunt, delere curaretis. Animad-  
 uertite tempus aliquando aduenturum, in quo peccata vestra inde-  
 lebilis, & irremissibilia sint: quæ obrem occasione vtimini: ne-  
 que eam incassum præterire patiamini. O quam efficaciter depre-  
 cabatur Dauid Dominum, dicens. Secundum multitudinẽ mise-  
 34 rationũ tuarum dele iniquitatẽ meam. Non dixit, obline, sed dele:  
 nam illius, quod oblitur, semper remanet signũ: illius verò,  
 quod deletur, non. Aliqui peccatum oblinunt ab illo, videlicet, re-  
 cedentes: & malam, turpemque viuendi rationem relinquunt:  
 Y y 4 rema-

Simile.

Hier. 17

Simile.

Psal. 50

remanet tamen signum, hoc est, affectio, aut occasio, siue deprauatio quædã, propter quam ad peccatũ facile reuertuntur. Deum igitur exorate fratres, vt vobis auxilietur, quo peccata penitus deleatis, ne illorũ vestigium, aut signũ aliquod appareat. Denuoq; novos mores scribite, vt quos malo exemplo in peccatum proiecistis, pœnitentia vestra ad bonũ animetis. Super illud, quod obliuitur, non potest quicquam scribi, super id autem, quod deletur, & abraditur, sic. Ita etiam nisi penitus mali vestigia abraferitis, non poterit in anima vestra bona scriptura fieri. O Christe vitæ reparator, totiusq; sanctitatis, & virtutis vere Magister, tu Domine potentia tuæ dextra voluntatis nostræ manum deduc, & conforta quo tuam diuinam legem in animæ papyro inscribat illam toto affectu diligendo. Attende Deus meus miserum hominem esse tanquam puerum, qui nec potest, nec nouit scribere, nisi magister eius manum dextera sua dirigat, atq; deducat.

Denique intelligentes characteres, quos Dominus scripserat, & verba audientes, quæ dixit eis, videlicet. *Qui sine peccato est vestrum, &c.* Omnes à templo exierunt. O quam iusta sententia! sicut talis iudicis. Vult Dominus dicere, vt peccatores puniantur, & lex adimpleatur: non autem per alios maiores peccatores puniantur. Ex his verbis Domini, intelligi potest causa maximarum calamitatum populi Christiani. Quia cum infideles tam Africani, quam Europæ iniuste sanctæ Ecclesiæ terras possideant cumq; toties aduersus eos copia fuerint constata, resq; tam iusta sit, atq; illi tanto supplicio digni, & omnibus, quæ possident: spoliari mereantur, plerunq; tamen Christianos victos, illos autem victoriam à nobis reportare perspiciamus. Huius rei (meo quidem iudicio) causa est: quia non vult Deus vnos peccatores ab alijs supplicium sumere: quousq; mundetur, & veram peccatorum suorum pœnitentiam agant: sicut contigit filijs Israel. Cum enim Dei imperio aduersus tribum Benjamin dimicare vellent propter grauissimum quædam peccatum, quod in ea perperratum fuerat: nequaquam illos superare potuerunt: imò ab eis deuicti sunt, quousq; pœnitentiam egerunt, peccataq; sua lamentati fuerunt. Si hoc nos faceremus: etiã si tanti nõ essent exercitus nostri, cum causa tam recta sit, non dubito quin Christianus populus maximas ab hostibus victorias reportaret. Precepit Deus Moyse, dicēs. *Vlciscere filios Israel de Madianitis. Statim;*

Iudi. 20

Num. 31.

37 timq; Moyse, armate (inquit) viros ex vobis ad pugnam. Nec vero plus quam duodecim millia hominũ misit, cum multo plures mittere posset, siquidem coniunctos illos habebat. Cumq; hostium innumera esset multitudo, ipsi ab illis prædam, atque spolia reportarunt. Victoria etenim populi Dei non in hominum multitudine consistit. Quandoquidem sic scriptũ est: obseruatis diuina præcepta, vnus ex vobis percutiet mille ex hostibus: si amore Dei inflammati essemus, pauci plurimos superarent. Et animaduertite, huic exercitui duodecim millium virorũ nullum alium ducem præfectum fuisse à Moyse, nisi Phineem sacerdotem diuino zelo repletum. Nec vero illum corporalibus armis muniuit: sed in manu eius dedit vasa sancta, & tubas. O mirificum armorum genus aduersus hostes, ò quantum oportet, vt in Christianorum exercitijs plurimi sancti sacerdotes irent, qui sacrosancta vasa, hoc est diuina sacramenta diuiniq; verbi tubam deferrent. Quòd si fieret alium profecto prælia nostra exitum haberent. Dixit Moyse quasi obstupefactus, quomodo persequebatur vnus mille? & tantas, tamq; præstantes victorias perspexisti, nec tamen Dei omnipotentiam cognouisti? Dic mihi vnde venit hæc victoria? Nonne, quia Deus conclusit eos? ò nimis notabilia verba. Hic ostenditur vnde provenit quod multi à paucis superentur. Deus (inquit) vendidit eos, & conclusit illos. Hoc est voluit propter eorum peccata cum eis concludere, atque rationes finire. Si ergo nunc qui ad vindictam ab hostibus Dei sumendam pergunt, tam inimici Dei sicut alij, & fortasse magis sunt, quomodo ab illis victoriam consequentur, 39 Non vult Deus tales iustitiæ suæ exequutores. *Qui sine peccato est primus in illam lapidem mittat.* O quis possit hæc Christianæ religionis ducibus, atque exercitijs prædicare, illosq; in hæc admonere, vt quantum Dei Ecclesiæ, dissolutione conscientia suæ efficiunt, intelligerent.

Leui. 26.

Deute. 32.

*Et remansit Iesus solus, & mulier in medio stans.* Tunc conuertit clementissimus Dominus faciem suam sanctissimam ad mulierem, & quia in ea necessariam reperit dispositionem peccatum illi dimittens dixit ei. *Vade iam amplius noli peccare.* O benedictus, ac glorificatus sit talis Dominus. Benedicta sit lingua, & os tuum, quo tam sanctum, piũq; verbum locutus es. Ecquis de tanti Domini misericordia desperabit? Accedite fratres, & quantum cun-

Y y 5 que



Iosue. 2.

que peccatores sitis, accedere ne timeatis: maioribus namque necessitatibus clementissimus hic Dominus occurrere consuevit. Duos speculatores Iosue dux sanctissimus in ciuitatem Hierico misit, qui per gentes ingressi sunt domum mulieris meretricis nomine Raab, & quieuerunt apud eam. In hoc ineffabilia Dei arcana considerate: cum enim in ciuitate illa tot hominum millia morarentur, ad illam vnam meretricem Dominus respexit. Hanc etenim Deus cognoscit, ad hanc nuncios mittit, et si maxima peccatrix tunc erat. Hæc ad æternam viam prædestinata erat. Quocirca frater quantumcunque peccatorem proximum tuum esse cognoscas, noli tamen illum condemnare. Attende quomodo huic peccatrici timorem suum Deus infudit, illamque cum suis liberauit, populoque suo coniunxit, atque in eo illam exaltauit. Nupit enim principi cuidam de tribu Iuda, & in genealogia Christi redemptoris nostri posita fuit. Quis de Domini gratia desperabit? quis sicut Dominus Deus noster, fuscitans à terra inopem, & de stercore erigens pauperem, vt collocet eum cum principibus?

Matth. 1.

Quod obscænius stercus, quam miser, & infelix huius adulteræ status? & ab hoc infimo, & infœlici statu illam Deus fuscitat. Et animaduertite quomodo ei dicit, *Iam amplius noli peccare.* Quibus verbis ei perseverantiam commendat. Multi enim sunt, qui ardentissimo spiritus feruore poenitentiam agere incipiunt plurimamque virtutis opera exequuntur: sed post duos dies omnia deperdunt, & quæ non conueniunt, inquirunt. Quos lametabatur Hieremias dicens: Et qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercora. O quanta cum suauitate, & amore hæc sæcularia, quæ omnia sunt stercora, complectitur ille, qui antea virtuti tradebatur. At-

Psal. 112.

tendite exaggerationem. Amplexati sunt (inquit) stercora. Amplexus affectionem denotat, & amorem: & ij, qui stercora amplectuntur, necessario coinquinandi sunt, & tales reddendi, vt sint visu miserabiles. Seruate igitur fratres charissimi hanc Domini regulam, & singulis peccatis, quæ sese vobis obtulerint, obijcite quoddam non, dicentes: nolo. Lude, nolo. Ito in domum talis foeminae, nolo. Et ne deficiatis in bono, quod coeperitis. Nam

Treno. 4.

qui perseverauerit vsque in finem, hic saluus erit. O quot nauibus accidit tutas ex Indijs venire, & in littore Olyssiponis, aut in littore, Indiarum perire. O quot homines cum in iuuentute sanctè vixerunt in fine tandem animas suas perdunt, sicut accidit

Matth. 16.

Accidit Iude: & in senectute turpissimè peccat, quæ admodum contigit Salomoni. Quam obrem fratres charissimi in hoc optimo itinere, quod aggressi estis, instantissimè perseuerate: atque spiritum sanctum, vt vobis suæ diuinæ gratiæ flatu aspiret, suppliciter exorate: vt ad securum gloriæ portum peruenire valeatis. Amen.

Matth. 26.  
3. Reg. 11.

## Dominica IIII. In Quadrages.

Abijt Iesus trans mare Galilææ, quod est Tyberiadis.  
Et c. Ioann. 6.



SENTENTIA Aristotelis est: quod obiectum præsens fortius mouet, quam absens: sicuti

in sole, & in igne apparet. Et sic inimici magis offenduntur, peioresque redduntur præsentia illius, quem odio habent. Ideo dicit Beatus Paulus, date locum iræ. Vnus autem ex potioribus modis ad implendi hoc, est hominem ab inimicorum suorum conspectu recedere. Animaduertens Christus Redemptor noster nequissima scelestissimorum Iudæorum corda præsentia, miraculisque suis magis, ac magis indies obdurari, & peiora effici, ab eis recessit, illorumque iræ locum dedit.

Arist.

Roma. 12.

Et sequebatur eum multitudo magna. Ex quo feruentissimus illius gētis affectus, atque deuotio colligitur. Nunc autē si tēplum à domo vestra procul abest, aut frigus viget, siuè nimius calor: siuè vię luto infectæ sunt: hoc vobis impedimēto est quominus ad prædicationē audiendā veniatis. Quomodo ergo mare trāsiretis? si ad festiuitates, aut ad voluptates iretis, tunc in remotiorem locum pergetis, nē tam citò domum reuerteremini. Hi per desertum Dominum sequebantur. Si autem vos Domini conuiuæ esse vultis, diuinorumque eius beneficiorum participes fieri: in desertum, & solitudinem vos conferre debetis, & quò ab his secularibus turbationibus longius recesseritis: eò ad ea percipiēda aptiores eritis. Refert sacra scriptura Hebræos in terram promissionis properantes urbē inuenisse nomine Hai. Tūc Iosue cū suis se fugere simulauit, vt incolæ illius ciuitatis arbitrarentur hostes

Iosue. 8.

de Hiero. no  
min.  
Hebrais.

Psalm. 3.

2. Reg. 15.

2. Reg. 16.

res præ nimia pusillanimitate aufugere, & ad eos insectandos exi-  
rēt: & sic eos facilius superare possent. Ciuitas enim fortissima, at-  
q; expugnata difficillima erat. Quod ita factū est. Hai in Hebræo  
secundū Hieronymum significat idē, quod confusio. Neceffe est  
autem, ad ingrediendum in gloriæ promissionem, huius seculi cō-  
fusionem expugnare. Et quemadmodum illi fugientes vicerunt:  
sic etiā nos si volumus mundum vincere, illum fugiamus. Ita Bea-  
tus Hieronymus. In hac parte fugere est vincere. Psalmus tertius,  
qui exorditur; Dñe quid multiplicati sunt, qui tribulāt me? cōpo-  
situs fuit à Dauid cum filium suū Absalonem fugeret: in quo vi-  
ctoriam, quam sibi Deus concessit, refert dicens: Tu autem Domi-  
ne susceptor meus es: gloria mea, & exaltans caput meum. Quo-  
niam tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa: dentes pec-  
catorum contriuisisti. Quid hoc est vir sancte? effugis per montes  
filij tui afflictione, ac persecutione contritus: & pro victoria gra-  
tias agis? dico illum gratias agere pro victoria, quam à semetipso  
comparauit: quæ fuit iræ locum cedere, nec se vicisci, nec hostis  
sui Semei caput amputari iubere: qui eum plurimis maledictis, at  
quæ iniurijs insectatus est. Et quia patientia seipsum superauit fu-  
giens pro victoria gratias agit. Frater charissime si hostiū tuorū cō-  
spedum opportunè fugere scis, cum ab eis vindictā possis fume-  
re: cætera s; occasiones quæ sunt in mundo, euitare nosti: tūc pro  
istis victorijs Deo gratias potes agere: quæ magnæ quidem fue-  
runt, cum te ipsum viceris, passionēque tuas rationi subieceris.  
Quod si quis dicat: quomodo mihi præcipis o pater cum ego debi-  
lis quasi formica sim, tantum gigantem sicuti Iesum Christum fi-  
lium Dei sequi? Ad hoc respondeo, vt cōsideres quomodo parua  
cymba ingentem nauem per medios fluctus maris sequitur, quod  
facit quia illi alligata est. Alliga te igitur frater mi amoris fune Ie-  
su Christo: ipse enim te deducet. Voluntatem tuam illius volun-  
tati vincio illam ei conformans: & quanuis turbulentæ tēpesta-  
tes sint in mari: ipse te in securum portum perducet.

Cum subleuasset ergo oculos Iesus. O mirificum exēplum, cū discipu-  
lis suis sanctissimus Iesus in montis cacumine morabatur: & in il-  
la solitudine dimissos oculos habebat. Vos autē in vijs, & plateis,  
vnde vobis tantum malum oriri potest, sublimes, & apertos illos  
habetis. Quid ex tāta sensuū diluolitione nisi magna cordis sub-  
uersio dimanare potest? sicuti in sermone, quem heri habuimus la-  
tè tra-

6 tē tractauimus: vt clementissimus Iesus vniuersam turbam in ne-  
cessitate constitutam perspexit, statim ei subuenire curauit. Hic  
maximè pensanda est obliuio temporalium rerum, quæ ab amo-  
re Dei gignitur. Hi cœlesti illo conspectu saginati properabant,  
vtq; cœlestem illius doctrinā audire cupiebāt, corporalis cōmea-  
tus obliui sunt. Dixit Christus Redēptor noster ægro cuidā, quē *Mar. 2.*  
sanauit: Tolle grabatū tuum, & ambula. Vt quid ei dicit vt tollat  
grabatum suum? Nunquid ille asportandi lectulum curā non ha-  
beret? præcipit hoc illi, quia tanta erat lætitia, quā ex sanitate per-  
ceperat, vt nisi Dominus hoc ei in memoriā reuocasset, non dubi-  
tē, quin rei tam necessariæ, sicuti grabati obliuisceretur. Post quā  
Deus creauit Adam præcepit ei dicens: ex omni ligno paradisi co- *Gen. 2.*  
mede. A deo quippè pater Adā in diuinarum rerū contemplatio-  
ne eleuatus erat: vt vix recordaretur cibi, nisi ei Deus comedere  
præcepisset. Res diuinæ efficiunt, vt homines terrestrium rerum  
obliuiscantur. Sunt hinc aliqui viri orationi dediti: hi in quo cog-  
noscentur? in eo, quod terrestria parū curant: cum B. Paulus dixit *Philip. 3.*  
set: omnia detrimētum feci, & arbitror vt stercora: dixit postea:  
cōuersatio nostra in cœlis est. Optimè vnum infertur ex altero:  
videlicet si est cœlestis conuersatio: terrestriū rerū futurū esse con-  
temptū: dixit Propheta suo, ac sanctorum omniū nomine: stan- *Psalm. 121.*  
tes erant pedes nostri in atrijs tuis Hierusalē. Pedes, quibus anima  
cōmouetur, sunt affectiones: & Hierusalē est cœlestis gloria: &  
pedes alicuius illic stantes esse, est ipsius affectiones ibidē sitas es-  
se. Transitis noctu iuxta fluiū, & in illū aspicientes cælum stel- *simile.*  
lis splendidissimis exornatum, mirificè depictum videtis. Confer-  
te igitur viros iustos stellis. Etenim quæ admodum in aqua stellæ  
esse apparent, cum tamen cælo affixæ persistant: sic etiā iusti cū  
in terra corporibus cōmouentur, cordibus tamē cælo infixi sunt.  
Hi autem (quæ nostra est miseria) rarissimi sunt: reliqua enim ho-  
minum multitudo cœlestium rerum immemor secularibus nego-  
tijs implicata versatur. O quàm inutiles curæ; quid comedemus?  
quid bibemus? &c. Non opus est, vt illis Deus Angelum mittat: si *3. Reg. 19.*  
cut Eliæ, qui eos comedere præcipiat: imò vice versā considerate  
etiam quomodo consuluit Dominus illis, qui nullam de se soli-  
tudinem habebant, sed omnem fiduciam suam in eo constitue-  
rant: præcipuè cum nullum humanum, remedium, quo eorum  
necessitati subueniri posset, occurrere videretur. Vt intelligamus  
quod

Quod quando res nostrę in ultimo laboris esse apparent: si verē & sicut oportet sperauerimus: tunc Dñs auxiliū feret. Atq; idcirco etiam Christus Redēptor noster: miracula in solitudine faciebat, ubi ferē nunquā sunt humanę sustentationes: quia illic diuina prouisio subuenire cōsuevit, & vt bonus nō habeat quare hominib⁹ gratias agat. Si pincerna Pharaonis pręstitā fidē Ioseph persoluisset, quodq; ei promiserat, fecisset, sicut ipse Ioseph ab eo postulat dicens: Memēto mei, cū tibi benefuerit: ille autē, vt ibidē dicitur: succedētib⁹ prosperis prępositus pincernarū oblitus est interpretis sui: si (inquā) pincerna promissis stetit, pincernę quidē Ioseph deuinctus maneret: vt autē vniuersus mundus cognoscat Deū nolle, vt Ioseph, hoc est iustus hominib⁹ deuinctus sit, sed vni creatori suo totas gratiarum referat actiones, permittit, vt oēs illius obliuiscantur: & tunc diuina ipsius Maiestas opē, & auxiliū fert. Hoc etiam cōtigit Abraham cum pręda reuertenti, cui dixit rex Sodomorū: da mihi animas: cętera tolle tibi. Qui respōdit ei dicens: leuo manū meam ad Dñm Deū excelsū possessōrē cęli, & terrę. Quod à filo subtegminis, vsq; ad corrigiā caligæ nō accipiam ex omnibus, quę tuā sunt, nē dicas: ego ditauī Abraham. Si domū, familiā, atq; diuitias spero, à Dño Deo hęc spero nō autem à fauoribus tuis. Itaq; nec Deus vult iustos mundo beneficijs esse deuinctos, nec ipsimet volunt, huic seculo alligari. Quod cū ita sit fratres charissimi, in pręterita Dei beneficia oculos conijcite: ipsa enim erunt quasi scūta aduersus diffidentiam in pręsentibus calamitatibus. In nocte sanctissimę passionis suę dixit Christus Redemptor noster discipulis suis, quando mihi vos sine sacculo, & sine pera, nunquid aliquid defuit vobis? quasi diceret: Animadverte pignora, quę iam à mea diuina prouidentia percepistis: & scitote quod sicut vobis non defuit, quando mittebam vos sine sacco, & pera: sic etiam me in posterum vobis non esse defuturum: De hoc querebatur Deus per Hieremiam Prophetam eodē quod in tempore necessitatis Iudęi ad eum non confugerent considerantes, quorū, quantaque patrib⁹ suis fecerat beneficia. Et non dixerunt (inquit) vbi est Dominus, qui ascendere nos fecit de terra Egypti: qui traduxit nos per desertum, per terram inhabitabilem, & inuiam, per terram sitis, & imaginem mortis: per terram, in qua non ambulauit vir, neque habitauit homo: & induxi vos in terram Carmeli, vt comedere

deretis fructus eius, & bona illius. O quam admirabilis exaggeratio! quod trāseunti tanta, atq; innumerabili hominum multitudine per inhabitabilem, atque sterilem solitudinem nihil necessarium verum deesset? ecquā maiorem spei, atq; fiducię commotionē habere poterant? De quibus etiam Sanctus Dauid queritur dicens: & male locuti sunt de Deo: Dixerunt: nunquid poterit Deus parare mensam in deserto? In quo autem nequitia hęc consistat, sequenti versu exponit dicens: quoniam percussit petram, & fluxerunt aquę, & torrentes inundaauerunt. Quando Hebręi murmurauerunt, & in hanc diffidentiam inciderunt, iam Dominus propter eos ingens illud miraculum fecerat, cū rupem in fontem aquarum conuertit: voluit igitur Dauid dicere: Homines, quos cū siti perirent tam miraculosē, atque abundanter Deus aqua ex rupe defluente in deserto saturauit, nunc murmurant, atq; diffidunt de Deo dicētes quod eos in fame sua cibis abundantisimē replere nō valeat, gēs male dicta fuit profecto: & iure optimo venit ira Dei super filios tāte diffidētię. Ob hęc causam quotiescūq; serui Dei in maximis periculis se constitutos animaduertebat: sic Dñm exorabant: Dñe, qui maxima quondā in nos beneficia cōtulisti, nūc etiā nobis in hac necessitate succurre. Sic dicebat Iacob, Dñe, qui dixisti mihi: reuere in terrā tuam, minor sum cęctis miserationibus tuis, & veritate tuā, quā explesti seruo tuo. In baculo meo transtui Iordanem istū, & nunc cū duabus turmis regredior. Erue me de manu fratris mei Esau. Domine (inquit vir sanctus) tu, qui me de paupere diuitem fecisti, cum nihil ego tale promererer, nunc mihi auxiliare. Et Sancta Iudith dicebat: Domine Deus patris mei Simeon, qui dedisti illi gladium in defensionem alienigenarū, &c. subueni quęro te Dñe Deus meus mihi viduę. Tu enim fecisti priora, & similia post illa cogitasti: Respicē castra Assyriorum nunc, sicut tunc castra Egyptiorum videre dignatus es. Quando post seruos tuos armati currebāt, &c. sic fiant & isti Dñe, qui confidunt in multitudine sua, & in currib⁹ suis: & nesciunt, quia ipse es Deus noster. Et S. Iudas Machabęus intelligens in quanta necessitate populus suus constitutus esset, vt illum confortaret, dixit ei. Ne timueritis multitudinē eorum: mementote qualiter salui facti sunt patres nostri in mari rubio: & nunc clamemus in cęlum, & miserebitur nostri Dominus. Et Christus Redemptor noster cū apostoli aliquantulum diffi-

Psal. 77.

Gen. 32.

Iudith. 9.

1. Mach. 4.

*Mar. 8.* diffident, & cogitarent ad alterum dicentes: quia panes non habemus: dixit eis quid cogitatis, quia panes non habetis? Nōdum cognoscitis, neq; intelligitis? Nec recordamini quādo quinque panes fregi in quinque millia, &c. Id est: non intelligitis miracula quæ feci non solum ad subueniendū necessitati illi à me fuisse directā: verū etiam, vt quando in posterum aliæ vobis adueniant, præteritorum beneficiorū memores in præsentibus maximam remedij fiduciam habeatis?

*Remigius.* Volēs igitur Dominus huic ingenti hominū multitudini subuenire: *Dixit ad Philippum: vnde ememus panes vt manducent hi?* Beatus Remigius dicit Dominū hoc quæsiisse, vt nobis exemplū præberet, quō in ijs, quæ facturi sumus, alios consulamus. Ne in nitentis prudentiæ tuæ: inquit Salomon. Quādo Dñs B. Paulo apparuit, & illum conuertit, dixit ei: Domine quid me vis facere? cui respondit Dominus, Ingredere ciuitatem, & ibi dicetur tibi, quid te oporteat facere. Quid hoc est Domine? quare tu metipsum eum nō erodis, tuamq; diuinam voluntatem ei demonstras? absq; eo quōd illum ad Ananiam mittas? Huius rei causam assignās Beatus Bernardus dicit: videlicet nequis inde occasionem acciperet non consulendi alterum hominē, nec diceret: in oratione hoc mihi Dominus reuelabit: & nequis erubeat alium hominem percontari. Idcirco voluit Deus Beatū Paulum ab altero homine erudiri. Certum est ideo lunam splendidam, ac decoram esse, quia sol ei lucem, pulchritudinemq; cōmunicat. Optime posset Deus: si-

*Bernar.* cuti perperdit Beatus Ioannes Damascenus lucem suam lunæ impartiri. Non autem illam lunæ impartitus est ob triplicem causam: videlicet propter pulchritudinē ordinis: propter mutuā subministracionem lucis: & propter humilem subiectionē. Sic etiam vnus alijs sapientiores esse voluit: & quemadmodum planetæ à sole lucem mendicantur: sic oportet nos humiliari, illumq; consules, cui plus sapientiæ Deus cōmunicare voluit. Quādo autē alium sapientiorē nobis reperire nequibimus saltē ille, & vnusquisq; nostrum si melius iudicabimus, quam vnusquisq; solus. Et sæpenumero per diuinam prouidentiam imperitus quidā literarū plus sapientiæ, quā doctissimus quisq; adipiscitur. Vt omnibus innotescat vnū Deū omnia scire, & nullus aliū interrogare, & consulere negligat. Huius rei mirificū quoddam in Exodo habemus exemplū: videlicet Moyse, qui naturalium scientiarū

*Egyptio*

*18.* Egyptiorum, diuinarumq; rerum peritissimus extitit: ad eū vt cōmuniter doctores cū Diuo Thoma teneant illum prophetarum maximum fuisse: & tamen dicit sacratus textus quōd cum focer eius Iethro ad eum visendum veniret: eumq; vnum tot hominū causas iudicare perspiceret, dixit ei: stulto labore consumeris &c. Videamus nunc: an ne Sanctus Moyses iratus est hoc aspero verbo, in quō illum Iethro focer eius coram vniuerso populo stultū, atq; dementem appellare videbatur? Non vtiq; etsi, vt diximus sapientissimus erat: & quanquam focer eius rusticus quidam, & agrestis erat, qui nūquam de iudicijs norat, quiq; totius urbanitatis erat ignarus: imō potius eius consiliū omnino suscepit, in quō eū admonēbat, vt graui negotia sibi reseruaret: prudentesq; homines assignaret, qui de cæteris causis leuioribus iudicaret. Hinc igitur literarum peritissimi discant, qui se omnia scire arbitrantur: & considerent quidnam sciant si cum Moyse sapientia conferantur, & aliquando ad minores consulendos humilientur. Nonnunquam enim ea, quæ Deus à sapientibus abscondit, par uulis reuelat, vt eorum, qui se sapientissimos arbitrantur, elationem comprimat.

Sanctum Euangeliū dicit quōd Dñs hoc interrogauit à S. Philippo tentans eum. Postquā magister lectionē perlegit, præcipit vni discipulorum suorum, vt illam repetat, qui si nescit, præcipit alteri, & si ille etiam ignorat, interrogat alium. Quōd si nullus eam tenet, dicit, eia ergō attendite, ego illam iterum perlegam. Perlegerat Christus Redemptor noster omnipotentia suæ lectionem, illamq; plurimis miraculis declarauerat: in eis se verum Deum esse demonstrans. Et præcipit hodie Beato Philippo, vt illam repetat. Videamus (inquit) quid de me, deq; potentia mea sentis? *Ar ille respondit dicens: Ducentorum denariorum. &c.* O quā malè potentiam meam intelligis, & quā malè lectionem meam refers. Siquis horrea tritico plena, arcaque fermento repletas haberet, famulumq; suum interrogaret dicens: vnde manducabimus? at ille responderet: non sunt pecuniæ, nunquid non stultus haberetur, quid opus est pecunijs ad vescendū, præcipō eū panis super sit? pete clauim ad aperiendā thecā: & hoc sufficit. Est theca infinitæ prouidentia, & potētia panis, & rebus omnibus vniuerso mundo necessarijs repleta: in quō omnia, per quem omnia. Huius autem thecæ clauis est diuina voluntas. Omnia etenim quæcun-

Tom. j.

Zz

que

quod; voluit, fecit: Querit Dominus, unde ememus panes. Tu vero respondes: Non sunt pecunie. Non bene respondes. Pete clauim: & dic ei: Domine tu dicis, unde ememus panes? ex tua benedicta manu. Si tu vis: nihil amplius necesse est: cum sit tuæ diuinæ voluntatis clauis. Siquidem hic discipulus lectionem non nouit repetere: repete tu illam o beate Andræa. Quid de Domini potentia sentis? Dicit vnus ex discipulis eius Andræas: *Est puer vnus hic. &c. sed quid hæc inter tantos?* Etiam hic lectionem ignorauit. Siquidem igitur nescitis illam, attendite (ait diuinus Magister) & ego illam iterum legam. *Facite homines discumbere.* Et sic miraculum hoc operatus est, ut eius omnipotentia illis innotesceret. Etiam hoc inter rogauit istudque miraculum operatus est, non solum ad omnipotentiam: verum ad misericordiam etiam manifestandam: quando quidem non dicit: unde ememus panes, ut manducemus nos: sed, ut manducet hi. Alijs alimoniam curat, ut nos doceat non oportere esse vniuersam curam vigilantiamque; nostram in rebus necessarijs nobis inquirendis. O diuites huius sæculi quantum apud Deum mereremini si hæc cum famulis, ac domesticis vestris diligentissimè ageritis. Nam siquidem quotidie peccatis, quotidie scelerum vestrorum remedium perquirere deberetis. Dicit autem Ecclesiasticus. Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccatis: & Deus protector est eius, qui reddit gratiam. In hoc secundum nomen suum operatur. Eleemosyna enim componitur ex eli, & mois. Eli in Hebræo idem est quod Deus meus, & mois, id est aqua. Itaque secundum hanc compositionem eleemosyna idem est quod aqua Dei mei. Et idcirco non est mirum si iuxta nomen suum operetur contraria existens, atque aduersans quasi aqua peccatorum igni. Audite me diuites, & potentes huius sæculi, nūquid vos cogitatis in celum ingredi? Dicitis: sic utique; perquam ergo viam ingredi cogitatis? vos optimis cibis potibusque; utimini in molli lecto recubitis, pretiosis vestibus induimini: pulcherrimam habetis uxorem, quibus plurimi adstant famuli, quorum omnis vigilantia est ut vobis placeant: quibus nemo contradicit: sed in omnibus voluntatem vestram exequimini. Per quam igitur viam in celum estis ingressuri? o maximam amentiam, homines sibi persuadere se ad celum esse peruenturos, cum tamen nec passum quidem in celi via ambulat. Vtrum autem hoc verum sit, vos videte. Dicit mihi nūquid per poenitentiam, & asperitatis viam iter facitis; vniuersa, que diximus id negat. Annū igitur per orationis aut celestium

Eccles. 3.

lestium rerum contemplationis viam ambulatis? Perpicuum est etiam quod non: precipue cum vsque; ad oculos secularibus negotijs implicati, immerisque; sitis: ita ut licet dies esset centum horarum, ad hoc tamen nunquam vna superesset. Per humilitatis nec viam pergitis? Fastus, pompa, ambitio, expetitionesque vestrae ingenuè testantur quod non. Dicit ergo, perquam viam illuc introire cogitatis. O ceci, quam deceptos, atque a veritate aberrantes vos habet Sathanas. O vnam fratres charissimi non meum quidem, sed Domini consilium sequi velletis: qui etiam vobis celi viam aperuit dicens: Quod superest date eleemosynam, & omnia munda sunt vobis. Hæc est via vestra, hæc sequimini: nulla via est vestrae viuendi rationi planior, neque aptior, quam nisi secuti fueritis (credite mihi) vix vnquam in celum ingrediemini. Scriptum est enim, Iudicium sine misericordia illi, qui non facit misericordiam. Hæc est aqua, quæ corda vestra mollificatura est. Per hoc iter disponemini ad veram poenitentiam agendam, quod peccata vestra vobis dimittantur. Que cum ita sint, interrogate: *Unde ememus panes, ut manducet hi?* Quomodo quicquam ex sumptibus nostris pauperibus erogandum seruare mus? verum prohodiorum enim diuites non interrogant: unde ememus panes? sed: unde ememus sericas vestes, auroque contextiles, purpuram, ac pretiosissimam queque ornamenta, quibus ad aptemur, & poliamur: & cum de cibis agitis, non dicitis: unde ememus panes? sed: unde ememus gallinas, perdices, deliciasque cibos? & sic nihil pauperibus erogandum superest. Conuiuiaque; non illis quidem, sed alijs tam diuitibus, aut ditioribus vobis celebratis: ad que præparanda huc, atque; illuc famulos mittitis, & varijs curis fatigamini: cum nullam mercedem sitis recepturi. O Christe reparator mundispiritualisque vitæ Magister, atque; reformator: etenim cum tu lassus, & egenus conuiuium præparare velis, dicitis, unde ememus panes? Non querit pijsimus Dominus ea, quæ gustum oblectent, sed moderatam quandam sustentationem curat. Eius enim sectatores non varia delicatorum ciborum genera oportet querere. Et in verbis, quæ respondit B. Andreas dicens: *Est puer vnus hic, qui habet quinque panes ordeaceos: & duos pisces:* Quos S. Apostoli ad suam diuinique Magistri sui sustentationem deferbant, detegitur quam parum curarent corporibus suis indulgere, atque illa delicate tractare: siquidem ad comedendum ordeaceos tantummodo panes cum paucis piscibus deferbat. O maximam epulonum confusionem! Considerate quid Deus vester in terra

Luc. 11.

Iaco. 2.

Gene. 1.

Gene. 9.

Isidorus.

Theodo.

Ezech. 16.

Beda lib. 5.

de gestis an-

gelorum.

Not. 1.

Acto. 7.

in suis defatigationibus comedat. O quantum est circa hoc deploran-  
 dum. In initio mundi nihil aliud homines præter herbas, & ar-  
 borum fructus comedebat. Et ita dixit eis Dominus, ecce dedi vo-  
 bis omnem herbam afferentem semen super terram, & vniuersa  
 ligna, vt sint vobis in escam. Hos cibos facillimæ digestionis eis  
 assignauit, vt ad diuinarum rerum contemplationem aptissimi  
 essent. Post diluuium autem permisit hominibus, vt carnes sine  
 sanguine, comederent. Vt patet, etenim vsq; illud tēpus nō vesce-  
 batur homines carnibus. Et tunc eis facultatē illas comedēdi con-  
 cessit, (vt ait B. Isidorus) eò quòd terra post diluuium perdita, &  
 tenuis remansit: nec fructus tā fertiles, ac pingues, sicut antea, pro-  
 ferebat. Theodoretus ait Dñm ob hanc causam etiā illis comedēdi  
 carnes licentiā concessisse: videlicet quia norat Dñs plurimas gē-  
 tes esse futuras, quæ tanquā Deos animalia adoraturæ erāt. Et id eò  
 eis facultatē concessit, vt ea interficiāt, & comedant, videlicet, vt in-  
 telligit, siquidē ea occidunt & manducāt, nullā in illis esse diuini-  
 tatē. Nunc autem iā nō contēti sunt homines carnibus vesci: sed  
 iam perspicitis diuersa cōdimentorū genera, quæ hodie infatiabi-  
 lis miserorū hominum gula, & voracitas adinuenit: ex qua tanta  
 peccatorum multitudo proficiscitur. Et ad huius vitij execratio-  
 nem sufficiebat nosse vnam ex vijs, per quas maledicta Sodoma  
 in tantam corruptionem, & abominationem deuenit, fuisse (vt  
 ait Ezechiel) saturitatem panis. Et sub hoc nomine panis diuer-  
 sorū ciborum saturitas intelligitur. Beda refert artificem quen-  
 dam, quandò alij sese ad rem diuinam audiendam in templū con-  
 ferebant, domi suæ edendo, & bibendo, alij sūque voluptatibus  
 perfruendo remanere consueuisse. Qui cum in grauissimū mor-  
 bū incidisset, atq; à familiaribus suis admoneretur, vt peccatorū  
 suorū poenitentia ageret, & illa confiteretur: infelix homo de di-  
 uina Dei misericordia desperans dixit: Nō possum agere poenitē-  
 tiā: quia sicuti B. Stephanus vidit cælos apertos, sic etiam ego in  
 fœnum apertum perspicio, locumque mihi præparatum intueor  
 iuxta Iudam, & Pilatum, & illos, qui Iesu Christo filio Dei mor-  
 tem intulerūt. Et postea dixit se propter suas maximas, assiduas-  
 que voracitates, atque ebrietates nullum remedium habere. At-  
 q; hæc infelicissimus homo dicēs interijt. Proh Deum immorta-  
 le! quā metuenandum est hoc dictū, atq; etiā auditū. Vt cognosca-  
 tis quātū malū facitis, cū vos effrenatē cibis, potionibusq; traditis  
 Quod.

30 Quod est sicuti dixit Apostolus effici inimicos crucis Christi, *Philip. 3.*  
 Quæ cū ita sint dilectissimi fratres, per charitatem Dei vos rogo,  
 vt ab hoc abominabili vitio vos cohibeatis, diuinūq; Magistrū,  
 & sanctos eius Apostolos curetis imitari. Et plurima hoc modo  
 peccata deuitabitis.

*Dicit ergo Iesus facite homines discumbere, &c.* Et sicut in sancta  
 Dñi, nostri Iesu societate nihil aliud erat ad edēdum, nisi parum  
 hordeacei panis modiciq; pisces: ita etiam non erant pretiosæ sel-  
 læ, neq; perpolitæ mensæ, aut ferica, neq; aurea stragula: Vnde  
 oportuit cōuiuas humi super fœnum sedere. O secularē vanita-  
 tem! in quam profanū statum homines induxisti, vt ad sellarū, se-  
 diūque perpolitiones, atq; ad mensarum ornamenta plus pecu-  
 niarum iam sit necesse, quā olim ad tres familias alendas requi-  
 rebatur. Refert Diogenes Laertius philosophum quendam in vr *Dioge. Laer.*  
 bem ingressum fuisse, vbi tunc nudinæ celebrabantur: in quibus *de vita phi.*  
 cū plurima hominum, domorumq; ornamenta perspiceret: illa  
 omnia deridens in hanc sententiā tali quidem viro, tantoq; philo-  
 sopho dignissimam prorupit: Quā multis non egeo. O mirissi-  
 cam sententiā! ô Christiani quā multis non egemus. A duer-  
 tite quid dixerit Ethnicus quidam, qui in inferno perpetuis igni-  
 bus cruciatur: vos autem Christiani, qui in sacrosanctum Iesu  
 Christi Euangelium profitemini plurimis vos indigere arbitra-  
 mini, & mille solitudinibus vos affligitis, animasque vestras  
 inferni periculo offertis, vt ea comparetis. O Deus infinitæ maie-  
 statis per misericordiam tuam te deprecor, vt tantæ profanitati,  
 32 quanta inter eos, qui sese tuos esse profitentur, versatur, reme-  
 dium adhibeas.

*Accepit ergo Iesus panes & cum gratias egisset, &c.* Eterno patri  
 quatenus homo gratias egit pro illo beneficio, quod in homines  
 illos conferre conabatur, Videlicet, vt nos doceret, nō solum pro  
 collatis in nos beneficijs, sed pro ijs etiam, quæ in proximos no-  
 stros conferuntur nos diuinæ Maiestati gratias agere oportere. *Ephe. 5.*  
 Sic nos admonet Beatus Paulus dicens: gratias agentes, semper  
 pro omnibus. Pro omnibus, hoc est, non solum pro omnibus be-  
 neficijs, sed etiam pro omnibus proximis. Et sic ipse Apostolus,  
 vt ex eius epistolis apparet, sæpenumero pro beneficijs, quæ  
 Deus alijs proximis faciebat, ei gratias agebat. Peculiariter autē *2. Thess. 2.*  
 dicebat. Nos autem debemus gratias agere Deo semper pro vo-



bis fratres dilecti à Deo. Etiam rationi consentaneum est, vt quã-  
do ad mensam sederimus, non solum pro illis, quæ manducatu-  
ri sumus, Deo gratias agamus: verùm vt illa etiam benedicamus.  
*Gregor. in Dialogis.* Beatus enim Gregorius refert mulierem quandam, lactucam co-  
medisse, in qua diabolus morabatur: quam cum comedisset, dia-  
bolus in eius corpus introiuit: interrogatus autem diabolus, qua-  
rè in mulierem illam fuisset ingressus, dixit se illud fecisse, quia  
mulier lactucam, priusquam illam comederet, non benedixe-  
rat: nam ego (inquit) in ea ineram, & mulier illa me quæsi-  
uit, quapropter caute fratres nè vobis simile accidat. Quo-  
ties pacifici ad mensam sedetis: & pro leuissima quaque re in-  
rixas deuenitis, aliasque stultitias facitis, vnde plurima infor-  
tunia oriuntur. Et fortasse hoc contigit, quia permisit Domi-  
nus vt diabolus in vos ingrederetur: eò quòd quemadmo-  
34 dum iumenta ad præsepia accedunt: sic vos ad mensam absque  
vlla gratitudine, & Dei recordatione, & absque ciborum be-  
nedictione sedetis. Frangente igitur Domino panem in sanctis-  
simis eius manibus augebatur. Quando modicum panis, parum-  
que diuitiarum habueritis, ad familiam vestram alendam: me-  
mementote horum panũ, qui etsi pauci erant: eò quòd eos Iesus  
Christus filius Dei tetigit, tantam hominum multitudinem ale-  
re suffecerunt. Et modicũ, quod vos habueritis in benedictis eius  
manibus collocare dicentes singulis: Domine hæc mea paupertas  
non sufficit integram familiam meam alere: verùm illos, & me, at  
que vniuersa, quæ possideo in sanctissimas manus tuas commen-  
do vt sicuti potes, nobis subuenias. Dominus panem, frangebat.  
discipulisque suis illum tradebat: illi autem eum inter conuiuas  
35 diuidebant. O quam admirabilis esset visu diuini Chironomo-  
nis (vulgo trinchantæ) diligentia: sedulitas discipulorum in porri-  
gendo pane: hospitem præparatio ad illũ cũ alacritate, ac cõsola-  
tione maxima capiendum. Eia patres sacerdotes vobis hæc super-  
scriptio loquitur. Deum, diuinaque eius sacramenta, atque doctri-  
nã præ manibus habetis. Ne in illis diuidendis fatigemini, nè præ-  
dicantes, nè nè illos in confessione audientes, diuina sacramenta  
administraates, optimumque pietatis exemplum hominibus præ-  
stantes deficiatis: neque hæc omnia facere cessetis, quousque popu-  
lo satisfeceritis. Quando episcopus clericum ordinibus initiat, di-  
cit: Dominus pars hæreditatis meæ, tu es qui restitues hæreditatẽ  
meam

36 meã mihi. Vbi significari videtur, quòd si sacerdos hæreditatem  
illam æternam, qui est Deus, vult adipisci munere suo: curare de-  
bet, vt Deo hæreditatem suam restituat: hoc est, animas, quas Sa-  
thanas iniuste possidet. Ipse verò religiosus verbis, sancta doctri-  
na, diuinorumque sacramentorum assidua, diligentique admini-  
stratione, ac denique pio sanctitatis exemplo, à diaboli potestate  
illas abstrahere Dominoque suo, videlicet Deo restituere tenetur.  
Et sic eius nomine illi dicitur: Tu es qui restitues hæreditatem  
meã mihi. O vtinã nõ sit sacerdos, qui Deo hæreditatem suã adi-  
mat: animasque suo malo exemplo peccare faciat, & in Sathanæ  
potestate reponat. Animaduertite patres sacerdotes quid fece-  
rint hodiẽs. A postoli. In primis etenim homines discubere fece-  
runt: quia Dominus eis dixit: *Facite homines discumbere.* Postea ve-  
37 rò eis alimoniam diuiserunt. Hoc quippe est munus vestrum, corũ  
præsertim quibus animarũ cura incũbit: scilicet, efficere, vt vnus  
quisque in loco suo sedeat: vt vir matrimonio alligatus, sicut statũ  
suum decet, viuat: & virgo viuat, vt virgo. &c. Non enim Eccle-  
siastico viro quotannis mille aureorum redditus tribuuntur, vt  
per vias in exornata mula deambulet: sed vt in animarum vtili-  
tate se exerceat: subditosque suos corporali sustentatione quo  
meliori modo poterit, adiuuet. D. Paulus quando ad cæteras or-  
bis gentes scribebat, dicebat eis: gratia vobis, & pax: quãdo autẽ  
Timotheo episcopo scripsit, dixit ei: gratia, pax, & misericordia:  
denotans scilicet in hoc, quanto opere super cæteros fideles miseri-  
cors esse teneretur. Facite igitur patres mei Ecclesiastici, quemad-  
modum & Apostoli faciebant: qui panem à Domino sibi cõmis-  
38 sũm in egenos homines diuidebant: nè igitur panes vobis à Do-  
mino traditos, manuum tenacitate retineatis. Comederunt turbæ  
ex panibus, & piscibus quantum voluerunt. Et quanquam panis  
ordeaceus asperrimus erat, adeò tamen illis suavis visus est, vt  
delicatissimos cibos sibi comedere viderentur. Iesu bone quan-  
tum interest inter ea, quæ ex manu creaturæ, & ea, quæ ex crea-  
toris manu comeduntur. Manus Christi Saluatoris nostri om-  
nia dulcissima reddunt: labores, asperitas, poenitentia, omnes de-  
nique calamitates, in dulcedinem conuertuntur, si ab eius manu  
prouenire considerentur. Potus non fuit necessarius: Dominus  
enim prouidit, vt tribus cibi potusque munera exerceret, integrã  
que stomachis satisfactionem redderet.

Ro. I. C. I.  
Cori. I.  
2. Tim. I.

*Colligite quæ superauerunt fragmenta, ne pereant.* Præcepit eis, vt frag-  
 mēta colligerēt, quo nos doceret, quòd si hæc modica hordeacei  
 panis fragmenta colligi præcipit, ne pereant, quid faciet de decē  
 millibus aureorum episcopatus, & etiam de sex millibus, & duo  
 bus nullibus aureorum, quos paterna hæreditate comparasti?  
 Concludit tandem Sanctum Euangelium dicens vniuersam tur-  
 bam tantum miraculum admirantem dicere incepisse: *Quia hic*  
*est verè propheta qui venturus est in mundum.* Hic est fructus miracu-  
 li omniumque mirabilium, quæ operatus est Christus. Redem-  
 ptor noster, & eorum, quæ nobiscum quotidie facit: videlicet; vt  
 illum Deum ac Dominum esse cognoscamus, illumque vt ta-  
 lem glorificemus. Verum est hunc populum in alijs miraculis  
 eum cognoscere, & tanquam Messiam laudare debuisse. Sed vt  
 homines vtilitatis suæ cupidi non quando mortuos suscitabat,<sup>40</sup>  
 nec quando alia miracula operatus est, hæc verba dixerunt; nisi  
 quando optimo cibo illos saturauit: eorumque stomachos refe-  
 cit. Tales sunt plurimi Christianorum. Confitebitur tibi, cum  
 benefeceris ei, dixit David. Tu autem ô Sancte Propheta quomo-  
 dō facis: Benedicam (ait) Dominū in omni tempore: semper laus  
 eius in ore meo. Tā in aduersis, quā in prosperis euentibus Deū  
 laudabo. Sic faciunt veri Dei serui, & ita vos facere oportet fra-  
 tres: sic enim ad maiora beneficia, atque ad diuinā gratiā percipien-  
 dā disponemini: & in posterū cœlestē gloriā cōparabitis. Amen

*Psalm. 48.*  
*Psalm. 33.*

### ¶ Feria. III. post Dñicā. III. In Quadrage.

*Pateriens Iesus vidit. hominem cecum. à natiuitate.*

Ioan. 9.

**INITIUM** Huius Euangelij est initium capituli noni: Euan-  
 gelij, quod scripsit Beatus Ioannes. Incipit autem per dictio-  
 nem: & Quæ est coniunctio antecedentia cum subsequētib;  
 connectens: quæ quidem duo adeò sunt disparia, vt sola virtus  
 Dei illa, sicut oportet, cōnectere sufficiat. Nam antea narrauerat  
 Iudeos Dominum lapidare in templo conatos fuisse: quod au-  
 tem sequitur est, Dominum à templo exeuntem in ostio ipsius  
 templi stetit, vt cæco visum cōcederet. Hoc verò ille solus potest  
 coniun-

2 coniungere, qui coniunctionem illam: Verbum caro factum est:  
 nouit efficere. Iniurias enim accipere, & pro eis beneficia confer-  
 re cum puro, & intrinseco amore; solus Deus potest, aut ille, qui  
 peculiari gratia, & auxilio à Domino fuerit adiutus. Non inficior  
 Iulium Cæsarem maximè commendari, eo quòd de illo legitur,  
 ministeriorum, quæ sibi exhibita fuerint, nullo vnquam tempo-  
 re fuisse oblitum, nec vllam vnquam iniuriam accepisse, quam  
 non liberalissimè dimisisset. Itaque tam liberalis erat in iniurijs di-  
 mittendis, quā in ministerijs persoluendis magnificus: de quo  
 etiā legitur, quòd cum Gnej Pompeij caput aspiceret, doluit oc-  
 casionem gloriæ, quam ignoscendo hosti poterat adipisci, à for-  
 tuna sibi fuisse sublatam. Atque etiam Alexander Magnus cum  
 Regem Darium hostem suum lethali vulnere percussum reperi-  
 3 ret, magno dolore affectus est, eo quòd non posset ei parcendo  
 suam clementiam ostentare: & huiuscemodi exempla eximie  
 misericordiæ, qua singularis clementiæ viri cum reis vsi sunt, plu-  
 rima extiterunt. Omnes autem hi ad hanc clementiā exercendā  
 humanæ gloriæ cupiditate mouebantur, vt misericordes ab homi-  
 nibus haberentur. Verū hoc propter vnum Deū, eiusque amorē  
 fieri absque eius gratia, peculiarique auxilio non potest. Tantum,  
 tamque gratum est hoc Deo, vt volens ipse Dominus cum exag-  
 geratione maxima iram suam aduersus Hebræos significare, per  
 Hieremiam Prophetam dixerit: Si steterint Moyses, & Samuel  
 coram me: non est anima mea ad populum istum. Eijce illos à fa-  
 cie mea, & egrediantur. Beatus Augustinus super hæc verba di-  
 cit: Quid est quòd Moyses, & Samuel cæteris patribus in postu-  
 4 latione præferuntur? Cuius quæstionis respōsio est: quòd isti duo  
 tantum in veteri testamento pro inimicis orasse leguntur. Vnus,  
 videlicet, Moyses à populo lapidandus impetitur. Et tamen pro  
 lapidatoribus ille precatur. Alter à principatu eijcitur, & ait: Ab  
 sit à me hoc peccatum in Domino, vt cessem orare pro vobis, &  
 docebo vos viam bonam, & rectam. Propter hanc virtutē, vide-  
 licet, quia inimicis suis benefecerunt, adeò grati sunt Deo hi duo  
 sancti, vt licet nihil eis Dominus denegare consuecisset; per ex-  
 aggerationem hanc petitionem se se illis denegaturū affirmet,  
 si ipsi eam facerent. Ex quo quanta sit hæc virtus quamque ex-  
 cellens, optimè perspici potest: & quia talis sit, in sacris literis mi-  
 sericordia Dei nūcupatur. Dixit David postquam regni possessi-  
 onem

*Hiere. 15.*

*August.*

*Exod. 17.*

*1. Reg. 12.*

*2. Reg. 9.*

Zz 5: sionem

tionē suscepit. Nunquid superest aliquis de domo Saulis, ut faciam cum illo misericordiam Dei? Quemadmodum est peccatum hominis, & peccatum diaboli, sic etiam est misericordia hominis, & misericordia Dei. Peccatum hominis est, malefactori tuo malefacere. Peccatum diaboli est, benefactori tuo malefacere. Sicuti fecerunt diaboli, quos cum Deus magnopere sublimasset, & in tantā excelso nobilitatis gradu collocasset, inde illū offendendi occasionē acceperunt. Atque ideo de Iuda dixit Dominus: Unus ex vobis diabolus est. Misericordia hominis est benefacere tibi, atque etiam non malefacere tibi benefacere. Misericordia autem Dei est, malefacienti tibi benefacere. Quando inimico tuo benefacis, Dei misericordiam operaris, qui solem suū oriri facit super bonos, & malos. Atque ideo dicebamus, particulā, &, per quam caput illud sancti Evangelij exorditur, Dei esse coniunctionē: quia id, quod ipsa coniungit, misericordia est Dei. O fratres mei, si ab hoc diuino Magistro cælestem hanc doctrinā perdisceritis, quantum apud Deum mereremini, & quanta etiam peccata euitaretis. Historiographus quidam grauissimus refert, cum homo nimis proteruus esset, summaque animi contumeliose de altero homine, qui eum iniuria affecerat, vlcisci conaretur, cumque a multis rogaretur, ut ei ignosceret, nec tamen illorum quicquam sufficeret, duos monachos ad eius ostium accessisse, dicentes se illum alloqui velle: qui arbitrans eos venire, ut pro iniurie venia eum rogarent, recusabat illos ingredi, qui dixerunt ostiario: Dic ei nos illud ab eo nolle deprecari, & ideo dic ut nos ingredi patiatur: quia rem aliam cum eo agere volumus: qui ingressi sunt, & postquam aliquatulum familiariter locuti sunt, dixit alter: Tu Domine arbitraris nos velle terrogare, ut inimico tuo ignosceres: nihil profecto tale volebamus. Optime quippe nouimus hominem istum venia esse indignum. Tibi autem volebamus dicere, ut tibi metipsum parceres: quia cum tanto labore versaris, nec publice in hominum conspectu audes apparere, timens ne alter, eo quod ei non vis ignoscere, tibi mortem inferat, nec diuina Sacramenta recipis, in peccato, & Dei indignatione perseveras: nec tamen tui ipsius misereris. Compatere tibi metipsum, & optime facies. Ad eum homo ille hac ratione confrastratus est, ut sibi persuaserit alteri ignoscere, intelligens quanti illud sua ipsius intererit. Idem igitur nunc Dei nomine vos omnes admoneo, eos presertim, qui proximos vestros odio habetis: vobis metipsis parcite, animasque vestras miseramini: considerate diuinum Magistrum

Magistrum vestrum, quem impij Iudæi lapidare conabantur, & illinc exiens tantæ iniuriæ, quantam ei homines intulerunt, immemor fuit, ut cum hominibus misericordiam faceret.

*Et proterius vidit hominem cæcum.* O quam merito dicit David: *Psal. 59.* Tu solus laborem, & dolorem consideras; quia eum qui tenor aspicit, intueris. Vidit, id est, diligenter inspexit. Quid facis Deus meus? aspicio quam modicum pietatis, & compassionis est in orbem terrarum, & volo homines erudire, ut in egenos oculos conijciant, & non postulantes etiam eleemosynam largiantur. O quam sterilis ficitas est in mundo? nam si unam eleemosynam erogaturi estis: prius venturus est pauper ad ostium vlceribus cooperatus, aut confractis brachijs, pedibusque laceratis: quod si nimis extraneas, & insolitas necessitates non cernitis, vix ad proximis vestris subueniendum cominuemini. Nec hoc quidem sufficit, sed necesse est miseris studere, rationesque addiscere, quibus eleemosynam a vobis efflagitent, vosque ad compassionem excitent. Et prius eleemosynam assiduis vocibus sanctissimi numque Dei nomen, diuinumque eius amorem in pignus tradentes empturi sunt. Quid? cum in hac urbe, tot diuites, totque pauperes comorentur, in domo alicuius egeni non pannus, quo induatur, aut triticum, quo vescatur incognito dante reperiretur? Inuisitatum utique est hoc in ista regione: etiam videntes pauperis oculos a vobis integram horam pendentes, auxiliūque vestrum expectantes, quasi nihil esset, nec sic, nec non ei respondetis: quomodo igitur in domum pauperis etiam non petentis eleemosynam mitteretis? Ad confusionem ergo vestram hoc vobis volo dicere: persuadere alicui, ut misericordiam faciat, est ei dicere, ut sit homo. Si quis tibi diceret: frater esto homo, numquid non erubesceres? Quid igitur (diceret tu) an non hucusque non me hominem esse reputares? nisi misericordiam, atque benignitatem habeas, non es humanus: & quemadmodum erubesceres, si tibi diceretur, ut esses homo, sic oportet te pudore confundi, cum quis te ad humanitatem, ac misericordiam exhortatur; quod si debet facere homo, quatenus homo est, quanto magis idem facere tenetur Christianus, qui homini Ethnico maxime excellit? Ne autem huius prestantissime virtutis obliuisceremur, in membris nostris illam Deus scripsit. Etenim (ut ait Diuus Paulus) *1. Cor. 12.* Et nos etiam experientia comperimus: si quid patitur unum membrum, compatuntur omnia membra: siue gloriatur unum membrum

membrum, congaudent omnia membra. Vos autem estis corpus Christi. Et si quidem fratri tuo in eius necessitate non compatieris, nec eius bonis delectaris, signum est hoc te esse membrum Sathanæ, non autem Iesu Christi. Manus, quæ pedis dolori non occurrit, & oculus, qui totum corpus non aspicit, eiusque bonum animaduertit, digna utique sunt hæc membra, quæ ab isto corpore conscindantur. Et ita dicit Sanctus Iob: Si despexi prætereuntem, eo quod non habuerit indumentum, & abique operimento pauperem, &c. Humerus meus à iunctura sua cadat, & brachiū meum cum suis ossibus confringatur. Attendite quam terribile maledictionem sibi iniicit Sanctus Iob, satis nãque securus erat se ab ea non esse comprehendendum. O crudelissimi diuites, quo modo non timetis ne cõfracti, atque lacerati moriamini propter immanitatem, qua cum membris corporis mystici Domini nostri Iesu Christi utimini? Per reuerentiam, quam huic diuino capiti vestro exhibere debetis, vos deprecor fratres, ut in eius membra tanta afflictione, & necessitate oppressa oculos conijciatis, illisque benignissime me compatiamini.

Ut Sancti discipuli diuinum Magistrum suum ad pauperem respexisse, aduerterunt: in illum etiam & ipsi oculos contecerunt. Et interrogauerunt eum: *Quis peccauit, hic, aut parentes eius?* Iam forsã audierant verba illa Exodi: Ego sum Dominus Deus tuus zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam, & quartam generationem eorum, qui oderunt me. Quod de corporalibus quidem pœnis intelligendum est. Et sic Sanctus Patriarcha Noe, etsi nō maledixit filio suo Cham, qui eum illudit, eo quod exiēs ab arca benedictus fuerat à Deo. Sic ut ibidem dicitur: Benedixit Deus Noe, & filijs eius, veruntamen filio eius Chanaan, & in eo vniuersæ illius generationi maledixit, dicens: Maledictus puer Chanaan, seruus seruatorū erit fratribus suis. Ecce, quomodo hæc pœna corporalis propter peccatum patris liberis aduenit. Et valdè notandum est hoc, quod dicitur in libro Exodi: vsque ad tertiam, & quartam generationem: idèò dici, quia vsque illud tempus viuere potest pater, sicut vixit Iob: videlicet, ut dolore, ac molestia afficiatur, perspiciens diuinam iram propter ipsius peccata in progenie sua ante suosmet oculos exequutam. Itaque supplū de liberis sumi, est ipsum parentem puniri. Quod cum ita sit fratres charissimi, vestrosmet liberos miseramini: & saltem hæc considerantes

Iob. 31.

Exod. 20.

Gen. 9.

Iob. 42.

14 considerantes vos à sceleribus cohibete: etsi non hoc solum, sed diuine etiam Maiestatis amor, præcipuè vos ad bonum concitare debet. Quod cum S. Apostoli intelligerent, & ex alia parte perspexissent, cum Dominus aliquos infirmos sanaret, eis dicere consueuisset: noli amplius peccare: arbitrabantur omnes corporales labores, aut propter parentum, aut propter ipsorum met peccata hominibus euenire. Atque idcirco hoc interrogarunt. A quo errore illos Dominus abstulit, dicens: *Neque hic peccauit, neque parentes eius.* Hoc interrogare quando proximos vestros laboribus oppressos cernitis, temeritas est: & iniquum iudicium, arbitrari Deum propter eorum peccata labores illis immittere. Sicuti barbari illi habitatores Insulæ Michilenes; de quibus dicitur, quod cum Beatus Paulus tumultuata quadam maris tempestate depulsus in Insulã 15 illam peruenisset; cumque à barbaris illis exceptus farmentorū aliquantã multitudinem cõgregasset, & imposuisset super igne: vipera à calore cum processisset, inuasit manum eius. Ut verò viderunt barbari pendente bestiam de manu eius: ad inuicem dicebant. Homicida est homo hic, qui cū euaserit de mari, vltio nō finit eum viuere. Propter hunc laborem homicidã illum esse iudicatis: temerarium iudicium, & iniquum est istud. Veruntamen cum barbari essent, non mirū erat, illos in hunc errorē incidisse: si autem vir Christianus Catholicæ fidei lumine illustratus, hoc de proximo suo suspicaretur, multo grauior in eum culpa conferretur. Hoc autem sapientissimum erit, quod cum vos laboribus oppressos videritis, illos propter peccata vestra vobis euenire suspicemini, conscientiamque vestram diligenter scrutemini, ut ab 16 eis exeatis. Quando noctu in lecto recumbitis, & aliquem strepitum, aut canis latratum auditis, statim à lecto confurgitis, & dormi vestrã speculamini: si fortè sunt in ea latrones. Sic fecit Iob, qui sentiens domi suæ strepitum verberum, quibus illum Deus puniebat: statim in domum conscientia suæ ingressus illam scrutatus est, vtrum in ea aliqui latrones essent: si fortè peccatum aliquod illorum laborum causa erat: cumque optimè circumspecta domo nihil mali reperisset, dixit: Non peccaui, & in amaritudi- 17 bus moratur oculus meus. Sic etiam tu o frater, quando te laboribus fatigatum perspexeris, conscientiam tuam scrutare; teque ipsum interroga, si fortè propter peccata tua illos tibi Deus immitterit. Hoc enim oportet esse laborum munus, videlicet, efficere, ut conscientia

Act. 28.

Simile.

Iob. 17.

2. Reg. 21.

conscientia examinetur, & peccata, quæ oblivioni tradita fuerat, 17  
in memoriam reuocentur illorumque pœnitentia fiat. Facta est  
fames valida in diebus Dauid tribus annis iugiter, & cōsuluit Da  
uid oraculum Domini: Dixitque Dominus: Propter Saul, & do  
mum eius sanguinum, quia occidit Gabaonitas. Animaduertite  
Dauidis prudentiam, cum enim Dei supplicium cerneret, exami  
nauit propter quod peccatum esset: cognoscēsq̄ illud propter  
Saulis domum suam, pro peccato satisfecit tradens septem viros  
de domo Saulis in manus Gabaonitarum, qui crucifixerunt eos  
in monte coram Domino. Sic te facere oportet frater, delinquen  
tes pœnitentiæ cruci affige. Sic fecit ipse Dauid cum filius eius

2. Reg. 15.

Absalon, aduersus eum insurrexit: qui ex ciuitate fugiens, ascen  
debat cliuum oliuarum, scandens, & flens nudis pedibus incedēs,  
& operto capite. Non utique deerant Dauidi equi, neque calcei, 18  
quibus incederet: veruntamen per montem nudis pedibus ince  
debat, quia supplicium illud propter ipsius peccata à Deo sibi  
missum fuisse cognouit. Et sic deplorans, corpusque suum affli  
gens illorum pœnitentiam agebat. Ita solent nunc iusti facere:  
non enim contenti sunt pœna, qua illos Deus punit, sed ipsi met  
corpora sua, pro suis peccatis, durius affligunt, pœnalibusque  
exercitationibus contorquent. Nam (vt dixit Beatus Paulus:)

1. Cor. 3.

Adiutores Dei sumus. Et in hoc etiam iusti coadiutores Dei esse  
volunt. Si Deus (inquiunt) me verberat, ego pluribus discipli  
nis, ac supplicijs illum adiuuans, me punire, & affligere volo. Et  
inferius cum vir ex equitibus suis ei diceret: Vadam, & amputa  
bo caput eius: scilicet, Semei; pro iniurijs, quibus sanctum Regē  
affecerat: respōdit vir Dei: Dimitte eum, vt maledicat iuxta præ  
ceptum Domini: si fortē respiciat Dominus afflictionem meam,  
& reddat mihi Dominus bonum pro maledictione hac die ho  
dierna. Hæc erat optima cognitio huius boni Regis: etenim: filij  
persequutiones, subditorumque contumelias, vniuersa hæc, pec  
catorum suorum pœnas esse iudicabat, seque illis esse dignissi  
mum affirmabat. Talem nobis in infortunijs, calamitatibusque  
nostris cognitionem Dominus præbeat. Hæc enim ad illos pa  
tientissimè perferendos; atque etiam ad desiderandum plura per  
peti, multum conducit.

Aliquando verò labores Deus hominibus immittit, non pro  
pter peccata quidem: sed vt manifestentur opera Dei in illis. Ecquis  
sibi

20 sibi persuaderet Deum ex malefaciendo iustis, hoc est, ex ma  
lapœnæ inferendo, gloriam esse electurum? Deum malis be  
nefacere, rationabile est, vt illos beneficijs ad se alliciat. Nam  
post quem iam non abijsseris, si in vos, ea, quæ Deus facit, be  
neficia contulisset? Accedit auis ad aucupis manum propter il  
las duas buccellas carnis, quæ illi ostense sunt; vos autem nō post  
Deum abibitis, à quo tot, tantaque beneficia percepistis, pas  
simque percipitis? Singulis etenim beneficijs, singulas facit vo  
cationes: & bonæ sunt quasi stami ad nos expiscandos. Bono au  
tem cur malefacis Domine? vt manifestentur opera Dei in illo:  
quæ sunt patientia, & laus, quam tribulatus Deo reddit. O male  
dicte peccator, cui Deus cum plurima faciat beneficia, nec tamē  
illum laudas: nec verò animaduertis, alium miserum in lecto mul  
22 tos annos iacentem, assiduisque doloribus afflictum non cessare  
Deum extollere: & hoc ad confusionem tui. Animaduerte quid  
dixerit Iob, tot, tantisque verberibus onustus: sicut Domino *Iob. 1.*  
placuit, ita factum est, sit nomen Domini benedictum. O quan  
ta confusio tibi est, quod tibi Deum beneficia facientem ma  
ledicis: alter verò laboribus oppressus, eum laudibus extol  
lit. Ecquid fecerunt vermes in te o benedicte Iob, quum in ster  
quilinio vlceribus coopertus sedebas? Quid hoc utique effece  
runt, quod cum antea vnum tantum os ad Deum laudandum ha  
berem: nunc omnibus foraminibus, & oribus, quæ à vermibus  
aperta sunt, nomen Domini benedico. Quam singulare autem  
exemplum nobis fuit Tobias: qui postquam sepeliēdis mortuis,  
alijque virtutis exercitationibus fatigatus erat, a undinis ster  
core fuit excæcatus. De quo & dicit Sanctus Textus: Non est  
22 contristatus contra Deum, quod plaga caritatis euenerit ei: *Iob. 2.*  
sed immobilis in Dei timore permansit agens gratias Deo  
omnibus diebus vitæ suæ. Ecce quomodo manifestantur opera  
Dei in illo. Opus Dei est etiā perseuerantia: vt autē iusti in bono  
perseuerent, hoc modo a Deo tractantur. O quanto perē cupit iu  
mentum se ad præsepium conficere: & vbi primum se fricat, ve  
nustatem amittit, otumque se excoriat. Quod ergo remediū quæ  
ritur, ne iam etum hoc modo sibi officiat. Duobus illud capistris  
alligari, quod in nullam partem se possit conuertere. O quam ma  
ximam propensionē habet homo (et si iustus) ad peccatum. Illum  
autē Deus duobus capistris deuincit: scilicet, corporalibus morbis,  
inimico

*simile.*

inimicorumque persecutionibus; quo vix peccare, recordetur.<sup>23</sup>  
 Attendite qualibus capistris Beatus Paulus a Deo deinctus fuit:  
 nam ex vna parte: ter (inquit) virgis cæsus sum, semel lapidatus  
 sum: ter naufragium feci. Ex alia verò parte, ne magnitudo (ait)  
 reuelationū extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ An-  
 gelus Sathanæ, qui me collaphizet, videlicet, vt sic in humilitate,  
 atque animi submissione teneretur. O quot homines corruppe-  
 rentur, atque etiam perirent, si manus, pedes, atque valetudinem  
 haberent: & quot foeminae perderentur, si diuitijs, ac pulchritudi-  
 ne pollerent. O Domine infinitæ Maiestatis, innumeras tibi gra-  
 tiarum referimus actiones: quia tam diligenter nobis occasiones  
 adiuuimus, ne in infernum prolabamur. Si quando Dominus dixit,  
 vt manifestet opera Dei in illo: cæcus hic diceret: Quid Domi-  
 ne ad hoc homines in laboribus constituis, vt alienis sumptibus,<sup>24</sup>  
 atque laboribus gloria tua manifestetur? O cæce quam maxima  
 Dei misericordia, atque indulgentia est, vilissimum terræ vermi-  
 culum in instrumentum gloriæ suæ assumere. Virga Aaron bac-  
 culus erat, sicut & aliorum pastorum: veruntamen eo quod à Deo  
 assumpta fuit in mirabilium suorum instrumentum, in arca testa-  
 menti reconditur: ibique tantum æstimabatur, tantaque religione  
 colebatur, vt ne quis præter summum sacerdotem illam semel in  
 anno perspiceret. Quæ cum ita sint, cõsolare, & lætare frater: ma-  
 gno enim honore te Deus afficit, assumens te in instrumentum  
 gloriæ suæ, vt in te eius omnipotentia patefieret.

Dicit inferius: *me oportet operari opera eius, qui misit me, donec dies  
 est.* Hoc fuit nostræ redemptionis opus, quod vsque ad vltimum  
 vitæ suæ terminum operatus est. Atque vt se verum mundi Re-  
 demptorem esse, omnibus innotesceret, hæc mirabilia operatus  
 est: videlicet, cæcos illuminare, infirmos curare, mortuos deni-  
 que ad vitam reuocare. Ne autem arbitraremur sibi soli conueni-  
 re operari, donec dies est, vniuersalem quandam sententiam sub-  
 didit, dicens: *Veni nox, quando nemo potest operari.* O quam celestis  
 exhortatio? Attendite fratres vos in hoc seculo à Deo fuisse collo-  
 catos, vt salutem vestrâ spiritualement operaremini. Vbi primū au-  
 tem mortis nox aduenerit, nemo poterit quicquam meritorium  
 operari. Ille paterfamilias, qui operarios conduxit, à solis ortu,  
 vsque ad occasum, illos conduxit, non autem noctu. Dies namque  
 ad laborandū, nox verò ad quiescendū fuit instituta. Quādo Rex  
 vrbem

26 vrbem aliquam obsidione premit, & præconio declarari iubet, il-  
 lum, qui intra tot horas ad ostium ciuitatis accesserit, aut in illius  
 moenijs vexillum erexerit, mille aureis esse donandum. Si tran-  
 acto illo temporis spacio, rebusque iam aliter dispositis quisquā  
 vexillum in muro collocaret, posteaquam præmium perceptu-  
 rus accederet: meritò ei diceret Rex: Homo, nihil tibi debeo; edi-  
 ctum enim non positum fuit ad longū tempus, quam ad alium  
 diem. Sic in negotio saluationis nostræ tantum modo diem vite  
 nostræ nobis Deus statuit ad merendum: quo peracto nullum est  
 remedium. Non sine mysterio notant diuinæ literæ, de quodam  
 tyrāno nomine Adonibezech, qui septuaginta Reges confra-  
 ctis manibus, ac pedibus tenebat, illosque micis, quæ supererant ex mē-  
 sa eius alebat. Huic bellum intulerunt filij Israel, illumque captiuū  
 27 duxerunt. Et quanquā tam immanem se se in reges illos præbue-  
 rat, dicit illuc sacratu Textus, illum nulla alia poena ab Hebræis  
 affectum, nisi extremitates pedū, manuumque ei fuisse conscissas.  
 Itaque ei pedes, non autem ad ambulandum, manusque, sed non ad  
 operandum, remāserunt. O æterne Deus, quam terribile tēpus  
 illud erit, quādo impius se peccatis onustum, tormētisque; oppres-  
 sum perspexerit, & se intellectum atque voluntatem viderit habe-  
 re, non autem ad poenitentiam agendam, peccatisque suis remediū  
 adhibendum. Quid daret vnus ex damnatis, vt nunc mereri pos-  
 set, quo se ab illis perpetuis ignibus liberaret? Ideo ad vos clamat  
 Sanctus Isaias, dicens: *Quærite Dominum, dum inueniri potest.*  
 Nunc diligentissimè nos oportet laborare ob duplicem rationē.  
 Prima est, quia breuissimum nobis tempus cõceditur. Dauid il-  
 lud diei comparat, dicens: *Dies eius tanquam flos agri, sic efflore-*  
 28 *bit.* Flos campi mane virefcit, vesperi autem marcescit, & arefcit.  
 talis est hominis vita. Beatus Ioannes adhuc breuiorem illam de-  
 pinxit, dicens: *Filioli nouissima hora est.* Et hoc dixit, cum iā di-  
 xisset: *Mundus transit, & concupiscentia eius; qui autem facit vo-*  
 luntatem Dei, manet in æternum; quasi diceret: *Adeo velociter*  
*transit mūdus, vt nemo dicere possit: ego securam habeo vnam*  
*horam vitæ.* Ecquis est in toto terrarum orbe, qui certò possit af-  
 firmare, se integram horam esse victurum? Nullus vti que. *Quare*  
*ergo o miseri filij Adæ, in re tam graui, quæque vobis tantum in-*  
*terest, tam negligentes vos præbetis, tamque alto sopore dormi-*  
*tis? præsertim cum ad eam tractandam, ne ad horam quidē vnam,*

2. Cor. II.  
 Ibid. 12.

Hebr. 9.

Matr. 29.

Simile.

Ind. 7.

Isai. 55.

Psal. 102.

I. Ioan. 2.



certam vitam habeatis? Ut autem maiori timore terreamini; <sup>vi-29</sup> dete quanto magis rem hanc Sanctus Iob abbreviarit, dicens: <sup>Iob. 20.</sup> Gaudiū hypocritæ ad instar puncti. Vnum instans habet peccator ad delectandum se, & tu ad merendum aliud tantummodo instans habes: & tamen miserabilis est visus tepiditas, pigritiaque nostra. O quam vice versa facit diabolus: videns enim tempus breue esse, diligentissimè accelerat nobis bellum inferre. Et sic dicit Beatus Ioannes: <sup>Apoc. 12.</sup> Audiui vocem magnam in cœlo, dicentem: Vx terræ, & mari: quia descendit diabolus ad vos habens iram magnam; sciens, quod modicum tempus habet. Vç ecclesiasticis, secularibusque hominibus: vx terræ, & mari; quia enim videt diabolus se breue tempus ad nos persequendos habere, diligentissimè nos insectari accelerat. Sicuti faciunt Accipitres Irlandiæ, qui (vt in illa regione breuissimi sunt dies) talem habent instin- <sup>30</sup> ctum, vt diligentissimè properent aucupari: quod si non fecerint, in nocte famelicire manebunt. Diabolus in hac vita animas aucupatur: postea verò securi erimus. Et quando quidem ille propter temporis breuitatem nobis officere accelerat: quare nos summa animi contentione non laborabimus, vt ab eius fraudib<sup>9</sup> liberemur? E quis nos detinet? quod si quis dicat: Pater, nunc quibusdam negotijs sum implicatus: quibus confectis saluationis meæ, negotium me studiosissime suscepturum esse promitto. O stulte, quàm longè opinione falleris, his fraudibus te diabolus excæcat. Quid diceretis de homine stante iuxta fluium, qui optimè posset pertransiri, si ipse lentissimè in ripa maneret? Quid istuc facis frater? ipse verò diceret: expecto donec hæ aquæ prætereant: nunquid maior amentia videri potest? frater? <sup>31</sup> præteri tu illas: nam illæ nunquam desfluere cessabunt. Post alias enim aliæ, & aliæ subsequuntur. Negotijs detineris, & dicis; tradam nuptui filiam meam: recipiam hoc vectigal, &c. Postea verò derebus ad conscientiam meam spectantibus agam, meque verè & ex animo Deo tradam? Attende frater post vnum negotium aliud obrepere, & post illud aliud: etenim negotiationes huius seculi, sunt veluti aquæ fluminum, quæ desluendi nunquam faciunt finem. Animaduerte, quod magis negotia tractare studueris, eò plura tibi à diabolo esse offerenda. Præteri tu aquas istas, succide negotia tua, quæ nisi præterieris, atque deposueris, nunquam penitus finiuntur; sed vs- <sup>que</sup>

<sup>32</sup> que ad mortem tibi suppetent. Dispari quidem feruore, atque diligentia iusti animæ suæ negotia pertractant. Idcirco in sacris literis diuersis nominibus diligentiam significantibus nuncupantur. Esaias etenim dicit: Qui sunt isti, qui vt nubes volant? <sup>Esai. 65.</sup> O quam celeriter decurrunt nubes aquam deferentes ad irrigandam terram. David eos appellat sagittas, maximo impetu dimissas, quæ non sistunt quousque ad scopum perueniunt. Sic etiam hi quousque Deo fruituri in cælum conscendant, non sistunt. Sicut sagittæ (inquit) in manu potentis, ita filij excussorum. Hos accersit sponsus, dicens: Surge propera amica mea, quia cum hac celeritate venit ipse in animam iusti. Ideo ibidem dicitur: Ecce iste venit saliens in montibus transfiliens colles: nihil etenim illi impedimento est quominus in <sup>33</sup> animam iusti descendat. Et sic passionis suæ tempore dixit Iudæ: Quod facis, fac citius: admonerat eum, vt agilem se in ipsius morte tractanda præberet. Vt quid tanta festinatione opus est, ô diuine hominum amator? videlicet, vt vos commonefaciam, siquidem ego propter vtilitatem vestram tanta cum festinatione venio ad vos: sic etiam vos ad me venire oportere. ¶ Secunda ratio, quare in spiritualibus rebus tractandis diligentes nos præbere deberemus, est; quia licet vitam nostram sexaginta, aut septuaginta annos duraturam esse certò sciremus; stultum est in defessam senectutem, in qua ad labores perferendos non sunt vires, pœnitentiam differre. Quod si quis dicat: ô pater, impossibile mihi videtur ab hac mala viuendi ratione me posse recedere: sed in posterum melius me posse recedere arbitror. O miserū te! si nunc istud tibi difficile videtur; <sup>34</sup> quanto difficilius tibi erit, postquam vitium incaluerit, atque inueteratum fuerit, & altiores in te radices egerit, naturaque corruptior extiterit? Stultissimum esset quemquam dicere: facilius esse Romanam ex mille itineribus, quàm ex decem redire. Vnum quodque peccatum est vnum iter, quod te à virtute, atque à Deo separat: quomodo igitur facilius tibi erit ad Deū redire, postquam mille peccata commisisti, quàm cum decem tantummodo perpetraras? Ea propter dicit Hieremias: Nolite flere mortuum, neque lugereis super eum fletu: Plangite eum, qui egreditur (scilicet ad peccandum) non reuertetur vltra (scilicet ad Deum per pœnitentiam,) Etenim qui peccat, & se corrigit, seque in meliorem frugem <sup>simile.</sup> <sup>Hiere. 22.</sup>   
Aaa 2 recipit

*Hiero.  
Ecclesi. 7.*

*Iudas.*

*Psalm. 48.*

*Ambros.  
lib. 2. de pœ  
ni.*

*Simile.*

recipit (ait Beatus Hieronymus) non est deplorandus: quia (vt dicit Ecclesiast.) Non est homo iustus in terra, qui faciat bonum, & non peccet. Illi autem, qui in malo perseuerant, sanguineis lachrymis lachrymandi sunt. Væ illis, qui in via Cain abierunt (ait Sanctus Iudas in sua Canonica) via Cain fuit impœnitentia. Obstupendum utique fuit, hominem in cæteris rebus prudentem tot annos (septem enim progenies suas vidit) in peccati pertinacia perstitisse, nec vnquam ad Deum conuerti voluisse. Liberet vos Deus, ne in peccatis callum faciatis: hoc verebatur. Dauid, cum diceret: Cur timebo in die mala? & respondet, dicens: Iniquitas calcanei mei circundabit me, id est: Peccata vsque ad mortem producta, me in infernum detrudent. Ne autem in hanc miseriam deuenias, a modo tuæ malæ viuendi rationis filium absconde. Tu autem frater, qui nondum contaminatus es peccato, caue ne illi aditum patefacias. Dicit enim Beatus Ambrosius: Facilius inueni qui innocentiam seruauerit, quam qui congruè egerit pœnitentiam, quot homines reperietis, qui totum vitæ suæ tempus in puritate, & innocentia facile traduxerunt: per paucos autem, qui postquam animam suam peccatorum maculis infecerunt, congruè, & sicut oportet conuerterentur. Ad secundæ igitur rationis initium rediens, concludo, dicens: Licet à Deo syngrapham haberes te plurimos annos esse victurum, nequaquam tamen pœnitentiam in posterum à te differri oporteret. Nam sicut insanum crederemus mulionem, qui cum plurima iumenta deferret, in quæ onus posset diuidere; in iumentum tamen deterius, atque imbecillius illud totum iniiceret: sic etiam, & multo quidem dignior est reprehensione, qui que vt irrationalis habeatur, qui vniversum pœnitentiæ pondus defessæ, ac debili vult imponere senectuti: præfertim cum per totum vitæ tempus onus istud posset diuidere, eum plures vires atque possibilitas suppetant. Cui vestrum fratres charissimi, hæc ratio non quadrat? O Deus infinitæ Maiestatis, horum Domine cæcorum oculos illumina, quod hæc, quæ nunc eis tuo nomine intimo cognoscant, atque intelligant.

*Hæc cum dixisset, expuit in terram.* Quis adeo insipiens erit, qui hæc oia mysterijs carere arbitretur? Etenim, qui solo verbo illud curare poterat, lutum, rem (humano iudicio) adeo contrariam conficit, & super eius oculos illud imponit. Si quidem autem qui hoc fecit Deus

38 Deus est maximum aliquid in hoc significare voluit. Nonne aliquando audistis, nullam esse aptiorē commissuram, quam ex ipso panno? Quippè si vestis faccea, & rudis est, rudi etiā commissura refarciatur: si verò purpurea, purpureo panno repecietur. Sic igitur fecit hic Dñs: terreū enim hominē terra curat. Tu ô peccator, qui conscissus es, vis refarci? volo. Si quidē ergo lutū, & terra es, luto, & terra te refarci. Et tu superbe, sensualis, auare. &c: vis has scissuras reficere, istisq; cæcitatibus, ac morbis mederi? luto igitur te refarci, hoc est, reminiscere te lutū esse, & hodie, aut cras in puluerē esse conuertendū, & hac commissura tibi remediū poteris adhibere. Per hoc etiam vnguētum ex terra, & saliuā confectū Christus Iesus Deus, & homo designatur. Vt igitur ex infirmitate tua saneris, efficacissimum remedium est hunc clementissimum Dñm

39 super oculos collocare, considerando mysteria, quæ pro te operatus est: & quæ propter te, tantoq; cum amore tormenta tolerauit. Aspicientes in serpentem, quam Moyses exaltauit in deserto, ij, qui ab ignitis serpentibus morfi fuerant, sanabantur. Quanto igitur melius ab spiritualibus plagis sanabuntur, qui attentè, atque affectuosè Christum Iesum super oculos collocarint? Ideo pro eo, quod nos legimus: Quoniam in me sperauit, liberabo eum: Beatus Hieronymus vertit ex Hebræo: Quoniam mihi adhæsit, liberabo eum. O fratres mei si ex omnibus horis, quas in die consumitis, vnā saltem quotidie velletis cōsumere in hoc sacro vnguento vobis super oculos collocando; ad hunc diuinum Dominum cum charitate, atque affectu accedentes: ô quantum animabus vestris remedium hinc eliceretis!

40 Vt eum sanum Iudei perspexerūt; *Adducunt eum ad phariseos.* Quandiū hic homo cæcus existerat, nemo cum eo contendit: vt autem eius oculi aperti sunt, omnes eum persequuntur, omnes eum supplantare conantur. Si de mundo fuissetis (dicebat Dominus) mundus quod suum erat, diligeret: quia verò de mūdo non estis, propterea odit vos mundus. Corui pullos suos, cum eos albos videant, reijciunt: vt autem pennæ eorum accrescant, & sicut parentes sui nigrescunt, statim eos recipiunt, & fouent. O munde immunde, etenim nullos alios vis nisi coruos nigros qualis tu es. Hi igitur corui cum cæcum hunc virtute, veritatisque confessione candidum perspicerēt: *Eiecerunt eum foras. Quod audiēs Dominus cum inuenisset eum, &c.* Si eū inuenit, ergo quæ fuit. O benedictus talis

Deus, & glorificatus talis Dominus. Animaduertite fratres, quomodo illum Deus querit, quem mundus ipse causa persequitur. Quo tendis Rex caelestis? ad querendum hominem, qui mea causa ex Synagoga relegatus eicitur. O fratres charissimi, quis adeo felix esset, qui propter Iesum Christum relegari mereretur; atque hoc exilium a quo animo pateretur. Relegemus igitur nos ex nobis metipsis, & ex securitate nostra, atque ad caelestem lucem confugiamus: ut nos gratiae suae lumine clarificet, posteaque ad caelestem gloriam perducatur. Amen.

¶ Feria. VI. post Dñicā. III. in Quadragesi.

*Erat quidam languens Lazarus à Bethania, de Castello Maria, & Martha sororum eius. Ioan. II.*

**R**EFERT Sanctū Euangelium duas fuisse sorores, & has in firmum fratrem suum secū habuisse: ex quo apparet, eos inuicē se mutuo amore dilexisse. Vna ex maximis miseris mūdi hec est, videlicet, quod cū parētes moriuntur, filijq; ad hereditatis diuisionē perueniūt, rarissimē bonos, ac pacificos fratres se prēbēt. Hi autē defunctis parentibus ita pacifici, atq; adunati, sicut antea remanserūt. Catulis pacificis, si os immittas, statim inter se cōtendunt, inuicēq; se morsibus cōsumere conātur. At qui hos inter se de ossē contēdere, & rixari, nō est mirū: quia bruta animātia sunt. Fratres verō ex vno ventre productos, in vna domo educatos, atque vna mēsa alitos, pro minima quaq; vtilitate lites statuere, & quasi catulos se velle mordere, hoc est valde miserandum. Præcipuaratio, quam reddidit Sanctus Patriarcha Abraham fratri suo Loth, ne inter se contentiones haberent, fuit, quia crāt fratres. Et sic dixit ei: Ne queso sit iurgium inter me, & te: fratres enim sumus, Ecce vniuersa terra corā te est, recede à me obsecro: si ad sinistram ieris, ego dexteram tenebo: si tu dexteram elegeris, ego ad sinistram pergā. Attendite vrbānitatem viri sancti: vult enim aliquid de iure suo amittere, ne cum fratre suo pacē amittat, eiq; facultatē concedit, ut meliorem sibi partem eligeret; ne contendendi, aut rixandi offerretur occasio. Etiam lites, & contentiones cum extraneis oderat Beatus Paulus; & sic dicebat: Iam quidem omninō delictum est in nobis: quia iudicia habetis inter vos. Quare non magis iniuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini? sed

vos

3 vos iniuriam facitis, & fraudatis: & hoc fratribus. O quam diuina verba! & quam maxima exaggeratio Christiano, qui cum altero Christiano litigat. Siquidem dicit Beatus Paulus: Omnino delictum est in vobis: etenim difficillimum, ac penē impossibile est quemquam absque odio, ac passione cum aliquo litigare. Quamobrem dicit: quare non magis fraudem patimini? hoc est, videlicet, ut pacem non amittatis? Vos autem nō solum iniurias non patimini, sed etiam defraudatis. Hoc autem facitis fratribus, scilicet, in Christo. Quanto igitur minus hoc faciendum est cum carnalibus fratribus, cum bis fratres sint, videlicet, per Christianam religionem, & per naturam? Quæ cum ita sint fratres charissimi, vos deprecor, ut ad hæc diligentissimē aduertatis, nec tam malum exemplum proximis præbeatis; qui cum vestrismet fratribus vos litigare perspicunt.

4 Ex his duabus sororibus vna erat, *Maria, quæ unxit Dominum unguento.* Attēdite quomodo recensuit S. Euangelista, non peccata quidē, sed virtutē Mariæ Magdalenæ. Hæc etenim erat Maria, quā Dominus conuertit. Nec verō Sanctus Ioannes de eius turpi viuēdi ratione meminit: sed opus illud piū refert, quod erga Dominū operata est. Ut nos in hoc doceat, quū de absentibus loquimur, nō eorū quidē vitia, sed virtutes nos dicere oportere: atq; ut à nobis pessimā quandā, atq; nimis vsitatā consuetudinē relegemus. Si de aliquo interrogamini, statim dicitis: Ecquis est? ille ne qui in tali oppido publicē vapulauit? ille cuius parēs cōcrematus fuit? O diabolicā peruersitatē, quod statim proximi vestri defectum in publicum prolaturi estis. Humanæ historiæ referunt in 5 Gracia, in signē pictorē extitisse Apellē nomine: qui Regē Antigonū facie pulcherrimū cū vellet depingere, qualis ille erat, (erat autē cocles), q̄ eū deformē reddebat. Veruntamē pictor prudētissimus semiuersum illū depinxit, ita ut defectus eius nō apparet. Quē cum nōnulli interrogarēt, cur Regem cū defectu, quē habebat, non depingeret, ille respondit, dicēs: Si ego absque eo illū possum depingere, quare cum defectu eum depingam? sic vos facere oporteret o fratres. Si linguis vestris proximos vestros vultis depingere; bona eorū opera, mores, atq; virtutes depingite: non autem partem detegatis, quæ videtur informis. Verum pro dolor! quā vice versa hoc facitis: prætermittentes enim bonū, mala detegitis, proximosque vestros infamatis; & hoc propter solam

Aaa 4 malitiam

*Simile.*

*Gene. 13.*

*1. Cor. 6.*

*Simile.*

malitiam vestram: cum nullum vtilitatis genus inde capiatis. Ex quo homines murmuratores, atque effrenatæ linguæ peculiari, quàm alij peccatores diabolis similes esse dicuntur. Diaboli namque ideò nocent, vt noceant nullo proposito emolumento. Ex damnis enim, quæ nobis dæmones inferunt, quem fructum eliciunt? nullum vtiq̃. Sic etiam murmurator nullū alium ex detractiōe fructum percipit, quàm se in infernū præcipitare, proximisque suis famam auerere. Vnde Spiritus S̃ctus dicit: Abominatio est hominum detractor. Non contentus est illum abominabilem vocare, sed ipsam etiam abominationem eum appellat.

*Miserunt ergo sorores eius, &c.* In necessitate sua ad spirituale medicū confugerunt. Durissimus est visu Christianus infirmus: qui si de confessione loquaris, statim trepidat, atq; deterretur. Deus autem, non est Deus occisionis. Domine Deus salutis meæ, illum vocabat David. Quid igitur times? corporale medicum tota die tecum habes, & propterea nummis eius manus adimplēs: videns autem domi tuæ religiosum, patrem spiritualem, statim, toto corpore contremiscis, nec in eum potes aspicere. O intolerabilem cecitatē! Attendite fratres vniuersam salutē vestram in Deo, tanquā in prima causa sitam esse, & ad eū vos prius confugere oportere. In manu Dei potestas terræ; ait sapiens & inferiūs. In manu Dei potestas hominis. Omnem foelicem successum, & salutē in potestate Dei esse asserit, vos autem illam alibi quæritis: foelicem fortunā, & valetudinē perquiritis vbi non est? in Deo præcipue illam debetis inquirere. Et ideò Deum fugientes, salutem fugitis.

Et valdē notandū est, quàm breui sermone necessitatē suā retulerunt, dicētes: *Dñe, ecce quem amas, infirmatur.* Erga Deū magis necessaria est maxima affectio, cordisque puritas, quàm verborum multitudo. Videns David animā suā egenā dixit. Repleta est malis anima mea: sed tu Dñe vsquequo? Optimē posset sermonē extendere, nec in his verbis (more hominū) tā parcus remanere. Veruntamen apud Deum breuis ille sermo ex inflammatissimo corde prolatus plus valuit, quàm affluentissima verborū copia extepidis, ac remissis visceribus edueta. Vnde improbens Dominus eos, qui orantes in nimia verborum multitudine omnem fiducia suam statuant, dixit: Orantes autem nolite multum loqui, sicut Ethnici faciunt. Putāt enim, quòd in multiloquio exaudiantur. Nolite ergo assimilari eis: scit enim Pater vester quid opus sit vobis,

9 bis, antequam petatis eum. Multi etiam sunt, qui in oratione totum studium, diligentiamq; suam in verbis optime componēdis adhibent: loquētes scilicet cū Deo, quasi cum Laurentio Vala, aut cum alio grammatico loquerentur; qui statim inepti sermonis, & solocisimi eos accusaturus esset. Frater solida verba ex corde producta, quæ tanquam acutissimæ sagittæ Dei viscera transfigant, hæc sunt maximē conducibilia: præsertimq; si ex munda, atque syncera anima proficiuntur. Ecce (aiunt) quem amas infirmatur: Non Domino proponunt amorem, quo Lazarus illū diligebat: sed è contra. Nā amor Dei erga nos est immensurabilis. Et propter hunc beneficia in nos confert. Quòd si ad amorem nostrū esset respecturus, modica, aut nulla nobis faceret beneficia. Et sic dicit per Esaiam, ego sum, ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor. Reduc me in memoriam. Et iudicemur simul: narra siquid habes, vt iustificeris, quasi dicat. Ex te quid habes o homo, quare ego tibi benefaciā? nisi bonitas, ac pietas mea intercederet: nullum tibi bonū fecissem. Quocirca non debemus amorem nostrum proponere, nec si qua Deo ministeria exhibuimus quando ab eo aliquid petere voluerimus: imò potiūs quæ ab eo iam accepimus beneficia, ipsi proponere, atq; (vt ita dicam) in eius memoriā debemus reuocare. O Dñe, qui me ad imaginē, & similitudinē tuā creasti: o Dñe, qui mihi fidē dedisti, atq; in tua sancta Ecclesia collocasti. &c. per amorē, quo hæc in me beneficia cōtulisti, te deprecor vt & nunc mihi subuenias. Attendite quid sancta mater Ecclesia in precibus suis Deo proponit: per mysteriū (inquit) incarnationis tuæ: per crucem, & passionem tuam: per mortem, & sepulturā tuam. Per beneficia accepta alia denuò ab sponso suo efflagitat.

Respondit Dominus dicens: *Infirmas hæc non est ad mortem.* Quid Domine? iam, iam animam exhalat, & tu dicis: infirmas hæc non est ad mortē? Pro quo animaduertēdum est, quādo hæc nobis corpora donantur, censum quod est mors super illa nobis imponi. Et hoc est quod dicit Beatus Paulus, statutū est hominibus semel mori. Infirmas verò est huius census exactor. Quapropter fratres mei vos rogo, vt siquidem valetudine fruētes, pigri, atq; negligētes estis, saltem cum aliquo morbo laboratis, consideretis exactorē ad ostium stare, qui hunc mortis censum à vobis exigit: maximaq; efficacia ad rationē reddendam vos præpa-

Gala. 6.

Gene. 27.

Matth. 25.

Psalms. 31.

Diuus Tho. 4.  
Sente. distin.  
21. q. 1. arti.  
2. quæstion. 3.

retis; neque expectetis quousque infirmitas ingrauescat: cum enim præ doloribus infani, atque extra vosmetipsos sitis, quid rectè ordinateque dispositum facere poteritis? Idcirco dicit Beatus Paulus: bonum autem faciētes non deficiamus: tēpore enim suo metemus non deficientes. Ergò dum tempus habemus, operemur bonum. Venit Esau ad patrem suum, vt ab eo benedictionem acciperet, & dixit ei: surge pater mi & comede de venatione filij tui, vt benedicat mihi anima tua. Venit autē serò nec eius aduentus ei profuit: quod si paulo antea venisset, benedictionem vtique accepisset. Sicuti virgines illæ fatuæ, quæ serò, atque importunè venerunt dicentes: Domine, Domine aperi nobis. Quæ si citiùs accessissent, apertas ianuas reperissent, & cum sponso introissent. O quàm ad literam hic repræsentatur maledicta plurimorum negligentia, qui si paulò antea peccata sua confiterentur, animasque suas in salutis via disponerent quando pleno iudicio & consilio vigeant, remedium in diuina misericordia reperirent, & expectant tunc diligentiam adhibere, quando ita adhibetur, vt nihil profit. Loquens Dauid de malitia peccati dicit: pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno. O quàm meritò illud opportunum appellauit: siquidem vna lachryma ex intimo cordis dolore profusa vniuersæ vitæ peccata, & maculas potest abluere, animamque sideribus, ac sole puriorem, atque speciosiore reddere. Qua opportunitate prætermissa licet damnatus quisquam tantam lachrymarum copiam effunderet, vt mare ex illis conficeret, quod Oceanum magnitudine superaret: nihil ei proficeret, nec quidem (vt ait Diuus Thomas) ad peccatum veniale tollendum sufficeret. Quis igitur nunc negligentem se præbet: tantamque opportunitatem prætermittit? O infœlices vos, qui hoc facitis, quàm miserè lamentaturi, & præ nimio dolore, ac poenitudine compungendi estis: cū tamen nihil vobis profuturum sit!

Nunc intelligetis quare dixerit Dominus: Infirmitas hæc non est ad mortē. Videlicet, quia illa morte non erat soluturus Lazarus vniuersale tributum, ad hoc enim persoluedum, iterū ei erat moriendum. Et sic hæc mors non fuit, nisi pro gloria Dei: vt gloriificetur filius Dei per eam. Quare Domine, cum ille obiturus sit, hanc illis respōsionem reddis? nam cum sorores eius hoc à te audierint, illumque postea mortuum perspexerint, confusæ, ac per-

15 turbatæ remanebunt: earumque fidem in maximum discrimen adducis: siquidem eis dicit: infirmitas hæc non est ad mortem: arbitrabuntur etenim, te quæ futura erant, ignorare. In hoc vtique fidei meritum perspiciendum est: vbi tanta fidei difficultas sese offert Abraham dicitur pater fidei, quia cum Deus illi promiserit Redemptorem mundi ex filio eius Isaac esse nasciturum, postea tamen illum proprijs manibus voluit immolare, obediens in hoc, cum de illo nullatenus dubitaret. Et sic dicit Beatus Paulus: fide obtulit Abraham Isaac cum tentaretur: & vnigenitum offerebat, in quo susceperat repromissiones. Voluit Christus Redemptor noster gloriam suam resuscitando Lazarum demonstrare, potius, quam in alio ad vitam reuocando: quia cum esset vir nobilis, eius mors latius diulgaretur; & sic eius resurrectio pluribus manifestaretur: & perinde ipsius saluatoris omnipotentia. Siquidem vno verbo quatruiduanum, ac fatidum mortuum imperando ad vitam reuocauit. Nam philosophi ingenuè fassi sunt à priuatione ad habitum impossibilem esse regressum. In morte autem plurimæ sunt priuationes; mors enim est quoddam non videre, non audire, non gustare, non sentire. Denique omne non, & vndique non, & tale, vt ex omni parte non dici non possit, quòd si humanæ potentæ vni priuationi mederi est impossibile, sicut cæco visum, surdoque auditum præstare: quanto impossibilis erit tot priuationes, quot in morte reperiuntur, restitue-  
16 re? siquidem autem Dominus cunctas illas restituit, illumque à mortuis suscitauit, infallibile argumentum est ipsam Deum esse verum.

Dicenti Domino discipulis suis: Eamus in Iudæam iterum: Dicunt ei: *Rabbinunc querebant te Iudei lapidare: & iterum vadis illuc?* Quale est cor tuum, siquidem hoc vis facere? O infinitam Dei pietatem! Maxima certè nobis esset infœlicitas, si viscera Dei, nostris visceribus essent similia. Et tamen si vobis infertur iniuria, vix vobis potestis persuadere, vt illam dimittatis: cum autem vos Deum lapidaueritis, ipse cum serenitate maxima illuc reuertitur, vbi iniuria fuit affectus: si per vnum ostium illum excluditis, per aliud reuertitur. Seu (vt melius dicam) si illum expellitis, non penitus recedit. Sed illic in ostio vestibus inhærens remanet ad cor pulsans; vt ei iterum ianuas voluntatis aperiat.

Gene. 21. 22.

Hebr. 11.

Aristot. in  
predica. ca.  
10.

Osee. 2.

Esa. 40.

aperatis. Hoc significauit in illis verbis, quę ipse dicit: ego sto ad ostiũ, & pulso: si quis aperuerit mihi introibo ad illum. Ecce quomodo expulsus, ad ostiũ tamẽ remanet pulsans. Nunc quarebãt te Iudæi lapidare, & iterũ vadis illuc? Idcirco etiam illuc reuerti volo, vt magna in eos conferam beneficia. Hoc est enim ingeniũ meũ in eos, qui me offendũt beneficia conferre: vt illos hac ratione ad me cõuertã. Hoc ad literã optimẽ explicitũ est apud Osee; vbi constituens Synagoga Deum relinquere, & creaturas amplecti, in tanta creatoris sui offensione, sicut apparet ex verbis, quę ipsa dixit: vadã, scilicet, ad amatores meos, qui dant panes mihi: cum iudicio hominum Deus illis dicturus esse videretur; siquidẽ vos mihi terga vertitis: ego etiam a vobis recedã, & tanquã ingratos, & reprobos derelinquã, dicit eis: propter hoc ecce ego sepiaã vtã tuam spinis: & sepiam eã maceria: & sequetur amatores suos, & non apprehendet eos. Et dicit: vadam, & reuertar ad virũ meũ priorẽ: quia benẽ mihi erat tunc, magis quam nunc. Verbuũ dulcius, atque suauius melle, & locupletius celo: quod quia homines Deo terga vertunt, dicit se velle rationes inuestigare, quibus eos ad se conuertat: & ex ipsorum peccatis occasionẽ sumit ad benefaciendum eis. Propter hoc (ait) causa ob quã vobis benefacio; malorũq; occasiones adimo, atq; vos a peccatis abstraho, est vos peccasse, meamq; diuinã maiestatem offendisse. Propter hoc sepiam viam vestrã spinis. O quã maximum Dei beneficium est, me ab eo ita circumdari, vt nihil habeã, præter ipsum Deũ, in quẽ oculos conuertã; nec quod voluero conficiã: sed in nulla creatura thesaurũ esse cognoscam, nisi in ipso rerũ omnium creatore: cæteraq; omnia tormentũ, & dolorẽ esse intelligã. Hoc ipsum mysteriũ manifestat etiã Esaias ipsius Dei nomine dicens: cõsolamini cõsolamini popule meus, dicit Deus vester: loquimini ad cor Hierusalẽ; quoniã cõpleta est malitia eius: dimissa est iniquitas illius: suscepit de manu Dñi duplicia pro omnibus peccatis suis. Loqui ad cor idẽ est quod blãdiri. O quantũ blãdimentũ, & permulsiõ est: cõpleta est malitia eius, &c. quod propter eorũ peccata magna illis Dñs beneficia conferat. Suscepit de manu Dñi duplicia pro omnib; peccatis suis. Cõsidera quomodo punit Deus, siquidẽ tot beneficia pro peccatis tuis tibi fecit. Deus factus homo; Deus in cruce suspensus; Deus tot instituit sacramẽta, &c. occasione vnus mali, mille bona Deus nouit efficere. Quod cum ita sit, ne miremini quod

21 ni quod cũ illum Iudæi lapidare voluissent, statim ad eos reuertatur, præstantissimum illud miraculũ factururus: vt eos illuminaret, & a cæcitate, obstinationeq; ipsorum abstrahere. Per reuerẽtiam huius clemẽtissimi Domini vos deprecor fratres mei hanc lectiõnem studiosissimẽ addiscatis, atque ad eius imitationem doceamini, nunquam malum pro malo; sed bonum pro malo referre.

Respondit Iesus: Nonne duodecim sunt horæ diei? Quasi dicat: tẽpus extitit postea, in quo se emendare potuerunt. Et hic est sensus horum verborum. Ac si diceret: quid scitis vt rũm huius iniuriã, quã mihi inferre conabantur, iam illos pœniteat? quia autem Dominus illos adhuc in malitia sua perseuerare cognoscebat, alia huius loci expositio aptior, & commodior mihi videtur. Scilicet, sol cognouit occasum suum. Quemadmodum hic sol materialis in oriente oritur, & in occidente occidit, & hoc in duodecim horis, nec est in alicuius hominis potestate facere illum antea occidere: sic erit de me. Etenim non moriar quousq; meã sit voluntas. Quapropter ne timeatis: cum sole enim estis, qui sum ego, qui vos illuminino, ne in quod offendiculum incidatis. Cum autem venerit nox mortis meã, tunc sicut homines in tenebris ambulantes offendiculum reperietis: quia omnes vos scandalum patiemi in illa nocte. Vnde legitimus sensus horum verborum est: ego statui tempus, in quo mihi moriendum est: quocirca (licet Iudæis omnibus inuitis) ad illam horam peruenturus sum.

Zarar amicus noster dormit. In his verbis significauit Dominus quid intersit inter obitũ iusti, & peccatoris. Si enim eius amicus est, & moritur, de illo dici potest: Amicus noster dormit. Et ita dixit David cum dederit dilectis suis somnum: ecce hæreditas Domini &c. Dicitur autem mors iusti somnus: quia quemadmodũ homo magno quodam itinere defessus in molli lecto recumbere desiderat: sic etiam iusti mortis somnum dormire concupiscunt. Nec verò hoc desiderant, vt corporales huius sæculi labores effugiãt (hæc enim esset imperfectio) sed vt Deum visuri, illumq; purius, atq; ardentius amaturi in celum cõscendant: quod est sanctissimum desiderium. Atq; ideo de iustis dici potest, quod dixit Sãctus Iob, licet ad aliud propositum: Quasi effodientes thesaurũ, gaudentq; vehementer cum inuenerint sepulchrum. Quia profecto ita morte deletantur, sicut qui locupletissimos thesauros reperiunt: intelligunt enim illam esse ianuam, per quam ad cœles

Psalm. 103.

Math. 26.

Psalm. 120.

Simile.

Iob. 3.

fles



Iob. 5.

stes gloriæ thesauros introitur. Veruntamen animaduertite ipsum Iob de singulis iustis dixisse: ingredieris in abundantia sepulchrum; sicut infertur aceruus tritici in tempore suo. Si vultis mortem vobis dulcem, atque suauem somnū videri, oportet vos in sepulchrum puluere, & palea excussos; & cum meritorum abundantia introire: sicuti triticum fertili anno mundum, & in maxima abundantia in horreum deferri consuecit. ¶ Finis malorum dicitur mors; quia renuentes, & inuiti ad eam deferuntur. Atque hinc infertur, quā parū Deum diligamus: quandoquidem nō solum non exoptamus iam in eius societate commorari: verum contemplātes etiam nobis moriendum esse, toto corpore contremiscimus. O quā pessimum signum! nec verō istud animaduertimus.

simile.

Quia autem discipuli subobscurum hunc sermonem non intellexerunt, manifestē dixit eis: *Lazarus mortuus est; & gaudeo propter vos, ut credatis.* Prudens chirurgus non per ipsum quidem vulnus facit cauterium ad putridum auferendum, corruptionemque euellendam; sed partem viam, & sanam perurit, ut per eam putredo erumpat. Itaque ad vulnera curanda opus est sanam partem torqueri. Quæro à te diues auare, nunquid non reperis in via famelicum aliquem, & nudum pauperulum? Ut quid hi tot labores patiuntur? vult utique Deus ut hi patiantur, quō putredo, & corruptio diuitum, eorumque auaritia fanetur. Quid est infantem ubi primum baptizatur, obire: eiusque parentem solum, ac tristem remanere? Illum profectō Deus occidit, ut te sanet. Quod si cum liberos non habeas fraudulenter foenerator es, & tam ardenti diuitiarum desiderio inflammatus, ut vniversum orbem amplecti velle videaris: quid faceres, si filius ille tuus viueret? & quare adolescentulus tener, & honestus quasi Angelus moritur? ut tu o carnalis homo faneris; qui mortem esse non recordaris: atque ut cognoscas, sicut ille mortuus est, tibi etiam esse moriendum. Et ut contempleris, quid tibi foret, si te in isto turpissimo, atque infelicissimo statu mors occuparet. Quare permittit Deus Sanctæ Agathæ vbera auelli, atque Sanctum Laurentium in candenti craticula concremati, siquidem tam sancti erant? videlicet, ut nos pusillanimes fanaret: atque ut consideremus; siquidem Deus ita viros iustos tractat: quid nobis facturum sit, nisi ad eum conuersi fuerimus.

Hoc

Hoc est quod ipse dicit per Hieremiam: ecce ego in ciuitate, in qua inuocatum est nomen meum, incipio affligere & vos immunes eritis? Non eritis immunes: dicit Dominus. Et in Prouer. Si iustus in terra recipit, quanto magis impius, & peccator? Hoc est, si iustus recipit in hoc sæculo flagella Dei, quanto magis illa recipiet impius, & peccator; si non in hoc sæculo, saltem in futuro? O quā metuendum est hoc peccatoribus, si noluerint agere pœnitentiam. Discipuli vulnerati erant spiritualibus vulneribus; quia Iesu Christi diuinitatem ex animo, penitusque credere nolebant: voluit diuinus chirurgus Lazarum contorquere ut per mortem transfiret; cum fidelis Dei amicus esset, ut morte illa discipulorum suorum infidelitati mederetur. Atque idcirco dicit illis: gaudeo propter vos, ut credatis. O quot iustos, & innocentes Deus percutit, ut peccatores confundantur: & confiderent, si iustus tam difficulter saluatur, quid illi met futurum sit. Hoc significauit Dominus noster Iesus Christus, cum baiulans sibi crucem ad filias Hierusalem conuersus dixit: quia si in viridi ligno hæc fiunt, in arido quid fiet? O Christe fili Dei viui, arbor viridis, & decora, in qua nihil vnquam aridum, aut sterile extitit; qui nec peccatum habuisti, nec illud habere potuisti, si cum tam sanctus esses, tot pro peccatis nostris labores, ac tormenta pertulisti: quid nos perpeti oportet, cum ligna arida simus, nec viriditatem virtutis habeamus; sed apti atque dispositi simus, ut perpetuis inferni ignibus comburamur? Lazarus perpeffus est mortem, ut Apostoli illuminati remanerent: acerbissimamque Iesus Christus mortem tolerauit, ut nos illuminaremur, atque curaremur. Quid igitur rationi consentaneum est, ut nos postquam tanto eius labore sumus eruditi; pro eius amore faciamus? Hanc rationem adducebat Beatus Paulus ut Ephesijs virtutem persuaderet, & ad bonū operandum commoueret, dicens: Hoc igitur dico fratres, atque testificor in Domino, ut iam non ambuletis sicut gentes ambulantes in vanitate sensus sui tenebris obscuratum habentes intellectum, propter ignorantiam, quæ est in ipsis: propter cecitatem cordis ipsorum: qui desperantes, semetipsos tradiderunt impudicitiae, in operationem immunditiæ omnis, in auaritiam, &c. Id est, quia fidem non habebant, nec quid plusquam nasci, & mori esse credebant, nec aliquid post huius vitæ terminum sperandum

Hier. 15.

Prou. 11.

Luc. 23.

Eph. 4.

de commendam ve esse ducebant, omnes se turpitudinibus, atque cupiditati tradebant; vt pecunijs abundantius delectari possent: ad nihil enim aliud se natos fuisse iudicabant. Et sic tantum ex hac vita se deperdere credebant, quantum voluptatibus non indulgebant: vos autem (ait Apostolus) non ita didicistis Christum. Idest, vos aliam longè dissimilem philosophiam professi estis; in aliud polum suspicitis: & sic multo aliter vos oportet navigare. O quam efficax ratio si homo ratione præditus esset, nec quasi brutum quoddam animal se gereret. Sicut terra diligenter excolta, & in qua bonum semen est satum; quæque crebro rigatur, rationi consentaneum est, vt pinguiores fructus ferat, quam desertum aridum & incultum, atque in quo nihil vnquam satum est: sic etiam Christianum, in quo Deus tale semen seruit, quæque suomet sanguine irrigauit, alium disparè fructum ferre oportet, quam Ethnici faciunt. Et quemadmodum adolescens, qui multos annos in florentissima academia eruditissimos quosque magistros audiuit doctior esse debet, quam pastor, qui ne primis quidem labijs literas degustauit: sic Christiani, &c. & nihilominus ea passim perspicimus; quæ sine maximo dolore non licet intueri, videlicet; innumeros Christianos Ethnicis ipsis esse deteriores. Etenim ita ludunt, iurant, mentiuntur, diuinaque præcepta conculant, ita delicijs, & cupiditatibus se tradunt: ita in lectis suis lasciuunt, ac si non esset Deus, qui illos videret. Et ita pauperes affligunt, atque excoriant: denique ita viuunt, ac si omnia, quæ prædicat fides essent in somnium, aut fabula. Eorum autem ratio, & scientia ad nihil aliud eis deseruiunt, nisi ad novos modos reperiendos, quibus delectentur, quasi irracionales essent. Hoc autem supplicium est Dei, quod si quidem fide, supernaturalibusque donis abusi sunt, iustum est, vt ne bonis quidem naturalibus benè uti sciant. Dicente Domino qui habet, dabitur ei, & abundabit, ab eo autem, qui non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo. Idest, qui frustra percipit dona gratiæ, iusto Dei iudicio bonis etiam naturalibus denudatur. Et sic licet Christiani sint, ne ille quidem virtutes in eis, quæ in Ethnicis, reperiuntur. O cælum o terra, atque insensibiles creaturæ obstupescite super hoc.

Venit Dominus Bethaniam quatuor dies post obitum Lazari; cui Martha obuiam exiit: statimque sororem suam Mariam

simile.

simile.

Matth. 13.

riam admonuit silentio dicens: *Magister adest, & vocat te.* Quod cum audisset, consolantibus illam viris primarijs Hierosolymæ confestim surrexit, omnesque sæculares consolationes neglexit: O quam certum est, si Deus ad nos consolandos efficaciter accederet, statim hæc omnia sæcularia, citoque peritura à nobis esse despicienda, atque relinquenda. Nos autem tam diligenter carnis consolationes perquirere, signum est, Deum ad nos non ita venisse. O quantum apud Deum consequeremur, si hæc omnia despiceremus. Etenim sicut hæc sorores fratris sui resurrectionem à Domino consequutæ sunt; sic & nos etiam spiritus nostri resurrectione; qui quidem nimis remissus, & ferè mortuus est, adipisceremur. Et quandiu hoc non fecerimus, semper spiritus demissus, atque ad cœlestia mortuus incedet. Dixit Pharaon Moysi: sacrificate Deo vestro in terra hac. In Ægypto volebat tyrannus Deo sacrificium offerri. Et ait Moyses: Non potest ita fieri. Abominationes enim Ægyptiorum immolabimus Domino Deo nostro: Quod si mastauerimus ea, quæ colunt Ægyptij coram eis, lapidibus nos obruent. Id est non potest in Ægypto Deo sicut oportet sacrificium offerri. Abominationes vocant Hebræi ea, quæ coluntur ab Idololatrijs. Ægyptij verò taurum, atque arietem adorabant. Hæc igitur animalia oblaturi erant Hebræi, quod Ægyptij nequaquam fieri permitterent, quia illa pro dijs habebant. Est igitur sensus verborum Moysi: Hic non possumus Deo seruire: quomodocumque enim hoc fecerimus, abominabiles erimus. Si secundum ritum vestrum immolauerimus, Deo quidem odibiles erimus: si verò iuxta ritum nostrum sacrificauerimus, vobis abominabiles efficiemur. Sic etiam iustus, si huic sæculo conformatur, eiusque consolationes admittit, fit abominabilis Deo: si verò Deum quærit, illique conformatur, mundo redditur odibilis. Quapropter ei conuenit ab illo exire, illumque relinquere. Vtrumque volebat homo, habere, Deum videlicet, & mundum. Veruntamen vnum cor non potest vtrumque possidere. Est enim parum panni ad tot vestes efficiendas. Pallium breue est (dicit Esaias) vtrumque operire non potest. Quod cum ita sit fratres charissimi hæc omnia sæcularia vere & ex animo despiciate, siquidem tantum animabus vestris detrimentum afferunt. Quæ nisi opportunè reliqueritis, ipsa vos deserent, & absque mundo, & Deo remanebitis. An imaduertite quã velociter omnia

Exod. 8.

Esai. 28.

Isai. 51.

prætereūt, sicuti vos admonet ipse Esaias dicēs: leuate in cælū oculos vestros & videte sub terra deorsum: quia cæli sicut fumus liquefcunt, & terra sicut vestimentum atteretur. Et habitatores eius sicut hæc interibunt, hoc est in omnes creaturas oculos conijcite, & cognoscetis omnia in meliori tempore dissolui, atq; finire. O beatus illū, qui omnia relinquit, vt ad Iesum Christum verū consolatorē confugiat, sicuti hæc duæ sorores fecerūt. O admirabilē sanctorum mulierū amorē, etenim cum in maxima necessitate illius auxiliū inuocassent, nec tamē venisset, sed verbū quoddā respondisset, quod secundū illarum intelligentiā falsum fuit: videlicet: Infirmas hæc non est ad mortem nunc autē illum videntes non scādalizantur, nec se offensas fuisse iudicant: sed vbi primū illum aduenire audiunt, protinus magna cū charitate, ac reuerentia illi obuiā exeunt, quasi nihil vnquam tale contigisset. Nec verò dicunt: eccē nunc venit: noluit venire quando nobis opuserat: satis nobis in necessitate nostra hospitia, quæ illi exhibuimus, persoluit: nihil minus. Non videtis quomodo eius verba inuenta sunt vera; cū dixit fratrem nostrum non esse moriturum? nunquid non mortuus est? Non solum autem sanctæ illæ femine hoc nō dixerunt, sed nihil istorū corde cogitarunt: earū enim ardentissimus amor erga Dñm, ipsarum viscera penitus occupabat. O potens amor, ecquid non superas? O quā meritō dixit B. Paulus, charitas non irritatur; non cogitat malū; omnia suffert: omnia credit: omnia sperat: omnia sustinet. O Domine quā sapienter feruos tuos probas, vt quid in eis habeas apertē cognoscatur. Sic fratres dilectissimi in hoc optimo Deo sperare debetis quādo enim minūs vobis remediū habere videbi mini, tūc ipse subuenire con-<sup>38</sup> fuescit. In hac fiducia situm est signum amoris; quod plenus erat sanctus Iob cū dixit: etiam si occiderit me, in ipso sperabo.

Job. 13.

Et est valdē notandum, quōd pergens Dominus in sepulchrum, in quo conditus erat Lazarus, *Lachrymatus est; & fremens in semetipso venit ad monumētum.* Etenim in illo defuncto spiritalis miseri peccatoris interitus illi representatus est. O quanta est hæc confusio infœlici homini in mortali peccato commoranti. Animaduerte ô peccator Iesum Christum tua causā lachrymari: tu verò ne minimam quidem lachrymam, nec modicum quicquam doloris habere nosti, cū te in tam infœlici, atq; maledictō statu pēspicias. Aliter profectō facie-

baz

39 bat David postquam peccauit, siquidem dicit: Tribulationem, & dolorem inueni, & nomē Dñi inuocaui, id est. Non expectaui vt me dolor inueniret: sed ego illum quæsiui, atq; inueni: & cum eo nomen tuum inuocaui, atque à te misericordiam postulauī. Et alibi dicit: Tota die contristatus ingrediebar. Afflictus sum, & humiliatus sum nimis, rugiebam à gemitu cordis mei. O admirabilem contriti cordis efficaciam, quot verbis animæ suæ amaritudinem exaggerat, Dicente Dño: Tollite lapidem: dixit Martha: Domine iam foetet. Sororibus suis fætebat Lazarus: non autem Christo Redemptori nostro. Homini fætet peccatum proximi sui, non autem Deo, cū de illo peccator pœnitentiā agit. Quādo aliquis in errorem incidit, licet miser maximā faciat pœnitentiā: semper tamen quidam illius fætor proximis remanet: & dicunt, ille est talis, & qualis: atq; illius fragilitatis recordatur. Deus autem horum nihil exhorret: sed quantumcūque fætidus, & corruptus peccator existat: si ad Deum conuertatur, benignissimē illum complectitur. Hoc significauit Esaias propheta dicens: sicut pastor, gregem suum pascet: in brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit: foetas ipse portabit. O dulcissima verba, & super gladios acutissimos penetratiua, quæ durissima quæque corda discindere sufficiunt. Contemplamini probitatem Dei. Per hanc etenim metaphoram nos docet, sicuti pastor non deserit, neque despicit foetam ouem, & suo sanguine cruentatam; imò potius absq; vllō horrore humeris suis illam imponit: sic etiam, & multo quidem maiori charitate peccatorem conuersum, & pœnitentem à Deo complecti quantumcūque obscœnus, atq; 41 cruentatus accedat.

Exclamauit Dominus voce magna dicens: *Lazare veni foras: & statim prodijt qui fuerat mortuus.* Hoc significat vnā ex præcipuis partibus veræ pœnitentiæ. Non sufficit te peccatum lamentari, nisi ab illo, atque ab omni eius occasione recesseris. Quādo Ionas Dei nomine Niniuitas comminatus est: illi lachrymati, sac-

Iona. 3.

42 cisque induti sunt. Veruntamen dicit sacra scriptura, vidit Deus opera eorum, quōd conuersi sunt de via sua mala, & misertus est super malitia, quam locutus fuerat, vt faceret eis, & non fecit. Non dicit: vidit lachrymas, suspiria, aut saccos eorum: quid igitur videt? Opera eorum, quōd conuersi sunt à via sua mala. Nisi peccata, & occasiones relinquantur, in cassum lachrymę pro-

Bbb 2 fun-

funduntur, & à Deo misericordia imploratur. **O peccator si verè** <sup>42</sup>  
ploras, veni foras. Effuge occasiōē, à mala societate recede, illicitam  
negotiationem relinque: & ista catena te solue. Sin minus  
nullam verbis, lachrymisq; tuis fidem adhibebo.

*Lazare veni foras.* **O** diuinum verbum quantam habuit effica-  
ciam, ita vt quatrduanus mortuus illud audierit, illique obedie-  
rit. Nec tamen huius potentissimi Domini clamores ad nos fuscitandos  
sufficiūt. **O** miseros nos, quia cum mortui Deum audiāt, nos eius  
præceptis nolumus obedire! fuscitatum Lazarum tradidit Dominus  
discipulis suis dicens: *Soluite eum, & sinite abire.* **O** Pa-  
tres sacerdotes caute ne peccatorem in sepulchro commorantē  
soluatis, ne illum in malo statu absoluatis: exeat prius à peccato,  
*Psalm. 87.* & postea dicite: ego te absoluo. Nunquid narrabit aliquis in se-  
pulchro misericordiam tuam? **A** beat peccator, & prius concubi-<sup>43</sup>  
nam derelinquat, malè partas pecunias, proximique sui quoad  
poterit ablatam famam restituat: vsurarios contractus dissoluat,  
& cum inimico suo reconcilietur: & postea reuertatur, vt absolua-  
tur, quò diuinam in præsentī gratiam, atque in futuro sæculo cœ-  
lestem gloriam percipiat. Amen.

## Dominica in Passione.

*Dicebat Iesus turbis Iudeorū & principibus sacerdotū.*

*Quis ex vobis arguet me de peccato? Ioannis. 8.*



*1. Petr. 2.*

**A**tholica veritate tenemus Christū Redēptorē no-  
strū peccatū non habuisse. Sicut affirmat B. Petrus  
Dicens: qui peccatum non fecit, neque inuentus  
est dolus in ore eius. Quòd si quis dixerit hæc ver-  
ba de actuali peccato intelligi, dicit enim, nō fecit:  
ideo. Huius veritatis ipsemet Dominus testimonium perhibet,  
qui mēiri nō potest. Quum volumus exaggerare nos alicuius  
rei penitus obliuisci, dicimus. Nō plus huius rei memini, quā pri-  
mæ subuculæ, quam indui. Quia absq; rationis vsu nascimur. Sed  
Christus Redēptor noster ab instanti incarnationis suæ perfectis-  
simus vir fuit. Atq; idcirco meritò illū interrogare possum? quo  
modo se habuit cū prima subucula, quā induit, quæ quidem fuit  
huma-

humanitas nostra. Et vtrum quando illam induit cum originalis  
culpæ macula illā assumpserit. Ad quod respondet verbum diui-  
num, quod hanc subuculam induit: dicens: fortitus sum animam  
bonam, & veni ad corpus incoquinatū. Eò quòd hæc veritas sa-  
tis superq; manifesta sit, transeūt Doctores scholastici ad aliā que-  
stionem disceptandam. Videlicet, si quidem de facto non pecca-  
uit, vtrum peccare potuerit? & respondent quòd non. Et quan-  
quā omnes in hac veritate conueniūt, non tamen omnes in illius  
ratione cōcordāt. Doctor Seraphicus D. Bonauertura dicit: quòd  
hoc fecit efficacissima vnio illa diuinitatis cum humanitate; quæ  
vnio adeò efficax fuit, vt proprietates Dei quodammodo huma-  
næ naturæ tribuerentur. Vna autem ex proprietatibus Dei est, ef-  
se impeccabilē: quæ sanctissimæ animæ Iesu Christi communica-  
ta est. Et ita dicit B. Dionysius, quòd in naturalibus nostris supra  
naturam erat. Particeps enim facta est conditionū diuinæ naturæ  
admirabili quadam deformitate quantū vni creaturæ possibile  
est. Veluti ferrū in fornace diuinitatis accensum. Eratq; tanquam  
lignū, quod plantatum est secus decursus aquarum. Hoc est super  
diuinitatis pelagus insertum sic nullo peccati genere potuit exsic-  
cari. Scotus autē dicit Dominū peccare non potuisse, quia in gra-  
tia, & in gloria fuit confirmatus. Itaq; quanuis humanitas per hy-  
postaticam, & personalem vnionem diuinitati coniūcta non ef-  
set: eò quòd anima illa gloriosa esset, peccare non poterat. Etenim  
quemadmodū in crystallo ad solis radios existente nequeunt ef-  
se tenebræ: sic etiā anima illa sanctissima in qua diuinitas reuerbe-  
rabat, illā quippe videbat, atq; ea fruebatur, nullā culpæ tenebrā  
habere poterat. Quæ cū ita sint dilectissimi fratres non sine maxi-  
ma admiratione quæri potest quare Christus Redēptor noster in  
terrogat dicens: *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Id est, meam vi-  
uendi rationem examine, doctrinam meam considerate, atque  
opera mea diligenter pensate, ego vobis facultatem concedo: su-  
per illa legis vestræ modellum collocare, & experiemini, quā  
ad lineam omnia coaptentur. Vt quid hoc dicis Domine? Homi-  
nes vitæ suæ innocentiam demonstrare; & cū publicis mune-  
ribus funguntur, iustitiam, rectitudinisque suæ integritatem in  
examen adducere, iustum est: quia licet sint sancti, sunt ta-  
men puri homines, & de illis, ac de ipsorum innocentia quic-  
quam mali possunt alij suspicari. Sic fecit Moyses, qui ait ad

Tom. j.

Bbb 3

Do-

Num. 16.

1. Reg. 12.

Dominum: Tu scis quod nec a fellum quidem vnquam accēperim ab eis, nec afflixi quempiam eorum. Sic etiam fecit Samuel dicens: conuersatus coram vobis ab adolescentia mea, vsque ad hanc diem ecce præsens sum. Loquimini de me coram Domino, & coram Christo eius, id est coram rege, vtrum bouem cuiusquam tulerim aut asinum: si oppressi aliquem: si de manu cuiusquam munus accepi, &c. Et dixerunt: non es calumniatus nos, neque oppressisti, neque tulisti de manu alicuius quidpiam. Quid vobis de illis gubernatoribus videtur o fratres? quam sine temporalis vtilitatis cupiditate gubernationis onera, & molestias perferebant, solummodo propter vnum Deum. Vtrum ita nunc Christiani gubernatores efficiant, iam aperte perspicitis: etenim propter peccata nostra, omnia fere nunc in temporali vtilitate nituntur. Atque hos et si sanctos innocentiam, vitęque integritatem demonstrare, non miror, si quidem tanquam de hominibus quicquam mali poterant homines suspicari. Christus autē summa innocentia quorsum hoc facit? Dico ita fieri oportuisse, vt omnibus ijs, quę in mundo peregit valorem, auctoritatemque pręberet. Si rex tibi beneficium aliquod contulit, non sufficit eius chirographū ad suscipiendam possessionem oppidi, quod te donauit, sed opus est etiam, vt regio sigillo, & subscriptione muniatur. Hęc enim illi chirographo fidem, auctoritatemque tribuūt. Ea, quę filius Dei in mūdo egit ex vna parte adeo necessaria fuerunt, vt ex illis vniuersorum hominum salus, ac vita pendēret. Sicut ipse dixit: ego (inquit) veni, vt vitam habeant, & abundantius habeant. Ex alia parte, adeo noua, atque superna doctrina fuit, vt ipsius etiam aduersarij fateantur, quod nunquam sic locutus est homo.

Ioan. 8.

Ioan. 7.

Aug. super

Ioan. tract.

35.

Pręterea tanti ponderis, ac momenti res erat a Iesu Christo, cuiusque doctrina dilabi, vt ab eo dilabi esset, & nunc sit, ab ipsa vita dilabi. Pręterea etiam adeo incognitus, pauper, & humilis, tamque abiecta societate, videlicet pauper culis piscatoribus comitatus Deus venit in mundum, propter salutem redemptionemque nostram, vt Deus esse non dignosceretur. Denique talis venit diuinus sol iustitię, sicuti dicit Beatus Augustinus adeo eclipsatus, & obscuratus humanitate nostra, vt oporteret ei lucernam testimonij perhibere. Res obstupenda esset si quis solem in tali dispositione perspiceret, vt necesse esset, illum lucernę lumine demonstrari! si Deus in celsitudinis suę maiestate

8. state veniret, hoc sufficeret ad doctrinę suę probationem, quanuis altissima mysteria prędicaret. Quia verò in tam humili, ac submissa forma venit, & in ea res altissimas, & cęlestes prędicauit, necesse fuit, vt illa, quę prędicauit, ita comprobata, eoque sigillo munita nobis relinqueret, vt defraudari nequaquam possent. Hoc autem sigillum, & subscriptio est ipsius innocentia. Esse namque illum impeccabilem, & innocentem, sicut iam supra dictum est, ex diuinitatis vnione illi aduenit. Et innocentiam suam manifeste demonstrare, est omnia, quę cunquę docuerat firmissimo sigillo munire. Loquens Beatus Paulus de hac veritate, rationemque assignans, quare summus sacerdos Christus nos a peccato potuit liberare cum non suffecerint legis veteris sacerdotes hoc efficere: sufficientem & peremptoriam rationem assignat, maximum discrimen, quod erat inter illos, & Iesum Christum. Nā illi erāt peccatores: Christus autē Redemptor noster erat innocens. Et postquam plurima ad hoc propositū dixerat, concludit dicens: Talis enim decebat, vt nobis esset pontifex sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus, & excelsior cęlis factus. Qui non habet necessitatem quotidie quemadmodum sacerdotes, prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi. Ex hac conclusione Beati Pauli infertur probationem huius veritatis, videlicet quod Christus fuit Redemptor noster, in eo consistere, quod fuerit innocentissimus: & ideo opus fuit vt innocentiam suam ipse demonstraret. Etiam tam sollicitus fuit in innocentia sua ostendenda, quia fuit perfectissimus Magister: & sicut talis necesse habuit docere, non solum

9. quomodo homines debeant operari, verum etiam quomodo alios doceri sunt. Hoc autem docuit innocentiam suam patefaciens: si enim in Magistro est morum corruptio multo plus officit, quam proficit. Et in mysterio, ac significatione, quod in magistro non sufficiunt sola verba. Pręcepit Deus sibi turturim imolari, eiusque caput ad pennulas retorqueri. Quid ergo hoc referebat? voluit Dominus in hoc significare illū, qui se Deo sacrificat in officio magisterij rostrum simul & alam illi esse oblaturū. Id est, manu simul & lingua esse operaturum, ita vt eius verba sanctis operibus comitata procedant, dixit Dominus ad Moysen. Cōgrega mihi septuaginta viros de senioribus Israel, quos tu nosti, quod senes populi sint, ac magistri: & auferam de spiritu tuo,

Hebr. 7.

Leuit. 5.

Num. 11.

tradamq; eis. Ut sustentent tecum onus populi: Duo hic singula in  
ria notanda sunt: alterū est: quos tu nosti, quod senes populi sint.  
Ex quo apparet illum non de senectute annorū numero cōputa-  
ta, neq; de exterioribus canis, sed de vitæ sanctitate, atque integri-  
tate fuisse loquutum: si enim de illis loqueretur non erat opus di-  
cere: quos tu nosti. Alterum est: A uferam de spiritu tuo, & tradā  
eis. Moyfes elegit septuaginta viros, sicut sibi à Domino præce-  
ptum fuerat: Deus autē eis spiritū tribuit. Nam ad sancta ministe-  
ria exercenda virtute, atq; spiritu opus est. Et nominatim dicit:  
de spiritu tuo: quia nō quicūq; spiritus sufficit, nisi spiritus Moy-  
si. Quod non pueriliter quidem oportet intelligi: scilicet Deū spi-  
ritum Moyfi diuississe: hoc est aliquid de illius gratia detraxisse:  
sed sic intelligitur: eundem spiritum dabo illis, quem dedi tibi.  
Eundem feruorē, diligentiam, atq; zelum in eis constituam, ut su-  
sistentent tecū onus populi. In quo detegitur ad quid gratia, & spi-  
ritus hominibus concedatur (vt Paulus ait), Ad ædificationē cor-  
poris Christi, non ad otium sunt vocati ministri Ecclesiæ: sed vt  
sustentent onus populi. Quærit Deus, nunquid parturientes cer-  
uas obseruasti? Incuruantur ad foetū, & pariunt, & rugitus emit-  
tunt. Cerua vt ceruulos parturiat, maximū perpetitur dolorē, &  
in tempore partus vsq; ad terrā declinatur. Dicebat Beatus Pau-  
lus, filioli, quos ego iterū parturio donec formetur Christus in vo-  
bis. Prædicatōrē ante quā prædicet, parturientis dolores perpeti  
oportet, plorando, & ingemiscendo, totaq; præcedenti nocte in  
oratione pernoctando, atq; vsq; ad terræ puluerem sese humiliare,  
& incuruari debet, sicuti faciunt ceruæ: populoque planas, ac  
manuales res prædicare debet. Et sic plurimos ceruulos, spiritua-  
lesq; filios Deo parturiat; qui per virtutem velociter decurrant,  
nec pedibus in terra (in star ceruorū) nimis insistant. Omnia hæc  
in concionatoribus esse debent, vt munus suū benè exequantur.  
Quando sceminæ facies fucant, solent in promptu habere vas  
aque, vt quādiu fucū in vultu apponunt buccas plenas habeant  
aque, ne medicamina dentibus officiant. Sic igitur in re, de qua  
loquimur, esse oportet. Etenim Ecclesiæ dentes sunt prædicato-  
res, qui cibos, hoc est sanctam doctrinam conterunt, & mandunt,  
vt illam animabus ministrant. Dicitur enim dentes tui, sicut gre-  
ges tonfarum, quæ ascenderunt de lauacro. Super quo dicit Bea-  
tus Gregorius per hos dentes prædicatores designari. Fuci autē,  
qui

*Eph. 4.**Iob. 39.**Philip. 4.**simile.**can. 4.  
Greg. sup.  
Cant.*

14 quibus Ecclesia exornatur, sunt conciones, & confessiones. Ne  
verò quando hi fuci applicantur, dentes, hoc est prædicatores,  
inani gloria, siue malo aliquo exemplo putrescant: semper poeni-  
tentia, atque orationis aqua illos perfusos oportet incedere, assi-  
duisque lachrymarum imbribus irrigari. Sicuti faciebat Beatus  
Paulus: Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo; ne cum  
alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar. *1. Cor. 9.*

Veruntamen animaduertendum est Dominum hanc inno-  
centissimæ vitæ suæ rationem reddere voluisse, quando iam ad  
æternum Patrem proficisci volebat. Quo nos doceret, vt hoc  
iter, quod omnibus conficiendum est, à nobismetipsis vitæ no-  
stræ rationem exigentes præueniamus. Et quia ipse qua hora di-  
scessurus erat, optimè norat: idcirco illud tēpus expectauit. No-  
15 bis autem ignorātibus, vtrum hodie, an cras discessuri simus, opti-  
mum atque saluberrimum consilium est, hanc à nobis rationem  
quotidie, atque etiam singulis horis exposcere. Et vnumquēque  
à diuitijs, munere, sensibus, ac demum à potentijs suis quærere:  
quis ex vobis arguet me de peccato? Et cuiusq; horum o fratres  
vos arguerit; talem satisfactionem facite, vt innocentes, atque  
ad iter faciendum paratissimi maneatis. Si vos malè partæ diui-  
tiæ, si ablata proximi fama, si status in quo viuitis arguerit, cum  
emēda illis satisfacite: quia cum ista præparatione securum, pla-  
numque transitum reperietis, quando ad patrem vobis eun-  
dum erit. Hoc allegabat Sanctus Dauid, Deum exorans: vt ex  
hoc in alterum seculum cum publica fide, transferret, dicens: Ne  
16 & iustitiam. Qui sani volunt viuere, prima nocte super latus dex-  
terum in quo est iecur recumbere consuecunt: vt iecoris calor ac  
crescat, cibumque velociter consumat, & sic stomachus manet  
expeditus. Si enim super sinistrum latus recumbent, refrigerabi-  
tur iecur, & sic cibum nō bene digeritur, quia obtusus, atque indu-  
ratus remanet in stomacho. Quod si ad corporalem valetudinē  
conseruandam hæc diligentia adhibetur: quanto maiorem ad spi-  
ritualem salutem cōseruandam oportet adhiberi? Ad quam fra-  
tres charissimi conseruandam diligentissimè curate quotidie su-  
per dexterum latus recumbere rigorosè conscientiam vestram  
examinantes, maximaque cordis amaritudine, & contritione  
peccatorum omnium, & eorum præcipuè, quæ in illa die com-  
missis

*psalm. 118.*



misistis à Domino veniam deprecantes, nouamque emendam firmisimè proponentes. Sic enim charitatis calor accrescit, atq; isti defectus, & miseræ digeruntur. Si verò super sinistram latus recubueritis, hoc est, cum mala aliqua intentione peccatum ista nocte, aut sequenti die committendi; cordis frigiditas augebitur, conscientia peccata indurantur, & periculosa quædam in anima gignitur opilatio, & indigestio. O quis nunc verbis satis exaggerare possit quàm necessaria sit hæcres, quantumque hæc sanctæ exercitationes animæ posunt. Deus per misericordiam suam vobis in animum inducat, vt hæc faciatis, & statim ad oculum (vt aiunt) spiritalem prouentū experiemini. Hoc nos admonet Ecclesiasticus, dicens: Ante iudicium, para iustitiam tibi: ante lāguorem, adhibe medicinam: & ante iudicium, interroga te ipsum: & in conspectu Dei, inuenies propitiationem. O saluberrima consilia! 18  
Beatus vir, qui illa custodierit.

Eccle. 18.

Etiam est hic maximè notanda audacia, qua Christus Redemptor noster aduersarijs suis dicebat: *Quis ex vobis arguet me de peccato?* O Christe reparator vitæ, quomodo Domine tanta cum fiducia in inimicorum tuorū manus committis? Nunquid ignoras illos semper te calūniari, & semper laqueos suos paratissimos habere, vt te in sermone comprehendant? quomodo non times, ne forte aliquam tibi inferant iniuriam? Quia non habet peccatum, quia eius conscientia totius culpæ immunis existit. Hoc etenim est optimæ conscientia priuilegium: quod vbi ipsa est, nullus timor, neque pusillanimitas commoratur. Si vultis non timere, habete bonam conscientiam: quam si habueritis, tutissimas protectionis literas deferetis, quibus securi mundum prætereatis. Cū 19 hæc necriuos, nec infortunia, nec fulgura, nec tonitrua timebitis. Talem certè illam habebat Dauid, cum diceret: Si ambulauero in medio vimbæ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. Contrà verò cum mala conscientia nullæ sunt literæ protectionis. Homini in peccato mortali existenti, etiã cardui listores esse videntur: si fulgurat, statim arbitratur se à fulmine esse confundendum. Nunquid arbitrāmini homines mundanos, qui perpoliti & alacri vultu incedunt, nullis afflictionibus contorqueri, sed totum esse aurum, quod relucet, & nihil aliud interiùs esse, quàm quod exteriùs apparet? Ne tale cogitetis fratres: nam interiùs in anima venenosam lethalis culpæ sagittam inclusam habent

habent, eosque conscientia ita remordet, vt illos faciat trepidare: etiam si hoc dissimulent. Sicut homo, qui nimis verbosam, & rixatricem vxorem duxit, & perinde plurimas cum ea molestias, & afflictiones patitur, qui autè illum in foro perspexerint, quia hilari vultu, & læta facie incedit, non dicent illum, vel minimam molestiam pati. Veruntamen domi suæ cum vxore vitam miserissimam, atque moestissimam ducit. Sic etiam hos peccatores, licet ridere videatis, ne illis credatis: nam si eorum corda cerneretis, atramento nigriora, timoreque maximo repleta videretis. Etenim hæc est pœna, quæ in hoc seculo peccatum consequitur. Et sic dixit Deus Hebræos cōminans: Quod si nō feceritis omnia mandata mea, sed spreueritis leges meas, &c. Ponam faciem meam contra vos, & fugietis nemine persequente. Et de ipsis dixit inferius: Dabo pauorem in cordibus eorum: terrebit eos sonitus folij volantis: quomodo amplius peccatorum pusillanimitas, atque timor exaggerari poterat: ô terribilem comminationem! Ecquis est adeò insensibilis, vt illam non sentiat, & magnopere pertimescat? Hæc pœna exercita est in misero Cain. Et sic dixit Deo: Ecce, eijcis me hodie a facie terræ. Omnis igitur, qui inuenit me, occidet me. Quis te ô miser occisurus est? siquidem nemo præter te, & parentem tuum erat in mundo? Pater autem tuus nō te necabit. In hoc vtique detegitur quàm timidum, atq; pusillanime remanet cor peccatoris: siquidem cum non esset qui hunc interficeret, dicebat: omnes me occident.

Simile.

Leuit. 26.

Gen. 4.

At qui quia Christus Redemptor noster innocens, & immaculatus erat, nullum habebat timorē, & idè audacter dicebat: *Quis ex vobis arguet me de peccato? si Veritatem dico vobis, quare nō creditis mihi?* Id est, siquidē absq; peccato sum, ergo doctrina mea optima, atq; verissima est: quæ si vera est, quare non creditis mihi? In hac miseria ferè omnes versamur, quod veritatem, quæ nobis dicitur, nolumus credere. Dicit tibi prædicator: Anima aduerte vitam tibi finire, mortēq; velociter propinquare: quæ si te in isto malo statu occupauerit, in infernum detrueris. Nec verò ei credis, sed arbitraris fortassè non ita futurum esse. Primum mendacium, quod dictum fuit in orbe terrarū, fuit illud, quod dixit Eva: Ne forte moriamur, respondens diabolo percontanti eam: Cur præcepit vobis Dñs, ne comederetis ex omni ligno paradisi? Hoc fortè quod illa addidit, fuit ianua casus eius, hoc enim forte apprehendit Sathanas,

Gen. 3.

thanas, & illo eam decepit, & sic in peccatum lapsa est. Et cum 24 hoc forte nos omnes modo decipit. Est mala mulier Deum offendens, viroque suo iniuriam inferens, cui conscientia dicit: Ne hoc facias, quia maximum est peccatum, & si vir tuus hoc intelliger, occidet te. At illa conscientiae suae respondet: Fortè nesciet hoc, & sic ad malum perpetrandum audaciam percipit. Vadit latro ad furandum; dicit ei conscientia: Ne hoc facias, quia est patibulum: at ille decipitur, dicens: fortè non sentiar. Proh dolor! quot propter hoc, fortè, multa, atque horribilia peccata committunt, fortè (aiunt) hoc anno non moriar: fortè in posterum agendae poenitentiae tempus habeo. O infelix in fortè rem tanti ponderis, ac momenti statuis, sicut est Deum amittere, perpetuisque inferni ignibus cruciari.

Gene. 19.

*Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi? Misit Deus Angelos* 24 ad Loth, qui eum commonefaceret, se ciuitates illas euertere vel le, atque vt diceret generis suis, vt à ciuitate exirent, seque in securum locū reciperent. Pergit ilicò bonus senex, & dixit eis: Surgite, egredimini de loco isto, quia delebit Dominus ciuitatem hanc. Et visus est eis quasi ludens loqui. Nolunt ei credere: mittit igitur Dominus ignem, qui omnes deuorauit. Dicit Deus praedicatoribus: Admonete homines, vt à peccatis exeant, sin minus omnes aeternis ignibus comburentur. Nō vultis ei credere, vel saltem ita viuistis, quasi illi nō crederetis, nec penitus creditis hoc vobis esse euenturum? Aliquando igitur vos poenitebit, nec tamen quicquā proderit. Hæc omnia (ait Dominus) ex pessimo quodam principio dimanant: videlicet: *Qui ex Deo est, verba Dei audit: propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis.* Notandum est vnum ex desiderijs, 25 que in hoc seculo Christiani habere consuecunt, esse, scire vtrum ex numero electorum sint: vel saltem, vtrum in gratia commoretur. Hoc autem desiderium ex eo proficiscitur, quod sit anima bene ordinata, & ita de saluatione sua sollicita, vt curet Deum non amittere. Nec verò arbitremini bonum esse signum, huius rei nūquam homini in mentem venire: Nunquid vos bonum signum esse duceretis virum matrimonio alligatum in hoc oppido habentem vxorem, ac liberos, si in India, aut Flandria moraretur, nunquam sui oppidi recordari? nec familiae suae meminisse, nec solitudine angere, ac dicere? O si vllō vnquam tempore domi meae visurus sum, vbi tandem cum vxore, ac liberis requiescam? signū est

simile.

26 est hoc illum, vbi commoratur, concubinam habere, nec ad patriam suam reuerti velle. Idem vtique dici potest de Christiano, qui nūquam recordatur, nec cogitat, vtrum Deum aliquando tandē visurus sit, an si in eius gratia existat? signū est hoc illū in terra affectionē suam collocasse, altaque radices in illa egisse. Ij enim, qui nō sunt in terra radicati magnopere cognoscere cupiunt, vtrum ex Deo sint: & pro patria illa suspirant, in qua in perpetuum se victuros esse sperant. Hoc desiderabant Hebræi in Babylone captiui; de quibus dixit Dauid: Super flumina Babylonis illic sedimus, & fleuimus, dum recordaremur tui Sion. Sic etiam iusti in huius mundi Babylone commorantes cum assidua gloriae recordatione sustinentur, & pro illa suspirant, & plorant, & quodammodo cognoscere desiderant, vtrum ad illam peruerturi sint. Dic 27 ergo nobis o maxime animarum nostrarum Redemptor, nunquid non est aliquod signum, ex quo probabiliter conijci possit, vtrum tui simus? O pastor optime nunquid oues tuas aliquo signo munitas non habes? Grex tuus, & grex demonis vterque simul depascitur, & conuersatur? Non ne habes rubricam, qua tuas ab alienis ouibus distinguas? Habeo (ait Dominus) *Qui ex Deo est, verba Dei audit.* Mea caelesti doctrina delectari, & ea, quae ad vnamquamque earum spectant, opere compleri: hoc est vnum ex signis ouium mearum. Commoratur vir Hispanus in Italia, & de patria sua nūcios audire desiderat, si inuenit conterraneum suum, illum amplectitur, & de patria sua minutissima quaeque ab eo exquirat. Sic videbitis nonnullos homines, qui in hoc seculo cum Deo conuersantur, & vbi primum concionem audiunt, cor eorum 28 praenimia lætitia pullulat. O quam optimum signum, signum vtique est istud te patriam illam tuam reputare: hoc autem seculum, vt exilium iudicare. O pater (dicit quispiam) bonos, atque foelices nuncios tibi Deus concedat, quia tantoperè nos consolatus es. Nam ex ijs, quae modo dixisti, nos omnes ex Deo esse cognoscimus siquidem libentissimè, & cum suauitate maxima Dei verbum audimus. Bonum est hoc fratres mei; veruntamen animaduertite hoc non sufficere. Hic enim audire, significat obedire: sicuti maledicens Deus Adæ, dixit ei: *Quia audisti vocem vxoris tuae: maledicta terra in opere tuo: id est, quia obedisti voci vxoris tuae, & comedisti de ligno, ex quo praeeperam tibi ne comederes.* Quod cum ita sit dilectissimi diuinis verbis in omnibus,

Psalm. 136.

simile.

Gene. 3.

bus, quæ vobis præcipiunt, obediētes benefacere curate. Hoc est enim prædestinationis signum probabile, ex quo vos in via cæli ambulare conijciētis. Et si B. Paulus vir erat mansuetissimus asperrimè tamen Simonem Magū reprehendit, illum quæ cæcitate percussit, dicēs: O plene omni fallacia, & nequitia fili diaboli, non desinīs subuētere vias Domini rectas. Vbi verbū Domini, vias Domini nuncupauit: quia per illud disponitur anima, vt ad ipsam Dominus veniat: atque vt suo tempore ipso Deo fruitura anima ad cælum perducatur. Veruntamen si cum plurimas conciones audiat, non vna die, plus quàm altera disponimini, & in vitijs pristinis permanētis, manifestè ostenditur, vos non ex Deo esse. O quàm miserabile est visu, quàm assiduò prædicatur, & quàm parum fructus ex tot prædicationibus comparatur! Cœpit Iesus exprobrare ciuitatibus, in quibus factæ sunt plurimæ virtutes eius: quia non egissent pœnitentiam; & dicebat: Væ tibi Corozain, væ tibi Bethsaida, quia si in Tyro: & Sidone factæ essent virtutes, quæ factæ sunt in vobis: olim in cilicio, & cinere pœnitentiam egissent. Et tu Capharnaum, nunquid vsque in cælum exaltaberis: vsque in infernum descendes. Quia si in Sodomis factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in te, fortè manifestæ vsque in hanc diem. O quàm meritò nunc super hanc durā, atque obstinatam ciuitatem exclamare, atque lamentari possumus, dicentes: Væ tibi. N. quia si conciones, quæ in te prædicatæ sunt, in Indijs Ethnicis prædicatæ fuissent, fortàs iam conuersi fuissent. In te autem non magis, quàm in lapide durissimo impressæ sunt. Væ tibi, væ tibi. Veruntamen dico tibi, quia terræ Sodomorum remissius erit in die iudicij, quàm tibi. O fratres mei, ne patiamini verba mea in atrocissima verbera vobis conuertiri: & quanto plus eorum audieritis, tanto maioribus tormentis in inferno torqueamini. Seneca et si Ethnicus dixit: Doctrinam esse oportere, sicuti cum quis pecunias congregat, etenim non illas accumulatur solummodo vt in arca commorentur: neque enim hic est finis thesaurizantis: nisi fortè ille sit aliquis miser, & avarus, qui in arca vult habere pecunias, ita, vt neque viuus, neque mortuis profint. Pecuniæ quippè finem esse oportet domui pro uidere, cibos, atque vestes emere, &c. Sic est ergo Sancti Euangelij doctrina: quæ quidem est inestimabilis. Et ad hoc in cordibus vestris illam custodire debētis, sicuti faciebat Dauid, qui dicebat:

Acto. 13.

Matth. 11.

Seneca libro  
de Vita bea-  
ta.

bat: In corde meo abscondi eloquia tua. Et quare? vt non peccem tibi. Et sic dicitur de hoc diuino verbo, & sapientia: Infinitus enim thesaurus est hominibus. Vt autem significetur hunc thesaurum non esse, vt abscondatur; additur vterius: quo qui vsi sunt participes facti sunt amicitia Dei. Quod si miser, avarus, atque maledictus est, qui pecunias thesaurizat, & in theca inclusas detinet: multò infœlicior, atque maledictior erit qui multa audit, multa legit, multa discit, nec tamen quicquam eorum in lucem profert, nec eis vititur. De his dicit Beatus Paulus: Reuelatur enim ira Dei de cælo super omnem impietatem & iniustitiam hominum, eorum, qui veritatem Dei in iniustitia detinent. Ex cælo, vnde misericordia, ac dona diuina descendere consuecunt, dicit Beatus Paulus iram, & condemnationem illis esse descensuram, qui ex veritate, quam Dominus eos docuit, fructum non percipiunt. Idcirco de vero sapiente dixit Dominus. Omnis Scriba doctus in regno cælorum similis est patrifamiliâs, qui profert de thesauro suo noua, & vetera. Ad hoc oportet vos diuini verbi thesaurum in cordibus vestris abscondere, vt quando vobis illata fuerit iniuria, de istis thesauris, ea, quæ Sancti Veteres ab origine mundi, & noui, huiusce tempestatis passi sunt, depromatis & in singulis tentationibus de hoc thesauro proferte, & considerate quomodo illi Sancti carnis illecebras contempserunt, eiisque ardentissimos igniculos extinxerunt. O summe Deus, quàm miserabiles sunt visu homines hodie sapientia pleni, & tamen disrupti, atque dissoluti incedunt, nec miseræ animæ vestes, neque cibos ex sapientia ipsorum thesauro præbere volunt. Quid diceretis de homine, quem sciretis centum millia aureorum accumulata habere, quem tamen nudum, atque nudis etiam pedibus incedere cerneretis? multò igitur mirabiliores, seu potius miserabiliores sunt homines sapientes, qui sapientia sua vti nesciunt.

*Responderunt ergo Iudæi: Nonne benedicimus nos, quia Samaritanus es tu, & demonium habes? In quo illum demoniacum esse perspici-  
tis? Nos dicimus. O quàm insipiens, & inepta ratio! Plurimi detrahunt de proximis suis, & dicunt quod insomniant, ille homo (aiunt) fecit hoc malum. Proba istud: non sunt testes neque comprobatio, neque vlla alia ratio, nisi eos hoc ita dixisse.*

De

Psal. 118.  
Sap. 7.

Rom. 1.

Matth. 13.

psal. 72.

De his dicit David: Cogitauerunt, & locuti sunt nequitiam, iniquitatem in excelso locuti sunt. Posuerunt in caelum os suum, & lingua eorum transiit in terra: hoc est, de caelo, terra Deo, & hominibus maledixerunt, non ob aliam causam, nisi quia sic cogitauerunt, & eis libuit. O quanta miseria, & deprauatio, quod quia sic cogitasti, & in mentem tibi aliquid venit, statim dicas: sic se res habet. *Nonne benedicimus nos?* Id est, stabilimus, & recte dictum affirmamus, quod antea saepe dixeramus. Neque enim reprobis, malum facere contenti sunt: sed illud etiam recte factum esse affirmant. Accedit ad te proximus tuus, & dicit: Distum est mihi, & haec, & haec de me dixisse; volo nunc cognoscere, vtrum hoc verum sit. Tu vero tanquam homo non timens Deum, dicit: Dico ita a me dictum fuisse, & nunc iterum hoc sic esse confirmo. O diabolicam peruersitatem! nunquid non sufficit peccasse, sed peccatum etiam vis tutari, & confirmare? In ijs, quae dixisti, pessime fecisti: nunc autem illa bene, recteque dicta confirmas? nescio quid tibi dicam, nisi te esse Pharisaum, & Phariseo quidem multo peiorem. Per reuerentiam Dei vos rogo fratres, ne ita faciatis: sed cum hoc forte contigerit, dicite: Ego hoc dixi, sed pessime feci dicendo, meque dixisse maxime poenitet: vide qualem de me vis satisfactionem, & ego libentissime tibi satisfaciam. Respondit Iesus: *Ego demonium non habeo.* O benedictus, & glorificatus talis Dominus! Benedictum Domine ostium, quo verbum tuum admirabilis patientiae significatiuum protulisti. O quam alienum est a Christiano timente Deum dicere: Nemo mihi iniuriam fecit, quam non fuerim ultus. Nam Iesu Christo filio Dei in hoc seculo commoranti, nullus vnquam iniuriam intulit, de quo vindictam sumpserit, cuique non pepererit, dum modo peccator ad veniam recipendam se se disponeret. Optime, atque verissimè posset dicere: Imò vos demonium habetis. Verum non malum pro malo reddit, nec secundum quod illi locuti sunt, ipse respondet. Sed absque eo quod iniuriam eis pro iniuria reddat, innocentiam suam defendit. Maxima miseria est filiorum huius seculi quod ad rem defendendam, quae non valet viginti aureos, proximos suos infamabunt, & quosque ferè inestimabilem auferent honorem. Contemplamini fratres charissimi, diuinum Magistrum vestrum, quanta cum mansuetudine absque vllius detrimento respondet, dicens: *Ego demonium non habeo.* O si ad hoc

hoc attendere vellemus, quanta cum tranquillitate in hoc seculo viueremus! Idcirco dixit Dominus: In patientia vestra possidebitis animas vestras. Domini eritis vitarum vestrarum, id est tranquillam, ac penè caelestem vitam ducetis. Nam qui malum pro malo vult reddere, cum mille inuersionibus, ac sollicitudinibus inquietus viuit, nec habet vitam sine morte; semper fatigatus incedit. Ideo dicit Beatus Paulus. Noli vinci a malo, sed vince in bono malum: id est, ne ab ira tua supereris. Malum vtiq; vocat iram, sed vince (inquit) in bono malum. Faciens bonum, & alteri cum mansuetudine respondens malum, iramq; tuam superabis, & tui ipsius dominaberis, atq; cum tranquillitate in corde tuo remanebis.

*sed honorifico* (ait Dominus) *Patrem meum sed vos inhonorastis me.*

Omnes peccatores inhonorant, & vituperant Deum. Et hoc est quod cum maxima exaggeratione Deus dicit per Hieremiam Prophetam his verbis: Obstupescite caeli super hoc, dicit Dominus. Duo enim mala fecit populus meus: Me dereliquerunt fontem aquae viuae, & foderunt sibi cisternas dissipatas. Quae maior ignominia, quam Deum pro immunditia huius seculi commutare? Anima aduertite autem quibus verbis hoc dicit: Obstupescite (inquit) caeli, id est, siquidem homines tantum malum non sentiunt, sentite vos illud o caeli. Quid Domine? propter duo mala caeli debent obstupescere? sic. Nò cernitis me dicere: populus meus? quod si Ethnicus quidam hoc faceret, nò esset tam obstupendum. Quod autem populus meus, meo sanguine redemptus in hac vitalitate, & ingratitude incidat. Quod si vnus homo tantummodo hoc faceret, tolerabilius malum esse videretur: sed populus meus, quod maior pars populi me ita despiciat: hoc est maxime sentiendum, & sanguineis lachrymis lachrymandum. Et quantum, vt supra diximus, omnes peccatores in hoc Deum dedecorant: multo autem magis blasphemis; sicut hi Pharisei, qui eum Samaritanum vocauerunt, & demonium habentem dixerunt. Et ij, qui nunc suis malefactoribus, aliquam diuinam Maiestati blasphemiam dicunt, quiq; passim sanctum, ac venerabile ipsius nomen, hinc illuc, quasi per humum trahunt: hi (inquam) maxima contumelia Deum afficiunt. In alijs etenim peccatis aliquam excusationem peccator habere videtur. In die iudicij dicit homo sensualis: Domine, tu me ex debili carne fecisti, & ideo peccaui. Dicit epulo: Domine cibi maximo mihi erant appetitui. Dicit

Tom. j.

Ccc

superbus

superbus, & ultionis avidus: Domine in tali mundo vivebamus, ut  
 ut is, qui sibi iniuriam inferenti dimitteret, gallina diceretur. Om-  
 nes denique excusationem aliquam adducunt, qua culpas, pec-  
 nasque suas aliqua ex parte comminuēt. Tu autem ô blaspheme,  
 qui sacrosanctum Dei nomen passim vituperas, qualem excusa-  
 tionem adduces? Dicit Dominus: Ut quid me vituperasti? nec  
 quid respondeas habebis. Ut autem quanta sit huius sceleris gra-  
 uitas vobis apertius innotescat; verba illa considerate, quæ San-  
 ctus Isaias, singulari quodam cum dolore dixit: Væ (inquit) genti  
 peccatrici populo graui iniquitate, semini nequam, filijs scelera-  
 tis. Summe Deus! & de quibus hæc omnia dicit? Aduertite quid  
 dicat ulterius: Blasphemauerunt Sanctum Israel. Nec Deum, nec  
 sanctissimam Mariam, nec Sanctos, nec corpora, nec eorum capi-  
 ta reliquerunt, quæ humi deiecta non trahant, ita ut de sanctissi-  
 mo Redemptoris nostri Iesu Christi corpore anatomiam facere  
 videantur. O terribile, atque execrabile peccatum, quando quidē  
 illud perpetrantes à Spiritu sancto tam ignominiosis nominibus  
 obiurgantur. Deus vos illuminet fratres mei, ut ij, qui huic vitio  
 dediti estis, ab eo resipiscatis, Saluatoremque nostrū Iesum Chri-  
 stum totis viribus, totoque conatu honoretis sanctissimum eius  
 nomen semper vitæ puritate, atque integritate laudantes.

*Ego autem (ait Dominus) non quero gloriam meam: est qui querat, &  
 iudicet.* O quanta est hæc confusio vobis: dicentes enim, Christia-  
 ni sumus, contenti estis; & tamen cælum, terram, & mare queren-  
 tes hominem ambitis. Christus Saluator noster non querit hono-  
 rem suum sed ad consistorium sanctissimæ Trinitatis processum  
 remittit, dicens: *Est qui querat, & iudicet.* Et si hæc omnes blasphemie  
 mihi dicuntur, non tamen de illis supplicium ego sumpturus sum.  
 Pater meus illas puniet: ego enim non ad puniendum quidem,  
 sed ad ignoscendum veni in hunc mundum. Et quamuis ego sim  
 læsus, & iniurijs affectus: ego pro illis patrem meum exorabo.  
 Quod cum ita sit fratres charissimi, discamus non nostrum qui-  
 dem, sed æterni Patris honorem exquirere, & nūc gratiam suam  
 nobis, in posterum autem cælestem gloriam largietur, Amen.

FERIA

Feria. II II. post Dñicam in Passione.

*Facta sunt encenia Hierosolymis, & hyems erat.*

Ioannis. 10.

**R**E F E R T Beatus Ioannes quòd celebrabatur Hieroso-  
 lymæ festum dedicationis templi: & ambulabat Iesus in  
 templo in porticu Salomonis: quod etiam si fuerat euersum, se-  
 cundum tamen priorem formam, & magnitudinem, quamuis  
 non tam locuples, ac sumptuosum, reedificatum fuit. Et sic  
 etiam porticus Salomonis reedificata est, in qua dicit hîc San-  
 ctus Euangelista, quòd ambulabat Iesus. Super quo magno-  
 pere notandum est, quando Salomon hoc templum erexit, se-  
 ptennium in illius ædificatione consumpsisse, postea verò qua-  
 draginta sex annos in eius reedificatione consumptos fuisse. Et  
 sic dixerunt Iudæi Domino: Quadraginta, & sex annis ædifica-  
 tum est templum hoc. Et quamuis tantum temporis in illius con-  
 structione contritum fuerit, non prodijt tale, quale in initio fue-  
 rat erectum. In hoc significauit Spiritus Sanctus, quantum homi-  
 nis inter sit in virtutis exercitatione, quam ab ineunte ætate su-  
 scipit, perseverare. Nam semel hac spiritali ædificatione pro-  
 strata, atque dissipata, difficillimè recuperat homo virtutis ha-  
 bitus, quos antea acquisierat: & vix cum illa facilitate, & gu-  
 stu iterum operabitur, qua antea operabatur, nec spirituales il-  
 lum splendorem, ac pulchritudinem, qua prius rutilabat, recupe-  
 rabit. O quàm diligenter vos hæc oportet animaduertere fratres  
 mei. Attendite, si in peccata prolabimini, priusquam ad præteri-  
 tos feruores redeatis, malosque habitus à vobis euellatis, pluri-  
 mum temporis esse transiturum. Animaduerte frater, nisi in vir-  
 tute perseveraueris, tempus esse aduenturum, in quo te incon-  
 stantiæ tuæ magnopere poeniteat: & cum dolore cordis tui me-  
 ritò dicere possis illud Iob. Et si ad aliud propositum dictum  
 fuit: Quis mihi tribuat, ut sim iuxta menses pristinos, &c. Sicut  
 fui in diebus adolescentiæ meæ. Quando lauabam pedes meos  
 butyro, & petra fundebat mihi riuos olei. Quando habebam  
 diuinos sapes, maximoque affectu, & Dei amore exardebam.  
 Quando ad diuina Sacramenta assiduò accedebam. Quando

me in domum meam recipiebam. Quando pauperes consolans carceres, ac hospitalia visebam, &c. Quæ quidem omnia mea culpa deperidi. Perseuera igitur ô frater in virtute, & nunquam his doloribus cruciaberis. Vide totam illam sententiam Iob, & ad hoc propositum redigere.

*Et hyems erat.* Quamuis sapientium historiographorum sit, tēpus, in quo contigerunt ea, quæ scribuntur, assignare. Hoc autē inter ceteros omnes Sanctos Euangelistas peculiarius gloriosus Ioannes effecit; & temporis assignatio aliquando ad rei, quæ agitur, exaggerationem multum conducit. Voluit hîc Sanctus Euangelista de illo nunquam satis commendato opere loqui, quod Dominus operatus est, discipulorum suorum pedes abluens, suumque sanctissimum corpus in diuino Sacramento, quod instituit, eis præbens: quod ut amplius exaggeraret, dixit: Ante diem festum Paschæ sciens Iesus, quia venit hora eius, ut transeat ex hoc mundo ad Patrem. Hoc tempus, videlicet, vnum diem ante pretiosissimam eius mortem assignauit, ut significaret, quando homines suorum familiarium obliuiscuntur, ut sui recordentur; tunc Christum Redemptorem nostrum sui ipsius obliuisci (si ita dici potest) ut suorum meminerit. Sic etiam hic assignando nobis tempus, quando Dominus deambulabat in porticu Salomonis, quæ hyems erat nobis significat ardentissimum desiderium, quo hic diuinus Redemptor hominum salutem exoptat, quia in medio hyemis quando homines frigore coarctati in domibus suis commorantur, tunc ipse in templum vadit expectaturus homines, quibus prædicet. Benedicita sit Domine tua diuina Maiestas: quia nec solis calore à nostra salute prosequenda reuocaris! siquidem in ardentissimo veris æstu Samaritanam mulierem quæsiisti: nec hyemis frigoribus à saluatione nostra operanda semoueris. Quod etiam ut Beatus Ioannes significaret tempus illic assignauit, in quo peccatricem illam mulierem conuertisti, dicens: Hora erat quasi sexta, ut fatigationem tuam Saluator mi melius denotaret. O quanto opere sollicitudo hæc, & diligentia Dñi pigritiam nostram confundit. Quæcunq; etenim minima occasio nobis impedimento est, quo minus ad eum accedamus. Hæc duo ad litteram representantur, in illis verbis, quæ dicit sponsa: Ego dormio, & cor meum vigilat. Cor meum, id est, Deus meus. Et subdit statim, dicens:

Vox

- 7 Vox dilecti mei pulsantis, aperi mihi soror mea, amica mea, columbina. Omnia hæc verba dixit sponsus, ut eam ad amorem sui commoueret, atque ut illam ab alto illo sopore, ac negligentia excitaret. Et dicit ulterius sponsus: Caput meum plenum est rore, & cincinnati mei guttis necturum. Ecce hyemē, & pruina, quæ celestis sponsus pro animæ salute perpetitur: atque hoc pro vrgentissima ratione subdidit; qua illam ad sibi aperiendū commoueret. Omnibus autem his amoribus, ac diligentis respōdet sponsa, dicens: Spoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? Quid? nunquid tu ô anima sponso tuo delicatior es? quia nec à lectulo vis surgere, ne parū frigoris patiaris? O quanta impudentia, & indecorum esset hoc, si femina quædam illo cum sponso suo vteretur! quanto igitur maiuserit, quod hæc omnia Deo respondeat? Animæ amanti Deū nullū oportet esse inconueniens, quod ei impedimento sit, quominus dilecto suo deserviat. Nec diuinis inspirationibus respondere debetis, dicendo: O si ad visenda hospitalia me cōtulero, fecerit ille, atq; corruptio infirmorum mihi nocebit. Si ieiunauero, si cilicium induero, si corpus meum verberibus afflixero, in morbum incidam, aut venustatem, pulchritudinisque meæ florem amittam. Etenim istud est dicere: Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? Venit ad te diuinus Redemptor tuus tanto frigore fatigatus, tantoq; labore defessus: nec tamen tu aliquid pro eius amore vis perpeti? O Maxime ingratitudinis, atque impudentiæ factum! etiam in his verbis: Hyems erat & ambulabat Iesus, docemur quod cum acriorē hyemem, & frigus anima nostra senserit, debet deambulare, ut calefiat sanctis considerationibus, pijsq; exercitationibus se in amore, ac charitate inflammas. De viro quodam nomine Banaias legitur, quasi maxime fortitudinis factum, quod ipse percussit duos leones Moab: & ipse descendit, & percussit leonem in diebus niuis. Heroicū est leones interficere, multo autem præstantius factum est illos in tempore niuis occidere, quando manus coarctatæ frigore contrahunt. Sic utiq; maxima est anime virtus, atq; fortitudo, quod quædo se frigidiorē animaduertat, tunc ad seruiendum Deo ardentius, ac firmiter confortetur. Etiam hoc tempus assignauit, ut ostēderet quodnam festū illud esset, quod de templi dedicatione celebrabatur. Etenim tres huiusmodi erant festiuitates, prima dedicationis, quæ fiebat in

Tom. j.

Ccc 3

memo

2. Reg. 23.

1040. 13.

1040. 4.

1040. 5.



memoriã ædificationis,quãdo tẽplum primũ erexit Salomõ,hęc  
 autem fiebat in mense Octobri.Secũda in memoriã reædificatio  
 nis:quam illud Esdras reædificauit:& hæc celebrabatur in vere.  
 1. *Esdræ. 2.*  
 2. *Macha. 10.* Tertia in cõmemorationẽ sanctificationis,quã fecit Iudas Macha  
 baus: postquã à maledicto rege Antiocho fuerat prophanatum.  
 Memoria autẽ huius tercię dedicationis fiebat in hyeme.Ex quo  
 etiã elicere possumus,quod siquidẽ præstãtissimus ille dux cũ copijs  
 3. *Mach. 4.* suis,vt viderũt sanctificationẽ desolatã,& altare prophanatũ,plã  
 xerunt planctu magno,posteaque templũ illud prophanatũ mũ  
 darunt,atq; renouarunt:& siquidem nos,qui sumus templa Dei:  
 passim vos prophanatos,atq; immundos animaduertimus, vera  
 pœnitentia,crebraq; lachrymarum effusione nos renouare cure  
 mus.Si enim arbores,quæ in hyeme,frondes, virorifq; decorem  
 amittunt,Deus iterũ pristinã viriditate donauit,eisq; concessit,vt  
 ineunte vere,nouas frondes,ac flores proferant,hominẽ,cui om  
 nia subiecta sunt,absq; remedio relinqueret:nõ certẽ, sed voluit,  
 vt siquidem per peccati gelu gratiæ virorem amisit,& præ nimio  
 frigore emarcuit,per veram pœnitentiam reuifescat.Quapropter  
 fratres mei,attendite hanc sanctam Quadragesimam esse primũ  
 ver, in quo vos oportet renouari: ne tam opportunã occasionem  
 prætermittatis.Si autor naturæ auibus prouidit,vt renouarentur:  
 multo maiori ratione prouifurus erat hominibus,sicuti re vera fe  
 cit.Habes accipitrem,qui omnes pennas euulsas,atque contra  
 ctas habet. Quare est hic accipiter euulsis pennis? respondes tu:  
 Domine nimium aucupatus est,nullum ferẽ nisum, aut coruum  
 viuum reliquit. Atque idcirco est nunc deformis, macilentus,  
 atque deplumis.Et nunquid ita in posterum remanebit? Nõ  
 domine, sed pennas mutabit, plurimisq; illum columbis cibabi  
 mus,nouasq; pennas recipiet,& breui pristinum decorem,at  
 que fortitudinem recuperabit. Si igitur his auibus Dominus hoc  
 remedium reliquit,quid faceret hominibus: O fratres mei,contra  
 ctas ferẽ omnes habemus alas;præ nimia venatione deplumes exi  
 stimus Iudex,qui non pro Reipublicæ quidem, sed pro suamet  
 ipsius vtilitate sententiam profert,contractas habet alas.Presby  
 ter,qui vadit Romam,non verò vt peregrinetur, sed ambitione  
 commotus,videlicet,vt Ecclesiasticos honores,atq; redditus ac  
 quirat,contractas habet alas,&c.Nunquid in perpetuum sic ani  
 mæ remanebunt? Non oportet fratres nos ita remanere, sed po  
 tius

*simile.*

13 tius renouemur,sicut nos admonet Beatus Paulus,dicens: Depo  
 nite vos secundum pristinam conuersationem veterẽ hominẽ,  
 qui corrumpitur secundum desideria erroris.Renouamini autem  
 in spiritu mentis vestræ,& induite nouum hominem,qui secun  
 dum Deum creatus est in iustitia,& sanctitate veritatis. Dilli  
 genter pensandum est Sanctum Apostolum dicere hanc reno  
 uationem in iustitia fieri oportere.Peccata enim committi,fuit  
 maximam quandam iniustitiam,& iniquitatem perpetrari. Si  
 in domum Regiam ingredereris,& trophæa,atque arma Regis  
 Hispaniæ deleres,atque in eisdem scutis Maximi Turcæ tro  
 phæa depingeres: maxima esset hæc iniquitas,& iniustitia; mo  
 dicumq; supplicium esset propter ea tibi mortem inferri. Si igi  
 tur in Dei palatio,quæ est anima tua Dei trophæa atque insignia  
 14 deleuisti,quæ sunt gratia,humilitas,patientia,cæteræque virtutes,  
 ibique Sathanæ insignia depinxisti,quæ sunt superbia,inob  
 edientia, reliquaque peccata, magnum utique tibi beneficium  
 confertur,quod cum tu infernalibus supplicijs esses dignissimus,  
 contentus est Deus, si iniustitiam istam retractes,& annihilas,&  
 hoc sit in sanctitate veritatis, hoc est, in sanctitate non ficta, sed  
 vera; vel etiam in sanctitate veritatis, id est, quod hanc iustitiam  
 verè, & ex animo, atque cum maximo spiritus feruore, & effica  
 cia, non autem remissè, & quasi per ridiculum facias. Etiam  
 magnopere notandum vobis est illum dicere: Induite nouum  
 hominem. In quo noua quædam renouatio denotatur, qua  
 nouus homo effectus remaneas. Multum interest inter re  
 nouationem vestium magnatis, virique primarij, & inter  
 15 renouationem pauperis artificis. Artifex namque contentus  
 est die festo calceos, pallium, siue galerum nouum depromere:  
 reliqua verò indumenta sicut antea vetera remanent. Vir autem  
 primarius, quando denuò induitur, à planta pedis, vsque ad  
 verticem induitur, nouas, scilicet, caligas, calceos, fœmoralia,  
 tunicam, pallium, baltheum, ac denique galerum profert. Hoc  
 interest inter verum, & non verum pœnitentem. Peccator quippe  
 malis suis inueteratus, quasi pauper contentus est se in aliqua  
 re meliorem reddere: contentus est audire rem sacram, aut  
 concionem, eleemosynam vnã erogare, aut semel in anno peccata  
 confiteri, atque ad sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum  
 accedere, in reliquis moribus, viuendi

*Ephesi. 4.**simile.**simile.*

diq; ratione sicut antea remanens. Verus autē pœnitens in omni-  
 bus interiùs, & exteriùs renouatur nihil de veteri, corruptaq; vita  
 in se relinquens. Et quando homo hoc facit, tunc in illo adimple-  
 tur, quod in Hierosolymitano templo adimpletū est, quod fuit il-  
 lud ad vsum, cui factum est, de dicare. Nimis de eorū est vnū quid-  
 que in illis occupari, quibus factum est, quod magnæ peccatori  
 confusioni est. Nunquid non valdè miserandum est, te ô homo  
 cognoscere ad quid factus fuerit malleus, videlicet, ad malleadū,  
 & in hoc illū ocupare, & ad quid facta fuerit ferra, videlicet, ad li-  
 gna disseccanda, & ad hoc ea vtij; & ad quid facta fuerit vestis, vide-  
 licet, ad mēbra operienda, &c. ad quid autē tu factus fueris igno-  
 rare? & quibus exercitationibus debeas occupari, nō dignoscere?  
 Interroga B. Augustinū, & ipse tibi dicit, ad quid Deus hominē  
 fecerit: Dicit igitur hic Sanctus Doctor, ad quatuor effectus crea-  
 turam rationalem à Deo conditam fuisse, videlicet, vt summum  
 bonum intelligeret: intelligendo amaret; amādo, possideret, pos-  
 sidentem, fruere. Creatus es à Deo ô homo non vt in lucris, fra-  
 trumq; tuorū deceptionibus occuparis, nec vt fraudulētos face-  
 res cōtractus, &c. Sed vt summum bonū intelligeres. Nec verò vt  
 pecuniā, secularēsq; nēniās diligeres, sed vt Dei probitate perspe-  
 cta illum tanquā summum bonū toto corde diligeres. Et sic tan-  
 tam possessionē, dominiiq; adipisceris, quale est, Deū posside-  
 re. O admirabile monarchiā, quam consequitur ille, qui Deū di-  
 ligit, siquidem illū possidet, & possidendo fruitur. Avarus pecu-  
 niam possidet, non autem illa fruitur: quia non audet ad vtilita-  
 tem suam ea vtij; sed iustus Deum possidet illo fruatur. O in-  
 felicis homo, nūquid arbitraris te ad leues, paruiq; ponderis, ac mo-  
 menti exercitationes à Deo conditū fuisse? Verūm pro dolor!  
 quā miserabilis es ô frater visu, quia ab illis vñibus, ad quos à  
 Deo conditus fuisti, lōgissimè distas. Renouare igitur ô frater, &  
 in iustitia, & sanctitatis veritate renouatus in his sublimibus exer-  
 citationibus, quibus exercendis à Deo creatus es, occupare.

*Circumdedere ergo eum iudei, & dicebant ei: Quousq; animam nostrā  
 tollis? O quā manifestè apparet hæc verba ex rabidis inuidiaq; cō-  
 sumptis visceribus prodire. Deus vos liberet fratres ab hac peste.  
 Quo maiora, atq; præstantiora miracula perspiciēbant hi inuidi à  
 summo calorū Domino fieri, tanto maiori rabie disseccabātur.  
 Sic dicit Diuus Cyprianus: Non efficiamur inanis gloriæ cupidi.  
 Quanto*

*Augusti.*

*Cypria super  
 illud ad Ga-  
 las. 6.*

19 Quanto magis aliqui meliori successu aguntur, tanto magis inui-  
 dus in maius incendium exardescit. Atq; idcirco asserunt pluri-  
 mi doctores inuidiam ferè incurabile vitium esse. Nā quod alijs  
 vitij obuiat, scilicet, probitas in fratre perspecta, hoc idem inui-  
 diā auget. Reliqua omnia vitia sunt ignis. Quia delingua murmu-  
 ratrice etiam dixit Beatus Iacobus. Ecce quantus ignis, quā  
 magnam syluam incendit & hic ignis aqua extinguitur. A qua,  
 qua vitia extinguntur, sunt gratiæ, virtutesq; proborum homi-  
 num. Castitas enim in viro casto cōsiderata ignē luxurię in te ex-  
 tinguit; pudicitia, & virginitas in sacratissima virgine Maria Do-  
 mina nostra considerata effrænata incendia nostri corporis extin-  
 guit. Humilitas in viris sanctis contemplata superbiam nostram  
 euertit, &c. vitium autem inuidiæ est ignis, qui Hispanē dicitur  
 20 [De alquitran] quia alienarum virtutum, & gratiarum aqua multò  
 magis incenditur. Sicuti horum infelicitum inuidia Saluatoris  
 nostri miraculis ardentius incendebatur. Præterea cū pene incu-  
 rabilis sit, magnopere etiam se possidentem contorquet. Et sic di-  
 cit Beatus Chrysostomus inuidiam esse quasi vermem, qui ori-  
 tur in ligno, qui prius ipsum lignum, ex quo gignitur, corrūpit,  
 atq; deperdit. Sic inuidia prius inuidū ipsum, quā alterum de-  
 struit, & nocet. Nec verò animā solū, sed & corpus etiam euer-  
 tit: & sic dicit sapiēs vita carniū, sanitas cordis, putredo ossium  
 inuidia. Nē in hoc abominabile vitium inuidiæ incidamus, ope-  
 ra præteritū erit nos consilium Beati Pauli assumere: qui dicit: si  
 spiritu viuimus, spiritu & ambulemus: non efficiamur inanis glo-  
 riæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidētes. Nam si quis  
 21 honorum expetitioni se tradit statim alijs honorificentioribus se  
 inuidet, illosque sibi contrarios esse ducit. Et quò magis accrescit  
 ambitio, eò magis augetur inuidia. Sicut apparet in his miseris  
 pharisæis. Et sic homo his passionibus cum afflictione, & cordis  
 amaritudine contorquetur, & cōsumitur. Hoc significauit Deus  
 per Esaiam prophetam dicens: In multitudine vitæ tuę laborasti  
 nec dixisti, quiescam. Verba sunt hæc Dei tibi animæ perditæ di-  
 cta ponderatūque dignissima, quæ que perpetua recordatione te-  
 neri merentur. Dicit, vitæ tuæ: quia totum hominis malū resumit-  
 tur in eo, quod per viam, quæ sibi libet, vult ambulare: voluntatē  
 que suam vult adimplere, atque Dei iussa contemnit. Quia si su-  
 perbus, aut avarus es, hoc est quia sic libet voluntati tuæ. Cum au-  
 tem

*Iacob. 3.*

*Chrysost. ho-  
 mi. 45. sup.  
 Gen.*

*Præter. 14.  
 Gal. 6.*

*Esai. 57.*

tem hæc vna sit via, multitudinem tamen viæ illam vocat, quia<sup>23</sup> homo quidcunq; sibi libet, exoptat, atq; ex vna in aliam insaniam deuenit semper malum suum operans. Et ideo dicit: laborasti, & non dixisti: quiescam. Volo iam quiescere, & peccandi finem facere: volo has passionies deponere, quæ me vrgent, atq; contorquent. Volo ab hac lite desistere, meque domum meam conferre. Nolo amplius pauperem insectari. Nolo amplius esse causa, vt propter me iurisperiti, & aduocati animas suas perdant iniustam causam meam agentes. Non dixisti: quiescã. O Iesu bone quanta cum tranquillitate viueret homo, si vellet esse bonus, & mauult male facere do varijs tormētis ac afflictionibus contortus vitam ducere. Attēdit te quale tormentum receperit maledictus ille rex Achab, qui cum vineam Naboth nequiret adipisci, quam ipse vehementer exoptabat, tanta molestia ac rabie affectus est, vt pedibus suis persistere; non valeret, nec quicquam ederet: & sic dicit illic sacratus textus: venit ergo Achab in domum suam indignans, & frendens super verbo, quod locutus fuerat ad eum Naboth dicens: non dabo tibi hereditatem patrum meorum. Et proiciens se in lectum suum auertit faciem suam ad parietem, & non comedit panem. Considerate quid faceret maledictus hic rex si totum eius regnum ei sublatum fuisset. Videte quid faciat passio hominis cordi inherens. Attendite quid fecerit passio in corde Saulis aduersus Dauid, cum enim ei viri quidam vbi Dauid esset, nuntiarent, eis dixit, Benedicti vos a Domino quia doluistis vicem meam, id est, meam infelicem fortunam. A bite ergo, oro, & diligentius preparate, &c. considerate, & videte omnia latibula eius, in quibus absconditur, & reuertimini ad me ad rem certam, vt vadam vobiscum. Quid hoc homine miserabilius? Quid amplius<sup>24</sup> dicere posset, si inter crudelissimos hostes misera quadam seruitute teneretur? Aduertite quo dolore, ac rabie interiorum torquebatur, qui exteriorum purpura, & regio diademate ornabatur, Et interiorum dicitur: quod perrexit ad inuestigandum Dauid, & viros eius, etiam super abruptissimas petras, quæ solis ibicibus peruiæ sunt. Id est per quas sola capra syluestres ambulare possunt. Per abruptissimas quasq; atq; periculosissimas rupes illum inquirebant: aduertite quantum laborem miseri perferebant. Sepenumero permittit Deus, vt ad iniquam quadam voluntate adimplendam plurimos labores toleremus, & deum illi non satisfaciamus, sicuti huic infelici Sauli contigit: qui etiam tot labores, ac pericula in illis motibus passus est nunquam

3. Reg. 21.

1. Reg. 23.

II. Reg. 24.

quam tamen inimicum suum Dauid reperit, latebat enim in spelunca, vbi illum esse penitus ignorabat. Ne simus igitur tam amētes charissimi fratres, vt cum possimus pacifice, & summa cum tranquillitate in celum ascendere, per labores, & miseras in infernum velimus descendere. Cauemus a suspensione, atque afflictione, qua hi miseri vexabantur.

Respondit eis Iesus: loquor vobis, & non creditis mihi. Opera, quæ ego facio in nomine patris mei, hæc testimonia perhibent de me. Discipulis gloriosi Baptistæ accedentibus, vt interrogarent: Tu es, qui venturus est respondit ipse Dominus: Renunciate Ioanni, quæ audistis, & vidistis. Hos etiam ad ipsius opera remittit. Tam bonus medicus erat Dominus, vt vna, & eadem medicina bonis, & malis mederetur. Siquidem sanctis illis viris, vt eum sequerentur, hisq; pessimis pharisæis, vt eum crederent, vnum & idem medicamentum præstat; quod est admirabilis miraculorum suorum operatio. In hoc significat Deus se non magis horrere peccatorem conuersum, suaq; diuina misericordia vt volente, quam iustum semper in ipsius gratia perseverantem; quem quidem nullatenus horret. A deo namque bonus est, vt solè suum faciat ori-  
 Math. 11.  
 Hos etiam ad ipsius opera remittit. Tam bonus medicus erat Dominus, vt vna, & eadem medicina bonis, & malis mederetur. Siquidem sanctis illis viris, vt eum sequerentur, hisq; pessimis pharisæis, vt eum crederent, vnum & idem medicamentum præstat; quod est admirabilis miraculorum suorum operatio. In hoc significat Deus se non magis horrere peccatorem conuersum, suaq; diuina misericordia vt volente, quam iustum semper in ipsius gratia perseverantem; quem quidem nullatenus horret. A deo namque bonus est, vt solè suum faciat ori-  
 Math. 5.  
 ri super bonos, & malos. Tanto studio dedit optimus Dominus sacratissimum corpus suum Iudæ, vt saluaretur, quanto reliquis omnibus  
 Ioan. 13.  
 discipulis. O benedictus, & glorificatus sit talis Deus, qui tam clementibus visceribus omnes recipit. Atque idcirco eadem bonis, ac malis sacramenta reliquit. Et cum hac misericordia. S. A postolis suis potestatem dedit, quod præstantissima miracula operarentur, quibus mundum conuerterunt. Sed dicit quispiam: etiam flagitiosissimo Mahometo in Turcis, & scelestissimo Luthero in Germania sine miraculis plurimi crediderunt. Dicite mihi: si cymbam in fluuio absque remigio, & gubernatore solam relinqueretis, & postea illam viginti millia passuum inferius inueniretis, nunquid hoc admirari non utique? Si autem illam viginti millia passuum superius reperiretis, hoc profecto esset admirandum: nam vt cymba decurrentibus fluctibus resistens superiora conscendat, necessario remigijs, & gubernatore ducenda est. Ita etiam carnales homines Luthero, & Mahometo credere, qui eos docent, & præcipiunt, quæ ipsi desiderant, non est mirum si per fluminis decursum sensualitatis suæ fluenta sequantur. Vt autem carnales diuina præcepta recipiant, quæ sensualitati repugnant, & carnis fluctibus resistentes ad superiora conscenderent, necessarii fuerunt remi, & remi

Math. 11.

Math. 5.

Ioan. 13.

simile.

remigatores: qui quidem fuerunt Sancti Apostoli, qui mirabili-  
 28 lium suorum remis hoc admirabile, atq; præstantissimum opus  
 in mundo confecerunt. Et magnoperè notandum est ad veterem  
 legem, cuius obseruatoribus Deus diuitias, ac temporalia bona pro-  
 mittebat, quâ maximi quidam prophete sicut Hieremias, Esaias,  
 alijque huiusmodi prædicabant, per paucos tamen fuisse con-  
 uersos: ad legē autē gratiæ, quæ in hoc seculo temporalē mortē,  
 laboresq; ac calamitates pollicetur: ecce quor in toto terrarū orbe  
 conuersi sunt: cū in tamen illam duodecim pauperū homines  
 prædicauerint; qui in totum mundum illam introducere value-  
 runt: quod quidē maximæ nobis esse debet consolationi, fideiq;  
 cōfirmationi. Sed dicit aliquis: ego hæc omnia sic facta fuisse cre-  
 do. Verūm nonne bonum esset, nunc etiā miracula fieri? Non uti-  
 que sunt necessaria. Infans ut benè ambulet, applicatur curricu-  
 29 lo, cui in hærens velociter ambulat. Homini verò iam non hoc  
 opus est. Ecclesia in initio paruula erat, & miraculorum curricu-  
 lo indigebat; nunc autem cū iam adulta est, iam eis non indi-  
 get, sine illis in Dei ministerio incedit.

*Opera, quæ ego facio testimonium perhibent de me.* O quam bonum  
 esset fratres charissimi nos curare per bona opera de nobis testi-  
 moniū perhibere. Miserabile est quod ad rerum omnium substā-  
 tiam cognoscēdam, earum prius opera & effectus perscrutamur;  
 & perinde in earum essentia cognitionē deuenimus: homo autē  
 sola intellectus fide, exterioriq; specie, & Christiani nomine con-  
 tentus est. In quo verū ignē à picto distinguitis: in eo, quod verus  
 vrit, fictus verò apparentiā tantū habet. Equū autē in quo bonū  
 esse cognoscitis: in eo, quod benè currit, & est velocissimus. Si qui  
 30 dē igitur o frater omnia in operatione cognoscuntur, diligēter cu-  
 ra optimè operari. Et quando ego in te patientiā aliarūq; virtutū  
 exercitationē expertus fuero, teq; post nullā sæculariū rerū affe-  
 ctuose abire cognouero, tunc dicā te virū virtutis studiosum esse.  
 Loquēs S. Esaias de fidelib; noui testamēti ait: & vocabūtur in ea  
 fortes in stitię plātatio Dñi ad glorificandū. Id est quē admodū cū  
 homines arborū fructibus onustarū pulchritudinē perspiciūt, ad  
 Deū glorificandū cōcitantur: sic etiā cōspiciētes Christianos qua-  
 si fructiferas arbores bonorū operū fructibus onustos, ad Deū lau-  
 dandum commouentur. Opera tua te Dei germen esse testantur.

*Sed vos non creditis, quia non estis ex ouibus meis. Oues mea vocem meam  
 audiunt.*

simile.

simile.

Esai. 61.  
 simile.

30 *audiunt.* Iustos appellat oues. Et quāuis plurimæ huius rei rationes  
 existant, duas tamen ex illis præcipuas assignabimus: Altera est:  
 quia oues maximum habent naturæ instinctum ut in tēpore abū-  
 dantiæ ad tempus sterilitatis sibi prouideant. Et sic dicit Beatus  
 Ambrosius, quando oues sunt iuxta hyemem vix saturari posse:  
 ut se prius herbæ pabulo satient, quā gelu adurente herba omnis  
 deficiat. Tales sunt iusti: maximam enim sollicitudinem habent,  
 in accumulandis sibi meritis, antequam tempestuosa mortis ad-  
 ueniat hyems. Sicuti refert Beatus Hieronymus de Diuo Hilario  
 ne dicens: Hic dūm videret propinquam imminere mortem, à se-  
 ptuagesimo quarto anno vsque ad octogesimum pane abstinuit,  
 incredibili feruore mentis, ut eo tempore quasi nouus accederet  
 ad seruitutem Dei. O beatam talem ouem! O quam viceuer-  
 31 sa nunc facimus, o fratres: etenim licet aliquis in iuuentute  
 sua parum aliquid habeat virtutis, vbi primum senescit, cū  
 iam hyems mortis appropinquat, tunc arbitratur sibi licere  
 voluptatibus uti, cū viceversa fieri oporteat: tunc enim ad  
 virtutem studiosius amplectendā animari deberet. In libro  
 Iosue notabilis quædam laus de illo sancto duce refertur videli-  
 cet: Iosue senex, & prouectæ ætatis erat. Primus, cui hæc laus tā-  
 quam illa dignissimo tributa est, fuit Abraham. Nonnulli qui p-  
 32 pe ante illum nongentos vixerant annos: sed de nullo eorum di-  
 ctum fuit quod esset senex, & prouectæ ætatis: quia fortasse plu-  
 rimis annis non tam benè vsi sunt, sicut hi venerabiles senes pau-  
 cis, quos vixerunt. Et ideo in his verbis laudans eos sacra scriptu-  
 ra, significat illos duplici senectutis genere senuisse annorū vide-  
 licet, & morum. Curate igitur o fratres longæui præcipuè virtu-  
 te senes esse tanquam veræ Dei oues. **C**Alia ratio, ob quam Do-  
 minus iustos vocat oues, est promptitudo, qua pastoris vocem  
 audiunt, & ab ea huc atque illuc se deduci patiuntur. Sic etiam  
 sunt iusti Dei voci obtemperantissimi; & illa in omnibus gu-  
 bernantur. O quantum lucraremini fratres, si huic diuinæ voci  
 attenderetis. Dauid enim affirmat illam magnas, atque admi-  
 rabiles operationes in animabus illi obedientibus efficere: di-  
 cens: vox Domini super aquas: Deus Maieftatis intonuit,  
 Dominus super aquas multas. Vos Domini in virtute: vox  
 Domini in magnificentia. Vox Domini confringentis cedros:  
 & confringet Dominus cedros Libani. Vox Domini interci-  
 dentis

Ambrosius  
 in Hexame-  
 ron.

Hierony.

Iosue. 13.

Gene. 25.

Psalm. 28.

simile.

dentis flammam ignis. Videbitis nonnullos adeo inconstantes, ut nullam in bono stabilitatem habeant. Multa, & magna se operaturos esse proponunt; post duos autem dies statim deficiunt; sunt tanquam aqua. Nam quid aqua inconstanter? fiat hinc ventus, & illam illuc deturbat; fiat autem illinc, & statim huc eam repellit. Tales quidem sunt homines inconstantes; quocumque enim ventorum flatu mutantur: & à sanctis propositis diuertuntur. Mittit Deus vocem suam, & huius inconstantis viscera penetrat, illumque usque ad mortem firmum, atque constantem reddit. Vox Domini super aquas; Deus maiestatis intonuit. Intonat Deus, cum laborem aliquem tibi im mittit, & simul cum labore isto ad cor tuum clamat: & sic tandem anima confortatur, & stabilitur, & multæ etiam fulciendæ: quia Dominus super aquas multas. Vox Domini in virtute. Habet quisquam propositum ingrediendi in religionem; & ex alia parte durissimum illi videtur seculares voluptates relinquere, & religionis asperitatibus conformari. Verum sanctis inspirationibus Deus ad eius cor pulsatur; alios imbecilliores, ac delicatior res ante ipsius oculos proponens, qui omnes illas asperitates propter Deum libentissimè patiuntur. Et ubi primum eum tangit, eius voluntatem statim aperit, illudque de quo antea magnopere dubitabat, iam nunc feruentissimè opere exequitur. Ecquis fecit istud? vox domini in virtute, quæ fragilibus vires, atque animum addit. Vox Domini confringentis cedros. Quid sunt cedri altæ, & in sublimibus montibus plantatæ, nisi magnates, & superbi huius seculi, in magnis dignitatibus constituti? & ut primum Deus illos sua sancta voce pertingit, statim confringuntur & à 35 superbia sua excidunt. Quia verò duplex est genus superborum, alterum scilicet rerum temporalium, alterum verò spiritualium: idcirco geminavit hic verbum, dicens: vox Domini confringentis cedros: confringent Dominus cedros libani. Dicit ulterius: vox Domini intercedentis flammam ignis. Ecquid aliud est flamma, nisi sensualis concupiscentia. Quæ animam comburit, atque in carbonem conuertit? de qua Iob: ignis usque ad consummationem deuorans: diuitias etenim, honorem, vitam (& quod peius est) animam consumit. O quot homines cum ita inflammati essent, ad Deum conuersi sint! ecquis hoc fecit? vox Domini intercedentis flammam ignis. Ecce efficaciam diuinæ vocis: etenim mutabilem

Iob. 31.

36biles firmissimos; debiles fortissimos, superbos humillimos; sensuales denique; efficit castissimos. Hos igitur diuinæ vocis mirabiles effectus cognoscens Sanctus David dicebat: Audiam quid loquatur in me Dominus Deus: quoniam loquetur pacem in plebem suam. Ne audiatis fratres carnis, aut mundi voces; quia vos perdet.

Psal. 84.

De his igitur ouibus dicit hic Dominus; *Et ego vitam æternam do eis: & non peribunt in æternum.* O quam dulce verbum! ecquis non libentissimè labores, calamitatesque omnes huius sæculi patietur, ut tam sanctum, & gloriosum audiat verbum? Quauis ones meæ (ait Dominus) in hoc sæculo famelicæ incedant, siti que ac varijs angustijs opprimantur, nec eas mundus æstimet: etsi nullum iam remedium habere videantur: tutissimæ sunt, ego eis faueo: oues meæ sunt: nemo rapiet eas de manu mea. Pastor ille 37 David, qui dixit Sauli, veniebat leo, & versus, & tollebat arietem de medio gregis, & persequebar eos; & percutiebam, & eruebamque de ore eorum. O bone Iesu, o bone pastor animarum, etenim quando leonem rugientem, (hoc est dæmonem) aduentare prospicit; si que aliquam prædentibus oue defert, in illum constantissimè inuadit: & illam ab eius potestate adimit. O quot animas diuinus hic pastor à diaboli unguibus quotidie liberat. Eia peccatores consentite vos à Sathanæ dentibus auferri: attendi te vos in ore diaboli versari, crudelissimis que eius moribus lacerari. Prius ergo quam vos in inferni stomachum penitus deglutiat, huius singularis pastoris ope, & auxilio vtimini.

I. Reg. II.

Probat autem Dominus oues suas à nemine ex eius manibus 38 auferri posse. *Quia ego (inquit) & pater unum sumus: & nemo potest rapere de manu patris mei.* Ergo nec de manu mea. *Sustulerunt ergo lapides Iudæi, &c.* Ea, quæ ad animarum suarum salutem spectabant, non intelligebant. Veruntamen cum eis aliquid diceret, de quo eum accusare possent, statim illum prorsus intelligebant: sicut hic statim cognouerunt illum dicere se Deum esse. Et propterea eum lapidare voluerunt. Quibus ait Dominus: *Multa opera bona ostēdi vobis ex patre meo. Propter quod eorum opus me lapidatis?* O admirabilem Dei clementiam! volunt eum homines lapidare: at ille interrogat propter quod beneficiorum, quæ in eos contulit, ipsum lapidare conatur. Vnus ex locis diuinarum literarum, ex quibus aperius diuinæ clementiæ magnitudo demonstratur, est hic, videlicet, quod hoc tempore talis eius questionē propo-

proponat. Magna ex parte Dei misericordiam detegit, illū pro-  
 pter peccata tua mille quingentis annis antequam tu peccares, ie-  
 iunasse, eorumque poenitentiam egisse. Maximè etiam diui-  
 na ipsius pietas ostenditur in eo quod Deus tibi alimenta, quibus  
 vescaris, creet, quo tempore tu ipsum offendis. Et multo quidem  
 magis ipsius misericordiam manifestat, quod vbi primum homo  
 peccatum consummat statim Deus ad eum cum inspirationibus  
 conuertitur intrinsecus dicens ei: ò peccator quid fecisti, eumque  
 in peccati sui cognitionem, & plāctum, atque confessionem facit  
 deuenire. Longè autem maximè cœlestis Dei misericordia cum  
 his, & similibus illis demonstratur, qui cum ad eum lapidandum  
 lapides præ manibus habeant, tunc eos familiariter alloquitur, &  
 cum peccator actualiter peccet, illic Deus ei mittit inspirationes.  
 O perfide peccator, cur me offendis? Desine peccatum, & age  
 poenitentiam: noli te ita in æternam condemnationem præcipi-  
 tare. Dixit Deus O se: vade, sume tibi vxorem fornicationis. Su-  
 me (inquit) tibi concubinam de domo amatoris sui, & duc eam in  
 vxorem. Vt quid Domine hoc ei præcipis? exeat illa prius illic,  
 & postea illam ducet. Non utiq; , sed vade ad eam in peccato cō-  
 morātem, & illam roga, atq; vxorem ducito. Hoc enim volo ego  
 populo meo significare, quod etsi idolorū actualiter est plenus,  
 ego eum ad veniam inuito, vt illum à peccato abstraham. O bene-  
 dictus, & glorificatus sit talis Deus. O fratres charissimi recorda-  
 mini quoties cum lapides præ manibus haberetis ad Deum lapi-  
 dandum, atq; actualiter etiam peccatis vestris illum lapidātibus,  
 vobis cor volutatur; quæ quidem sunt voces Dei interrogantis  
 vos: cur me lapidas? Cum A sael cursor velocissimus perseque-  
 retur Abner ducem præstantissimum, qui tamen volebat A saeli of-  
 ficere, dixit ei Abner: vade, & apprehende vnū de adolescentibus,  
 & tolle illi spolia, nec mecū audeas dimicare, nè fortè cōpellar cō-  
 fodere te in terrā. Qui nolens declinare, atq; illum audire contē-  
 nens eū nihilominus insectabatur. Abner autem nimia illius per-  
 secutione molestus percussit eum auersa hasta in inguine, & mor-  
 tuus est. O quā ad literā hoc quotidie agitur. Habes tu lapides in  
 manu ad lapidandū Deū, qui tibi dicit: recede ab offensione mea,  
 nolo tibi officere. Tu verò in eo lapidādo pertinax es: caue igitur,  
 ne te interficiat, atq; in infernum detrudat, sicut plurimos in pec-  
 catis suis pertinaces detrusit. Quæ cum ita sint dilectissimi fra-  
 tres

tres per clementissima huius optimi Domini viscera vos rogo,  
 vt lapides istos manibus dimittatis, & ex hac ineffabili Dei pie-  
 tate fructum percipiat, veramque peccatorum poenitentiam  
 agatis: vt hoc modo diuinam gratiam consequamini postea ve-  
 ro ad cœlestem gloriam conscendere mereamini. Amen.

### ¶ Feria. V. post Dominicam Passionis.

*Rogabat Iesum quidam Phariseus, vt manducaret cum  
 illo, &c. Luc. 7.*

IN Hodierna Sancti Euangelij lectione, fratres charissimi de  
 cuiusdam peccatricis conuersione agitur, quæ ad sanctissimos  
 Domini pedes prostrata peccatorum suorum veniam compara-  
 uit. Hoc autè nobis sancta mater Ecclesia spectaculum hodierna  
 die ante oculos proponit, vt si maxime, assidueq; vociferationes,  
 quibus ipsa ad nos huc vsq; clamauit, nos ad peccatorum nostro-  
 rum poenitentiam inducere nequierunt: his saltem diuinæ Dei  
 misericordix pignoribus conuincamur. Maximum auribus no-  
 stris excitatorem apponit mulieris cuiusdam in ciuitate sua pro-  
 pter turpem ipsius viuendi rationem infamis: in toto autem terra-  
 rum orbe propter ipsius admirabile conuersionē clarissimæ atq;  
 famosæ poenitentiam referens. Voluit quippe altissimus Deus  
 plurimos peccatores conuersos in cœlesti gloria commorari. Nā  
 si eos tantummodo in cælum conscendisse crederemus, qui nullo  
 vnquam tempore peccauerunt, deficeremus nos peccatores arbi-  
 trantes impossibile esse, nos postquā tot peccata commisimus, ad  
 perpetuam illius gloriæ celsitudinem eleuari. Accidit aliquando  
 plurimos adolescentes longum aliquod iter confecturos è ciuitate  
 discedere, quorū alij sunt robustissimi, & celerri mē ambulant,  
 alij verò debiles, qui tam velociter nequeunt ambulare. Qui cum  
 minus arbitramini in vrbem reuertuntur: quos si interrogetis,  
 quare regressi fuerint, vobis respondebunt: Domini socij no-  
 stri tam celeriter gradiebantur, vt pariter cum illis incedere ne-  
 quierimus, cumque nos non expectarent, nec vllō vnquam  
 tempore morarentur, diffidentes nos illos consequi posse defe-  
 cimus, & reuersi sumus. O incomprehensibilem Dei misericor-  
 diam



diam! Nisi Deus tot tantosque conuersos peccatores in cœlestibus mansionibus collocaret: ecquid tibi esset infœlix? Dicit peccator, quò tendis? in cælum quos socios defers? Iustos. Optimi socij sunt isti, veruntamen animaduerte te debilem esse, & non poteris illos gradiendo adæquare. Verùm ne retrorsum regrediaris, sed ad cælum peruenias hoc Deus remedium quæsiuit: scilicet permittit iustos etiam aliquandò commorari, & te expectare, hoc est excidere, & peccatores esse sicut & tu es. Qui nisi caderent, sed semper in virtute graderentur tute illos consequi posse desperares. Ecce igitur ô fratres mulierem, quæ diu in peccatis plurimis commorata est, nec passum quidem in via virtutis ambulauit: quam Dominus conuertit, ne vos quantumcunq̃ peccatores sitis de eius misericordia diffidatis. Hoc est vnum ex operibus, propter quæ semper maximas gratias Deo nos agere oportet. Sic nobis consulit Sanctus Dauid dicens: lauda Hierusalem Dominum, lauda Deum tuum Sion: & plurimas huius rei causas assignans inter eas dicit: Qui dat niuem sicut lanam: nebulam sicut cinerem spargit. Mittit crystallum suam sicut buccellas: ante faciem frigoris eius quis sustinebit? emittet verbum suum, & liquefaciet ea: flabit spiritus eius, & fluent aquæ. Per niuem frigidam peccator significatur. Philosophi vnius materiæ dicunt esse niuem, & aquam. Hoc autem inter vtranq̃ue interest, quòd aqua fluit, nix verò sistit. Vniuersi homines vnius sunt naturæ veruntamen nonnulli sunt aqua: alij verò nix. Alij quasi aqua clarissima ad Deum sinem suum defluunt: alij verò quasi nix in peccatorum suorū frigiditate commorantur: nec ad bonum aliquod faciendum commouentur. Et de hac niue dicere possumus verba illa, quæ dicit Deus per Iob. Nunquid ingressus es thesauros niuis, quæ præparauit in tempus hostis, in diem pugnæ, & belli? Si militibus niuea merces hyberno præsertim tempore solueretur, nullus utique foret, qui se in illorum numerum vellet ascribi. Nunquid est hic aliquis qui in diem prælij niuem thesaurizet, quæ se ab hostibus tueatur? Ad hoc plurimi nummi, non autem niues thesaurizari, consuescunt. Deus autem in diem hostis, & belli niuis thesauros accumulatur. Ecquid arbitrari fuisse Sanctum Paulum cum sanctam persequeretur Ecclesiam: ecquid Magdalenam nimis voluptatibus indulgentem vitij immeritam, Dei que immemoram? Thesauri equidem erant

Psal. 147.

Iob. 38.

erant niuium, quibus plurimi frigecebant. Hos igitur thesauros niuis custodiuit Deus in diem prælij, tentationumque tuarum. Quando te frigidiorē, maioribusque tentationibus afflicto perspexeris, recordare quàm frigidi erant illi, & quàm efficaciter ad Deum conuersi sunt, posteaque per virtutis viam velocissimè currerunt. Et Deum diligentissimè lauda, quia niuem istam in lanam conuertit, nam ij, qui antea proximos suos algere faciebant, nunc postquam conuersi sunt: quasi lana omnes operiebant, & calefaciebant. Et nebulam sicut cinerem spargit. Id est conscientias peccatorum nebulis obscuratas in pœnitentiæ cinerem conuertit. Mittit crystallum suam sicut buccellas id est, eos qui antea quasi crystallus durissimi erant, quasi buccellas panis efficit. Pro quo nota crystallum esse aquam nimis frigidibus obduratā. Sic affirmat Ecclesiasticus dicens: Frigidus ventus aquilo flauit, & gelauit crystallus ab aqua. In partibus septentrionalibus breuissimi sunt dies, & gelata aqua non potest iterum liquefieri, quia ut sol citò occidit, non potest aqua ab eius radijs liquefieri: cūq̃; statim alia pruina superueniat, tot super rigidum illud gelu excidit ut crystallus hæc, quam lapidibus quidem duriorē cernitis, efficiatur. O quàm insignis metaphora ad miserum peccatoris statum significandum, Quandiu in gratia perseuerabas, eras quasi clarissima aqua: & quemadmodum aqua ad quamcunq̃ue formam recipiendam est disposita: etenim si in orbiculari vas illam injiciatis, sine difficultate formam orbiculari recipiet: & idē si in vas quadrangulum illam infuderitis, sic anima iusti disposita est ad omnia, quæ Dominus ei facere voluerit. Verùm vbi primū mortale peccatum committit, statim gelida remanet. Quæ si negligens fuerit in illo expellendo, illud alterum, & alterum, ac plurima peccata post se ferunt: & tot pruina super miseram animam excidunt, ut dura quasi crystallus efficiatur, & ita frigeat, ut per exaggerationem de illa dicat Sanctus Propheta: Ante faciem frigoris eius quis sustinebit? quasi dicat: omnes, qui tecum conuersantur, frige facis: ita ut ferè impossibile videatur quenquam in diuini amoris calore sustineri, si tecum conuersatur. Verum tamen adeò potens est Deus, ut hanc durissimam, atq̃ue frigidissimam crystallum in buccellas panis conuertat, hoc est, illum talem efficit, ut omnibus sit virtutis exemplum: suoque diuino spiritu in compunctionis, &

Ecclesi. 43.

lachrymarum imbres eum resoluat. O benedictus, & glorificatus, sit talis Deus, qui talia mirabilia nouit efficere. Perpendite quam merito dicit Dauid: Lauda Hierusalem Dominum. Hæc omnia in hac sancta peccatrice verificata perspiciamus. Etenim hæc erat nix frigidissima, nebula obscurissima, ac denique crystallus durissima. Et ex omnibus his malis illam Dominus abstulit, sicut & te auferet quantuscunque peccator existas, si modo ipsius auxilio uti volueris.

*Luc. 6.*

Dicit igitur Sanctum Euangelium: *Regabat Iesum quidam pharisæus, ut manducaret cum illo.* Certum est Dominum non ad illud conuiuium accessisse, ut ciborum iucunditate delectaretur, siquidem hordeaceo pane in deserto se sustentare consueverat, ut apparuit in prouisione, quam eius discipuli secum afferebant, quando turbam illam maximam voluit inuitare. Aut cum discipulis suis, se in agrum conferebat, ut spicarum, quas manibus confricabant, grana comederent. Iuit autem propter illud, quod in domo Pharisæi euenturum erat. Murmurabant Pharisæi, quia Dominus cum publicanis, & peccatoribus manducabat, at ille, murmuratis (inquit) ego igitur vadam domos vestras ut manducem, & peccatores ad maiorem vestri confusionem illuc ibunt, ut me querant siquidem vos non facitis quod & ipsi faciunt, atque ad maius ipsorum meritum, & excusationem meam.

*Matth. 12.*

*Marc. 2.*

*Luc. 6.*

*Et ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix.* O Sancte Euangelista dic quæ vocatur hæc mulier, non vult eius nomen nobis dicere: sufficit enim nos scire illam satis magnam peccatricem fuisse. Attendite fratres quanta sit Dei misericordia: etenim cum aduersus diuinam ipsius maiestatem peccetis, sæpenuerò, quando vobis conuenit honorem vestrum custodit: & ideo hic non illam proprio vocabulo nominat. Quando ipsa prima Sabbathorum valde manè surrexit, & aromatibus onusta perrexit ad monumētum: quia illud pium opus erat, ideo eius nomen Sanctum Euangelium refert dicens: Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Salome emerunt aromata, ut venientes vngerent Iesum. Itaque cum de sanctis eius operibus loquitur illam vocabulo proprio nuncupat: quando verò eius vitia refert, nomen illius silentio prætermittit. Quando hic Sanctus Euangelista de diuite epulone, de quæ paupere Lazaro locutus est, quia pauper bonus erat, ideo eius nomen assignauit dicens, erat quidam mendicus nomine

Lazarus.

<sup>12</sup> Lazarus. Diuitem autem quia malus erat, non nominauit, sed dixit: *Luc. 16.* homo quidam erat diues. Itaque hucusque Dei misericordia peruenit ut, quanuis malus sis honorem tuum protegat, ei que consular. O quam vice versa sit in hac misera tempestate. Si enim vicini vestri in defectum aliquem incidunt, statim illum vultis omnibus innotescere: si autem bona opera facit, illa sepelire conamini, & accidet aliquando cum mulier aliqua in peccatum inciderit, perque misericordiam Dei statim ab illo surrexit: illam que; vel maxime peccati poeniteat: te in aliorum tibi similibus conuersatione loquentem eius peccatum in publicum proferre, & per illud ita velociter currere ac si magnum aliquod præmium esses adepturus. Vidistis (ais) illius mulieris exitum. Qui vnum corbem facit, centum utique faciet. O maledicte quomodo non times Deum? cum illa iam ad Deum conuersa sit, tu ita in omnium conspectu eam dedecoras? Non sit ita frater charissime: sed prohibe linguam tuam a malo: ait Sanctus Dauid si gratiæ, atque amoris vitam habere vis: nam antequam hoc dixisset, dixerat: Quis est homo, qui vult vitam, diligit dies videre bonos? & ipse Dauid ubi domus suæ administrationem, moderationemque depinxit, inter alia sic dicit: detrahentem secretò proximo suo hunc persequerbar. Quid igitur faceret publicè de proximis detrahenti? quantum bonum faciunt nonnulli linguis suis: tantum malum faciunt alij detrahendo. Quapropter dixit sapiens, mors, & vita in manibus lingue idest, in potestate linguæ. In quo significat bonam linguam rem coelestem esse, malam autem rem infernalem. Prisca quædam historia refert, cum quidam amicum suum vellet ad <sup>14</sup> coenam inuitare iussisse famulo suo, ut iret in forum, remque meliorem, quam in illo reperiret, sibi afferret, ut conuiuia comederet: Famulus autem prudens linguam attulit. Cui iratus herus dixit: semper vice versa facis? præcepi tibi melius afferre, tu verò peius mihi affers. Abi igitur, & affer peius quod inueneris. Qui abiens in forum alteram linguam attulit: volens utique in hoc significare nihil melius neque peius esse lingua. O si Deus suum sanctum timorem nobis concederet, quo linguas nostras regeremus, atque ex illis plurimi boni instrumentum efficeremus.

*Psalm. 33.*

*Psalm. 100.*

*Prou. 28.*

Dicit: *Quæ erat in ciuitate peccatrix.* Ut significet illam esse ab omnibus cognitam ut peccatricem. Peccandi enim inueterata con-

Tom. j.

Didd 3

suetu-

*Psalm. 11.  
simile.*

*Psalm. 11.  
simile.*

*Bernardus  
ad Eugeniū.  
Iob. 20.*

*Prov. 22.*

*simile.*

*1. Reg. 17.*

fuetudo efficit, vt Deitior hominum que verecundia deponatur. Loquens Dauid de peccatoribus dicit: in circuitu impij ambulat: lumentum molam versans nunquam ab vno metro exit: & sic terram, quam totiens præteriens conterit duriores reddit. Sic peccator cum hodiè eadem peccata committat, in qua heri, & nudiustertius incidit, semperque in eadem via persistat, carnalis hodiè, & carnalis cras existens: sic etiam durius, & impudentius cor indies efficit, Deus vos liberet à peccandi cōsuetudine; de qua dicit Beatus Bernardus: Quid non inuertat consuetudo? quid non assiduitate duretur? vnde de talibus, & de singulis quibusque dicitur in libro Iob, ossa eius implebuntur vitij adolescentiæ eius: & cum eo in puluere dormient. Hæc est exaggeratio, qua vti consuecimus, cum de perditissimo, ac flagitiosissimo quodam dicimus: Nequitiam in ossibus habet inclusam. Et cum eo in puluere dormiet. Idest, vitia, quibus ex longo tempore assuefacti sumus, vsque ad mortem durant. Quia adolescens iuxta viam suam etiam cum senuerit, non recedet ab ea. Rationem autem quare tandiu peccatores in peccato commorari consuecunt assignat Iob in eodem capite citato vbi dicitur: cum enim dulce fuerit in ore eius malum, abscondit illud sub lingua sua. Parcet illi, & non derelinquet illud, & celabit in gutture suo, in ore, idest, affectione. Sicuti qui dulcissimum cibum comedit, qui Hispanè dicitur [*Alcorça*] non illum dentibus conterit nè dulcedo illa citò prætereat, sed sub lingua illum abscondit, vt illic paulatim liquefiat, & sic illius sapore, atque odore diutius perfruatur. Sic etiam peccatores nouas semper rationes inquirunt, vt vitij quo implicati sunt, voluptas eis amplius duret: & dolent quòd eis magis non durat: & hi sapores efficiunt illos vsque ad mortem in peccato perseuerare. Quapropter fratres mei vos deprecor, & sanctissimæ trinitatis nomine adiuro, vt diligentissimè peccato aditum concludatis, siquidem apertè perspiciatis, vbi primum in hominem ingreditur, quantopere illius dominatur: & quam difficile est expulso postquam altas in homine radices egit: quòd quide n facillimè potest in initijs superari. Etsi gigas ille quocum decertauit Dauid, fortissimus erat: vt sanctus adolescens primum lapidem in eius caput direxit, quo percusso illum facile in terra deiecit. Et ita dicitur illic: tulit vnum lapidem,

idem, & funda iecit, & circumducens percussit eum in fronte. Et infixus est lapis in fronte eius, & cecidit in faciem suam super terram: sic vos facere oportet fratres charissimi, semper capiti restituri estis, quando vos tentatio aggreditur. Per hoc caput duo intelligere potestis: alterum est initium peccati: quod si prostraueritis: omnia deuicta remanebunt. Alterum verò est quòd quando tentatio aduenit, ne discurratis dicentes intra vos, si hoc fecero, hoc diuitiarum, honoris, aut valetudinis mihi incommodum accidet. Etenim hoc est in pedes tela dirigere: sed statim ad caput debetis intendere, & dicere: Hoc est contra præceptum Domini. Igitur quanuis millies mihi moriendum sit, non tamen id facturus sum. Et hoc facientes nullum peccato aditum patefacietis. Etsi hæc mulier in se obdurata erat, diuinus tamen Magister suis efficacissimis sermonibus illam mollescit, & ad sui amorem, obedientiamque redegit. O quam merito dixit Dauid sagittæ tuæ acutæ populi sub te cadent in corda inimicorum regis: idest verba tua potentissima, atque efficacissima sunt ad efficiendum vt populi à peccatis suis excidant, obedientiæque tuæ iugo submittantur: atque ad inimicorum tuorum corda penetranda. Vnus ex maximis inimicis, quos Deus in hoc sæculo habebat, erat hæc mulier, cuius cor illis sagittis acutissimis vulnerauit. Et ita dicere poterat, dicite dilecto meo quia amore langueo. Nam amore languens languentis cœpit signa demonstrare. Incipit quippe somnum amittere, nec dormire potest, iam non potest edere, iam illi omnia contraria videbantur: magnoperè Deum sitit, secularium rerum illam tædet: ita vt dicere posset cum Iob: tædet animam meam vitæ meæ. Maximas vanitates transegi: plurimisque vanitatibus fructa sum, verum iam hæc omnia odi, iam mihi aduersantur. Fallax gratia & vana est pulchritudo. O vanam pulchritudinem! ô infœlicissimum vultum, in quem vani ad peccandum aspexerunt. Ecquis rei confidit, quæ vnica febri annihilatur, & marcescit? Incipit contemplari; recordatur quoties Dei amatores deriserat: incipit in anima sua Dei manū sentire: sentit illud Beati Augustini. Inquietum est cor nostrum donec veniamus ad te: cogitat intra se quomodo tanta peccatrix coram summa Christi Redemptoris nostri innocentia debeat apparere. Ad apparentum confortatur verum illum Deū esse credens,

*Psalm. 44.*

*Cant. 5.*

*Iob. 10.*

*Prov. 31.*

*Augusti.*

dens, & in mundū ad peccata dimittenda venisse non dubitans. 21

*Et ut cognouit quod Iesus accubuit in domo pharisæi: &c.* O mulier peccatrix, nunquid non melius esset, ut vesperum expectares, & cum te nemo videret, ad huius clementissimi Domini domum te conferres & illic cum eo vno saluationis tuæ negotium ageres? ut quid vis esse pharisæis occasionei murmurandi? non vides amatores tuos te irrisuros esse, cum te solam perspexerint, præsertim quam cum è domo exibas, viginti, aut triginta elegantes viri præcedere consueuerant? Ah, nec scio (inquit) expectare, & vix possum: peccatum enim meum me ad remedium inquirendum vehementer stimulat. O quam meritò dixit Deus per Hieremiam Prophetam, arguet te malitia tua, & auersio tua increpabit te. O peccator ipsummet peccatum tibi dicit: Abi hinc o proditor flagitiosissime, quod si nolueris emendari te condem-

*Hier. 2.*

nabo, efficiamque ut sis ticio inferni. Audi obstupendam quandam rem. Ipsummet Ægyptij, qui filios Israel captiuos tenebant, eos rogabant, ut à domibus suis liberi abirent. Urgebant Ægyptij populum Israel de terra exire velociter: (ait textus sacratus).

*Exod. 12.*

O anima peccatrix attende peccata esse Ægyptios, quorum seruituti subdita es: & hæc te interioribus vocibus exhortantur, ut ab eis exeas: ipsa etenim sunt, quæ postquam ea commisisti, tibi bellum inferunt, & cor tuum timore percutiunt, ut ab eis discedas, præcipuè cum Deus per misericordiam suam in hanc animam lucem gratiæ præuenientis infundit, qua illustrata malum statum, periculumque, in quo commoratur, intelligit. Est quisquam inter dracones, & basiliscos, & quia tenebrosus est, non illos videt: si verò lucis radius ingrediatur: o quanto timore percussus exitum sibi diligenter inquirat. Peccata verò draconibus, & basiliscis multò peiora sunt, hi enim corpori tantum, &

*simile.*

non animæ possunt officere: peccata verò vtrunque in infernum æternis cruciatibus contorquendum percutiunt. Et cæcitas qua diabolus hominem in peccato commorantem obscurat, illum absque timore esse facit. Verum ubi primum diuina lux ingreditur, quæ est gratia præueniens, qua Deus peccatorem illum inuincit, o quam velociter curat, qui illam habet, se ab illo periculo eripi, ac liberari. Itaque qui prius plurimis repletus peccatis & absque timore diu fuerat commoratus, hac cœlesti cognitione illustratus iam se in crastinum non esse peruerturum existimat. Hæc diu-

24 diuinam lucem percipit hæc mulier, & idè ad vesperum noluit expectare: sed in conuiuium ingreditur contristata; quæ antea in amoenissimis hortis fuerat celebrata; se sequæ ad clementissimi Domini pedes prosternit. Quando domus alicuius comburitur, quamuis sit vir primarius, grauitatem, autoritatemque suam minimè respicit, nec ad hominum honorem attendit, sed ut damnatum suum omnibus innotescat, in viam egreditur, & in domū, ubi est aqua vociferans ingreditur. A quam (inquit) aquam afferre viri, quia domus mea concrematur. Sic fecit Magdalene, animaduertens enim animam suam sensuali igne comburi autoritatis suæ immemor in domum Pharisæi ingreditur: quia erat illic perennis spiritualis aquæ, id est, gratiæ fons, ut ex illo aquam ad ignem illum extinguendum hauriret. Quam ut Pharisæi viderunt, illam deridere cœperunt; illi ridebant, at illa plorabat: illi gaudebant: at illa dolore cruciabatur.

*simile.*

*Et stans retro secus pedes eius.* Retro se proiecit propter verecundiam, & ad pedes se prostrauit propter humilitatem. Pudica namque & humilis accedebat. Humilitas etenim, & verecundia duæ virtutes maximè necessariæ sunt ad peccatorum veniam consequendam. Non vis à Deo vituperari? vitupera igitur temetipsum, pudeat te peccati tui, & illius te accusa, & non æterna illa confusione confundèris. Dic sicuti dicebat Iob: Dimittam aduersum me eloquium meum. Quando ad confessionem accedis, attende te ire, ut de te maledicas, non autem ut te excuses, & sic Deus, & eius Angeli te laudabunt; & simul cum reprehensione, & accusatione tui humiliare vsque ad terram, & à Deo exaltaberis, quia ipse se dicit: Qui se humiliat, exaltabitur.

*Iob. 10.*

*Lachrymis cepit rigare pedes eius.* Ne verbū quidem ore proferebat. Beatus Augustinus interrogat: Maria quid dicis? quid quaeris? Nō petis aliquid? Nihil aliud futurum est præter lachrymas? Nihil ore profert, quia Dominus, quo cum loquitur, optimè corda intelligit. Interius cum eo sermonem habebat: exteriora verò eius verba erant lachrymæ, quæ quidem maximæ efficaciam, ac valoris sunt ante Deum. Idcirco dicit Sanctus Hieremias: Deduc quasi torrentem lachrymas per diem, & noctem non des requiem tibi, neque taceat pupilla oculi tui. O quam salubre confite verbum illud: Non taceat pupilla oculi tui. In quo signi-

*Luc. 18.*

*Augusti.*

*Thren. 2.*

*simile.*

ficat planctū elegantissimum apud Deum esse sermonē. Tela li-  
nea quādo prodit manu texentis, nigra exit, & sic necesse est illā  
sæpenuerō aqua perfundi, & ad solis radios collocari, & po-  
stea quasi nix alba efficitur. O quā nigrā & obscūrā tela erat  
huius mulieris vita, in qua mundus, diabolus, & caro quicquid  
eis libuit, texuerunt: & ipsa duodecim annos plurimas abomina-  
tiones orsa est, ita vt in malis pauci ei excederent. At tamen plu-  
rimis lachrymis perfusa, & iuxta solem iustitiæ Iesum Christum  
filiū Dei collocata super niuē dealbata est. O fratres charissimi, in  
vosmet ipsos oculos conijcite: considerate quas telas orsi estis, &  
texuistis, & cognoscetis quā nigrā atque immundā sunt. Faci-  
te igitur quod hęc mulier fecit: plurimas coram Deo lachry-  
mas effundite, nec quomocunque lachrymari contenti sitis.  
Sed attendite quid dixerit Hieremias in verbis supra citatis. **De 28**  
duc quasi torrentem lachrymas. In quibus denotat siquidem  
multum peccastis, multum etiam vos lamentari oportere; &  
hoc sit die ac nocte. Nec verō dicatis: Hęc est mulier debilis,  
& ideō lachrymatur: nam debiliores sunt homines, qui non  
plorant. Videte vtrū magnanimus fuerit Dauid, qui leones la-  
cerabat, & gigantes in terram prostrabat: & tamen postquam  
Deum offendit, dicit: Exitus aquarum deduxerunt oculus mei.  
Non quocunque modo plorabat, sed tanquam à fontibus lachry-  
marum riuulos emittebat. Considerate Sanctum Petrum adeō  
constanti animo, vt in medios maris fluctus se se immitteret, quō  
sanctissimum Magistrum suum videret: pro trina autem nega-  
tione tandiu maximam lachrymarum copiam ab oculis profu-  
dit, vt (sicut affirmat D. Clemens) in eius genis illarum assidui-  
tas sulcos effecerit, etsi sibi peccata sua dimissa esse cognoscebat.

*Et capillis suis tergebat.* Laquei illi, quibus antea corda vincie-  
bat: crines illi, qui antea, vt diabolo ministrarent, crispati erant,  
nunc quasi linteum sunt, quo Domini pedes abstergantur. *Et*  
*osculabatur pedes eius.* Primum verbum, quod sponsa in Canti-  
cis protulit; hoc fuit: *Osculetur me osculo oris sui.* Et quam-  
uis sponsam sic absolutē exordiri dissolutionis genus esse videa-  
tur, maximum tamen fuit amoris signum. Alij contextus ha-  
bent: *Osculetur me osculis oris sui.* Hoc autem dicit, vt signifi-  
cet se nolle breuiter, & per transennā, sed crebrō & prolixē Deo  
perfrui. Nam vt dicitur: Qui edunt me adhuc esurient, & qui bi-  
bunt

*I. Reg. 17.**Psalm. 118.**Gen. 1.**Eccles. 24.*

30 bunt me, adhuc sitient, idest, dei fruitio non parit tædium; imo  
potius excitat appetitum, vt eo magis anima frui concupiscat.  
Et hoc etiam significat phrasis sanctæ Scripturæ in geminatione  
verbi illius: *Osculetur me osculo: quæ frequentationem, atq; assiduitatem*  
*quandam denotat, vt in illo, morte morieris, idest, vbi* *Gen. 2.*  
*primum ex hac arbore comederis, protinus morieris.* Veniens,  
veniet, idest, celerrimē properabit, nec quousq; accedat vsquam  
demorabitur. Sic osculo, osculari est affectuosē, & assiduo oscula-  
ri: & quare dixit oris sui: quod superfluum esse videtur. Nūquid  
solet quis piā pedibus, aut manibus alterū osculari? O anima mea,  
si tuū diuini sponsi ingenium nosces, verbera ab eius benedicta ma-  
nu dimissa oscula esse cognosceres: & te ab illo abijci, diuinisq;  
ipsum pedibus humiliari, etiam esset ab illo osculari, maximisq;  
31 beneficijs affici, videlicet, vt te ad se ipsum alliciat: etsi (quæ no-  
stra est miseria) non tāta præditi sumus virtute, vt hæc oscula pe-  
tamus, eo quōd nimis amara nobis esse videntur: oscula oris eius  
tantūmodo postulamus; quæ sunt spirituales delectationes, qui-  
bus anima consolatur.

Prius autem quā Magdalene suauissima hæc oscula à Do-  
mino postularet, cum intrinseca cordis sui amaritudine. *Cæpit oscu-*  
*lari pedes eius, & unguento ungebatur.* Effudit vas pretiosi unguenti su-  
per pedes Domini. Vultis o fratres Deo adimpleri? vosmet ipsos  
euacuate. Vultis gratia repleti? peccatum, quod vobis unguentū  
odoriferū esse videbatur, ex corde effundite. O beata peccatrix,  
quæ ex omnibus obtulit sacrificiū! Quæ tale fecit, tale petsolet.  
32 Tot sacrificiorum genera inuenit, quot peccatorum genera cōmi-  
serat: cum omnibus partibus corporis sui à Domino misericordiā  
expetebat. Contingit vobis aliquando ad mensam federe, & ca-  
niculam secus pedes vestros commemorari, quam si attentē perspi-  
tis, omnia eius mēbra cibum à vobis videntur exposcere. Ore la-  
trans, oculis suspiciens, auribus intendens, manibus exarans, ac to-  
to denique corpore motus exercet, quibus vos conatur inclinare,  
vt eius necessitati succurratis. Sic etiam hæc peccatrix, quasi cani-  
cula ad pedes Domini sedentis ad mensam proiecta omnibus cor-  
poris partibus misericordiā efflagitat: oculis, scilicet, capillis, ore,  
corporis dispositione, cum omnibus remedium deprecatur. Di-  
scite hinc fratres mei quomodo vos misericordiam à Domino pe-  
tere oporteat.

Ecce igitur mulier, qua erat in ciuitate peccatrix. Cernite illam, & diligenter considerate, non autem oculis, quibus illam Phariseus aspexit, qui intra se dicebat: *Hic si esset Propheta, &c.* Vt quid scandalizaris ô Pharisee? nunquid de Christo filio Dei, an de muliere ista? De illa immeritò scandalizaris: nam cum sit immunda, ad puritatis fontem, vt abluatur, accedit. De Domino autem multò minus scandalizari debes: cum enim sit verus medicus, huic infirmæ vult mederi. Vt quid dicis: *si esset Propheta, sciret utiq?* Longè opinione falleris: nam quia Propheta est, illamque peccatricem esse nouit, idèd eam ad se accedere patitur. Tu murmuras, quia illorum neutrum cognoscis, quia verò illi se inuicem cognoscunt, idèd se tractant, sicut vides. Attende quàm procul abes à veritate. Tu etenim peccatricem illam esse ducis, cum tamen iam peccatrix non sit: illumque Prophetam non esse tibi persuades: cū tamen sit Dominus, qui Prophetas facit: & sciens illum cor tuum fuisse perscrutatatum, cogitationemque tuam cognouisse, verum Deum illum esse intelliges, siquidem tibi dicit: *Simon habeo tibi aliquid dicere, &c.* In quo dubio in corde tuo delitenti respondet: Venit mulier quædam Sunamitis, & proiecit se ad pedes Elisei Prophetæ; & accessit Giezi, vt amoueret eam; & ait homo Dei: Dimitte illam; anima enim eius in amaritudine est. Siquidem igitur hæc mulier amaritudine plena ad pedes Domini accedit, ne de illa murmures ô Pharisee. Sed desine illam remedium suū perquirere. Ne sis sicuti Giezi qui Sunamitidè à Prophetæ pedibus amouere conabatur. O quot Pharisei sunt hodie, qui vt anima se Deo tradere incipit, statim murmurant, & illam derident, atq; ab incepto bono reuocare conantur. O fratres mei per charitatem Dñi vos rogo, ne tantū malū faciatis. Vos autè ô animæ Christo Iesu deditæ his murmurationibus obfurdescite: sicuti hæc sancta Magdalene hodie Phariseorum detractionib⁹ surdesebat: & sic perseverauit, quousq; auribus suis ab ore Dñi dulcissimū illud verbū percepit: *Fides tua te saluā fecit, vade in pace.* O Christe reparator vite, perennis totius misericordiæ fons, benedicta sit clemētia tua, quia sic peccatorib⁹ misereris. Tu es Dñe, qui pro tua probitate peccata dimittis, animaq; saluas facis: at verò dicis illam à fide sua saluam factam fuisse. Ecce quanto perè peccatorē honestat, fidei eius beneficium, quod in eum confert, attribuēs. Super hæc verba notabilè quandam rē audite: Beatus Paulus dicit: Iustitia

4. Reg. 4.

Roma. 3.

36tia Dei per fidem Iesu Christi in omnes, & super omnes, qui credunt in eum, id est iustitia Dei, per quā iustificamur, quæ est passio Christi, & gratia eius, applicatur mortalibus primo per fidem Iesu Christi. Attamen cum plurimi sint actus nobilissimi, Deoque gratissimi, qualis est charitas, spes, timor filialis, patientia, peccatorū dolor, diuinorū deniq; Sacramentorum vsus: quare B. Paulus plurimis in locis primam applicationē meritorum Christi Redemptoris nostri fidei attribuit, sicuti apparet in hoc loco; & alibi dicit: Credenti in eum, qui iustificat impium, fides reputatur ad iustitiam. Et alio in loco dicit: Gratis saluati estis per fidem. Hæc quæstio est Diui Thomæ: Ad cuius responsonem notate regulam esse Beati Augustini: nullum adultū absq; proprio ipsius actu iustificari posse. Vt pulchrè probat ex illo loco Pauli: 37 Non exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato: sed exhibete vos Deo. Vbi apertè dicit, hominē iustificandū proprium actum recedendi à peccato, & conuertendi se ad Deū habere debere, vt autem hic actus in adulto necessarius debet esse in respectu ad Deum: hic autem actus ad Deum est per fidem. Ratio namque præcipit, vt si peccator ad Deum conuertendus est, atque in eius amicitia rediturus, ante omnia credat in Deum, qui promissit se peccata dimissurum esse per Iesum Christum filium suum, vt dicitur: Quem proposuit propiciatorem per fidē in sanguine ipsius, quòd si nō crediderit, quomodo conuertetur? Si autē sine fide conuertitur, frustra conuertitur. Et quamuis fides sine gratia mortua sit: est tamen lux, & magistra quædam omnia ad salutem consequendam necessaria erudiens. Fides docet necessariam esse spem, & fiduciam in Deo, docet necessariam esse charitatem, docet ad pœnitentiam confugiendum esse, docet peccata confitenda esse: ac deniq; docet opportunum sacramentorum vsum esse necessariū. Cum igitur hæc omnia doceat, manifestè apparet, ex parte hominis illam esse caput, & initium iustificationis. Idèd dixit S. Apostolus, prædicationem suam esse ad obediendum fidei in omnibus gentibus, id est, vt omnes gentes obediant fidei. Atq; idcirco in his locis vult dicere, fidem esse primā viam ad iustificationem. Et apertè declarauit, vltra fidem plura esse necessaria, quādo quidem addidit, dicens: In omnes, qui credunt in eum. Credere in Deum, est illi adhærere, illi seruire, illum amare. Quia verò fides sanctæ Magdalenzæ remedij ipsius fuit initiū: idcirco dicitur

Roma. 4.  
Ephes. 2.  
Tho. super  
3. cap. epist.  
ad Roma.  
lect. 3.  
Augustin.  
Roma. 6.

Roma. 3.

Roma. 1.



dicit ei Dominus: *Fides tuare saluam fecit.* Siquidem igitur fratres 39  
charissimi, per diuinam misericordiam omnes hanc fidem habemus, illa utamur, omnibus quæ nobis præcipit obedientes, & sic gratiam suam Dominus in hoc seculo, & in futuro cælestem gloriam largietur, Amen.

**Feria. VI. Post Dñicam in Passione.**

*Collegerunt Pontifices, & Pharisei concilium, & dicebant: Quid facimus, quia hic homo multa signa facit?* Ioannis. II.

**V**OLVIT Spiritus sanctus, ut hæc abominabilis iniquitas literis mandaretur, quod homines hortaretur, ne passionibus aditum patefaciant. Quantum enim minimæ sint, post eas maiores obrepunt, post maiores autem maximæ superueniunt. Sicut accidit his scelestissimis hominibus, quibus dixit Dñs, Vos implete mensuram patrum vestrorum. Serpentes genimina viperarum, quomodo fugietis a iudicio gehennæ? A diuinitatis fastigium peruenerunt, quia parentes eorum Prophetas occiderant, illi verò Prophetarum Dñm interfecerunt. Qui cuppam cõstruit, ut tabulæ sibi inuicem cohereant, arcibus illas circuit, ne vinum foras erumpat. Ut autem arcus robur habeat, viminibus illos vincit. Et licet tabulæ arcibus sustineantur: illi tamen viminibus roborantur quibus contractis, etsi parum proficere videntur: arcus relaxantur, & tabulæ dissoluantur, atque ita vinum effunditur. Iusti in diuinis literis vasa nuncupantur, sicut illos vocat B. Paulus vasa misericordiarum, quæ Deus præparauit in gloria. In his tanquam in cuppis inest charitas, & diuina gratia. Arcus verò quibus hæc vasa circumdantur, sunt decem diuinæ legis præcepta. Et quoad anima his diuinis arcibus circumdata fuerit, gratiæ vinum non effundetur. Vimina verò quibus hi arcus roborantur, sunt res parvæ, quæ tantum obligant sub peccato veniali: qualia sunt illa quæ præcipiunt vana mædacia, verba otiosa, & cetera huiuscemodi esse fugienda: & hinc est, quod qui peccata venialia parua æstimat, vimina cõstringit, & disponitur, ut relaxentur arcus, hoc est, ut grauiora præcepta violenter, & sic gratiæ vinum effundatur, quod non fieret, nisi parua neglecta fuisset. Ideo dicit Ecclesiast. Qui spernit modica, paulatim decedit: & sicut dicimur: Nemo repente fit doctus, & nemo repente fit perfectus,

*Matth. 23.*

*simile.*

*Eccl. 9.*

*Ecclesi. 19.*

perfectus, dicere etiam possumus: Nemo repente fit pessimus, sed gradatim de peccato in peccatum dilabatur. Quocirca de iusto dicitur: qui timet Deum, nihil negligit. Quantumuis parua peccata sint, maximi illa æstimat, ne in alia grauiora prolabatur. Magister sententiarum dicit, vni & idem peccatum esse culpam, & poenam: in quantum voluntas vult malum: licet sub ratione boni est culpa, quod autem non vult est poena. Virgo, quæ se amatori tradit, culpam commisit, quia se tradidit, poenam vero incurrit, quia deturpata manet. Tradit se anima diabolo, & hoc est culpa; est etiam & poena, quia remanet absque Deo. Ita dicit B. August. Culpa est malum, quod agimus: poena autem malum, quod patimur. Vellet voluntas appetitui suo satisfacere: sed nollet Deum amittere, utrumque possidere vellet. Hæc autem est poena, quod Deum & eius gratiam perdit. Non solum autem peccatum quoddam est culpa, & poena: verum etiam peccatum, quod sequitur ex eo quod tunc non vult conuertere, est poena prioris, & illud alterum, & alterum, ac plurimum secum affert: sicut dicit B. Gregor. Peccatum, quod per poenitentiam mox non diluitur, suo pondere ad aliud trahit. Sicut saxum in montis cacumine collocatum, ubi primum ab illo loco incipit dimoueri, suomet pondere cadere compellitur, nec detineri potest quoad versus in profundum deueniat. Sic etiam miser peccator cum libertatem habeat post passionem suam, atque malitiam, quasi saxum se patitur, attrahi. Hæc omnia ad literam in his Phariseis, & pontificibus cernuntur: & sicut supra diximus, isthæc ante oculos nobis Spiritus sanctus proponit, quod in eis caueamus nec in tantum precipitium, sicut illi deueniamus. Verum, pro dolor, nullus est, qui in alienis periculis caueat. Sicut latro, qui cum socium suum in patibulo suspendi perspexit, tunc alienam crumenam abscindit. Hoc me in maiorem admirationem adducit, videlicet nos diuinis supplicijs non deterreri. Cum enim Deus iræ suæ supplicia nobis ante oculos proponat, nihil horum sufficit nos a vitijs cohibere. De hoc magnopere ipse querebatur per Hieremiam Prophetam, dicens. Et vidit præuaricatrix soror eius Iuda, quia pro eo quod moechata esset aduersatrix Israel dimissilem eam, & dedissem ei libellum repudij, & non timuit præuaricatrix Iuda soror eius: sed abiit, & fornicata est etiam ipsa, & facilitate fornicationis suæ contaminauit terram, & moechata est cum lapide, & ligno. O quanta est durities nostra! quod cum hos Iudæos Dei manu dimissos videamus, ut in poenam præteritorum scelerum tantum, tamque horribile facinus perpetrarent

*Eccl. 6.*  
*Magister sententiarum. dist. 36.*

*August. li. I. de libero arbitrio.*

*Gregorius. simile.*

*Hier. 3.*

nos ex eorum supplicij timorem non concipiamus, nec nos à sceleribus cohibeamus! Per ineffabilem Dei charitatem vos rogo dilectissimi fratres, vt hanc celestem doctrinam in cordibus reponatis: quò deinceps minima etiam peccata timeatis.

Dicit sanctum Euangelium: *Collegerunt Pontifices, & Pharisei concilium, &c.* Nonnulli ex illis, qui Lazari resurrectioni interfuerunt, cum se se ad Dominum conuertere, illumq; tãquam verũ Deum adorare deberent, abierunt ad Phariseos (ait Beatus Ioannes) & dixerunt eis quæ fecit Iesus: & statim sequitur in textu. *Collegerunt ergo pontifices concilium.* Itaque supernum illud miraculum fuit tãquam oleum, quo malitiæ eorum ignis magis inflammatus fuit, siquidem propter illud diligentius vitæ Domino mortem inferre curauerunt. Dicunt: *Quid facimus?* Verba sunt hæc hominum compunctorum. Diues ille cupiditate compunctus, dixit: *Quid faciam quòd nõ habeo quò congregem fructus meos?* Ille etiã, à quo auferbat Dominus villicationem, cum afflictione dicebat: *Quid faciam, quia Dominus meus auferet à me villicationem?* Et hinc Pharisei inuidia repleti cum viderunt miraculum claudi, quem Beatus Petrus sanauit, ad inuicem dicebant: *Quid faciemus hominibus istis? Liberet nos Deus à re, quæ tantoperè animum contorquet, quale est peccatum. Quod si sola auaritia, sola inuidia, solaque ambitio tam crudeliter hominem cruciat, quid cunctæ istæ in corde hominis efficiant? vt cognoscatis quot angustijs infelix peccator obsidetur. Omnes hi Pharisei ambitione, cupiditate, malitiæque repleti dicebant, cumque afflictione inter se inuicem quærebant: quid facimus, quia hic homo multa signa facit? Quanto propius bonus Iesus morti appropinquabat, tanto præstantiora miracula faciebat, omnipotentiamque & misericordiam suam apertius demonstrabat; vt nos doceret quanto propinquiores nos morti esse viderimus, tantò diligentius nos bene operari oportere. De quibusdã hominibus dixit Iob: *Quasi effodientes aurum gaudent vehementer cum inuenerint sepulchrũ. Sicut fodientes delectantur cum iam incipiunt thesaurum detegere, & sicuti præ gaudio lucri, quod suisinet oculis perspiciunt, magis fodere accelerant: sic etiam iusti viua cælestis thesauri spe concitati, quo magis ad mortem appropinquant, eo diligentius accelerant benefacere. O quàm malum signum est videri senes tepidos, ac in benefaciendo remissos, hominesque in lectulis suis**

commo-

commorari, morbisque & doloribus cruciari, qui tamen non magis ad moriendũ disponuntur, quàm si immortales essent. Quanto autem magis suam admirabilem potentiam Dominus demonstrabat, tãto magis horum infelicium inuidia augebatur. & idcirco sic afflicti, atque compuncti dicunt: *Quid facimus, quia hic homo multa signa facit?* Id est, quare illi iam mortem non inferimus, antequàm eum vniuersus orbis sequatur? Antea signum ab eo petebant, dicentes: *Volumus à re signum videre: nunc autem, quia signa facit morte dignissimum illum esse iudicant.* Mali nimis suo appetitui indulgent. Si Deus illis diuitias concedit, dicunt consentaneũ esse illos diuitijs suis delectari, ad hoc enim se illas à Deo accepisse dicunt, se seque inuicem ad illud inuitant, vt dicit sapiens: *Venite fruamur bonis, quæ sunt. Si Deus plurimos liberos eis tribuit, dicunt necesse esse fraudulentos contractus, atque conventiones efficere, proximosque decipere, ad illos alendos, & ditandos. Si se adolescentes perspiciunt, dicunt illud esse tempus idoneum ad fruendum hoc seculo. Non pertranseat nos (inquiunt) istos temporis, coronemus nos rosis antequàm marcescant. Homini malè proposito nihil prodest: ex omnibus malis occasionẽ assumit: sic isti scelerissimi homines ex præstantissimis Domini miraculis inferendi ei mortem occasionem sumunt. Dicite cæci legem istã tam grauem, grauissimamque præceptis onustam, qualia sunt circuncisio, tot suauissimorum ciborum priuatio, totque ceremoniarum onus, quare sustinetis? Nèquid nõ propter miracula, quæ in eis confirmationem maiores vestri à Domino facta perspexerunt? vt quid Moysi tot præceptis, atque implicationibus, nonne propter miracula credidistis? sic. Hic autem homo non operatur præstantiora miracula, quæ in hoc seculo visa sunt: vtrique. Quæ nam igitur ratio postulat, quod cum hic quadriduanum mortuum imperando, sicut Dominus ad vitam reuocauit, idcirco ad illum occidendum conciliari inuicem?*

Attendite autem qualem tantæ iniquitatis rationem reddant: *si dimittimus* (inquiunt) *cum sic omnes credent in eum, & venient Romani: arbitantes nouum Regem à nobis electum fuisse, nosque eis rebellare, & tollere eum nossum.* O infelices, quæ nam superficies est isthæ re, qua malitiam vestram operitis? Dicit, qui mortuum ab inferis potuit reuocare, nunquid non poterit viuos ab aliorum viuentiam potestate liberare? & idcirco hoc facere non posset, quæ

Tor. j.

Ecce

ratio

Luc. 12.

Luc. 16.

Mat. 4.

Iob. 3.

Mat. 12.

16.

Marc. 8.

Luc. 11.

Sap. 2.

Sap. 2.

ratio postulat, vt iustus pro Reipublice libertate moriatur. Si quidem pro nullo temporali bono peccatum mortale debet committi. Imò illi mortem inferentes citius in malum istud, quod timetis, prolabemini. Tanta est diuine ordinationis vis, vt nulla humana inuentione valeat impediri: imò potius rationes, quas ad illam effugiendam inquirimus, hæc metipsæ sunt media, ad illam exequendam. Non est consilium contra Dñm; dicit sapiens. Quot modos quæsiuit Pharao, ne Hebræi tantoperè multiplicarentur, & ab eius potestate exirent, laboresq; quibus illos affligit, omnia fuerunt media, quibus ipsi dispositi sunt, vt Deus eis subueniret, illosq; à crudelissima eius seruitute vindicaret. O quot in hoc seculo culpas committunt, vt à temporalibus incommodis liberentur, & sic citius in ipsa deueniunt, & nisi se se in meliorem frugem recipiant, in æterna etiam damna prolabuntur. De vno quoq; horum dicit Iob: Fugiet arma ferrea, & irruet in arcum æreum, id est vnum malum effugiens in aliud grauius incidet. Armatura ferrea est corporalis labor, & temporalis necessitas, quæ tanquã ferrum hominem transfigit. Sic illã appellauit Spiritus sanctus loquens de Ioseph. Ferrum pertransit animam eius, illum à fratribus suis vendi dari, & in Ægypti carcerem detrudi, ferrum appellauit. Ferrum intra se ferrugine consumitur: es autem non consumitur, sed permanet incorruptum. Sic temporales necessitates citò finiuntur: nam quoad plurimum quandiu hominis vita durauerit, tandiu illæ durare possunt. Liberet autem nos Deus à pœnis æternis, quæ per arcum æreum significantur. Armatura ferrea, qualis est culter, aut gladius, cernitur cum percutit: arcum autem non videtis quousq; iam ab eo percussus estis. Ideo temporales pœnas homines fugiunt, quia illas perspiciunt: qui autem peccant, vt temporalia detrimenta fugiant, in æternas pœnas incident, quas non sentient, neq; videbunt, quousq; eis crucientur; sicut his miseris contigit.

Dicunt: *Veniēt Romani: & tollent locum nostrum.* Vt ambitionem suam cooperiant, dicunt se Reipublicæ zelo ductos hoc facere; & ne diuinus cultus, qui Deo in illa ciuitate exhibebatur, amitteretur. Hoc utiq; est hominum ingeniũ, quod sub virtutis specie peccatores esse volunt: & non solum famã, popularemq; hominum opinionẽ turpiter, ac flagitiosè viuendo nolunt amittere, sed illã etiam augere conantur. Habet quis vinum, aut triticũ venale, & suffragatur in consistorio dicens, bonum esse ne aliunde frumentum,

istum, aut vinum afferatur, propter bonum Reipublice: hoc autem facit, vt frumentum suũ carius vendat. Voluit Absalon filius Dauid aduersus patrem suum confurgere, eiusq; regnũ occupare: & ad hoc faciendũ religionem finxisse, seq; in peregrinatione conferre simulasse. Vadam (inquit) reddam vota mea, quæ voui in Hebron. In valle Hebron sepulti iacebant, Adam, & Eua; Abraham, & Sara; Isaac, & Rebecca; Iacob, & Lia: Et illic vouere consueuerant Hebræi, vota q; sua ibidem adimplebant: & illud erat caput Iudææ, & ibidem erat præcipua, & fortior pars Iudææ, & sic arbitratus est Absalon si partem illam occuparet, facillimè cæteras omnes vrbes se occupaturũ esse. Vt autem hoc tantum, tamq; iniquum facinus perpetraret, sanctitatem simulauit: veruntamẽ vt accessit, non loca quidem sancta visitauit; sed principes largitionibus, pollicitationibusq; corrumpit, patremq; suum Hierosolymis expellit, & cũ tyrannide regnũ occupat. O incommutabilis Deus quot peccata sub peregrinationis, diuinæq; gloriæ zeli specie committuntur. Hæc autem sunt peccata, quibus difficillimè remedium solet adhiberi. Ad cuius intelligentiam animaduertendũ est nonnulla peccatorum genera in mũdo esse, de quibus homines erubescunt, sicuti si cum quis inebriatur, ab alijs illuditur, aut si furatur, & alia huiuscemodi: sunt enim peccata ignominiosa, & propria hominũ ignobilium. Alia verò esse peccata, quæ hominum abusione nobilitata sunt, quæq; iam hodie homines committere gloriãtur: sicuti iniuriã vlciisci. Tanto autẽ irremediabilis est vitium: quãto plus honoris secũ affert, qualia sunt, quæ boni publici specie operiũtur. De Romanis dicit B. August. sub specie utilitatis, & amplitudinis Reipublicæ vniuersum terrarũ orbẽ deprædari cõsueuisse. Illi etenim ambitiosi erant propriãq; gloriã experebant: bonũ autẽ publicũ hominibus proponebant. Hoc est grauisimũ peccatũ & morbus à quo perpauca sanantur. Hi infœlices innocētissimi lesu mortẽ exoptabant, timentes ne dñum suũ amitteret, & dicunt: Videamus nũc quomodo ei mortẽ inferri oporteat. Deducet enim honorẽ dignitatẽq; nostrã tantũ nobis crimẽ imponere sicut est hominẽ innocuũ, & iustũ interimere: sic igitur hæc illi necis occasio: dicemus nos, hoc propter bonũ publicũ facere, ne isthęc res publica destruat. Et his verbis manifestè apparet illos ad hoc iniquũ facinus perpetrãdũ ambitione cõmoueri. Super quod fratres magnoperè vos notare vel-

2. Reg. 15.

Iosue. 14.

Augusti.

tom. 5. 9.

L. M.

1. Reg. 21.

Iob. 20.

Psal. 104.

*Psalm. 37.*

lem, licet peccatum maxima in anima mala operatur, vnum ex  
 18 precipuis esse cæcitatem. Et sic referens David mala, quæ per  
 peccatum sibi contigerunt, hoc in fine tandem commemorat, di-  
 cens: Cor meum cõturbatum est, dereliquit me virtus mea, & la-  
 men oculorum meorum, & ipsum non est mecum. Primus effe-  
 ctus peccati est animæ inquietas, & conturbatio, ita, vt peccator in  
 semetipso stimulum gerat, quo maximè torquetur: atque ipsa  
 conscientia sit quasi carnifex, quæ de illo supplicium sumat. Et  
 hoc est: Cor meum conturbatum est, secundum malum est: De-  
 reliquit me virtus mea: Quando homo in gratia perfluit, virtutè  
 habet ad resistendũ: vbi primũ autè peccat, præcipuas vires amit-  
 tit, quæ illi ex gratia dimanabant; & captus est ad excidendum  
 in omnia peccata. Atque hoc est quod dicit B. Iacobus: Qui in  
 vno offendit, factus est omnium reus, id est, propinquior est, qui in  
 19 peccato mortali cõmoratur, ad grauissimum peccatorum omnium  
 committendum, quàm qui in gratia perseverat, ad leuissimum  
 quodq; peccatum mortale perpetrandum. Magis distat gratia à  
 minimo mortaliũ peccatorum, quàm minimũ à maximo abest.  
 Nam peccatori in lethali culpa existenti, si alia grauissima offera-  
 tur, non illam expellet pro amore Dei: iam enim in eo nulla est  
 charitas, nec propter inferni metum: quia iam se æternis cruciati-  
 bus damnatum esse credit: nec gratia pollet, qua resistat; & hoc si-  
 gnificat: Factus est omnium reus, id est, quantum est ex se in prom-  
 ptu est, vt illa omnia committat.

*Psalm. 6.*

Vltimum autem malum, quod dicit sanctus Propheta, pecca-  
 tum secum afferre, est cæcitas. Et lumen (inquit) oculorum meo-  
 rum & ipsum non est mecum. O Deus in quot infanias incidit  
 20 peccator in lethali culpa cõmorans: & quanto pudore confun-  
 ditur postquam conuersus est, propter illa mala, quæ in peccato  
 existens minime sentiebat. Et sic in illo Psalmo vbi nos legimus:  
 Conturbata sunt omnia ossa mea: & anima mea turbata est val-  
 dè, alij vertunt ex Hebræo contextu: Obstupuerunt ossa mea &  
 anima mea stupefacta est nimis. Et sic hæc translatio peccati mise-  
 riam apertius ostendit. Etenim peccatum non solum animæ vi-  
 res adimit, sed potentias etiam obstupescit: & anima quasi sine  
 iudicio remanet. Quemadmodum cum quis stupet, quasi extra  
 se remanet, & ideo peccatoribus dicitur: Redite præuaria-  
 tores ad cor, vt ad se reuertantur, ex eo namque quod extra  
 se.

21 se incedunt, ex vnis in alia peccata deueniunt. Et quanquam om-  
 nia peccata cæcitatem hanc secum afferunt, præcipuè tamen in-  
 ter omnia peccatum carnis, & ambitionis hominem excæcant.  
 De peccato carnis dici potest illud Psalms: Supercecidit ignis, &  
 non viderunt solem. Quocirca diligentissimè cauetes fratres, ne  
 ignis hic, & ardor carnalis super vos cadat; nam adeo vos excæca-  
 bit, vt ne clarissima quæque cernere valeatis. Quæ quidem per  
 solem intelliguntur. Ob hanc causam loquens Salomon de ado-  
 lescente quodam à turpi meretrice decepto dicit: Statim eam se-  
 quitur quasi bos ductus ad victimam: & statim addit: Et quasi  
 agnus lasciuens; & ignorat quod ad vincula stultus trahatur, do-  
 nec trãsfingat sagitta iecur eius: velut si auis festinet ad laqueum,  
 & nescit quod de periculo animæ illius agitur. Diligenter perpè-  
 22 dite quoties repetit verbum, nesciens, & ignorans. Vt hac assidua  
 verbi repetitione denotet, quantam cæcitatem peccatum carnis  
 secum affert. O infœlix libidinosè, qui non cognoscis te in infer-  
 num trahi, vbi et si inuitus oculos aperturus es: sicut deduxit Eli-  
 4. Reg. 6. fœus seruos Regis Syriæ cæcos vsque ad mediã Samariam: & ibi  
 Deum exorauit, vt in eis oculos aperiret, & viderunt se esse in me-  
 dio Samariæ. O quàm deceptos se experirentur, cum arbitrantes  
 se reperturos esse, quem quærebant, in medio foro se hostibus cir-  
 cumspectos animaduertent! Attende ô cæce peccator, et si te be-  
 ne duci arbitraris, teque in via ista, per quam ambulas, voluptatè  
 esse reperturum existimas, quando minus arbitratus fueris te à  
 diabolis obsidendum esse in inferno, vbi nullum tibi remedium  
 possis adhibere. O quàm meritò dicit David: Supercecidit ignis,  
 23 & non viderunt solem. Ecquis non stupebit considerans hominè  
 tam sanctum sicut Salomonem, quicum Deus toties locutus est,  
 & adeo sapientem, vt omnes homines sapientia excederet: apud  
 quem tamen tantum mulieres valuerunt, vt illum peruerterint,  
 & excæcarint, atque persuaferint, vt canes, & feles tãquam Deos  
 adoraret. O rem diœtu, atque auditu metuendam! Ecce quantam  
 cæcitatem peccatum carnis animæ affert: veruntamen maiorem  
 quidem affert ambitio. O Deus cæli terræque conditor, quàm cæ-  
 cus incedit ambiciosus, non habet taxim, quodcunque peccatum  
 committet, vt quod expetit, consequatur: aut ne quod possidet  
 amittat. A maiori cuiusdam fœmine, si serui eius dicat, illũ quod  
 expetit non posse comparare, nisi maximam nummorum copiã

Consumat, aut nisi fratri suo mortē inferat, aliosq; seruos suos occi-  
dat; statim dicit: Nolo illam cū tanto aliorū detrimento. Si autem  
ambitioso proposueritis, necesse esse montes & valles humano  
cruore adimpleri, vt ipse dominetur, statim dicit, vt ita fiat. Ille ty-  
rannus Iulius Cæsar quare vniuersum ferē mundū conturbauit,  
tantamq; humani sanguinis multitudinē effudit, nisi vt totius or-  
bis imperiū sibi vēdicaret? Alexāder, qui dicitur Magnus (nescio  
autē quare) cur terrę tranquillitatē peruerterit? Nō vtiq; propter di-  
uitias: etenim oēs illas famulis suis largiebatur: sed vt imperaret.  
Vt quantā cecitatē ambitio secū afferat, cognoscatis. Vultis ne co-  
gnoscere quousq; extēditur? Cōsiderate istud in hac sancti Euan-  
gelij lectione: siquidē hi scelerati homines adeo ambitione excē-  
cati sunt, vt ne dominū, quod habebāt, amitterēt, autoritate mor-  
tē intulerint. O maledictam ambitionem, quę ipsimet vitā Iesu  
Christo vitā ademit! Hoc sufficeret fratres charissimi, quo illam  
sūm opere detestaremur. Exit homo summo mane domo sua, &  
in via charissimū amicū suū gladio trās fessum reperit, & cū ama-  
ritudine, atq; afflictione deplorās, dicit: O charissime amice, quis  
te tā crudeliter interemit? ensemq; ab eius caduere euellit, & illū  
ad parietē collidit, atq; cōfringit: en sise est in culpa? an ne poenā ali-  
quā promeretur? Nō vtiq;: verūtāmē illū collidit, quia instrumē-  
tū fuit, quo amicus eius fuit occisus. O Christe superne fili Dei, si-  
delissime amice noster: ecquis tibi tā atrocem mortē intulit? quis  
te cruci tribus clavis affixit? *Veniēt Romani, &c.* Ambitio fuit hu-  
ius crudelitatis instrumentū. Si igitur huius cęlestis Domini fide-  
les amici estis, hoc mortis eius instrumentū magnopere debetis  
execrari: videlicet, ambitionem, qua illi excæcati tantum malum  
fecerunt, quæq; vos obcęcabit, si vos ab illa possideri patiamini.

*Vnus autem ex illis Caiphas nomine, cum esset Pontifex anni illius, dixit  
eis, &c.* Hucusq; horum malorū hominum cupiditas, & ambitio  
demonstrata est. In hoc autē verbo: *Anni illius*, illorum simonia  
detegitur. Nā summas Pontificatus erat perpetuus: illi autē quotā  
nis illū maiori pretio ementi vendebant: sicut dicit Iosephus; &  
ex hoc etiā verbo inferitur. Hoc autē faciebāt, quo plurimi digni-  
tate illa frui possent. *Proh dolor*, quantū est hic deplorandū! quā  
crebrō hoc fortasse fit in sancta Dei Ecclesia. Nisi q̄ tūc dignitatis  
venditio vocabatur: nunc verō, licet Ecclesiasticę dignitates pu-  
blicē non vendantur, plurimę tamē largitionibus, ac pollicitatio-  
nibus

*Lucanus  
Pharsal. li. I.*

*I. Mach. I.  
Dan. 7. 8. et  
II.*

*Simile.*

*Iosephus de  
anti. lib. 20.  
c. 16.*

27nibus adipisci consuecūt. Aliquiq; simoniam baptizarunt, illaq;  
redēptionē pensionis appellarunt: redēptio pensionis licita est.  
Veruntamen habes canonicatū, aut aliud Ecclesiasticū beneficiū  
& decernis te Romā proficisci, & dicit: *Quomodo nunc ex hoc  
beneficio pecunias elicere?* Dñe (ait alter) trāsfer beneficiū istud  
in amicū tuū, qui tibi aliquot nūmos, quotānis perfoluat, & redi-  
met pensionē istā. Nūquid hæc non est venditio? sic, quia ex pri-  
mo passu intendisti beneficiū vendere. De homine autē per simo-  
niā in Ecclesiā ingrediente (qui est sicut dicit Dñs: Fur, & latro-  
non enim intrat per ostiū) quid aliud sperari potest, nisi illū futu-  
rum esse, sicut hunc Caiphā simoniacū, qui aduersus Dñm sen-  
tentia protulit, dicens: *Expedi vt vnus moriatur homo.* Quid mirum  
est si vir Ecclesiasticus concubinarius sit, & alter ludendo noctes  
28 diesq; consumat, siquidē nūmis Ecclesiasticas dignitates emerūt?  
Siquidē (vt paulō antea diximus) peccata alia sunt aliorū poenæ.  
De lupis dicitur, vbi primū vnus ululat, statim alios plurimos cō-  
uenire: sic peccata quasi lupi, alia ab alijs inuitantur. Ex huius ini-  
quissimi pontificis verbis elicitor, quā periculosum sit hominem  
cupiditatis cupidū. & passione repletū consuli. Secundo colligi-  
tur, quantū incōmodū sit Reipublicę eius capita, virosq; pri-  
marios ambitiosos esse. Nullū vnquā Iudæis tantū malū accidit, sicut  
ambitiosos pontifices habuisse. Omnia mala, quę illis intu-  
lit Nabuchodonosor, & Cyrus Persarū Rex fuerunt leuissima si-  
cū illis conferātur, quę eis acciderunt. eo quod hos cęlestissimos,  
nimiaq; ambitione vulneratos pontifices habuerunt. Hinc enim  
tota illorum perditio dimanauit. Et hæc fuit causa præcipua, ob  
29 quā Deus eos à sua diuina manu dimisit. Ideo dicit Hieremias  
Propheta. Peccatū Iuda scriptū est stylo ferreo in vngue adamā-  
tino. Eadem die, qua hi Dño mortem intulerunt, in adamantina  
papyro, quę nullo vnquā tempore finietur, suum facinus scripse-  
runt. Alia peccata fuerunt in mundo scripta in papyro cōmuni  
& in corio quę et si diu durauerent temporis tandē discursu eorum  
infamix finitæ sunt. Hoc autem peccatum nunquam satis dignē  
perfoluetur. Scriptum est enim in illo pretioso adamante, videli-  
cet sanctissima humanitate Iesu Christi filij Dei, papyro incon-  
sumptibili, & incorruptibili. Tam recens est hodie diuini illius  
sanguinis effusio, quam cū Dominus resurrexit. Nota etiam  
ex omnibus peccatis huius seculi nullum tam factum extitisse,

Ecc 4 sicut

*Ioan. 10.*

*Simile.*

*4. Reg. 24.  
et 25.*

*2. Paral.*

*36. et. 3.*

*Esdr. 2.*

*Hiere. 17.*

ficut illud. Etenim vehementissimæ fuerunt illorum parricidarum cogitationes: adeo vt in lapidibus etiam signum facere possent, si malitia illa in lapide poneretur, in illo vtique signum faceret, vt erat inflammatissima nequitia, quæ totum eorum cor occupauit. Has omnes exaggerationes significat hæc sententia: scriptum est stylo ferreo in vngue adamantino.

Hoc autem a semetipso non dixit: sed cum esset Pontifex anni illius prophetauit: quia sic vtique verum erat. Expediebat enim, vt vnus moreretur homo pro populo. Vnus (inquam) in singularitate, qui erat filius Dei, quatenus homo moreretur, vt æterni Patris iram mitigaret. Quando acutissimo gladio lapidem diutissime percutitis adeo hebes remanet, vt difficulter possit abscindere. Sic etiam immittens diuinæ iustitiæ gladius plurimos ictus in illam sacratissimam petram: de qua dixit B. Paulus: Petra autem erat Christus: Hebes remansit, rigorisq; sui acies confracta est, vt nunc suauiter, & perhumaniter nobiscum se gerat. Et sic dicit B. Paulus: Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque; vnus interficiens inimicitias in semetipso. Peccata vocat inimicitias ab effectu: quia inter Deum, & hominem inimicitias inseruerunt, & has interfecit Christus Redemptor noster in semetipso. Rixantur duo, & inimicitias contrahunt, cumq; de vtriusq; reconciliatione agatur, dicit alter, se non esse in alterius amicitiam rediturum, nisi talis homo puniatur, qui fuit contentionis, & odij causa: sic etiam nisi peccata punirentur, quæ fuerunt causa inimicitiarum inter Deum, & homines, non reconciliarentur homines Deo, nec Deus ipsorum amicitiam acceptaret. Videamus autem quomodo peccata poterant occidi, siquidem peccatum est nihil pro formali? Hoc fit sicuti cum in casu sanctæ Inquisitionis supplicium de aliquo sumi vult, cuius tam præsentia non potest haberi. Tunc erigitur delinquentis statua, & comburitur. Nunquid delinquentes ille concrematus est? non utique, sed eius statua concremata fuit. Idem dicendum est de peccatis: supplicium sumendum erat de peccatis, peccati autem præsentia non potuit haberi. Est enim peccatum quædam priuatio gratiæ. Quis igitur remedij erit? fiat peccatorum statua, de qua supplicium sumatur, & ipsa comburatur. Et quæ fuit hæc statua? Sanctissima Christi Redemptoris nostri vera humanitas. Ita dicitur: Misit Deus filium suum in similitudinem carnis peccati. Habuit utique peccati similitudinem, nec tamen habuit peccatum. Sicut statua est similitudo hominis, nec tamen est homo: sic sacratissima

*Simile.**1. Cor. 10.**Ephes. 2.**Simile.**Simile.**Rom. 8.*

tissima illa humanitas statua & imago fuit peccati: cumq; de illa supplicium sumeretur, pretiosissimumq; corpus illud in ara crucis offerretur, de peccatis supplicium sumptum fuit: & ideo dicit B. Apostolus: Interficiens inimicitias in semetipso. Hoc significauit quod dixit Dominus Noe. Hoc est signum fœderis, quod do inter me, & vos: arcum meum ponam in nubibus. Reuerberant solis radij in nube ex se aquam sicut rorem emittente: & statim arcum pulcherrimum varijsq; coloribus visu delectabilibus illustratum cernitis. Et hoc fuit bonum signum quod Deus hominibus dedit, quod nullum amplius diluuium futurum esset. O ineffabilis Angelorum gloria ecquid aliud fuit benedicta illa humanitas, quam ex purissimis sacratissimæ virginis Mariæ Domine nostræ visceribus assumpsisti, nisi si nubes quæ super nos misericordiam pluit? Pendebat hæc diuina

34 nubes in cruce suo diuino sanguine terram perfundens: & in ea diuinæ iustitiæ radij reuerberant. Et efficitur arcus multicolor partim suo pretioso sanguine rubicundus, partim verò crudelissimis ictibus, ac vibicibus caruleus. O arcus pulcherrime, signum pacis, & amicitiarum inter Deum, & homines: iam non est cur æternorum cruciatuum diluuium timeamus, si verè & ex animo ad te conuerti volumus. & ex tuis sacratissimis meritis fructum percipere non recusamus. Non solum autem nos oportebat, vt hic diuinus Redemptor ad reconciliationem nos æterno patri moreretur: verum etiam vt nos metipsos inuicem adunaret, & reconciliaret. Et sic inferius addit B. Ioannes dicens: vt filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in vnum id est vt electos, qui in varias sectas diuisi erant, varijsq; dogmatibus regerentur in vnâ fidè, charitatemq; adduceret. O si consideraremus vnus parentis liberos, eiusdemq; regni esse coheredes, & hac consideratione confortaremur ad nos inuicem diligendos, supportandos, defestusq; nostros dimittendos: quãto perè corda nostra fulcirentur, ad maximas à diabolis victorias reportandas. Ideo nos admonebat B. Paulus dicens: solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Diligenter perpèdite verba illa solliciti, & vnitatem spiritus. Hoc enim dixit significans maximi nostra interesse interiorè vnitatem habere: ex illa namq; exterior proficiscitur. Refert Plutarchus hominem quendam plurimos liberos habuisse: cumq; iam obire vellet, omnes illos accerfiri iussisse, & sibi fasciculum virgarum afferri præcepisse: cunctasq; virgas singulis liberis confringendas tradidisse. Qui

*Gen. 9.**Simile.**Ioan. 18.**Ephes. 4.**Plutar.*



cum virgarum fasciculum accepissent, nullusque eorum coniunctas virgas  
 cōfringere potuisset, senex moriturus fasciculum accepit, illumque  
 dissoluit, & singulas virgas cōfregit. Dixitque eis: ecce quomodo et  
 si iuvenes robusti estis has virgas confringere nequiuistis quan-  
 quam tenues, & imbecilles erant, quia coniunctæ erant: ego verò et  
 si senex, & ægrotus illas confregi, quia disiunctæ, atque dissolutæ  
 erant. Sic quoad in amore, & cōcordia perstiteritis, nemo vos po-  
 terit superare: si verò diuisi discordesque fueritis quicumque; senex  
 sicut ego vos destruet. O admirabilem Ethnici sententiã. Multò  
 tamen verior est in Christianis, qui alias peculiare vires ex cha-  
 ritaris virtute percipiunt. Dominus illam nobis affluenter conce-  
 dat, quò illa muniti aduersarijs nostris resistentes coronam maxi-  
 mam comparemus, quæ in gloria datur. Amen.

## Dominica in Ramis Palmarum.

*Cum appropinquasset Iesus Hierosolymis, & venisset  
 Bethphage ad montem Oliueti, &c. Matth. 21.*



**P** R I M V M Mysterium, quod nobis super hoc Euan-  
 gelium tractandum offertur hoc est: quò iuxta nonnul-  
 torum opinione hoc castellum, ad quod misit Dñs  
 discipulos suos, dicens: *ite in castellum, quod contra vos est:*  
 est ciuitas Hierusalem: vocat autè illam castellum, & non ciuita-  
 tem dissolutionem, & corruptionem in foelicis illius reipublicæ  
 significans: illamque ciuitatis nomine esse indignam denotans, si-  
 quidem ciuium vnionem, atque concordiam non habebat. Nam ciui-  
 tas, id est ciuium vnitas. Sed illam castellum dicit, quia in eo dia-  
 bolus castellatus (vt ita dicam) & munitus erat. O ciuitas. N. quam  
 corrupta es, quamque indignè ciuitatis nomen vsurpas: cum tot in  
 te simultates, seditiones, tumultus atque perturbationes, lites, ac  
 denique discordiæ versentur: melius te possumus appellare ca-  
 stellum, in quo diabolus dominatur: & ex quo tuis malis exem-  
 plis alia vicina oppida oppugnat. Ad hominum confusionem  
 dicit Spiritus Sanctus, quatuor sunt minima terræ, & ipsa sunt  
 sapientiora sapientibus, formicæ, populus infirmus, qui præ-  
 parat

*Præcep. 30.*

3 parat in messe cibum suum. Lepusculus, plebs inualida, qui col-  
 locat in petra cubile suum. Regem locusta non habet, & egredi-  
 tur vniuersa per turmas suas. Stellio manibus nititur, & mora-  
 tur in ædibus regis. Quorum tribus prætermisissis de solis fornicis  
 loquamur. De quibus dicit Plato prima animalia, quæ respubli-  
 cas inuenerunt, ipsas fuisse: quæ quidem simul cōmorantur, simul  
 laborant, & simul sibi cibos in hybernū tempus accumulunt. Nul-  
 laque propriū aliquid sibi applicat, sed omnes communiter omni-  
 bus vtuntur. Res est visu mirabilis, quomodo alię alijs sibi inuicē  
 non efficiunt; quomodo singule de labore suo viuunt: quomodo  
 omnes communiter laborant. Hoc autem maiori confusioni no-  
 stræ est, quòd cum in arcta quadam spelunca viginti millia formi-  
 carum in simul commorentur, duo homines in amplissima qua-  
 4 dam republica pacificè nequeant commorari. O homines brutis  
 animantibus peiores quomodo bestias vobis præstare, atque ex-  
 cellere patimini? Ne sit ita fratres per reuerentiã Dei. Animad-  
 uertite quid dicit Spiritus sanctus per prophetã, quis est homo qui  
 vult vitã scilicet æternã: diligit dies videre bonos? ecquis in hoc se-  
 culo isthæc nõ desiderat? vnusquisque nostrū hoc exoptat. Sic? in-  
 quire igitur pacē, & persequere. Id est nõ expectes quousque; ip-  
 sa te querat, aut quousque; veniat aliquis vir primarius rogatur te, vt  
 pacē habeas cū proximo tuo, eique; ignoscas. Sed tu inquire illã, &  
 persequere eã. Semper illã persequere quousque; adipiscaris quem  
 admodum canis leporem insequitur, quousque; illū apprehendit.

*Plato.*

*psal. 33.*

Diligentissimè notate fratres tribus vel maximè rebus pacem  
 cum proximo cōparari. Prima est humilitas, quia verò hac parū  
 5 homines vtuntur, ideò parū pacis in mundo versatur. Inter alias ex-  
 cellentias, quas habet humilitas super ceteras virtutes morales,  
 hæc est vna singularis, quòd solus humilis in vnū libenter cū suo  
 contrario cōmoratur. Vir castus nõ vult secū carnalē hominē to-  
 lerare: sobrius nõ cōuersatur cū epulonibus, quia naturaliter illos  
 odit: Fortis nõ habitat cū debili, & pusillanimiti. Solus verò humilis  
 libentissimè cū aduersario suo, videlicet superbo, & ambizioso paci-  
 ficè cōmoratur. Nam in societate sua reperit quod desiderat: quia  
 ab illo contēnitur, vituperatur, & parui peditur, atque; idcirco inter  
 vtrunque; pax versatur. Quia vnusquisque; quod desiderat, possidet,  
 Etenim superbus ab humili honoratur: humilis verò à superbo de-  
 decoratur. Et hoc est quod vterque; querit. Ex his verè humilibus erat

*Dauid,*

*Psal. 119.*

David, qui dicebat: cū his, qui oderunt pacē eram pacificus. O admirabilem viri sancti humilitatem: qui cū superbis, & inimicis pacis pacificus viuebat! Secundū quod ad pacē obtinendam requiritur, est equitas iustitiæ, sine qua in nulla republica, nec congregatione pax esse potest. In lege veteri præcipiebat Deus dicēs: Cū fuerit constitutus rex, & postquā federit in solio regni sui describet sibi Deuteronomiū legis huius, legetq; illud omnibus diebus vitæ suæ, vt discat timere Dominum Deum suum: ne declinet in partem dexteram, vel sinistram. O quā admirabilis doctrina, o si eam omnes reges, & iudices huius sæculi in cordibus suis indelebilibus characteribus scriptam haberēt, ne se alicui parti propensos ostenderent, & sic non essent causa tot discordiarū, & dissensionum, quot ex hoc malo dimanare consuecunt. Dicit Psalmographus æternum patrem vnigenito filio suo vniuersarū gentium gubernaculum tradidisse, & quomodō illas rectorus esset, ei dixisse: reges (inquit) eos in virga ferrea. Id est recta: quia ferrum difficillimum est reflexu. Et statim sequitur: & nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram: seruite Domino in timore. Duo notabilia assignat hīc Spiritus sanctus: primum vt sint reges, & prælati sapientes: vt intelligant. In alijs hominibus ignorantia est defectus, non tamen semper est culpa: in iudicibus verō est notabilis defectus, & culpa grauissima. Et ideo dicit: erudimini qui iudicatis terrā. Secundū notabile hoc est postquā dixit: reges eos in virga ferrea: statim cum iudicibus loquitur: videlicet, vt intelligatis dñi mei nisi in officio fueritis, munus que vestrum fideliter, & iuste exercueritis, vos atrocius, & rigorosius virgæ ferreæ ictibus esse feriendos. Atque idcirco statim dicit: & nunc reges intelligite. Medicus mortē infirmi, qui in maiori discrimine versatur, timet et si omnium mors timēda est. Attendite iudices vobis peculiariter dici, vt cum timore seruiatis. Vos enim magis periclitamini: quia ex negligentia vestra pluri- ma reipublicæ detrimenta proueniunt.

Tertium, quod ad conseruandam pacē multum conducit, est sapiens silentium. O immensæ bonitatis Deus quot ex verbis discordiæ oriuntur. Verbosum hominē, & effrenatæ linguę melius est absq; respōsione relinqui: sicuti cōsultat sapiēs dicēs: Ne respōdeas stulto iuxta stultitiā suā, ne efficiaris ei similis. Quando rex Ezechias vidit Rapsacē ducē Sennacherib tot blasphemias aduersus

*Prov. 26.*

9 sus Deum proferētem, totq; comminationibus populum Israel in obsidione Hierosolymæ deterrētem, præcepit sanctus rex nequid ei responderent, ne illum ad plures ac maiores blasphemias proferendas concitarent. Et sic dicit Esaias, & siluerunt, & nō responderūt ei verbum: mandauerat enim rex dicens. Non respondeatis ei verbum. Sic faciebat S. David, sicut ipsemet fatetur dicens: posui ori meo custodiam. Vel (vt Beatus Hieronymus vertit) silentiū: cum confisteret peccator aduersum me. Quando peccator (inquit) aduersum me insurgebat, statim tacebam. Obmutui, & humiliatus sum, & filii à bonis, id est, Non solum malum pro malo nolui respondere: verūm quādo quis in me furore concitabatur, ita obmutescēbam, vt nec mitibus quidem verbis, iustisq; excusationibus, ei voluerim resistere. Et hoc est, filii à bonis. O si hæc triplex medicina in Christianis rebus publicis esset quanta in eis pax, & tranquillitas versaretur: & tunc iure optimo rociuitates non autem castella dicerent.

*Esai. 36.**Psal. 88.**Verbo Hieronymi.*

Etia est valdē notandū nullos aliorum hominū, qui cum Dño veniebant ad adducenda iumenta missos fuisse, sed duos ex ipsius discipulis. Hoc autē fecit Dñs, vt illos grauissimo quodā morbo, quo laborabant, curaret. Quādo Apostoli tantā hominum multitudinē ad Dñm excipiendū venire perspexerunt: tunc arbitrati sunt securā totius regni possessionem Domino esse committendam; seque regni optimates, duces, & comites futuros esse. Sic hæc in cordibus vestris cogitatis (ait Dominus)? Itē igitur, & afferre huc iumenta illa, & illi tanquā muliones iumenta deducūt: etenim sic ambiciose elatorū hominū superbiæ remediū adhibetur. Hinc igitur fratres charissimi discite pluries Deo gratias agere, cū vos similibus medicamentis curauerit. Quando vobis dignitatem aliquam diligentissimē expetentibus ignominiam aut vituperium permittit accidere, singulare vobis Dominum beneficium conferre credite: quia infirmitati vestræ necessarium applicat medicamen. Et in hoc suum admirabile artificium Dominus ostendit. Et hæc est quædam cifra (vt ita dicam) vel mysterium quod filij huius sæculi, qui gentium consuetudinem moresq; sequuntur, non intelligunt. Deus ex malo bonum nouit elicere, ignominiosq; suos honestare scit. Hoc eleganter significauit Dauid dicens: si dormiatis inter medios eleros, pēnæ colūbæ de argentatæ, & posteriora dorsi eius in pallore aurī: vel (vt alij vertunt) cacabos

*Psal. 67.*

cacabos siue ollas. Vult dicere: si Deus vos inter cacabos, & immūritiam vituperatos, & ignominijs affectos collocauerit, ita vt lectum, in quo possitis recumbere, non habeatis, & in medio harū iniuriarum patientissimos vos præbueritis: etenim hoc est dormire inter medios clericos. Et si Deus vestri obliuisci videatur absq; dubio isthæc infamia, & abiectio in maiorem vobis pulchritudinem conuertetur, quam habet columba per manus artificis argento, atque auro depicta. Ita exponit hanc sententiam Alexander de Alexandrino.

Alexan. ab  
Alexand.  
lib. 5. diu.  
genial. c. 18.  
Psalm. 118.

Præcepit etiam suis sanctis discipulis, vt animalia illa sibi afferrent dicens: *Soluite, & adducite mihi*: Vt significaret quod nō oportet esse munus seruorum Dei: præcipue verò sacerdotum: videlicet peccatores à præsepio soluere ad quod illos Sathanas alligauit. Funes peccatorum circūplexi sunt me dicebat Dauid, o anima, quæ sicut iumentū præsepio alligata es. Et quæ admodū iumentū ad præsepium alligatū, non potest se extendere ad aliā herbā comedendā, nisi illam, quam herus eius illic ei apposuit: sic arbitraris te nō posse extendi ad aliā herbam comedendam, nisi, quam tibi diabolus apposuit, quæ sunt turpitudines, ludi, voluptates atque alia vitiorum genera. Ad virtutes autem exercendas, ad diuina sacramenta sumenda accedere non posse tibi videris. O si Deus omnes hodiè solueret, quos diabolus paleam comedentes retinet alligatos, qui quidem quasi bestię viuunt, verum proh dolor, adeo assuefacti sunt nōnulli paleæ, vt nihil bonū valeāt degustare. Dicit De<sup>o</sup>: Ephraim vitula docta diligere triturā: & præ nimia cōsuetudine, statim ad triturā reuertebatur. O abūdātes & diuites huius sæculi: hoc etenim significat Ephraim: quā amici estis paleæ, quā diabolus vobis offert, & quanto perè illa delectamini. Etenim nihil virtutis vobis suaue est; adeo iā malo assuefacti estis. Et omnes qui proximis vestris occasione estis peccati, cōtēplamini vos capistros esse Sathanæ quibus alios ad sui seruitutē deuincit. Dic me retrix quare istum filium Dei, quem tam longo ex tempore deuinctum retines, iam non soluis, & tu lusor quare proximum tuū non soluis, quem tandiū in ista maledicta exercitatione retines illumq; ad ludendum inducis. o serui Dei, o patres sacerdotes animaduertite munus vestrum esse hæc animalia diaboli laqueis vincita dissoluere, illaque ad Dei obedientiam adducere. Soluite nodum. Quod si non est remedium gladio abscindite: leniter il-

los

15 los à peccato separate: sin minus correptionis gladio abscindite: quousq; eos ab isto malo statu separetis. Attamen vix confessario: qui pluribus nodis peccatorem vincit: tantam spem peccatori addit, tam leue eius peccatū ei depingit, tā tepide atq; remissè verā illi correctionem cōmendat, tā negligenter curat, vt occasio nes tollat, mala parta restituat, &c. vñ ex tepiditate, & lenitate cōfessarij occasionem pœnitens assumat, ad perseuerandum in malo. Ezechiel propheta dicit: Multo labore sudatum est, & nō exiuit de ea nimia rubigo eius, neq; per ignē. Nonnulli sunt peccatores adeo pertinaces, vt licet cum eis nimis insudetur, asperrimisq; reprehensionibus concrementur, eisq; amoris beneficiorumque Dei ignis applicetur, vix ex his omnibus fructum volūt percipere. Quid igitur erit, si cum illis hæc diligentē non fuerint adhibite.

16 Tantaque tepiditate, & remissione de emenda in confessione, & admonitione cum illis agitur, ac si tota res pili interesset? per immensam Dei charitatem vos deprecor patres mei: vt rem hanc vere, & ex animo suscipiatis, si quidem tam vestra, quam pœnitentium maximi refert.

Ezech. 24.

*Euntes autem discipuli fecerunt sicut præceperat illis Iesus.* Discite fratres ex his sanctis viris in rebus humilibus obedire. Cū hi discipuli S. Euangelij prædicatores essent, dixissentq;: etiam dæmonia subijciuntur nobis: attendite quomodo submissis capitibus animalia quasi muliones adducunt ij, qui prædestinati erant principes sanctæ Ecclesiæ. B. Stephanus leuita, & prædicator electus fuit ab Apostolis, vt minister, & dispensator esset viduarum: vt dicitur, & elegerunt Stephanum virum plenum fide & Spiritu Sancto.

17 Scilicet, vt esset viduarum minister quasi alicuius conuentus dispensator. Et humile illud officium libentissimè suscepit. Ex illo autem à Domino erectus fuit, vt primus prædicator existeret, qui pro Sancti Euangelij prædicatione martyrium pertulit; & martyrum omnium dux extitit præstantissimus. Vt discatis fratres quando obedientia præceperit, nobilius officium vos deponere, aliudq; humilius suscipere oportere. In illa admirabili visione, quam vidit S. Propheta Ezechiel de rotis currus illius, dicit: rotas volubiles audiēte me. Hoc nomen imponit Deus subditis: rotas volubiles, rotas, quæ huc, atq; illuc faciliè reuoluuntur: quocunq; deducantur, velocissimè currūt. Subditū enim oportet non habere propriā volūtātē. Tā aptus ignominiosis quā honorabilib<sup>9</sup> rebus susci-

Act. 6.

Ezech. 1. 10.

suscipiendis esse debet. Hoc intelligitur dummodò nō sint cōtra Deū. Multifamuli dominorū mille iniurias proximis inferūt, atq; insultatione cōmittūt, tūc verò excusari volūt dicētes Dominum suum ita prācepisse. *O miseri non animaduertitis magis oportere vos Deo, quam dominis vestris obedire? prācepit Saul rex famulis suis dicens: Cōuertimini, & interficite sacerdotes Domini: nam manus eorum cum David est. Noluerunt autē serui regis extendere manus suas, & interficere sacerdotes Dñi. Boni famuli, qui Domino suo in tanto peccato obedire noluerūt. O quot nūc et si Christiani sunt, vice versa faciūt. Sperate igitur infelices dominos vestros vos ab impiorum sedibus esse abstracturos. Videte quā prudenter dixerint Hebraei Sancto Iosue, quādo illum in ducem suum elegerunt: sicut obediuimus in cunctis Moy si ita obediemus tibi: tātum sit Dominus Deus tuus tecum. 19* Idest, in illis, in quibus voluntas tua est concors diuinæ voluntati obediemus tibi: & non in alijs.

*Et adduxerunt asinam, &c.* Prius Domini prāceptū adimplerūt, deindē verò plura etiā effecerunt, iumenta pallijs suis exornantes. In hoc docemur vniuersam intentionem nostram esse oportere, vt prius ea, quę sub prācepto facere tenemur, diligēter exequamur: postea verò alia opera bona ex voluntate nostra, atq; vt Domini cōsilia sequamur, faciemus. In cuius figura prācipiebat Deus in lege, ne cui voluntarium sacrificium ante matutinū, vespertinumq; sacrificiū liceret offerre. Sed post ipsa sacrificia offerretur omnia alia sacrificia: hæc enim ex legis prācepto offerēda erant. Vt hac ratione ostenderet operavoluntaria, propriæq; supererogationis nō oportere illis præferri, quæ sub prācepti debito faciēda sunt. Hoc apertē Hebraica litera demonstrat: pro eo enim, quod nos legimus, adolebūt ea super altare in holocaustum ignis igne supposito, Hebraica lectio habet: Adolebunt ea post holocaustū quod est super ignem: cuius orationis sensus est: Adolebūt sacerdotes voluntaria fidelium sacrificia post holocaustum; quod quotidie de more adoletur. Et hoc est quod Samuel Propheta dixit: Melior est obedientia, quā victimæ. Ratio est: quia obedientia præcipitur, victima verò cōsultur. Hæc diligētissimē animaduertāt ij, qui vt orationibus, pijsq; exercitationib; aut elemosynis suis satisfaciunt, ij, detunt, quę ex manere suo, & iuxta cōditionū suarum leges facere tenentur. Nā hoc est iustitiæ ordinē peruertere

sequē

21 sequē; metipfos, & non Deū quærere: suamq; ipsius voluntatē Dei beneplacito præferre. Hoc autē facere, non ex charitate quidem Dei, sed ex proprio amore procedit. Iesu bone, quot homines circa hoc opinione fallūtur, arbitrātes etenim se Deo seruire, ipsiū met appetitui, volūtatiq; deseruiūt. Prius S. Apostoli fecerūt quā Dñs illis præceperat: postea verò pro affectu, deuotioneq; sua, & reuerentiā, quā suo diuino Magistro exhibere tenebātur: addiderunt sese vestibus suis exuere, iumentaq; adaptare, vt decētius & melius, & cum minori molestia in illis Dominus equitaret.

*Et cum desuper sedere fecerunt.* Valdē notandū est Sanctos Euāgelistas Marcū, & Lucā, de asina nullā facere mentionē: sed fortassis Dñs prius in pullū ascendit, & asina à tergo veniebat: significans quod dixit Beatus Paulus, videlicet, prius fidem catholicā à gentibus esse recipiendā, postea verò in fine sæculi prope iudicij magni diē qui ex Iudejs residui fuerint, esse saluādos. Ita q; asina ita solutā quasi contēptam ire, significauit infelicē illū populū, qui antea plurimis indulgentijs, atq; beneficijs à Deo fuerat affectus, reprobandū atq; contēnendum esse. Habuit se Deus cū hoc populo sicuti se habet, qui ex rosis aquā conatur elicere. Qui prius quā illā abstrahat, rosas viridissimas, pulcherrimas & rore perfusas diligēter obseruat: postquā autem per sublimatorium aquam ex illis elicit, accipit massam rosarum, & ad angulum projicit. Deceuerat Deus se ex Israel carnē esse assumpturum: & ex Adam traducenda erat caro illa atq; ita semper Deus illi populo consulebat, plurimiq; auxilijs illū recreabat: hoc autē quousq; ex Israelitis, tanquā ex rosis per sublimatoriū, idest, per viscera virginalia 23 immaculatæ virginis Mariæ Dominæ nostræ saluberrimam illā aquā, qui est Christus filius Dei ad mūdi salutem eliceret: & postquā Dñs ex illo populo natus est, remāsit populus ille quasi massarofarū, aridus, defloratus, sine virtute, & pulchritudine, propter ipsius infidelitatē. Et quemadmodum in destillata aqua tota rosarum virtus exit, sic in Christo Redemptore nostro totum bonum Israel exijt. Exijt vtique regnum vt enim dicitur. Ipse est rex regum. Exijt sacerdotiū: quia tu es sacerdos in æternū. Exijt in eo prophetia: & sic clamabant populi dicentes: propheta magnus surrexit in nobis. Exijt in eo species, & vniuersa pulchritudo: quia speciosus forma præ filijs hominū. Cumq; Christus Redemptor mundi totum bonū Israelis elegerit: populus ille sine virtu-

Tom.j.

Fff

te, si-

1. Reg. 22.

Iosue. 1.

Num. 28.

Leuit. 3.

1. Reg. 15.

Mat. 11.

Luc. 19.

Rom. 11.

simile.

Apo. 7.

Psal. 109.

Luc. 7.

Psal. 44.

te, sine lege, sine sacerdotio, sine prophetia, sine pulchritudine, & 24  
deniq; sine rege remansit. Vt cognoscatis quantum malum efficiat  
Peccatum, siquidem et si ex illis natus fuit, eos tamen ita dereliquit, ille,  
qui vniuerso mundo remedium adhibiturus veniebat, non enim pro  
geniem quidem, sed fidem, virtutem, atque obedientiam conside-  
rat, in fine tandem conscendit in aliam vniuersalem Israelitarum  
conuersionem significans.

A scendete Domino in illum humilem equitatum: plurima turba fra-  
nerunt vestimenta sua in via, &c. Quando rex aliquis in urbem regni  
sui denuo ingreditur, in signum maximi honoris gubernatores ciui-  
tatis conopœum ex serico, & auro contextum super eius caput impo-  
nunt, ut illo operiatur. Ingressi autem regi regum Iesu Christo Hie-  
rosolymam maximisq; laudem canticis, & benedictionibus excepto  
non conopœum quidem super eius caput imponitur: sed vestimenta, 25  
quibus homines exornantur, ad eius pedes prosternuntur. Hoc  
mysterium nobis significat reges terræ super capita sua honores,  
fastus, & pompas suas habere, & hæc omnia maxime aestimare.  
Hic autem cœlestis rex omnia huius sæculi parui, aut nihili aestima-  
bat, eiusq; honores pedibus conculcabat. Loquens Balaam Pro-  
pheta de populo Israelitico prophetauit dicens: tolletur propter  
Agag rex eius, & auferetur regnum illius. Communiter hoc decla-  
ratur de Saule, qui propter Agag, videlicet, quia illum non intere-  
mit, regnum amisit & in Hebræo habetur: superextolletur, præ,  
vel super Agag rex eius, & crescet regnum eius. Id est licet nunc  
populus hic rege careat: adhuc tamen fortissimos, & dissimilissi-  
mos Agag reges habebit: & hæc propheta perfectissime in Chri-  
sto Redemptore nostro adimpleta est. Et sic Origenes hic legit: 26  
exaltabitur super cæta regnum eius. Quod verè in Christo im-  
pletum est. Et quia regnum eius non erat ex hoc mundo, omnia  
enim sæcularia arbitratus est ut stercore: idcirco res, quibus illum  
honorant, vult, ut subtus pedes suos projiciantur.

*Alij autem cadebant ramos de arboribus.* O admirabile triumphum  
cum omnibus rerum omnium Domino turba illa deferuit. Quando Do-  
minus tabernaculorum festum instituit, dixit: sumetis vobis die pri-  
mo fructus arboris pulcherrime, spatulasq; palmarum, & ramos lig-  
ni densarum frondiū, & salices de torrente, & latamini coram Domino  
Deo vestro. Et fideles Hierusalem, qui hunc honorem vni Deo ex-  
hibebant, eundem hodie Iesu Christo sicut vero Deo præbent.

Tur-

27 *Turba autem que præcedebant, clamabant, &c.* Et etiam & pueri à pa-  
rentum suarum verberibus pendentes hodie Deum glorificant, uti-  
q; videlicet Spiritu Sancto commoti. Quod significauit David *psalm. 8.*  
dicens: ex ore infantium, & lactentium perfecisti laudem. Non  
dixit: Infantes, & lactentes perfectam tibi laudem addiderunt:  
sed perfecisti laudem: loquens videlicet cum Deo: Deus enim  
eos in laudis suæ instrumenta suscepit ad maledictorum phari-  
sæorum confusione: qui ad eum malitia repleti erant, ut ne id quidem  
facerent, quod imperiti homines lactentesq; infantes Hierosoly-  
mæ faciebant. Ecce celebritatem, & gaudium, quo Dominus vi-  
tæ ducitur, quando moriturus Hierosolymam se conferebat. Quam-  
do publicum aliquod certamen (iusta vulgo) celebratur, vir, qui *simile:*  
solus pugnam sustenturus est, amicis, propinquisq; suis cum ma-  
28 gno apparatu deducitur. In loco autem conflictus, constitutus ab  
omnibus derelinquitur: vbi fortissimos hostium congressus susti-  
net, & in eum bellatores hastas intendunt: vitamque suam in ma-  
ximum discrimen adducit. O Christe vere animarum nostrarum  
amator, qui propter nos cum mundo, & diabolo configere vo-  
luisti: & hodie Domine cum celeberrimo triumpho Hierosoly-  
mam ingrederis, quem tui Sancti Apostoli, & amici, atque alij  
deuoti viri cum ramis, & laudum canticis comitantur, & hæc om-  
nia sunt, te ab eis celebritate, & gaudio ad locum conflictus dedu-  
ci: atque ibi in sanctissima passione tua solus relinqueris, ut illic  
pretium nostræ redemptionis acquiras. Illic verberibus, clavis,  
spinisq; percutieris. Tantoque ac tam fortes patieris ictus, ut vitam  
Dominus Deus meus amittas, quo nos omnes ab interitu liberet.  
29 O benedictus, & glorificatus sit talis amator. Et beatæ animæ  
quæ pro tanto beneficio debitas gratiarum actiones referre no-  
runt. Diligenter vos notare oportet fratres mei omnes qui hanc  
festiuitatem celebrabant occupatos esse, nullumq; otiosum exti-  
tisse. Sic oportet nos in Dei ministerio omnes occupari, quo  
hunc ipsum Dominum dignissime excipiamus. In domo Abra- *Gene. 18.*  
hæc omnes in illorum hospitium ministerio se occuparunt. Abra-  
ham quippe ad armenta properat, famulus vitulum coxit, vxor  
panes coëcit. Omnes Dei ministerio intēdebāt: sic oportet esse  
in domo iusti. Verum pro dolor, quis sanguineas lacrymas habe-  
ret, quibus quæ hodie in mundo aguntur satis dignè lamentaretur.  
Vix enim alicuius domum ingrediemini, in qua omnes Sathanæ

Fff 2 mini

Num. 24.

2. Reg. 15.

Origen.

Ierem. 23.

*Hiere. 7.*

ministerium non intendant. De hoc querebatur Deus per Hieremiam Prophetam dicens. Nonne vides quid isti faciunt in ciuitatibus Iuda, & in plateis Hierusalē? filij colligunt ligna, & patres succendunt ignē, & mulieres conspergunt adipē, vt faciant placentas reginæ cæli, & libent dijs alienis, vt me ad iracundiam prouocent. Parentes, liberi, & serui omnes Sathanæ ministerio intēdunt, alij ludunt, alij murmurant, alij turpitudines cōmittunt. Denique vix in tota familia vnus reperietur, qui Deum non offendat. Ecquid fratres pro tanta iniquitate nisi æternam condemnationem speratis? Attendite quid statim illic subdit Dñs dicens: Nunquid me ad iracundiā prouocant? nonne semetipsos in confusionē vultus sui? Nunquid non semetipsos in illam æternā confusionē præcipitant (ait Dñs) vbi eorum vultus æterno pudore confundētur? Quocirca vos deprecor fratres mei, vt vobismetipsis misereamini, nec vos ita in perditionē inducat. Sed omnes ad nos redeam⁹, & denuo verē, & ex animo huic optimo Deo, ac Dño, qui tanto honore dignissimus est, cuique tanto beneficiorū numero deuini et sumus, seruire incipiamus. Diuus Bernardus magnoperē admiratur, quod cum Dñs vanos huius sæculi honores diligēter aufergit, eorumq; despectum alijs prædicarit, hodiē ipsemet illos querat, atq; à tanta hominū multitudinē tā celebri laudū præconio se cōmendari patiat. Si autē hoc profunda animi consideratione pensare voluerimus, reperiemus in hoc Dñm omnes huius mundi vanitates in terrā deijcere, nobisq; quam parū stabilitatis omnes res sæculares, ac terrestres in se habeāt significare voluisse. Ecquid est quod cū illū regem appellent, ac cū Ofanna per vias publicē decantantes illū honorificēt, nec tamen ipsamet die reperiat qui eū ad prandendū inuitet, nec qui ei vas quiddē aquæ frigidæ porrigat? Quis legit magnificentiā, arrogantiamque illā cum qua veniebat superbus Olophernes per agros Damasci regna, & prouincias deuincens, postea verò qualis fuit horū omniū finis? qualis fuit finis pōparū, ac factorū Darij, Xerxis, ALEXANDRI? superbiētūq; Romanorum imperatorum maiestates qualem exitū habuerunt? Nunquid non omnia breuissimē transierūt? O quam meritò dicunt diuinæ literæ, omnia, quæ de terra sunt, in terram conuertentur: & omnes aquæ in mare conuertentur. Substantiæ iniustorum sicut fluiuii siccabuntur, & sicut tonitruum magnū in pluuia personabunt. O admirabilia, & metuenda verba! Animaduert-

*Bernard. sup. hoc Evang.**Judith. 1.**1. Mach. 1.**Ecli. 40.*

33 aduertite autē quomodo Spiritus sanctus diuites, & malos fluuiio in maris amaritudine desinenti comparat. Omnes enim illorum voluptates in inferni amaritudine finiendę sunt. Etiam illos tonitruo confert. Videbitis vere subito incipere tonare, & confurgit nubes imbribus onusta, omnes fugiunt, & qui sunt in agro ad populum currunt. Exoneratur nubes, & dimidia hora pluit: statimque serenum tempus, cælumque lucidum sicut anteā remanet. Et nihil ex ijs omnibus superest, nisi parum luti, quod imbre confectum est, quod quidem omnes pedibus cōculcant. Sic videbitis potentem regē, aut principem tanta famulorum caterua forciatū tanto cū tumultu, & strepitu præterire, vt mundum confunderi videatur. Post autem tres horas iam nihil est & quid factum est de illis? vbi nam sunt? venit mors & in instanti omnia subuertit: nec aliquid præter parū luti, quod terim⁹ remāsit, quod est miserū cadauer, in sepulchro sub pedibus cōditū. O si De⁹ mētis nostrę oculos aperiret, hæc q; apertē cognosceremus, quā libet illa negligere, atq; relinquerem⁹, antequā ipsamet nos desererēt. Etiam voluit Dominus in mundi egressu cum tanto honore ingredi, vt homines doceret honorem, & requiem iusti tunc incipere, cum peccatoris tranquillitas finitur. Hoc suspicor ego Deum nostrum significare voluisse per Ezechielem prophetam dicens: *Ezech. 46.* Cū intrauit populus terræ in conspectu Dei in solennitatibus; qui ingredietur per portā Aquilonis vt adoret, egredietur per viā portę meridiænę; porrò qui ingredietur per viā portę meridiænę, egredietur per viā portę Aquilonis: non reuertetur per viam portę, per quam ingressus est. Ecquid Dei intererat, vt qui per vnā 35 stēpli portam ingrederetur, per aliā egrederetur? parui quiddē eius referebat: maximi tamen diuina maiestas spiritum æstimat, qui sub hoc cortice latet. Aquilo est insipidus, & asper, præsertim in hyeme. Voluit illic Dominus significare, Christianū qui in Ecclesiam ingressus fuerit, & cum miserijs in ea vixerit, sicut filius Dei vixit, quandò eius vita exacta fuerit, tunc honore, & tranquillitate esse fruiturum. Itaque qui per Aquilonis portam ingrediuntur, per meridianam portam egrediuntur. Mali autem, qui per meridianam portam ingrediuntur, vbi ventus calidus, ac suavis aspirat: per quem prosperitas designatur, per portam Aquilonis egrediuntur: siquidem omnia illis in amaritudinem, & infelicitatem cōuertentur. Sicut accidit diuiti illi, de quo dicitur tanquam *Luc. 12.*



diuitiarum copiam habuisse, vt vbi eas includeret, ignoraret. Et 36 dixit ad illum Deus, stulte hac nocte animam tuam repetent à te: quæ autem parasti cuius erunt? & addit illic Dominus dicens: sic est qui sibi thesaurizat, & non est in Deum diues. Attendite quæ ingressum, & quàm disparem egressum mali habeant. O miseros illos, qui tanto cum agone per fas, aut per nefas sæculares honores, & magnitudines inquirunt, quibus postea per Aquilonis portam erit exeundum.

Zach. 9.

Dicit Sanctus Euangelista in hoc Domini ingressu adimpletum fuisse quod Zacharias Prophetæ prædixerat his verbis: dicite filiæ Sion: *Eccè rex tuus venit tibi, &c.* Vnam quaque animarum oportet cogitare hæc sibi verba dici, & se vnam sigillatim debere pro hoc aduentu gratias agere, ac si sibi soli æternus rex venisset.

Psalm. 62.

Et animaduertendum est etiam Sanctissima Trinitas in nobis 37 dominatur, peculiariter tamē filium regē appellari qui pro nobis incarnatus & homo factus est. Ideo David loquens de tribus diuinis personis, secundæ addidit: noster. Et sic dixit, benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus. Quia Deus est in personis trinus, ideò ter dixit: Deus, & secundæ personæ addidit: noster: quia humanitatem nostram assumpsit. Vt autē tres illas personas vnam Deum esse ostenderet, addidit: metuant eum. Et quia filius Dei noster est, ideò dicit: *Eccè rex tuus.* O quàm tuus est o homo: siquidem corpus animam, sanguinem, & diuinitatem, omnia denique pro te dedit: tuus est quandoquidem sibi nihil reseruauit. Accedit Tobias ad fluium, exit piscis, & dicit ei Angelus: Nè timeas: exentera piscem & cor eius, & fel, & iecur reponet tibi. O mirificum verbum! ecce o Christiane Christum Saluatore 38 uatorem piscem vtilissimum in aquis laborum educatum. Nihil est in eo, quod vtilitati tuæ non seruiat. Sanctissima eius passio, mors, lachrymæ, merita, omnia tibi, animæque tuæ remedio profunt. Nonnè igitur rationi consentaneum erit te totum ipsius misterio dedicari? o maximam confusionem & ingratitude, quod nec temporis, nec vitæ, nec diuitiarum partem aliquam ei dare velis, sed omnia in mundi, & diaboli seruitute consumas. Pudeat nunc vos fratres charissimi, atque diuinum hunc regem cum charitate suscipite, animasque vestras dirabit gratiam suam hæc vobis concedens, & in cælestem gloriam vos postea perducens. Amen.

Tob. 6.

Feria

## Feria Quinta in cœna Domini.

*Ante diem festum Paschæ sciens Iesus quia venit hora eius, &c.* Ioan. 13

V N V M Exijs, quæ verus amator magnoperè desiderat, est se posse amorē suū manifestare. Et tēpus, in quo huius amoris demonstratio offertur, horā suā appellat. Tēpus, in quo Christus filius Dei suum erga nos amorem ardentissimū in integrū patefecit, fuit tēpus suæ sacratissimæ passionis, atque; ideò horā suā illā appellat. Dicit autē illā horā, & nō diē, vt quāto cū amore pro nobis pateretur, ostēderet: siquidē oblongū illud tēpus breuissima sibi hora videbatur. O ineffabile filij Dei charitatē, ecquis quantum durus, si hæc perfidē cōsiderauerit, ad tā singularē amatōrē redamādū nō cōmouebitur? Atque; vt hac cōsideratiōe dilectissimi fratres ardentius moueamini oportet vos intelligere quā indignus erat mūdus hoc diuino opere, & quā parū nobis ex Dei parte debebatur. Quo enim melius hoc intellexeritis, eò profundius quāta fuerit Dñi charitas cognoscetis: siquidē tantū, tamque; singulare opus & tā parū debitū quasi paruū aliquid memorauit, appellans illud horā. Pro quo notandū est, vbi primū primus pater Adā peccauit, statim Dñm ad eū venisse, vt dicitur, Audiuit Adā vocē Dñi Dei deambulātis in paradiso ad aurā post meridiē. B. Augustinus <sup>Gen. 3.</sup> <sup>Aug. lib. 2.</sup> <sup>sup. Gen.</sup> <sup>c. 33.</sup> dicit: Illa deambulatio paradisi nō puto posset fieri, nisi in specie humana, Ibat Deus punitus hominē, & induit se homine, antequā verus homo fieret: vt significaret, se sicut hominē clemēter, & benignē de homine supplicium sumere. O quā singularis doctrina tibi o homo, quādo aliū hominē punitus fueris, te homine induas & sicut homoclemētium, & cōpatiētium viscerū de homine supplicium sumas, si hoc tibi ex officio comperit, Dei misericordiā imitare, qui siquidē hominē punitus inquit, homine indutus deambulat. O immēse Deus quā apertē paterna viscera, quibus nos diligis, manifestas: siquidē cū hominē punitus venires, dicit sacratus textus te venisse ad aurā post meridiē, id est, vēto tibi cōtra faciē aspirante. O admirabile mysteriū. Quādo quis iter facit, si ei vētus à tergo flat, ipse ventus eū facit ambulare, atque; aliquādo etiam currere. Si vero ventus contra faciē eius aspirat, lenter illum ambulare facit, atque; etiam aliquādo regredi compellit. Suauissimus ventus, qui Deo ad faciē aspirabat, erat infinita eius misericordia, qua detinebatur, ne tam citō puniret. Et ipsamet eius misericordia quasi ei dicebat. Attende Dñe hominē esse debilem, & amo-

Fff 4 re vi.

re victum peccasse : illumq; opus esse manuum tuarum, & ad imaginem, & similitudinem tuam factum. Et hoc significabat aer, qui contra eius faciem flabat : qui eum lenter ambulare faciebat, & usque ad vesperum expectare fecit, neque enim venit statim ut homo peccauit: sed post meridiem. Ut interea locum haberet homo poenitentiae. Et cum compassiua voce veniebat interrogans: Adam ubi es? In hoc apertius etiam misericordiam suam demonstrauit, quia etsi ab homine fuerat offensus, non tamen dixit: ubi es vir flagitiose, sed illum proprio vocabulo nuncupauit. B. Chrysostomus dicit Dominum illum proprio nomine appellasse, quia eum maxime diligebat: Nos etenim quem non diligimus; non nominamus, sed dicimus: ille. Sicuti Saul ira concitatus in Dauid, Ionatham interrogauit cur non venit filius, Isai? non eum proprio nomine nuncupauit, quia illum oderat. Non sic Deus, sed quia adhuc diligebat Adam proprio illum nomine vocat: ut ei ad petendam misericordiam animam adderet. Atque etiam ad hunc effectum proclamans veniebat. Et interrogabat: ubi es? nunquid tu Domine ubi sit ignoras? non utique. Quare igitur hoc interrogas, ut cognoscat me ad eum puniendum accedere: atque ut etsi hucusque culpam suam non cognouit: nunc saltem vocem meam audiens ad me conuertatur, & misericordiam imploret. Quando ministri iustitiae ad aliquem delinquentem apprehendendum vadunt, & eum proclamantes admonent se ad eum ire: nunquid illos delinquentem, apprehendere, ac punire uelle iudicatis? Non utique, o Deus meus benedictus sis: quia cum ad primum delinquentem Adam apprehendendum vadas: ei ostendis quanto opere illum punire recuses, siquidem eum proclamans exhortaris, ut ad locum sacrum poenitentiae confugiat. Clariiusque ineffabilem charitatem demonstrauit, quia cum primi parentes post peccatum se nudos esse aduerterent, & coram Deo suo se nudos esse erubescerent, vestes eis confecit quibus operirentur, ne pudorem, & confusionem illam paterentur. O benedictus sit talis Deus, delinquentes ad maiorem ipsorum confusionem, quando de illis supplicium sumitur, vestibus exui consuescunt. Hic autem clementissimus Dominus delinquentes induit. Et ita dicitur ibidem: Fecit quoque Deus Adam & uxori eius tunicas pelliceas, & induit eos. Quid Domine: nonne erant in domo potestatis tuae magis pretiosiores panes, quibus illos indueres? ut quid eos mortuorum animalium pellibus induisti? In hoc voluit illis significare nuditatem anime ipsorum mortalitate qua-

*Chrysof.*

*1. Reg. 20.*

*simile.*

7 quadam operiendam esse, quae fuit mortalitas Christi Redemptoris nostri. Nec in hoc infinita Dei charitas consistit: sed statim voluit Dominus, Adam de miseria, & calamitate, quae illi acciderat, consolari quasi nutibus eius remedium illi significans, dicens serpenti: Ipsa conteret caput tuum, quasi diceret: Ego creabo mulierem tui similitudinem meritorum, ut eius amore captum verbum diuinum ex purissimis eius visceribus carne assumat, & homo fiat, & sic ipsa diaboli caput infringet, iniuriamque homini illatam vlciscetur: & omnibus his indulgentijs non est conuersus homo tunc, quousque; Deus plurimis illum laboribus afflixit. Nunquid non haec vobis durities, & ingratitudo maxima fuisse videtur? Vterius igitur progredimini, & toto tam huius Adae posteritatem considerate, horribiliaque scelera, quibus in omni tempore hunc optimum Deum offenderunt, contemplanini: sicut exaggerat B. Paulus Psalmum decimum tertium citans *Rom. 3. psalm. 13.* & dicens: Quia non est iustus quisquam, non est intelligens, non est requirens Deum: omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: oblongum esset nunc iniquitates, quas illic recenset Apostolus, commemorari. His igitur hominibus dignissimis, quos terra deuoraret, dixit Deus: Volo ire in mundum, ut eis remedium adhibeam, faciens me hominem pro illis, & inter eos triginta tres annos commorans, maioremque labores, & opprobria perferens, quam villo vnquam tempore quisquam in hoc orbe passus est. Ecquis tale audiens charitatem non obstupescit? quod vnde humano videri occasione euertendi nos Deus esset sumpturus, remedium nobis adhibendi ansam acciperet? Haec est vna ex altioribus considerationibus, quibus anima potest eleuari, ut ardentissimo Dei amore capiatur. Et hoc significant mysteriosa illa verba, quae dicit sponsa alloquens diuinum spiritum suum: Sub arbore malo suscitauit te, ibi corrupta est mater tua ibi violata est genitrix tua. Siue ut transferri potest ex Hebraeo contextu in Latinum sermonem: Ibi peperit te mater tua, ibi peperit que genuit te. Verba sunt haec animae ad Deum loquentis, in quibus ineffabilis diuinus ipsius Maiestatis amor ostenditur, dixit, Celestis hic Dominus, maiorem hac charitatem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Hic erat maximus amor, qui in hominibus poterat reperiri. Mori autem pro inimicis, & talibus inimicis; hoc nouum, & inauditum amoris exemplum vnus Deus de caelo attulit: & sic magnopere illud exaggerat Sanctus Paulus, dicens: Commendat Deus charitatem suam, quod cum inimici essemus reconcili-

*Rom. 3.  
psalm. 13.*

*Cant. 8.*

*Ioan. 15.*

*Rom. 5.*

liati sumus Deo per mortem filij eius. Et hunc amorem (vt supra re diximus) statim cum peccauit Adam manifestauit, cum (humano videri) ardētiori in homines ira concitandus esset: hunc (inquam amorem ostēdit, siquidē per signa hominis remediū significauit: ecquis posset tale cogitare? Ecce vnde, Dñs ineffabilis amoris sui, & propositi ab æterno concepti declarandi sumpsit initiū. O incōprehensibilia Dei iudicia, quis nā illa iuuēstigare poterit? Ideo dicit anima iusti: Sub arbore malo suscitauit te; ibi edidit te genitrix tua. Quādo tua in nos maxima beneficia cum nostra indignitate cōferimus: quādo in ea, quæ ppter nos operatus es, oculos conijcimus, & cognoscere cupimus quidā fuerit, quod tibi in homine placuit, aut, quid te commouit, vt eum tantoperē diligeres, aut quid te ad tot, tāq; præclara eius causa opera faciēda cōcitauit: solā tuā infinitā probitatē, & misericordiam te ad hoc faciendū cōmouere potuisse reperimus: cū nihil in homine esset quo ad ipsius amorē, & beneficētiā, sed potius ad odiū atq; supplicii prouocari posses. Et hoc, quod peccantes odij initium fecimus, atq; hanc indignationis & furoris occasionem, quā præbuius te in principium tua super nos beneficia effundendi accepisse, comperimus. Atq; eadem arbor, quæ nostræ in te impietatis testis fuit, hæc ipsa tuæ diuinæ, & clementissimæ promissioni remedij nostri testis interfuit. Et ita verum est te à nobis illic fuisse excitatum: illic enim tuam infinitam charitatē erga nos in lucem prodire fecimus: illic peccantes tibi occasionē præbuius, vt ad redimendum hominem, homo fieres. Ibi corrupta est mater tua: ibi etiā peperit te mater tua: corrupta est, scilicet, Eva serpentis persuasione: peperit te, tuo dono atq; beneficio. Illicq; promittente te hominem esse futurum, & ex mulieris semine, & progenie esse nasciturum: illic vbi ipsa per peccatū corrupta fuit: quodāmodo te peperit, quandoquidē illic te filiū eius fore promissisti: illic tantum, tamq; singulare hoc beneficiū in lucē exit, & propter promissionis certitudinem, ac propter beneficij efficaciam te tunc natum fuisse dici potest. Ibi igitur peperit te mater tua, ibi spes nostra orta est, & peccantes propter tuā diuinā clemētiā tantū à te beneficiū impetrauimus, quantum vniuersi homines in omnibus seculis bene operantes nūquā promereri valeremus. Hæc est iustorū hominū cōsideratio, & hoc cū Deo agunt, atq; hoc significat verbū illud: Sub arbore malo suscitauit te. Ecce fratres charissimi

13 rissimi, quousq; ineffabilis Dei charitas peruenit. Ecquis hæc cōsideratione viuus diuini amoris flāmis nō accendetur? Ideo statim subdit ibidē diuinus spūs, dicens: Pone me vt signaculū super cor tuū, vt signaculū super brachiū tuū: quasi dicat; siquidē anima tot, tātiq; beneficijs meis te affectā atq; deuinctā animaduertis: cōsidera qualē mihi debeas charitatem, pone me vt scopū, in quē omnes cogitationes, atq; opera tua dirigantur. Cū igitur tot, tantaq; beneficia adeo indignis hominibus facta, totq; ac tā innumerabiles labores pro illis fuerint tolerati: hæc tamen omnia vnā horā à Dño appellari; nonne admirandū videtur eorū præsertim iudicio, qui hæc attētē, atq; profundē cōsiderauerint? O si hæc semper in mētibus nostris impressa deferremus, quā potēs nobis esset frænum, quod à tam bono Deo, cuiq; tot beneficijs deuincti sumus, offendēdo cohiberemur. *¶ Sciens quia venit hora eius. O benedicta sit talis hora! hora inter cæteras horas perpetuò memoranda. In hora utiq; conceptus, in hora natus, atq; in hora circūcisus est: nullā tamē illarū tā peculiariter horā suā appellat: & sic dicebat: Nondū venit hora mea. In ea enim hominū debitū erat soluturus; in ea mortē, ac dæmones erat victurus: in ea nos cū æterno Patre recōciliaturus. Cū autē vtilitates nostræ essent, horā suam illā vocat, quia propria bona sua efficit, ea, quæ in nos confert. ¶ Et transeat ex hoc mundo ad Patrem. Vnde duo singularia salutis nostræ documēta possumus elicere. Primum est, nos diligētē curare debere, vt hora mortis nostra sit. Sic nos admonet Spiritus sanctus, dicens: Noli esse stultus, ne moriaris in tēpore nō tuo, habenti plurima breui tēpore faciēda dicitur deesse tempus: si omnia, 15 quæ in toto vitæ cursu faciēda erant, in horam mortis faciēda reseruantur: absq; dubio ad illa omnia faciēda tempus deest: ergo noli esse stultus o frater. Nunc cū opportunum tempus habes salutem tuam diligenter negociare? ad hoc enim conficiendum, omnes isti dies vitæ tibi à Domino conceduntur, ne omnia in illam horam differas: fortassē enim ad omnia bene conficiēda tibi tempus non suppetet: & ita moriēris in tempore non tuo: vel aliter. Mancipium non est Dominus temporis vitæ suæ, siquidem non potest in eo voluntatem suam adimplere, sic qui suorum turpiū morum mancipium moritur, difficillimē poterit, quod voluerit, efficere. Ne sis ergo o frater, peccatorum tuorum mancipium, nec ea tui dominari patiaris; ne moriaris in tempore non*

Ca. 1.

Eccli. 7.

simile,

re non tuo: sed cura, vt illa sit hora tua: & cū spiritus libertate illa, 16  
 quæ ad animę tuę salutē spectant, prudentissimē possis dispone-  
 re. Secundum est, quod consideremus quantū inter boni, & mali  
 obitum interest. Obitus namq; boni dicitur transitus ex hoc mū-  
 do ad patrem; sic dixit David: Transibo ad locū tabernaculi admi-  
 rabilis vsq; ad domū Dei. Hęc secūda particula est declaratio prioris,  
 quę exponit tabernaculū admirabile esse domū Dei: ad quā  
 transeunt iusti, qui ex hoc mundo penitus purificati egrediuntur:  
 & sic dixit Christus Redēptor noster: Qui credit in me, transiet  
 à morte in vitam. In quibus verbis vita huius seculi mors; bea-  
 titudo autem per antonomasiam vita à dño nūcupatur: & quam  
 nos mortem communiter appellamus, transitum ex hac infœlici  
 vita ad æternā beatitudinis vitam Dñs vocat. Et quemadmodum  
 qui maximo saltu vult profundā aliquā fossam præterire, ne in  
 illam excidat, multò antea cursum aggreditur: nam si quietus per-  
 sistens salire conaretur, mirū esset illum in ea non perire. Sic igitur,  
 vt ex hac morte ad æternam vitam saliamus, ne in horribilem  
 inferni fossam incidamus, multò antea cursum nos aggredi oportet,  
 & a modò ad periculosum illum saltum conficiendū nos debe-  
 mus præparare, & sic mors nostra non interitus quidem, sed tran-  
 situs ad Patrem meritò poterit appellari. Mors autem malorū nō  
 ad Patrem quidē, sed ad æterna tormenta est transitus. Transie-  
 runt filij Israel mare rubrum, vt manna suauissimo vescerentur:  
 transferunt autē ipsum Ægyptij, vt in eo demergerentur, & dein-  
 de in infernum detruderentur. O quantum inter vtrumq; transi-  
 tum interest. Magnum est discrimen inter eum, qui portū tenet,  
 vt in patria sua requiescat, & eum, qui ex nauī descendit, vt capti-  
 uus inter hostes crudelissimos commoretur. Iusti mortis portum  
 tenent, vt in illam supernā patriam ingrediantur, vbi dulcissimis  
 cælestium ciuim amplexibus excipiuntur: mali autem ex huius  
 vitæ nauī descendunt, vt in æternā illam inferni captiuitatem in-  
 grediantur. O fratres mei, ego vos sanctissimę Trinitatis nomine  
 adiuro, vt summopere aduertatis quomodo nauigatis, vt ad illam  
 beatorum spirituum societatem pertransire mereamini. Quando  
 mortuus est Abraham, dicitur de illo: Congregatus est ad popu-  
 lum suum. Etiam de Sancto Isaac dicitur: Mortuus est, & apposi-  
 tus est populo suo. Deq; Sancto Iacob: Obijt appositusq; est ad  
 populum suum. Nobis videntur in morte amici derelinqui, &  
 amitti.

*Psal. 41.**Ioan. 5.**simile.**Exod. 14.**simile.**Gene. 25.**Gene. 35.**Gene. 49.*

19 amitti. Veruntamen tunc emigramus, vt veris amicis perfrua-  
 mur, qui singulari quodam amore nos expectant, quando iā ad  
 eos perueniemus. Etenim hoc significat populus ille, cui sancti il-  
 li Patriarchæ iungebantur. Vtinam in hoc itinere, & nauigatio-  
 ne non pereamus: sed tanquam vera membra cum nostro diuino  
 capite Iesu Christo ad Patrem transeamus.

*Cum dilexisset suos, in finem dilexit eos.* Super quo dicit B. Chryso-  
 stomus: In finem, id est, semper; & est bona interpretatio. Hoc  
 enim termino assiduò vtitur diuina Scriptura ad significandam  
 durationem, & perpetuitatem, vt: Exurge, & ne repellas in fi-  
 nem. Et: Vsq; quo obliuisceris me in finem? Et: Delectationes  
 in dextera tua vsque in finem, id est, semper. Et Amos: Si obli-  
 tus fuero, vsque in finem opera eorum. Ita hic in finem, id est,  
 20 semper discipulos suos dilexit, nunquā eos diligere cessauit: nec  
 mortis timore, nec maximorum tormentorum dolore conturba-  
 tus est. Nobis autem quæcunq; minima occasio impedimēto est,  
 & amoris filum facit infringere. Vel in finē, id est, vsque ad vlti-  
 mum amoris terminum. Triplex est gradus amoris: Primus, pro  
 amico diuitias in discrimen adducere. Secundus, honorem. Ter-  
 tius tandem vitam & personam pro illo offerre. Deus omnes di-  
 uitias, hoc est, omnes creaturas suas nobis dedit. Etenim etiam de  
 Angelis dicit Beatus Paulus: Omnes sunt administratorij spiri-  
 tus misi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis. Nec verò  
 hoc contentus est; sed ipsemet nobis seruiturus aduenit. Etiam  
 pro nobis honorem suum opposuit. O clementissime Domine  
 quot contumelias tam verbo, quam opere passus es. Ille, qui ma-  
 21 gnopere fuerat collaudatus: quem turbæ suorum omnium imme-  
 mores per deserta loca sequebantur, per vias publicas vinculus  
 ductus, & quasi taurus exagitatus, ac sacrilegi præconis voce bla-  
 sphematus: & ille qui totius erat honestatis exemplum, coram  
 omnibus in cruce pendens, vestibus denudatus est, quò magis il-  
 lum iriderent. O bone Iesu, ô beatorum omnium gloria, & splē-  
 dor nescio vtrum sacratissima viscera tua crudelius transfixerit,  
 hæc ne verecundia, qua confusus fuisti, an dolor, quem ex clauo-  
 rum affixione percepisti: nescio vtri maiores gratiarum referam  
 actiones. Non solum autem honorem, sed & vitam etiam obtu-  
 lit. Ideò dicit B. Augustinus: Dilexisti me Domine plus quam  
 te, quia mori voluisti propter me.

*Chrysost.**Psalm. 43.**Psalm. 12.**Psalm. 16.**Amos. 8.**Hebr. 1.**Matth. 21.**Ioan. 6.**Luc. 24.**Matth. 27.**Marc. 15.**Ioan. 19.**Augusti.*

*Ambros.  
prologo de  
spiritu sancto.*

*Num. 6.*

*Matt. 11.  
Scot. in 3. d.  
34. q. vnica.*

*simile.*

*Lnc. 18.*

*Et Coena facta, &c.* Cum seruus quidam Dei agnum, & azymos<sup>22</sup> panes in petra collocasset, ignem ex ipsa petra prodixisse, atque illa omnia deuorasse B. Ambrosius dicit: Ignem ex petra, qui est Iesus Christus, exiisse & illo Paschalis agni, & azymorum panum sacrificium consumptum fuisse, diuinique amoris eius igne veteri legi sine impositum fuisse. Hic est ignis sacrificij, quo Nazaraei capillos suos comburebant. Hoc enim igne vniuersas superfluas curas, quae per capillos significantur consumi oportet in nobis: ita, ut omnes cogitationes nostrae deuotae, sanctaeque sint. O diuina Petra per ineffabilem clementiam tuam te suppliciter exoramus ut ex ardentissimo amoris tui igne aliqua pruna in corda nostra profiliat, qua comburamur, atque ab vniuerso malo purificemur. Ut igitur Dominus illi sacrificio finem imponeret, cum discipulis suis coenauit. Atque etiam ob aliam praecipuam causam cum illis coenauit. Ad cuius intelligentiam animaduertendum est Christum Redemptorem nostrum Magistrum, Dominumque nostrum esse; sicut ipse discipulis suis perfecta hac diuina coena, dixit: *Vos vocatis me Magister, & Domine, & bene dicitis: sum etenim.* Et quauis tanquam Magister, plurima sancta documenta tradiderit: duo tamen praecipue docuit, sicuti dixit: *Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde.* Scotus dicit: quod quenquam esse mitem, est ad omnes labores perferendos, qui sibi amicorum suorum causa prouenerint, esse paratissimum: absque eo quod alicui resistat, aut officiat. Et in hac apertius quam in alia re amicitia demonstratur. Quia verò diuinum redemptorem se mitissimum esse docere, difficillimum erat, sanctique Apostoli rudes erant ad intelligendum quomodo vita passura esset mortem, Et cum magister rudes, atque ineptos discipulos obscurum aliquid docet, illud saepissime repetit, & similitudinibus illustrat, quousque discipulis clarum, atque intelligibile reddatur: labores quos sanctissimus Magister passurus, & mansuetudo, qua nemini restiturus erat, sublimis, atque difficilis materia erat: & idcirco illam saepenumero eis repetijt, dicens: *Ecce ascendimus Hierosolymam, &c.* At ipsi nihil eorum intellexerunt: erat enim verbum istud absconditum ab eis. Cum autem optimus Magister animaduertit eos mansuetudinis lectionem non intellexisse, curiosam, & perspicuam eis similitudinem adducit: ut per eam ipsius mansuetudinem intelligerent. Et ad hoc cum illis coenauit, assumque agnum ad mensam iubet afferri

O quam

<sup>25</sup> O quam propria similitudo. Non dubito, quin si discipuli illam statim intelligerent, sicuti postea intellexerunt, singulis moribus ab eorum oculis lacrymae prorupissent. Possent eis Dominus dicere. Ecce, quod dicebam vobis, contemplantini me esse hunc agnum, immaniusque quam illum cernitis me esse tractandum. Hic enim agnus occisus est, & postea excoxiatus, atque assatus fuit: ego autem viuus excoxiandus, atque in veru crucis ponendus, atque innumerabilem laborum, ac dolorum igne assandus sum. Diuinus autem Magister similitudinem adduxit, sed pro tunc eius expositionem siluit: quia opportunius illam declaraturus erat, ut illi, & per illos nos omnes verè mites esse disceremus. Lectionem verò humilitatis, etsi saepenumero illos erudit, sicuti cum eis dixit: *Quicumque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister.* Et cum eis dixit: *Qui se humiliat, exaltabitur:* nec eam bene intellexerunt. Ideo admirabilis humilitatis eis hodie adducit exemplum; quasi diceret eis: *Contemplantini, cum ego Deus omnipotens sum, vos autem pauperculi piscatores, me pallio deposito linteo praecingi, atque ad pedes vestros vos lauaturum prosterni. Quod si facerem, nonne vobis haec cordis humilitas esse videretur? Animaduertite igitur, atque attentè perspicite, quomodo ego istud facio, siquidem me verum Deum, atque hominem esse creditis: & sic eorum pedes lauit. Atque illa fuit perspicua similitudo, qua & illos, & nos veram humilitatem erudit.*

Et ideo dicit Sanctum Euangelium: *Surgit à coena.* Quae angustia est ista Domine quæ cortuum occupauit? Heu Deus meus etiam in coena ab amore compilaris, id est, [Eres saltado] Prosternitur potentissimus ille Dominus, in cuius conspectu caelum, & terra, atque inferi flectuntur: *Et cepit lauare pedes discipulorum suorum.* O profundum infinitae probitatis, & charitatis pelagus, quid de te dicam? O caeli, o terra, o elementa, o sol, & luna, o splendentia caeli sydera à rapidissimis vestris motibus quiescite, & hunc tam profundam humilitatis actum animaduertite. O sublimes Seraphim coopertis vultibus proclamate: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth, ne mundus autorem suum ignoret, cum illum adeo dissimilibus vestibus indutum, tamque humili atque abiecto operi intendentem perspiciat. Pro magna humilitate, & subiectione dixit illa prudētissima

*Matt. 20.*

*Lnc. 14.*

1. Reg. 25. tissima Abigail seruis Dauid: Ecce famula tua fit in ancillam, vt lauet pedes seruorum Domini mei. Nunc autem potentissimus Deus quasi mancipium seruorum suorum abluuit pedes. Ecce (ait Beatus Augustinus) manus, quibus æternus Pater omnia tradidit. (*Sciens, quia omnia dedit ei Pater in manus.*) Nunc hominum pedibus suppositas. Quasi res maximè admirationis dicta est: Mulier quædam lunam sub pedibus habuisse. Maior excellentia, & magnitudo est hæc hominum, scilicet, ipsum Deum sub pedibus habere. Sponsa dicebat: Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Maior utiq; excellentia, atq; magnitudo est hunc ipsum sponsum, vtranque manum piscatorum pedibus submittere. Admirabatur Dauid Deum sub hominum potestate posuisse oves, & boues vniuersas, insuper, & pecora campi: omnia (inquit) subiecit sub pedibus eius. Maius autè est sub pedibus potentissimas illius manus habere, qui omnia creauit; coepit lauare. Hodie incipit, & cras lauacro finem imponet, cum dicet in cruce: consummatum est. Hodie aqua, cras autem sanguine lauabit. Hodie serui formam accepit, cras verò inter duos latrones suspensus, latronis speciem assumet, vt peccatores discant humiliari, atque huius superbiz, quæ omnia cõturbat, crura nouerint abscindere.

Augusti. *Venit ergo ad Simonem Petrum.* Beatus Augustinus super hunc locum venerabilem Bedam secutus dicit, prius Dominum ad Beatum Petrum, tanquam ad caput, quod futurum erat Ecclesiz, venisse; qui cum eum iuxta se perspiceret, præ miraculose operis, quod videbat, splendore animo cõturbatus, dixit ei: *Domine tu mihi lauas pedes? Mihi (inquã) piscatori, & peccatori? Quod ego facio, tu nescis modo.* Nunquid arbitraris me, quasi seruũ velle te, quasi dominum abluere? longè opinione falleris. Lauo utiq; te, vt humilitatem peccatorum purificatricem te doceã: quapropter nõ oportet te huic operi resistere. Nunquid tibi bonum esse videretur, si volẽti fullonæ immundum pãnum abluere, diceret ille: Nequaquam me immundum pannum à te rationali creatura ablui patiar? Attende panne (diceret illa) non te abluo eo quod me nobiliorem, quàm te esse ignorem: sed vt siquidem mihi seruiturus es, ablutus, & non obscœnus mihi deferuias. Sic ego õ Petre non te abluo eo quod qualis vterque nostrum sit, ignorem; sed vt mihi mundus, & immaculatus deferuias. Recusanti adhuc Beato Petro, dixit Dominus: *si non lauero te, non habebis partem mecum.* Pars il

31 la est gloria, de qua Dauid: Dominus pars hereditatis meæ. Et. Qui vnum veniale peccatum habuerit, non ingredietur in illam quousque ab eo purificetur. Quantum malum est peccatum: siquidem cuncti ciues cælestes non sufficient à Domino impetrare, vt quandiu anima veniali culpa fuerit maculata in cælum Domino fruitura cõscēdat, quod nos magno opere deterrere deberet, ita vt non solum à lethalibus, sed à venialibus etiam peccatis diligentissimè cauereamus.

Accedit postea clementissimus Dominus ad pedes Iudæ. Eia infœlix peccator conuertere. Attende Deum ad pedes tuos prostratum hoc à te postulare. O immensam Dei misericordiam! Reus utiq; ad confessarij pedes se prosternere consuecit: Hodie verò ad rei pedes se confessarius proijcit, eumque cum pace, & venia rogat. O filiz Sion venite, & videte rem hanc tam obstupidam. Huc vsque amoris beneficium peruenire potest. Ecce Deũ ad pedes diaboli prostratum, quia vnus ex vobis diabolus est. O peccator, qui nunc me audis, quoties tibi Dominus pacem obtulit, & nunc etiam te ad veniam inuitat. Caue frater ne illam despicias, sicut hic infœlix discipulus, ne cum eo perpetuis cruciatibus contorquendus in infernum descendas. Cum discipulis suis cœnando, eorumque pedes abluendo tanquam bonus Magister humilitatis, ac mansuetudinis lectionem Christus Redemptor noster erudiuit. Siquidem autem Magister est, & Dominus (ac talis Dominus) quandoquidem se Magistrum esse demonstrauit, rationi consentaneum erat, vt & Dominum munificentissimum se præberet. In tribus maximè rebus se quisquam magnificum esse Dominum manifestat: potentia, scilicet, misericordia, & magnificentia. Hæc autem omnia in sacrosancto Eucharistiz Sacramento, quod illic instituit, Dominus demonstrauit. Dicit Sanctus Moyses: Date magnificentiam Deo nostro. Ad eodẽ vstitata sunt in hac nostra tempestate magnificorum pronomina in Epistolarum superscriptionibus imponi, vt vix reperiat homo quantumcunq; vilis conditionis sit, qui in atramento & papyro non sit magnificus: quæ quidem nigra, & vana magnificentia est; nobis enim miserorum, & illiberalium nomen aptius competit. Nam vt dicit Aristoteles: Illiberalis, & arctus quod consumit, cum tristitia & amaritudine consumit. Et nos quicquid temporis, pecuniarum, atque verborum in Dei ministerio con-

Tom. j. Ggg sumimus,



sumimus, cum tanto mœrore, & parcitate consumimus, ac si il-  
 lud perderemus. Non ita est, cum omnia in mundi seruitute di-  
 spendimus, quia illa cum maxima alacritate, & gaudio consumi-  
 mus; & cum tam arcti, atque illiberales nos in Dei ministerio præ-  
 beamus, magnifici tamē volumus appellari. Dicit igitur sanctus  
 Moyses: Ne arripiatis ô mortales nomē, quod vobis non conue-  
 nit; sed date magnificentiam Deo nostro: illi enim vni competit.  
 Veruntamen notandum vobis est dilectissimi in nullo operum,  
 quæ Deus à mundi constitutione, quousq; semetipsum homini-  
 bus tradidit, operatus est, se se adeo magnificum præbuisse. Vt  
 enim dicit Aristoteles vbi supra, duo requiruntur ad magnificen-  
 tiam faciendam: vnum, videlicet, ex parte operis, alterum verò ex  
 parte operantis. Ex parte operis, quòd sit maximi sumptus: ex  
 parte verò operantis, quòd cum ipsius magnitudine cõueniat. Si  
 enim respectu vnus ducis, eiusq; copijs cõsideratis opus aliquod  
 magnificentia dicitur: siq; Rex idem opus fecerit, non magnifi-  
 centia quidem, sed liberalitas appellabitur: multum enim à regia  
 magnitudine degenerat. Videamus nũc quidnam consumpserit  
 Deus mundũ, & omnia, quæ in eo sunt, efficiens? Nihil vtiq; neq;  
 ex domo sua quicquam dispendit. Nam Deus est infinitus, & si  
 omnia eius opera cum eius magnitudine conferantur, quasi nihil  
 esse videbuntur; & maiores sumptus facit Rex vnum minutum  
 largiendo, quàm Deus vniuersum mundũ creando. Nam Rex tot  
 minuta posset erogare, vt nihil illi penitus remaneret, Deus autē  
 postquam innumerabiles mundos creasset, tam diues sicut antea  
 persisteret. Ergo sic, vt Rex non est appellandus magnificus, cum  
 vnũ minutum tribuerit, nec magnificentiã facit: sic etiã Deus & 36  
 minus quidem, nec magnificentiã fecit, cũ mundum cõstruxerit,  
 iuxta doctrinã Aristotelis, licet Deus magnificentissimus sit. Quã-  
 do autem seipsum largitus est, tunc secundũ probitatem magni-  
 tudinemq; suam donum concessit, donum vtiq; infinitũ: in quo  
 magnificentiam suam ostendit; sicut in sacratissima incarnatio-  
 ne, atque in admirabili huius diuini Sacramenti institutione, in  
 qua infinitam magnificentiam, infinitam misericordiam, infinitã  
 denique potentiam demonstrauit. O benedictus, & glorificatus  
 sit talis Deus, qui tantopere nos voluit honestare, ac magnificare!

*Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus.* Et in eius discessu  
 omnia in manibus nostris collocauit, dicens: Accipite, &  
 mandu-

37 manducate: Hoc est corpus meum. Huc vsq; dicebat Da-  
 uid, quasi rem maximam: Anima mea in manibus meis sem-  
 per. Nuncautem possumus dicere: Deus in manibus meis,  
 Deus in ore meo, Deus in pectore meo. O fœlices nos, si  
 tanto beneficio debitas gratiarum actiones referre nouerimus.  
 Tam ineffabile est hoc beneficium, vt intelligens Christus  
 Redemptor noster fieri non posse, quod homines tanto be-  
 neficio satis dignas gratias agerent, nec Deum sicut oportebat,  
 propter illud collaudare: idcirco hic ipse diuinus Do-  
 minus, qui hoc in nos beneficium conferebat, quatenus ho-  
 mo pro illo æterno Patri gratias egit: & sic quo tempore di-  
 uinum hoc Sacramentum instituit eleuatis oculis in cælum,  
 gratias egit: quia tale remedium humanæ fragilitati voluit ad-  
 38 hiberi. Atque in hoc etiam nos Dominus docuit, ne diui-  
 nam Maiestatem laudare cessemus, pro tam singulari, ac su-  
 premo beneficio. In voce exultationis, & confessionis  
 nunc epulantis dixit Dauid. Nihil aliud ex ore diuinum hunc  
 cibum comedentis, nisi vocem exultationis, lætitiæ & lau-  
 dis oportet audiri. Videntes filij Israel, dixerunt: Manhu,  
 nonnulli tenent illos hoc per contemptum dixisse, quasi dicerent:  
 Quid? hoc ne est magnum donum, quod nobis promiserat  
 Dominus? (Etenim ingrati omnia comminuunt.) Pretiosum  
 quid nobis ab hoc dandum esse credebamus: vide-  
 te autem quid nobis tribuit. Alij verò, & meliùs dicunt il-  
 los hoc præ admiratione dixisse, & ita sequitur in textu: ne-  
 sciebant enim quid esset, & quia quo nomine illud appella-  
 rent, ignorabant, donum vocauerunt: quia Man in He-  
 39 bræo donum significat, & Hu, idest, hoc, quasi dicerent:  
 Hoc est verè magnum, & insigne donum Dei. Esse au-  
 tem hunc legitimum huius verbi sensum patet: inferiùs e-  
 nim dicit: Appellauitque domus Israel nomen eius: Man,  
 id est, donum: ex quo apparet illos cognouisse Manna il-  
 lud celeste donum esse Dei, quod eius liberalitate sibi indi-  
 gnis donabatur, & sic confessi sunt. Sic igitur vniuersa  
 Dei dona nos oportet accipere: omnia enim beneficia absque  
 meritis nostris in nos Dominus confert: Super omnia ve-  
 rò ei gratias agere debemus, pro eo quod propter nos se ho-  
 minem fecerit: & pro nobis mortuus fuerit, se seque in ani-  
 marum

marum nostrarum remedium tam magnificè nobis in cibum tra-  
 diderit, & cum admiratione, ac iubilatione oportet nos dicere:  
 Manhu, ò quàm maximum donum est hoc, benedictus, & glori-  
 ficatus sit, qui nobis tale concedit. Vt autem quantum in vos be-  
 neficium conferatur, cùm ad hanc sacrosanctam mensam federe  
 iubeamini, vobis apertius innotescat; exemplum hoc adnotate.  
 Inter vltima verba, & præcepta, quæ Dauid moriens filio suo Sa-  
 lomoni proposuit, fuit vnum, & nimis principale quod filios  
 Berzelai semper ad mensam suam faceret confidere. Filijs (in-  
 quit) Berzelai reddes gratiam, eruntque comedentes in mensa  
 tua: occurrerunt enim mihi, quando fugiebam à facie Absalonis  
 fratris tui; quasi diceret: cùm ferè vniuersus populus Israel Ab-  
 salonem sequens me destituit, tunc iste fidelem se se mihi ami-  
 cum præstitit. Nescio vtrique, vtrum in hac re potius admiremur,<sup>41</sup>  
 an fidelitatem Berzelai, qui eo tempore cum tanta vitæ suæ di-  
 scrimine Dauidis partes secutus est (si enim Absalō victor existe-  
 ret, sicuti circumspectissimus quisq; poterat suspicari: quid de Ber-  
 zelai fieret) an de optimi regis gratitudine: qui non contentus est  
 quandiu vixit maxima in hos beneficia conferre: sed cum iā pro-  
 pè obitum esset, animamq; (vt aiunt) in faucibus haberet, cùm  
 vix homines sui ipsorum meminisse consueverunt, diligenter Sa-  
 lomoni commendat, vt eos ad mensam suam collocet: quæ qui-  
 dem mensa talis erat, vt illam inter cætera Regina Sabba, magno-  
 perè fuerit admirata. Quàm maximi æstimarent hi, dicite mihi,  
 quamque foelicissimam ducerent parentis sui fidelitatem erga  
 Dauid, siquidem ex illa tantum sibi honoris, atque vtilitatis eue-  
 nerat? Ex quo conijcere poteritis, quàm foelices, atque beatas iu-<sup>42</sup>  
 dicabunt sancti in cælo lachrymas, quas in hoc seculo in peccato-  
 rum remissionem effuderunt, laboresque, quos propter Domi-  
 num pertulerant: propter quos tanta nunc gloria perfruuntur. At-  
 tamen ad propositum redeunt dicimus, sicut liberis Berzelai  
 propter parentis merita singulare illud atque magnificum bene-  
 ficium factum fuit: sic æternum Patrem propter merita Saluato-  
 ris nostri Iesu Christi (qui apud Isaiam futuri seculi Pater appel-  
 latur) hoc in nos tantum, tamque excelsum beneficium absque  
 nostris meritis contulisse, videlicet, vt in hoc exilio ad diuinæ  
 Maiestatis suæ mensam sacratissimam sedeamus. Oportet au-  
 tem nos animaduertere quæ dicit Beatus Paulus, de hoc diuino  
 cibo.

3. Reg. 2.

Isai. 9.

43 cibo loquens: Probet autem se ipsum homo, & sic de pane illo  
 edat: qui enim manducat indignè, iudicium sibi manducat. Ma-  
 ximam affert admirationè considerare, quanta cum reuerentia,  
 & puritate præcipiebat Deus, vt vasa, & reliqua omnia supelle-  
 stilia templi tangerentur. Quæ quidem vmbra erant, atque figu-  
 ra huius altissimi mysterij. Præcepit Deus, vt quotiescunque  
 Aaron summus sacerdos, eiusque liberi in tabernaculū foederis es-  
 sent ingressuri, manus, pedesque abluerent, ne fortè morerentur.  
 Et alibi: Omnis homo, qui accesserit de stirpe vestra, ad ea quæ  
 consecrata sunt, & quæ obtulerunt filij Israel Domino, in quo est  
 immunditia, peribit coram Domino. Et Sacerdos Abimelech  
 noluit sacrum panem Dauidi, & seruis eius concedere, quousque  
 illos mundos esse maximè à mulieribus, certò cognouit, quod  
 44 summoperè notandum est: circa quod Beatus Hieronymus: Si  
 panes propositionis ab his, qui vxores tetigerunt, comedi non po-  
 terant, quantò magis panis, qui de cælo descendit, non potest ab  
 his, qui coniugalibus paulò antea vacauere amplexibus, violari,  
 atque contingi? non quod nuptias condemnemus, sed quod eo  
 tempore, quo ad tremendum Domini corpus accessuri sumus,  
 vacare carnalibus operibus non debemus. Hoc tamen dictum  
 Beati Hieronymi secundum congruitatem, non secundum ne-  
 cessitatem oportet intelligi. Vnde vtrum talis diuinum Eucha-  
 ristia Sacramentum debeat accipere, nec ne, sub iudicio est relin-  
 quendū: sic tenet Beatus Thomas. Quæ cum ita sint fratres cha-  
 rissimi, sic ad hanc sacrosanctam mensam curemus accedere, vt  
 tantum bonum pro culpa nostra, non nobis in malum conuerta-  
 45 tur, sed nobis medicina, vita, atque gratia sit, qua cælestis gloria  
 comparatur, Amen.

I. Cor. 11.

Exod. 30.

Leuit. 22.

I. Reg. 21.

Hiero. super

Matt.

S. Tho. 3. p. 9.

80. arti. 7.

ad secundū.

Tom. j.

Ggg 3

SERM' O

## Sermo in Passione Domini.

*Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Iesu. Ad Philip. 2.*



**A**M sublimibus mysterijs recensendis, sicut hæc, de quibus in presentiarum nobis agendum est, Angelorū linguis, inflammatis simorumq; Seraphim amore, ac spiritu opus esset. Nā dolores Christi Redemptoris nostri, sanctissimæq; Passionis, & mortis ipsius mysteria gustatu quidē aptiora sunt, quā dictu. Te igitur ô Christe flagellis cæse inuoco, ac suppliciter exoro, vt in ijs, quæ dicturus sum, linguā meam dirigas, corq; meum, atq; omniū circumstantium tenerū reddas, vt hæc omnia sicut oportet, persentire valeamus. Vosq; ô Catholica corda, huius diuini Dñi nomine adiuro, vt eadē, sicut in his verbis Beatus Apostolus vos admonet, sentiatis. Si Dauid imperauit, vt fœminæ Israel lamentari discerent, ad Saulis & Ionathæ obitum deplorandum, & ipse collachrymās dicebat: Saul, & Ionathas amabiles, & decori valdē in vita sua, in morte quoq; non sunt diuisi: quanto magis ratio postulat, vt depleamus, & deplorare alios doceamus mortem sanctissimi Iesu, & ineffabilem dolorem sanctissimæ genitricis eius, multò quidem amabiliorem, atq; pulchriorem Saule, & Ionatha in vita sua, & in omnium seculorum temporibus, qui nec in ipsius morte separati sunt: sed iuxta crucem, cui sacratissimus filius pendeat affixus, stabat dolorosa mater, sicut dicit Beatus Ioannes: Stabat iuxta crucem Iesu mater eius. Quemadmodum membra illuc occurrere consuescunt, vbi præcipuus corporis dolor viget. Sicuti, si vobis stomachus dolet, ibi manus apponitis, & super illum recumbitis: si dentibus laboratis, statim caput deflestitis, & manus illis imponitis, quia illic totus dolor assistit: sic etiam virgo mœstissima cruci adhæsit, quia illic totus ipsius dolor aderat. Illic erat plaga, quæ eius viscera vulnerabat, atq; idcirco illinc non recedebat. Quod si multitudo filiorum Israel planxit obitum Aaron, qui obiit in monte Hor, planctusque illorum integrum mensem durauit, quanto magis nos Christum verum

4 verum, ac summum totius mundi Sacerdotem oportet lamentari, qui in monte Caluarie mortuus est? Aaron mortuus est, ne in terram promissionis ingrederetur: Christus autem reparator noster obiit, vt nos in veram promissionis terram, quæ est cælestis gloria, introiremus. Si igitur obitus Aaron triginta dies deploratus est; nonne huius summi Sacerdotis mortem toto vitæ nostræ tempore debemus lamentari? Quod, sicut Beatus Augustinus exaggerat, maximi meriti est oblatio. Quam obrem sicut in alijs concionibus ad bene dicendum, atque ad bene operandum gratiam postulamus: sic hodie ad bene dicendum, bene operandum, bene sentiendum, ac denique bene deplorandum illam debemus exposcere. Confidenter sperare possumus, sacratissimam virginem Mariam Dominam nostram auxilium, gratiamque nobis impetraturam esse, vt quod ipsa persentit, nos quoque aliquo modo sentiamus. De qua verba illa Hieremiæ merito dicere possumus: Magna est velut mare contritio tua, quis medebitur tibi? Tantum excedit dolortuus ô virgo purissima cæteros omnes dolores, quantum mare cæteris fluminibus antecellit. Et quemadmodum in mari nulla est gutta aquæ, quæ non sit salsa, & amara: sic nihil erat in corde sanctissimæ virginis, quod eam non affligeret. Et sicut in mari vnus fluctus alterum sequitur, & omnes in litore confringuntur, sic etiam in huius tristissimæ genitricis corde altera poena, & dolor, alterum sequebatur, & cuncti in virginalibus ipsius visceribus frangebantur. Quis medebitur tibi, siquidem medicus, qui dolori cordium medebatur, hodie inter duos latrones moritur, crucifixus? Tanto dolore, atque afflictione pretiosissima hæc virgo affecta est, cum quia delicatissima, & maximè compalsiua erat, & si canem in via dolores perpeti cerneret, illum miseraretur quanto magis filium suum, & talem filium tot labores patientem perspicens: tum etiam, quia semper domi inclusa morabatur, nec quenquam vllò vnquam tempore vapulare, crucifigi, aut contorqueri perspexerat, & primus quem in vita sua tormenta perpeti vidit, fuit dulcissimus, atque amantissimus ipsius filius: atque ideo isthæc clementissima eius viscera crudelius transfigebant. Siquidem igitur innumeros hos dolores tantoperè sensit, illam suppli-

2. Reg. 1.

Ierem. 3.

simile.

Num. 20.

citer exoremus, ut ab amantissimo filio suo nobis gratiam confiteatur, quod ad ipsius imitationem aliquid nos etiam sentiamus: dicentes singuli deuotissime, Ave Maria.

*Hoc enim sentire in vobis.* Sicut pretiosissima diuini Saluatoris nostri Passio, est vna ex mirabilioribus rebus, quas Deus pro nobis in hoc seculo fecit, nec faciet: sic est res maioris doloris, atque tristitia, quam omnes, quae sunt, fuerunt, & futurae sunt. Et hinc est, quod quando Deus illam in Prophetis reuelabat, & praecipiebat, ut populis praedicarent; alter dicebat: Lingua mea adhæsit faucibus meis. Alter dicebat: Domine quis credidit auditui nostro? Alter verò dicebat: Audiui auditionem tuam, & timui. Alter miserum hoc & lamentabile tempus in spiritu contemplans, dicebat: Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo die ac nocte. Ideò decreuit diuina Prouidentia, ut in dolorosa Redemptoris mundi morte, insensibiles etiam creaturae sensationem facerent, lapidesque adinuicem confringerentur, ut significaret eos, qui talem mortem non sentiunt, atque dolent, lapidibus ipsis insensibiliores esse. Sæctus Propheta Zacharias sacratissimū hoc mysterium referens, dicit: In illa die quaeram contere omnes gentes, quae veniunt contra Hierusalem, & effundā super domum David, & super habitatores Hierusalem spiritum gratiae, & precum; & aspicient ad me, quem confixerunt, & plangent eum planctu quasi super vnigenitum, & dolebunt super eum, ut doleri solet in morte primogeniti. In die illa magnus erit plāctus in Hierusalem, sicut plāctus A drademmon in campo Mageddon: & plangent terra familiae, & familiae feorsum, & mulieres eorum feorsum. B. Ioannes declarauit hanc prophetiam de Christo Redemptore nostro intelligi. Nam cum omnia mysteria sanctissimae passionis Dñi retulisset, & quomodo in cruce expirauit, sacratissimoque eius lateri lancea vulnus fuit inflictū; addidit, dicens. Facta sunt hæc, ut Scriptura impleteretur: videbunt in quē transfixerunt, quæ est hæc quā modo retulimus. Quapropter per gētes quas sanctus Propheta dicit, in die illa à Dño fuisse contritas, diaboli significantur. Et in ipsa die super Ecclesiā suā, quæ per domū David, & habitatores Hierusalē significatur, sacratissimū sanguinem suum effudit, qui est spiritus gratiae, & precum: quia in virtute huius pretiosi sanguinis meritum consequuntur preces nostræ, & per eum gratiam comparamus. Et dicit in hac die

illos,

illos, qui eū crucifixum perspexerint, esse plācturos. Non solum autem, qui tunc eum corporalibus oculis viderūt, verū & nos etiā qui ipsum fidei oculis spirituali; cognitione perspicimus, quasi super vnigenitum plāctum maximum edere debemus. Ut autē Sanctus Propheta rem amplius exaggeraret, addidit: sicut plāctus A drademmon in campo Mageddon. Vnus ex præcipuis, & nimium celebratis plāctibus, qui fuerunt apud Hebræos, fuit hic, & factus est pro rege Iosia ut patet in Paralipomenone, vbi dicitur: vniuersus Iuda, & Hierusalem luxerunt eum: cuius omnes cātōres, atque cantatrices vsq; in præsentem diem lamentationes su per Iosia replicant. Dicitque supremum hunc defunctum omnes familias, & mulieres à viris segregatas esse plancturas. Aduertite quam singularem admonitionem nobis hic S. Propheta præbet.

11 Nunc enim rationi cōsentaneū est viros ab vxoribus segregari, ut melius valeāt lamētari. Et siquidē segregari nequitis: facite quod dicit B. Augustinus quando Christianus solus esse non potest, ut sanctissimam Domini passionem lamentetur, cogitet se solum esse nec rem tam dignam fletu coram alijs deplorare erubescat. Patriarcha Iacob in lectulo suo liberis suis circumstantibus, eique ministrantibus obiit, & aromatibus vinctum eius cadauer ductum fuit à filijs eius, ut in sepulchro patrum suorum sepeliretur. Vbi celebrantes exequias planctu magno atque vehementi impleuerunt septem dies. Vnde locus ille vocatus est: Planctus Ægypti. O fratres charissimi hodiè moritur maximus Iacob Iesus Christus non senex quidem, neq; annorum plenus, sed in florentiori ætatis suæ tempore: videlicet tricesimum tertium annum peragens:

12 non in lectulo quidem filijs circūseptus, sed in cruce inter duos latrones, non consolatus quidem sed blasphematus, varijsq; contumelijs affectus. O afflictissime Iesu quomodo potest te non flere Ægyptus? quomodo fieri potest quod cum te tot laboribus, atque tormentis cruciatum contemplermur, viscera nostra non abscindantur, teq; non tantum septem dies sed toto etiam vitæ nostræ tempore lamentemur, o quam merito queritur Deus de illorum inhumanitate, qui hoc non sentiunt, per Esaiam prophetam dicens: iustus perit, & non est qui recogitet in corde suo. Iustus per Antonomasiā est Christus. Sic eum vocat æternus pater per Esaiam dicens: prope est iustus meus. Cumq; hic iustus iustorum moriatur, non est qui eum in corde recogitet id est, qui eum iterū

Ggg 5

atque

Psalm. 21.

Isai. 53.

Habac. 3.

Hier. 9.

Zach. 12.

Ioan. 19.

2. Par. 35.

August.

Gen. 40.

Esai. 57.

Esai. 51.

Luc. 12.

atque iterum, sicut oportet, animo contempletur. Sicut oportet  
(inquam), Ad quod sciendū est, præceptum fuit à Deo, ut ita agn<sup>o</sup>  
frangeretur, ut per iuncturas scinderetur, & qui eum diuideret, nul-  
lum illius os infringeret. Videamus nunc: ecquid significabat iun-  
cturas agni tenere? significabat, nos oportere scire sanctissimam  
Domini passionem contemplari, & quia hæc est doctrina nota-  
tu dignissima, animaduertite sacratissimam hanc passionem tri-  
pliciter considerari posse. Primo eius effectus considerando, qui  
fuerunt mundi redemptio, & nos cum æterno patre reconciliari.  
Secundo maximam Christi Redemptoris nostri innocentiam  
tormentorūque, quæ passus est rigorem recogitando. Tertio  
tandem & ultimo causam, quare hæc omnia passus est, contem-  
plando, quæ quidem fuerunt peccata nostra. Quantum ad primū  
eius passionem possumus gaudere, sic ut ipse dixit, congratulamini  
mihī, quia inueni ouem, quæ perierat. Quantum ad secundum,  
scilicet ad innocentiam naturale est homini perspicienti innocen-  
tem virum tam crudelia tormenta patientem contristari, ei que  
compati. Quantum ad tertium, quæ sunt peccata nostra, iam vide-  
tis quantoperè plorare teneamur, eo quod peccata nostra sanctis-  
simæ ipsius mortis causa fuerint. Nonnulli etenim benedictam  
hanc passionē nimis superficialiter cōtēplāntur. Quando prædi-  
catur quomodo Dñs vincētus, flagellatus, spinis que coronatus est,  
illi compatientes plorant, sicut compaterentur, si quemcunq; iu-  
stum, atque innocentem mori perspicerent, neque ulterius pro-  
grediuntur: & hoc est agni iuncturas non tenere, sicut ait Lactan-  
tius Firmianus ad hoc propositum. Non enim (inquit) Gabianā  
crucē describimus, hominē Romanū aētū in cruce. Gabianus no-  
bilis vir Romanus innocens cruci affixus est. Non sic tantum Dñi  
passionem vos sentire oportet, ulterius consideratione progrēdiē-  
dum est. Cōtemplari etenim debetis illam esse animæ vestræ me-  
dicinam, atque salutem, amoremque, quo Dominus illam passus  
est cogitare debetis, & vos peccatis vestris illius mortis causam  
fuisse. Et sic illam deplorantes peccata etiam vestra plorare, illius-  
que Dñi, qui pro vobis talia passus est inflammatisimo amore  
debetis accendi. Ided ipse dixit plorantibus mulieribus: Filia  
Hierusalem nolite flere super me, sed super vos ipsas flete. Flete  
(ait) me, sed ulterius pertrāsīte, & vos ipsas in me flete. Et hoc erit  
agni iuncturas tenere: ut exinde grati, contriti maneatis, diuināq;  
probi-

Luc. 15,

Lactan. lib. 4  
de diu. insti-  
tu. cap. 18.

Luc. 23.

16 probitatē ardentissimè diligatis, & peccatū maximo odio habeat-  
is, siquidem tā perstifer morbus est, ut tali medicina indiguerit.

In hac sancta doctrina innitētes fratres charissimi facite, quod  
vobis dicit B. Paulus: *Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Iesu.*  
Id est, dolores, quos hic optimus Dñs perpeffus est, in vos metip-  
sos transferte: vosq; metipfos illos tolerare contemplantini. Et sic  
aliquid ex multis, quæ ipse sentit, sentire poteritis: Nam omnia  
isthęc sentiri est impossibile, tot enim, tātiq; fuerūt dolores, quos  
hic bonus Iesus passus est, ut cum illos Deus vellet inscribere, &  
depingere, in diuersis hominibus eos depinxerit, nullū quippē  
vas, neq; creatura erat, quæ tot tormenta capere posset. Et ita tor-  
menta, quæ passus est Sāctus Abel, cum in agro à fratre suo Cain  
interemptus est, figura fuerunt, tormentorum, quæ Christus Re-

17 demptor noster in monte Caluarie pertulit & afflictio, quā San-  
ctus Noe passus est cum cognouit se à filio suo discoopertū fuisse,  
atq; ipsius verenda detexisse etiam fuit figura angustie, atque af-  
flictionis, quam honestissimus Iesus per sentit, cum se vestimētis  
omnibus in omnium conspectu spoliatū vidit, cum illū populus  
illudebat, quam ipse antea ut filiū charissimū diligebat. Et do-

18 ctus Iacob effudit, quando charissimi filij sui Ioseph vestem san-  
guine cruentatam ipsius liberi ei ostenderunt: quæ que Sanctus  
Ioseph passus est videns se in cisternam à suismet fratribus im-  
missum, deinde ab ipsismet venditum, postea demum in Ægypto  
vinculis alligatum. Hi omnes labores angustias, atque perfe-  
cutiones, quas innocentissimus Iesus suscepit, repræsentabant.  
Necnon & labores Sancti Iob, de quo dicitur, testa radebat fa-

18 ctus Iacob effudit, quando charissimi filij sui Ioseph vestem san-  
guine cruentatam ipsius liberi ei ostenderunt: quæ que Sanctus  
Ioseph passus est videns se in cisternam à suismet fratribus im-  
missum, deinde ab ipsismet venditum, postea demum in Ægypto  
vinculis alligatum. Hi omnes labores angustias, atque perfe-  
cutiones, quas innocentissimus Iesus suscepit, repræsentabant.  
Necnon & labores Sancti Iob, de quo dicitur, testa radebat fa-  
niam in sterquilinio, hi omnes erant repræsentatio quædam af-  
flictionum sanctissimi Domini. Et si quantumuis Sanctus Iob  
vulneratus erat, aliquod tamen brachium liberum, atque solu-  
tum ei perstitit, quo saniam, & vermes testa posset abraderē.  
Crucifixo autē Iesu in sterquilinio Golgotha, nec pes nec manus  
libera remansit, sed utroq; pede, & manu affixus est: omnes hi  
do-

Gen. 4.

Matt. 27.

Mar. c. 15.

Luc. 23.

Ioan. 19.

Gen. 9.

Gen. 22.

Gen. 37.

Gen. 38.

Iob. 2.

dolores, aliorūque sanctorum tormenta, quæ nunc recensere longū esset fuerunt (vt ita dicā) cifra, & quasi nullius doloris, & afflictionis in cōparatione tormentorum quæ noster supremus Saluator pertulit. Vt melius & efficacius hos dolores sentiatis, animad uertite regulam esse iuris: quōd agentes, & consentientes pari poena puniuntur. Hæc autē desumpta est ex B. Paulo, qui dicit: Quoniam qui talia agunt, digni sunt morte: nō solū qui ea faciunt, sed etiā qui consentiunt facientibus. Et hinc est quōd cum corpus, & anima in peccatis sint comites, in supplicijs etiā socij esse debent. Si enim interiora folijs animæ peccata consideremus, in ijs etiam corpus consentire videtur, siquidē instrumēta sua præbet, quibus ad peccatum perueniatur: quanto magis in carnalibus culpis, quæ cum animæ consensu in corpore exercentur, cumq; Iesus Christus filius Dei pro homine soluturus, veniret, diuina iustitia postulabat, vt in anima, atq; in corpore pateretur. Anima sanctissima statim in instanti incarnationis suæ notitiam habuit omnium peccatorū, quæ in toto mundo commissa fuerant, quæq; in posterū cōmittenda erant, & propter illa immensam habuit tristitiam. Nā tantā ex iniuria illi, quæ diligimus, illata tristitiā percipimus, quantus est amor, quo illum amamus. Cumq; sacratissima Redemptoris nostri anima Deū immensa charitate diligeret, quia (vt ait B. Ioannes) non est datus ei spiritus ad mensuram, sic immensam habuit tristitiam, pro iniurijs Deo illatis. Quamobrē meritō de illo dici potuit illud, qui addit scientiā, addit & laborē: quia ex notitia tot peccatorum processit ei tristitia omnium illorū. Maximā etiā habuit tristitiā contēplans dolores, ac tormēta, quæ sanctissimū corpus suū passurum erat, propter ingentē amorē, quo illud diligebat. Dicit sapiēs: si fuerit tibi seruus fidelis, sit tibi quasi anima tua. Nunquam fuit tam fidelis seruus, sicut sacratissimum Domini nostri Iesu Christi corpus benedictæ ipsius animæ fuit. Et sic nulla vnquā fuit anima, quæ tāto amore corpus suū prosequeretur, sicut anima ipsius. Atque ideō eius tormenta, & ab eo per mortē recedere, maximē persensit. Quā sensationem magnopere mirabatur sapiens dicens: o mors quā amara est memoria tua homini pacē habenti in substantijs suis, & cuius viæ directæ sunt in omnibus. Christus filius Dei est hic homo plurimas habēs substantias, diuinā scilicet, & humanam, animam, & corpus. Et inter has substantias maxima semper floruit pax, & concordia: quæ qui-

Rom. I.

Ioan. 3.  
Eccle. I.

Eccles. 33.

Eccles. 41.

22 quidem in alijs hominibus non reperitur. Et omnes eius viæ, desideria, cogitationes, & actiones rectitudine plenæ fuerunt. De hoc igitur diuino homine videntur intelligi hæc verba. Et exclamat sapiens admirans amaritudinem, quam percepit Dominus recordans se esse moriturum. Reus morte damnatus toties moritur, quoties se moriturum esse recordatur. Et sic quæ gladius semel interficit, mortis recordatio sæpius occidit. Cumq; benedictissima illa anima, ab instanti creationis suæ crudelissimam illam mortem sibi perferendam esse cognorit innumerabiles mortes in imaginatione passus est. O incomprehensibile tot amaritudinum, atque tristitiarum pelagus, & hæc omnia propter nos. De munitissima quadam vrbe Ægypti dixit Ezechiel, quasi parturiens dolerit Pellusium. Quæ verba huic afflictissimo Domino aptius quadrare videntur. Nam Pellusium idem est quod rubus: eius autem 23 sacratissima humanitas fuit rubus, quo dæmones, atque Iudæi cōpuncti sunt. Ad rubum confugiunt aues, & in eo serpentes, atque lacerti delitescunt. Sic in Christo Salvatore nostro iusti ac peccatores subsidium inueniunt, & hoc Pellusium acerbissimos parturientis pertulit dolores ab instanti creationis suæ, vsque ad tempus, quo nos in cruce parturiuit. Animaduertite fratres quantum huic cælesti Redemptori debeatis. Tu verò o infelix peccator ne vnā quidem horam contristari nosti, eo quod creatorem tuum toties offenderis: quomodo igitur contritionem habebis propter alia peccata, quæ proximi tui in toto orbe committunt.

Ezech. 30.

*Hoc enim sentire in vobis.* Quod vt aptius sentiatis, cōsiderate quomodo peracta illa mysteriosa cœna abijt optimus Iesus cum discipulis suis in hortū Gethsemani. O dulcissime, & secunde Adā quam dispositam defers mundi redemptionem secundum casus eius inordinationem. In horto infirmatus est orbis, & in horto incipis ei remedium adhibere: vt vbi commissa est culpa, ibi incipiat solui & poenā: atque vbi Adam se deuinxit, ibi tuis passionibus illum incipias dissoluere. Ad hortum igitur perueniens incōparabili mœrore à suis S. Apostolis recessit. Recessit autē quantū iactus est lapidis, vt significaret, quādiu in hoc sæculo commoramur, nunquam se à nobis tantum recedere propter peccata nostra, quin eum, si volumus, poenitentia nostra bonisque operibus consequi valeamus: quæ quidem bona opera quasi lapides ad eius cor peruenient, illudque percutiant: atque ex compassionis eius vulnere,

Matth. 26.

Marc. 14.



vulnere, misericordiam, & veniam elicient. Considerate dilectissimi fratres quanta cum tristitia ab Apostolicis illis viris recessit atque humi proiectus est. Voluit utique terram amplecti, ut interse, & illam pacem componeret. Maledixerat illi, nunc autem eam amplectitur, atque osculatur: ut intelligamus eum cum amore ab ea discedere. Quando amicus ab altero proficiscitur, se se inuicem amplectari consuescunt. Triginta tres anni erant, ex quo amicitiam cum terra inierat, nunc autem illam amplectatur, & vltimum vale ei dicit quasi dicens ei: vale o terra, iam etenim moriturus a te discedo, neque enim in te, sed in aere mori volo, aerem enim vocant diuinæ literæ cōmunem, nam licet de terra possunt dicere domini, hæc est mea terra, & hæc est mea: de aere tamen nullus potest dicere, hic est meus, & ille meus ac, omnibus enim est communis.

Vt igitur diuinus hic Dominus significaret quā communis futura erat sacratissima eius mors, & merita noluit in terra, sed in cōmuni aere mortem subire, & procidit in faciem suam. Sicut filius prodigus coram patre suo se prostravit: sic etiam clementissimus hic Dominus pro sceleribus nostris misericordiam petiturus in faciem suam procidit. Et sic humi iacens dicebat: *Pater mi, si possibile est, &c.* O quam dulcissimum, atque suauissimum verbum. O pater mi, semper te patrem appellavi, & hæc fuit causa, ob quam homines ad me occidendum ardentius concitati sunt. Ego autem non ideo veritatem silebo. Contemplamini fratres humilitatem, qua exorabat, humi scilicet consternatus, nec verò absolutè precabatur, sed sub conditione dicens: veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu vis. Discite hinc fratres reuerenter, humiliter, & sub conditione Dominum exorare dicentes: Domine si hoc tibi placet, sin minus fiat in omnibus voluntas tua. Quod si quis dicat: Beatus Paulus dixit de hoc superno Redemptore: exauditus est pro sua reuerentia (quod ibi non intelligitur passiuè, id est, quod dignus erat reuerentia licet omni reuerentia dignus esset sed actiuè, hoc est quia Deum nimis reuerebatur, omnemque famulatum, & adorationem patri præstabat) si pro sua reuerentia exauditus est, quomodo non abstulit ab eo æternus pater hunc calicem, quem Dominus sibi auferri precabatur? Ad hanc quæstionem eleganter respondet Diuus Thomas, in illa oratione animam Christi Redemptoris nostri nihil petiisse, sed

26

sen-

28 sensualitatem hæc deprecata fuisse, in cuius nomine ratio postulationem proposuit. Sicut cum rusticus agricola in iudicio quicquam conatur exposcere, nec iuris terminos nouit, consulit iurisperitum, & ille postulationem ignari agricolæ nomine disponit, sensualitas est ignara, nec scit petere: & anima illius ignorantia cōdolens patroni munus suscepit orationem illam ipsius nomine proponens: ob nullam aliam causam nisi ut declararet quàm difficilis, atque amara Christi Redemptoris nostri sensualitati mors illa videretur.

*Et venit ad discipulos suos.* Ter surrexit Dominus ab oratione sua, & ad discipulos suos se cōtulit. In quo docemur, quàm diligenter debeant prælati, patres familiæ, & domini super inferiores suos vigilare, nullaq; occupatione hanc illorum vigilantiam impediri oportere nobis declaratur: quandoquidem filius Dei ab oratione desistebat, ut suis consuleret. Quid maioris ponderis, ac momenti in omnibus sæculis, quā oratio illa extitit: illā autem relinquebat, ut discipulos suos videret. Nō est certum in qua harum trium orationum ei Angelus apparuerit. Epiphanius dicit Angelum Dño apparuisse videntibus discipulis, secundum cuius sententiam in prima oratione, antequam discipuli dormirent, ei apparuit: ego tamen arbitror melius esse dicere quod vna illarum trium orationum illi Angelus apparuit confortans eum. Et diceret ei. O maxime cælorum Domine æterni patris fili ex quo orare cœpisti, omnes cœlestes ciues in conspectu diuinæ Maiestatis procidimus eā exorantes, ut preces tuas acceptare dignaretur. Veruntamen æternus pater dicit, ut animaduertas hanc medicinā ad hominum salutem ab æterno fuisse constitutam teque propter ineffabilem amorem, quo eos diligis illam conficiendam suscepisse: sin minus nullus ex illis cælestē gloriam ingrediatur. Et siquidem hanc omnes expectant, ratio, iustitia, & misericordia postulāt, ut eā compleas. Altera translatio dicit: Apparuit ei Angelus exaltās, & glorificās eū, id est, loquens de mortis eius fructu, & de admirabili gloria resurrectionis eius, per quem filij Adæ exaltandi, & glorificandi erant. Et referens Beatus Lucas hanc Angeli apparitionem statim addit. *Et factus in agonia prolixius orabat.* Plaustrarius cliuū ascensus si plaustrum stridere sentit, axem vngit, ne amplius stridat. Sic cum Christus Redemptor noster hunc passionis cliuū esset ascensus hoc sacratissimi corporis sui plaustrum stridebat,

Epiphanius.

simile.

etenim

Sap. 9.

Luc. 22.

Hebr. 5.

Tho. 3. p. 4.  
q. 21. ar. 2.

etenim cliuus ille difficillimus sibi videbatur ascensu, ne igitur  
 plaustrū hoc strideret, sed cū filētio libenter graderetur, illud ora  
 tionis oleo perunxit. O quā admirabile remediū ad labores patiē  
 ter perferendos, cor sanctę orationis oleo vngi. Hoc autē nō quo  
 cunq; modo, sed prolixius, quousq; corpus diuinę voluntati sub  
 iiciatur. O anima Christiana tantam hanc Redēptoris tui agoniā  
 attentē cōsidera. Magna fuit angustia Saulis cū dixit armigero  
 suo: euagina gladiū tuū, & percute me, ne fortē veniāt incircunci  
 si isti, & interficiāt me illudentes mihi: & noluit armiger eius. Ar  
 ripuit ergō gladiū Saul, & irruit super eum. Veruntamen multō  
 maior hac agonia fuit angustia, & labor Christi Saluatoris nostri.  
 Saul etenim super gladiū suum irruit, ne hostiū suorū illusionem  
 expectaret. Hic autem clementissimus Dñs innumeras inimicorū  
 suorū iniurias voluit expectare. Pro magna exaggeratione  
 dicitur. Terrebit eum tribulatio, & angustia vallabit eum, sicut<sup>32</sup>  
 regē, qui pręparatur ad prælium. Magnę sunt tribulationes regis  
 pręparantis se ad prælium. O superne rex Iesu Christe fili Dei,  
 quā vallatus es tribulationibus, & angustijs ad ingrediendū in  
 hanc atrocissimā pugnā, vbi arma, quę ictus crudelissimos rece  
 ptura sunt, sunt tua sacratissima membra: tua sanctissima facies  
 alapas, tuum deniq; sacratissimum corpus verbera patietur.

*Et factus est sudor eius tanquā guttę sanguinis decurrentis in terrā.* Prę  
 agone sanguis ad cor receptus est. Et quemadmodū feruens olla  
 prę nimio calore liquorē, quē in se habet, effundit: sic etiā sanctif  
 simam eius cor prę maximo agone pretiosum sanguinē in exte  
 riores partes sacratissimi corporis sui, ita proflire fecit, vt illud to  
 tū sanguine perfuderit. O mœstissime agne, ô Angelorū lętitia, ô  
 beatorū spiritūū gaudiū, quā plene super te maledictio cecidit,  
 quā patri nostro Adę iniecasti, dicēs ei: in sudore vultus tui ves  
 ceris pane tuo. Panis tuus ô Domine sunt corda nostra, quę si mā  
 ducaturuses, satis magni ea eris, siquidē propter illa sanguineos  
 sudores immisisti. Super Hierusalę aque lachrymas ab oculis pro  
 fudit: nūc autē omnibus membris sanguineas lachrymas immit  
 tis. O sanguis benedicte quantum tibi peccatores debemus, quia  
 pro nobis effundi summo pere desiderasti: ô sanguis pretiose, abs  
 que eo quod via tibi ad exeundum patefiat, tu metipse viam ape  
 ris, & poros per quos erūpas, exquiris. O suauissime sanguis im  
 mentō dicere possumus, te non libenter effundi, siquidem prius  
 quā

34 quā verbera, spinę, clauī, ac deniq; lancea foramen aperiant  
 per omnes sacrosancti corporis patres erumpis, vt terram irriges.  
 & sic dicit sacratus textus: *Factus est sudor eius tanquā guttę sangui  
 nis decurrentis.* Nota illum non dicere destillantem, sed decurrētis ad  
 significandam abūdantiam, qua exibat. De filio prodigo dicit B.  
 Lucas, quōd dissipauit substantiā suam cū meretricibus. O mere  
 trices, ô animę, quę Deo perfidę fuistis: eccē filiū prodigū vniuer  
 sum sanguinem & substantiam suā pro vobis dissipantē! ô deuota  
 Magdalene vbi nunc cum tuis pretiosis aromatibus cōmoraris?  
 cur in tanta necessitate, atque angustia cœlorū Dño linteū nō af  
 fers? & tu ô sanctę Ecclesię caput gloriose Petre, qui perspicuus  
 Dñm tuum, atque diuinū Magistrū in monte Tabor splendēti  
 facie trāsfiguratum dixisti: bonum est nos hīc esse, accede, videam  
 us, quid nūc dicas; cū eum mœstissimo vultu sanguineq; per  
 fusum videris. O virgo clementissima misericordię mater, quę  
 sapenūerō tuis sanctissimis manibus sacratissimi ipsius vultus  
 sudorem absterxisti, cū ex diuinę prędicationis suę discursi  
 bus calore fatigatus accederet: quare nunc non venis, vt ei in hoc  
 terribili agone succurras? Nunquid tu ô Domina non dicebas ve  
 niat dilectus meus in hortum suū vt comedat fructum pomorum  
 suorū? ô si tu nunc ô virgo singularis in hortum venires, quan  
 ta tristitia cor tuum transfigeretur, cū dilectum tuum tanta affli  
 ctione cerneris constitutum, speciosissimum eius vultum mœ  
 rore dimissum, splendidissimos eius oculos in terram deiectos, la  
 chrymisque perfusos, venustum ipsius colorem permutatum, ô  
 fratres mei nē cum Apostolis dormiatis, sed cum mœstissimo,  
 atque afflictissimo Iesu peruigilate, riulos sanguinis ex pretio  
 sissimo eius corpore defluentes considerate: illos in cordium vestra  
 tam liberaliter effunditur. O quā marmoreum est cor, quod  
 hoc diuino sanguine non mollescit! ô quā lethalis est morbus,  
 qui tam efficaci vnguento non sanatur. Satis ad literā nunc adim  
 pletur, quod dictum est per Ezechielem, Multo labore sudatum  
 est, non exibat ab ea nimia rubigo eius. Siquidem cū tanta  
 abundantia sanguineorum sudorum Dei ablui possent, plurimi  
 peccatis suis remanent obscœni. Pręcipiebat Deus, vt cortinę ta  
 bernaculi essent purpureę bis tinctę. Sic etiam diuinitatis corti  
 nę hoc est sacratissima illa membra bis tinctę sanguine fuerunt.

1. Reg. Vlti  
mo.

Iob. 15.

simile.

Gen. 3.

Luc. 19.

Matt. 17

Luc. 15.

Cant. 5.

Ezech. 24.

Exod. 26.

Primò in horto quãdo sanguineum hunc sudorẽ immisit: postre<sup>37</sup>  
mo cum in domo Pilati innumerum illud verberum diluuium  
recepit. Facta oratione ne in vultu suo sanguis à discipulis cernere  
tur: manica, seu pallij extremitate faciem absterfit, neque enim  
aliud linteum habebat. O animæ deuotæ ad Deum accedite, eiq;  
desideria, & viscera vestra præbete, quæ ei sint quasi linteamina,  
quibus sudores suos abstergat.

*Hoc enim sentite in vobis quod & in Christo Iesu.* Sentite etiam  
quomodò in horto tanquam latro fuit apprehensus, & collo al-  
ligatus. O spiritus, & respiraculum animarum nostrarum, nisi  
tu respiraueris nos suffocabimur. O quã meritò possumus hîc di-  
cere spiritus oris nostri Christus Dominus captus est in peccatis  
nostris: cui diximus: in vmbra tua viuemus in gētibus, ò beatum  
illum, qui propter eum se deuincit, sensusque & potentias suas<sup>38</sup>  
sub eius obedientia redigit. Sicuti admonet Beatus Paulus dicens  
in captiuitatem redigentes omnem intellectum. Sentite quo-  
modo vincētus ad quatuor tribunalia deductus est, quorum duo  
erant Ecclesiastica: in quo debitum ordinem seruauerunt maiorem  
videlicet, Ecclesiastico brachio quàm seculari honorem præstan-  
tes, sicut fieri oportet. Nunc autem non ita fit, et si nos meliores il-  
lis esse iactamus. Magnã enim sæcularibus, paruã autem, aut nul-  
lam Ecclesiasticis potestatibus reuerentiam exhibetis. Omnia  
commutato ordine perturbantur. Bonum est sæculares prælatos  
honorari: prius autem hic honor Ecclesiasticis debetur. In prima  
domo, ad quam ductus est innocentissimus Agnus quæ erat An-  
næ dicit Beatus Ioannes quòd vnus ministrorum dedit alapam  
Iesu dicens: sic respondes pontifici: ò anima sancta desine percu-<sup>39</sup>  
tientis crudelitatem considerare, & contemplare faciem illam  
rubicundam ic̄tu, quanta cum modestia, & mansuetudine reman-  
sit: ipseque ad aliam maxillam ostendendam, paratissimus, si im-  
pius, ac sacrilegus homo postularet. Vix alapa inflicta fuit, cum  
ex boni Iesu oculis lachrymæ proruperunt. Os eius sanguine  
perfusum est, dentesque delicatissimi contremuerunt, ò infelici-  
cem manum, quæ tam impiè faciem percussit ante quam cæ-  
lum prostratur, & ante cuius maiestatem vniuersa natura obstu-  
pescit, ò maledictæ minister quomodò sanctissimi eius vultus  
modestia, & grauitas te non cohibuit, quominus tantam ei infer-  
res iniuriam? Attendite quomodo locutus est mansuetissimus  
Agnus

<sup>40</sup> Agnus dicens: *si male locutus sum, &c.* Non quidem vt se excusaret  
sed vt hominem illum ad iniuriæ, peccatiq; sui cognitionem in-  
duceret. O quantopere condemnatæ sunt hic peruersæ mundi le-  
ges, quæ de iniurijs vlciſcendis agunt, præcipientes, vt pro verbos:  
Mentiris, alapa, pro alapa lignorum ic̄tus, pro ic̄tibus denique  
mors reddatur. Non ex Iesu Christi quidem schola, sed ex infer-  
no deductæ sunt leges istæ. Sentite etiam ò animæ Christianæ  
opprobria, quæ Deo vestro illata sunt in domo Caiphæ, vbi ocu-  
los eius velo operientes ministri iniquitatis ei alapas infligebant  
inque diuinam eius faciem conspuebant. Contemplamini diui-  
num illum aspectum, qui in medio tot opprobriorum nunquam  
potuit obscurari, imo sicut granum sinapis cum conteritur, tunc  
virtutem suam apertius manifestat: sic etiam cœlestis hic Domi-  
nus, &c.

<sup>41</sup> Et credibile est illos crudelissimos homines non cessasse illum  
affligere vsque ad mane, quod videtur significare Beatus Lucas,  
qui postquam iniurias, quas in eum inferebant, recensuerat, sub-  
didit dicens: *Et alia multa blasphemantes dicebant in eum. Et vt factus est  
dies, &c.* Ecce quomodo in his verbis inquit vsque ad diem illum  
fuisse contortum. O dulcissime Iesu quam afflictus eras inter il-  
los infernales homines vigilans, gemens, atque suspirans pro pec-  
catis nostris. Et pro illis omnes istos labores æterno patri offerens.  
O virgo singularis quid tua virginalia viscera sentirent, si vi-  
tuperia, quibus sanctissimus filius tuus afficiebatur, aspiceres? ò  
quam prolixum matutinum ei alternatim canetur, alij enim iniu-  
rias ei dicunt, alij blasphemias respondent. Sanctus autem Re-  
demptor est liber, in quem suos maledictos oculos conijciunt: &  
<sup>42</sup> puncta sunt guttæ sanguinis in charitatis eius linea constitutæ, at-  
que etiam in spatio illorum carnificum, qui tam spatiose, atque  
prolixè negotium hoc suscipiunt, vt cessare non cogitent quous-  
que ipsius vita finiatur. Et lum moperè desiderant illum in cruce  
collocare, sicut in facistorio, vbi tu Domina mea deplorabis, hoc  
est, lachrymis decantabis, quod isti nunc concinunt. Et aduer-  
sum, gloria patri, inclinabit sanctissimus filius tuus sacratissi-  
mum caput suum, & expirabit, & tu paulominus, cum eo  
morieris,

*Hoc enim sentite in vobis, &c.* Sentite etiam fratres mei quam im-  
maniter in domum Pilati vincētus deductus est. O clementissime  
Hilb 2 Domine

*Dan. 5.**I. Esdr. 9.  
Luc. 22.**Hiere. 23.**Psalm. 43.*

Dñe quæ charitas est ista: regē Balthasar crudeliter punis, quia 43  
 vasa templo Hierosolymitano consecrata prophanè, atque irre-  
 uerenter tetigit: nec verò de ministris his iniquitatis, qui tam im-  
 pudicè, atque inhumaniter tua sacratissima membra pertingunt,  
 supplicium sumis? Hic dicere possumus quod dixit Esdras, Ma-  
 nus etiam principum, & magistratuū fuit in transgressione hac.  
 In hac enim statione omnes concurrunt, vt eum in domum Pila-  
 ti deducerent, vt eum accusarent. Et cum Beatus Lucas dixit Do-  
 minum in horto dixisse ad magistratus, & principes sacerdotum  
 non intelligendum est eos illuc ad eum apprehendendum iuisse,  
 sed ministros suos misisse: & quia apprehensio illa eorum imperio  
 facta est: idcirco dicit Sanctus Euangelista illosmet ad eum  
 vincendum in hortum se contulisse. Hæc utique est doctrina,  
 quam multi magnates, & prælati famulos suos erudiunt. Vide-  
 licet, vt maxima peccata committant: atque ideo dixit Hieremias,  
 à prophetis enim Hierusalē egressa est pollutio super om-  
 nem terram. O quā obstupēdum est hoc verbum. Quod ex homi-  
 nibus, in quibus clariorem sanctitatis splendorem oportebat illu-  
 cescere, totius mundi corruptio, atque euersio proficiscatur. O  
 quàm diligenter cauere debent maiores, ne minoribus peccandi  
 sint occasio. Huius iniquissimi Iudicis iussu ductus est Domi-  
 nus in domum regis Herodis. Vbi nullum miraculum voluit o-  
 perari, et si maledictus ille rex ea videre cupiebat. Primo quia in  
 suis operibus illius finis erat, hominum curio sitatibus satisfacere.  
 Secundò, quia non legitur vsus fuisse potentia sua ad auxiliand-  
 um sibi, nisi cum illum Iudæi in templo lapidare voluerunt.  
 Hoc autem fecit, quia non contentus erat tam dulce mortis ge-  
 nus perpeti. Sentite etiam quomodo in domum Pilati reductum 45  
 illum verberari iussit. Et ad hoc vestibus exutus est. Contempla-  
 mini etiam quanto pudore affectus est, cum virginale corpus suū  
 coram omnibus nudatum perspexit, quod quidem fuit vnum ex  
 maximis tormentis, quo magnopere cruciabatur. Sicuti ipsius  
 nomine prædixerat Dauid his verbis: tota die verecundia mea  
 contra me est, & confusio faciei meæ cooperuit me. Sentite et-  
 iam quam immaniter sacratissimos ipsius pedes, manus, atque  
 collum columnæ marmoreæ deuinxerunt, vt nullatenus ver-  
 bera posset euitare. Vbi in eo flagellando totas vires suas  
 ministri iniquitatis adhibuerunt. Et illis defensis alij succe-  
 de-

46debant. Et quanuis defatigabantur, non tamen cessabant illum  
 percutere, crudelissima illi verbera infligentes, simulq; plurimis  
 eum iniurijs afficientes. Sicut & ipse Dauid prædixerat: congre-  
 gata sunt super me flagella, & ignorauit, id est, absque culpa  
 mea. Dissipati sunt, nec compuncti. Fatigati (inquit) ver-  
 berando me, nec poenitentes: tentauerunt me, subsannauerunt  
 me subsannatione, frenduerunt super me dentibus suis. Qui  
 proprius depingi poterat modus, quo infernales illi ministri  
 cœlestem sponsum flagellarunt? sentite etiam quomodo mi-  
 lites plectentes coronam de spinis imposuerunt capiti eius. O  
 spinea corona, quæ Angelorum, totiusque Ecclesiæ caput  
 affligis. O galere filij Dei, qui non vmbra quidem facis, sed  
 sanguinem effundis. O pontificalis tiara summi sacerdotis  
 47mundi, non gemmis quidem adornata, sed ex acutissimis spi-  
 nis confecta, quæ sanctum Redemptoris mei cerebrum com-  
 pungunt. O crudeles spinæ per Deum, qui vos creauit, vos  
 adiuro, vt sanctissimum istud caput affligere cessetis, & in hæc  
 peccatoris viscera ingrediamini. O dulcissime Domine tuam  
 diuinam clemētiam suppliciter exoro, vt sanctam coronā tuam  
 mihi concedas, quæ sit mihi quasi ceruical. O mi charissime  
 Iesu spinis circundate, quid Domine largiter erogabis, si es spina-  
 rum avarus? Desine me Domine ad istius rubeti vmbra re-  
 quiescere, nisi enim spinarum, quæ sunt in sublimi particeps  
 effectus fuero, saltem partem aliquam sanguinis defluentis in  
 terram recipiam. O foelicem animam, quæ inter has spinas ni-  
 dum nouit efficere, vt tanquā auis in diuini Redemptoris sui ca-  
 48pite requiescat. In spina horti omnes aues sedebant: dixit Baruch  
 Propheta. Notandum est Sanctum Prophetam non bestias qui-  
 dem sed aues, per quas iusti significantur, in rubero sedere, &  
 nidificare perspexisse: nec verò illas in amœnis arboribus, sed  
 in siccis spinis vidisse. Non enim voluptatibus, sed asperitati-  
 bus, & spinis, quas Dominus tanquā diadema in capite habuit,  
 iusti delectantur.

Sentite etiam quomodo scelestissimus Pilatus sanctissimum  
 Agnū in publicum proferri iussit, vt ab vniuerso populo cernere  
 tur, arbitrans cū Iudæi ita crudeliter, atq; inhumaniter illū tracta-  
 rum viderent eorum furorem esse placandum, & ostendens eum  
 illis dixit: *Eccc Homo.* O quā merito dicere posses, si mysterium

Cant. 5.

intelligeres: Ecce agnus Dei. Ecce qui tollit peccata mundi. Etiam anima deuota egredimini, & videte regem vestrum Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater sua in die latitiae cordis illius. O ineffabilem Dei pietatem, qui diem, in quo tot opprobria & ignominias pro hominum salute tolerauit, diem latitiae cordis sui appellat. Crudeles autem atque famelici Hebraei non ideo saturati sunt, sed vnanimiter conclamantes; ardentiori que furore saeuientes dicebant: *Tolle tolle crucifige eum.* Vbi considerare potestis omnes modos, quos Pilatus ad Dominum a morte liberandum exquisiuit, in maiorem ignominiam, atque vituperium ipsius Domini fuisse conuersos. Misit eum ad Herodem arbitrans se illum posse liberare: illic autem Herodes, eiusque serui illuserunt eum. Putauit se illum excusaturum proponens illi Barabbam: illi autem Barabbam 50 dimitti, bonum autem Iesum crucifigi postularunt. Quid sentiret Dominus cum talem pateretur ignominiam: videns latronem atque homicidam sibi a Iudaeis fuisse praepositum, seque turpissimo illo, atque flagitiosissimo homine iniquiorem fuisse iudicatum? Illum flagellari iussit, existimans illos fore contentos, illi vero magis indignati sunt: In eorum conspectum illum protulit sibi persuadens tam miserabili spectaculo ipso corda esse confringenda: illi autem denuo proclamare ceperunt dicentes: *Crucifige crucifige.* Si hunc dimittis, non es amicus Caesaris. Et saecularis timor maledictum iudicem excecauit, ut aduersus innocentissimum Iesum sententiam ferret. Et abluens manus suas dixit: *Innocens ego sum in sanguine Iesu huius.* O infelix iudex in quot caecitates incidis quem morte damnas, iustum appellas: si iustus est, quare illum contra Deum, & vniuersam iustitiam condemnas? Ne populo displiceres, neue Caesaris amicitiam perderes, tam inauditam iniquitatem, atque crudelitatem perpetrare voluisti? Haec comitia dilectissimi fratres sentite, & singula quaeque vestris Christianis pectoribus ruminante, & quomodo lata sententia tam crudeliter crucifixus est: attente considerate: super omnia autem contemplantur maiorem, & patientiam, quam mitissimus Agnus omnia tolerauit: & quomodo illic in cruce lachrymis, sanguineque perfusus suam pretiosam vitam obtulit, illamque ignominiosam mortem recepit, ut nos aeterno patri reconciliaret, ut nos a peccatis liberaret:

et raret: ut nobis gratiam compararet, ut denique nos in caelestis gloria sublimaret, Amen.

## Dominica resurrectionis Dñi.

*Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Salome, emerunt aromata, ut venientes ungerent Iesum. Marc. 16.*



**I**NTELLIGENS Sapiētissimus Salomon plurima ab hominibus imprudenter, atque inordinate fieri: ab ipsisque tempora perturbari, & confundi, quae enim opportunè in vno tempore fieri deberent, in altero importunè fiunt, Spiritus Sancti lumine illustratus inter tempora discrimen constituit, dicens: omnia tempus habent, & suis spacijs transeunt vniuersa sub caelo. Tempus nascendi, tempus moriendi: tempus plantandi, & tempus euellendi, quod plantatum est. Plurimas illic temporum constituit differentias, & inter eas hanc assignat dicens: tempus flendi, & tempus ridendi. Quemadmodum stultus esset, qui tempore ferendi metere conaretur, vel è contra: sic mihi videtur temporum seriem perturbare, qui tempore flendi ridet, & tempore ridendi lachrymatur. Totum quadragesimae tempus fuit tempus flendi, quia fuit tempus poenitentiae, poenitentiae vero comites sunt dolor, tristitia, & lachrymae, & prudentes homines hoc tempore plorauerunt. Prudentes (inquam) quia stulti in peccatis suis obdurati ex initio quadragesimae usque ad Pascha pontem construxerunt, ut siccis pedibus absque vlla peccatorum poenitentia, lachrymarum vè effusione praeterirent. Vae talibus: de ijs enim dixit Dñs vae vobis, qui ridetis nunc: quia lugebitis, & flebitis: scilicet aeternis inferni supplicijs cruciati. Hoc tempus est ridendi atque exultandi propter sacratissimam, & gloriosissimam Domini resurrectionem. De hoc sancto die dicere possumus locutum fuisse Dauid dicens, Dominus regnauit exultet terra, latentur in sulcae multae. Resurgens enim Iesus Christus gloriosus, & a diabolis victoriam, ac trophaea reportans, in cordibus liberis a seruitute Sathanae regnare coepit. Exultet igitur terra viventium, hoc est caelum, & latentur in sulcae multae, scilicet, nos tot calamitatibus in huius saeculi mari tan-

quàm insulæ circumsepti : & notandum est Sanctum Prophetam loquentē de cœlesti illa terra absolutē dixisse, exultet terra quia illic omnes de admirabili Domini resurrectione congaudent : nō autem dixisse latentur omnes insulæ, quia non omnes Sancto Evangelio credunt, & ideō dixit: latentur insulæ multæ. Quando gemini duces duorum exercituum pari Marte præliantur, solum modo, vt plurimorum hominum mortem euitent: cum alter illorum victor euadit, totus ipsius exercitus exultat. Præliat<sup>9</sup> est dux virtutum Iesus Christus (de quo dixit pater æternus per Esaiam Prophetam, dedi eum ducem ac præceptorem gentibus) aduersus ducem iniquitatis Luciferum, de quo Iob ait: Ipse est rex super vniuersos filios superbiæ: Hodie dux ille cœlestis victor euadit, rationi igitur consentaneum est, vt totus eius exercitus, videlicet humanum genus exultet. Ingressus est præstantissimus hic dux armis illis munitus: de quibus dicitur, Accingere gladio tuo super fœcurntum potentissime. Et statim explicuit quæ nam essent hæc arma dicens: specie tua, & pulchritudine tua, intende prospere procede, & regna. Id est, eximia præstantissimarum virtutum tuarum pulchritudine, & splendore mirabilium beneficiorum tuæ rutilantis charitatis, quibus mortalium animos vulnerasti, & ad tui amorem attraxisti, his (inquam) spiritalibus armis, quæ non corpus quidem, sed animum penetrant, intende, prospere procede, & regna. Scutum autem, quo constantissimus hic dux munitur, erat ex exactissimo ære fabricatum. quæ erat patientia, a deo forte, vt nullis diaboli, aut Iudæorum telis potuerit penetrari quousita munitus erat, vt omnes illorum ictus illum nullatenus ad iracundiam potuerint prouocare. O quàm fortis clypeus est patientia, qui non solum nullo telorum genere penetratur, verum & tela etiam in eum, qui illa coniecit, remittit. Etenim qui alterum persequitur, maius sibi damnum infert, quā recipit ille, quæ persequitur, si patientia munitus est. Tela quippè, quæ demones in Dominum coniecerunt, omnia ad eorum euerfionem fuerunt: Hoc potest comparari illi, quod referunt naturales philosophi de elephante, & dracone, scilicet, de bello, quod inter eos versatur. Etenim elephas morte sua draconem occidit. Dicunt utique naturales draconem natura sua assidua siti æstuaræ: elephanti quæ naturaliter gelidum sanguinem habere. Quod cum naturali instinctu draco cognoscat, elephantiem.

*simile.**Esai. 55.  
Iob. 41.**Psalm. 44.**Plin. lib. 8.  
cap. 11.*

6 tem inquit, & cū illo præliatur, cum quæ; elephas alicui arbori adheret, draco adeo eius sanguinē fugit, vt elephas debilitetur, cū quæ; se debilitari, & penè iā mori sentiat; procidit super draconem, cū quæ; grauissimus sit, illum suo pondere oppressum interimit. Itaque elephas moriens, vincit. De dæmone dicit Dauid: Draco iste, quæ formasti, nunquā huius draconis sitis extinguitur. Et sic dicit de eo Iob: Ecce absorbebit fluuium, & non mirabitur, & habet fiduciam, quod influat Iordanis in os eius. Fluuius semper decurrens, est genus humanū, quod quasi aqua dilabitur. Nec verò contētus erat dæmon totum hunc fluuiū deuorare, sed Iordanem etiā sperabat absorbere. O inextinguibilem sitim. Etenim ipsum Iesum Christum, quemadmodū & alios diabolus absorbere conabatur. Hac igitur siti æstuans ad diuinum illum elephantem, qui crucis arbori adhererat, accessit: & adeo sacratissimum eius sanguinem mediantibus ipsius ministris affluxit, vt mortuus tandem fuerit, & procidens sua morte superauit, hunc quæ; venenosum draconem interemit: hoc est iurisdictionem, quam tyrannicè super homines habebat: illi ademit. Et quemadmodū præstantissimus Dux, vbi primum ex vno prælio victor euadit, in aliud statim ingreditur: sic etiam diuinus hic Dominus vbi primum diabolum superat, statim cum morte sauisimo Marte confligit: sicut significat sancta mater Ecclesia, dicens: Mors, & vita duello confluxere mirando; viuens Christus Redemptor noster non potuit cum morte dimicare: viuus enim non habebat mortem, quacum præliaretur, quam statim habuit moriens. Quandiu autem certamen hoc durauit? quādiu mortuus in sepulchro cōmoratus est. Mortuo Christo Redemptore nostro vita, & mors in campo decertabant: videamus nunc vter alterum fugabit. Si mors præualuerit, vita vincetur: si verò vita persistit, mors superabitur, & vita victoriam reportabit: quod in die sanctissimæ resurrectionis factū est. A scē deus etenim anima gloriosissima virtute diuinitatis adiuta, in sanctum corpus infusa est, & sic eum suscitauit; atque hoc modo mors superata remansit. Ita Beatus Augustinus: Vt occideret (inquit) mortem, vestitus est morte, & surrexit deglutita morte, & interfecta. In die igitur tam singularis victoriæ, victoriæ autem nostri diuini capitis magnopere nos oportet exultare fratres charissimi. Beatus Paulus peculiare Spiritus sancti donum esse dicit: Gaudeat cum gaudentibus, & flere cum fleantibus. Et siquidem diebus

*Psalm. 103.**Iob. 40.**simile.**Augusti. in sermo. de cōmu. vni Mar. ty. Rom. 12.*

Huius 5 elapsis



elapsis cum flentibus fleuimus, siquidem (inquam) plorauimus, cum plorauit Christus Saluator noster, de quo dicit B. Paulus: Cum clamore valido, & lachrymis offerens, &c. Et cum beatissima eius matre, reliquisq; sanctæ ipsius societatis lametati sumus rationi consentaneum est, nos cum ipsis hodie congaudere. Etenim sacratissima hæc virgo hac gloriosa Resurrectione magis, quam cæteri omnes exultauit: ipsa enim gloriosum resurgentem magis, quam cæteri amauit. Beatus Thomas dicit. Deum non gradus gloriae præcipue concedere propter opera, quæ homo facit, sed propter amorem, & charitatem, qua illa facit. Itaque aliquis minora secundum se opera faciet, quam alter, & plures gradus gloriae habebit, quia illi excedet charitate, qua illa fecit. Sancta mater Ecclesia affirmat, gloriosissimam Virginem Mariam Dominam nostram, tam Angelis, quam hominibus in cœlesti gloria esse prepositam, quod hoc modo in diuinis literis significatur, dicit: Hæc est hæreditas seruatorum Domini, super quod dicit glossa interlinearis: Hæreditas seruatorum Domini est gloria. & in persona huius gloriosissimæ Domine, applicat sancta Ecclesia verba illa sapientis: In hæreditate Domini morabor. Non dicit, in hæreditate seruatorum Domini morabor, quia eius gloria multo sublimior est: sed dicit, in hæreditate ipsius Domini, ad significandum admirabilem quandam excessum, quo eius gloria cæterorum omnium beatorum spiritu, beatitudine superat. Nec arbitremini illam in gloria Deo esse parem. Etenim hæc esset error. At tamen est hæc exaggeratio quedam qua excellentia gloriae ipsius, præ cæteris omnibus creaturis, ingenue significatur. Et siquidem gloria secundum gradus amoris erogatur, ipsa verò maiorem habet gloriam: ergo maiorem habuit charitatem. Et sic maiorem ex illa crudelissima morte dolorem percepit, maioriq; hodie ob hanc gloriosam resurrectionem exultatione repleta est: & sic pie credi potest huius pijsimæ genitricis lachrymas effecisse, ut sancta illa resurrectio celerius fieret. Salomon enim dicit: Oritur Sol, & occidit, & ad locum suum reuertitur. Oritur sol, & per eosdem circulos, per quos oriens graditur, postquam occidit, iterum prodit. O quam merito hoc de diuino sole Iesu Christo dicere possumus. O sanctissime Redemptor mihi, in Bethlehẽ in præsepio natus es, & in resurrectione ex sepulchro prodijisti. Per quinque circulos gressus est diuinus hic sol, quando natus est. Primus fuit per maximam gratiam, quam beata Virgo habuit,

*Eccl. 1. 5.**S. 7 hom. in additionibus ad. 3. p. 9. 93 artic. 3.**Isai. 54. Glossa interlinearis super Isai.**Eccl. 24.**Eccl. 1.*

12 habuit. Aue Maria gratia plena. Secundus, per fidem qua prædita fuit; ideo dixit ei Elisabeth: Beata quæ credidisti. Tertius fuit humilitas: Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: ecce enim ex hoc, &c. Quartus, virginitas: Ecce Virgo concipiet. Quintus tandem, & vltimus, obedientia: Ecce ancilla Domini. Propter has quinque virtutes ex illa Deus carnem assumpsit, & propter easdem hodie gloriosam Resurrectionem fecit accelerare. Vnde de hac sanctissima Domina verba illa sponsæ dici possunt: Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius. Ego tota Dei mei ministerio dicata sum, & ipse propter me incarnationem, resurrectionemq; suam fecit accelerare. Ecquis igitur de huius beatissimæ Virginis gaudio non letetur, siquidem amica, & mater est nostra? Etiam nobis letandum est propter gaudium, quo hodie repleti sunt

13 sancti Patres in sinu Abraham commorantes, cum se prolixa illa captiuitate liberos perspexerunt: sicut & hodie cum eis sancti Angeli gauisi sunt, quia illos in gloriae libertate constitutos viderunt. Et sic de eis dici possunt verba illa Isaia, dicentis: Letabuntur coram te, sicut exultant victores capta præda, quando diuidunt spolia: spolia quæ potentissimus Dux Iesus Christus hodie victoria parta diuisit, fuerunt sancti illi Patres, quos in Angelorum choros distribuit, & vniuersæ illæ Sanctorum animæ, quæ in sinu Abraham morabantur, singulas iuxta meritum suorum gradus cælestibus spiritibus committens: alias enim Angelis, alias præstantiorum meritum Archangelis; aliis verò adhuc maiorum præstantioribus spiritibus dispertiens. Et ita ex carcere singuli partem spoliiorum, quæ illis contigit deferentes summa cum alacritate prodierunt. Etiam nos oportet gaudere cum illa sancta familia, quam Dominus Hierosolymis orphanam propter dolerosam ipsius mortem reliquit: quæ cum semimortua, & in profundo moeroris pelago demersa moraretur hodie ineffabili quadam exultans lætitia reuixit: cui primæ foelices nuncios hæc sanctæ mulieres, de quibus sanctum Euangelium meminit, detulerunt: quæ tota nocte occupatæ fuerant præparandis vnguentis ad Dominum vngendum, & amoris ignibus inflammata, qui verè amantes pigros esse non patitur, vix auroram expectare potuerunt, sed adhuc nocte domo exierunt. Etenim etsi erant foemina, amor in earum pectoribus exardescens timorem procul expellebat. Et quanquam hæc dicit Sanctus Marcus illas

*Luc. 1.**Cant. 7.**Isai. 9.*

ad

Ioh. 20.

ad monumentū accessisse, orto iam sole: Beatus Ioannes dicit: Cū adhuc tenebræ essent. Et intelligendum est illas antequam illuc esset, domo exisse, & ad monumentum orto iam sole peruenisse. Non quidem quia lenter ambularent; nam quasi aquilæ ad cadauer aduolabant, quia dicitur: Vbi cūq; fuerit corpus illuc congregabuntur & aquilæ. Sed quia cū iter facerent, ad montē Galuarię peruenerunt, vbi adhuc sancta Crux erat eleuata; ob diē quippē festum nondum illinc fuerat sublata, quam vt viderunt, omnes earum dolores renouati fuerunt: & sēpenerō illam sanctam crucem amplectendo, & præ recenti illius recordatione, qui in ea mortuus fuerat, & tormentorum, quæ in illa tolerauerat, maximam lachrymarum copiam effundendo, magnum temporis spacium consumpserunt: ita vt, cum oriretur sol, ipsæ adhuc illic plorantes morarentur.

Non autem idcirco ab incepto itinere destiterunt: quarū tota cura erat ad inuicem dicere: *Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti?* Quasi in custodibus, & militibus maiorem difficultatem, quam in lapide reuoluendo nō haberent. O inexplicabilem amoris fortitudinē: quæ vniuersa pericula, atq; incommoda parui estimat, dummodo quod expetit, consequatur! Quid de harum sanctarum mulierum charitate dicam? optimē profectō norāt sepulchrum militibus esse custoditum, lapidemq; ingenti diligentia signatum: nec verō per medios custodes præterire, sigillumq; lapidis adimere, nec deniq; sanctissimū corpus vngere pertimescunt. O deuotæ foeminae, quō pergitis? qua charitatis fortitudine roboramini? Nūquid ignoratis sepulchrum militum cohorte esse munitum? Non timetis ne fortē vos latrones esse arbitrentur, vosq; apprehendant, & vinctas per mediam ciuitatem iudicibus deducant, qui de vobis tam atrox supplicium sument, vosq; tam crudeli morte interficient, quā immani sanctum defunctum occiderunt? Nihil horum corda charitatis plena verebantur; sed totæ sancti corporis vngendi desiderio absorptæ omnia facillima esse iudicabant: paratissimæ quippē erant omnibus tormentis perferendis, dummodo sanctissimum illud corpus manibus suis obtrectare, & sacrosancta illa vulnera deuotissimē osculari, atq; illa nō tam aromatibus, quā lachrymis vngere possent. O quā veræ amatrices erant hæ sanctæ mulieres! Per paucos amici tam fideles in hoc seculo reperientur: sicut querebatur Sanctus Iob, dicens: Fratres

18 Fratres mei præterierunt me, sicut torrens, qui raptim transijt in conuallibus: siue, vt ex Hebræo contextu trāsferri potest: Amici mei sefellerunt me instar torrentis, qui raptim currit in conuallibus. Quemadmodum torrens in hyeme, cum non est opus, quia crebrō pluit, aqua repletus decurrit: verno autem tempore, quando viatores magis aqua indigent, ne guttam quidem defert, sic perfidus amicus prosperitatis tempore, & quando tibi non est necessarius, multa promittit; quando autem eius auxilio tibi opus est, ne bonum quidem verbum in illo reperis. Umbra non sequitur corpus, nisi quando illud illuminatur à sole: sic infidelis amicus non te comitatur, nisi cum prosperum videt. Maximē etiam consideranda est diligentia, qua sanctæ hæ mulieres properabāt: amor enim illas attrahebat. Sicut pondera horologij efficiunt, vt

19 rotæ sine cessatione moueātur: sic amor de quo dixit B. Augustinus, Amor meus, pondus meum, si est diuinus, hominem attrahit, nec eum à bonis operibus cessare patitur. Si verō est mundanus, peccatorem allicit, ne in bono aliquo opere perseueret. Omnes cogitationes, verba, & actiones, siue ad bonum, siue ad malū operandum hæc pondera sequuntur. O si Deus diuinę ipsius Matris amoris nobis largiretur, quā efficaciter post se nos omnes attraheret. De hoc dicebat Sanctus Hieremias, Et factus est in corde meo quasi ignis exarsuās, claususq; in ossibus meis, Nō valet iustus (si ita dici potest) diuini amoris feruorem comprimere, nec sperare, vt illum detineat, sed ipsemet amor eius os aperit & verba quasi scintillas ab eo depromit, operaq; omni virtute & probitate plena eum cogit efficere. Quod si iustus sibimet vim

20 conatur inferre, nec diuinum amorem in se patitur liberē operari in ipsius ossibus includitur, eiusq; medullas comburit, quousque per verba, atq; opera illum foras patiatur erumpere. Non solum autem diuinus amor compulit has mulieres tam sedulo properare: sed etiam eas fecit diluculo, & valde mane confurgere. O felices qui sic auroram ad quærendum Dominum præueniunt. De quibus dicitur: *Cōsurgat diluculo qui quærit bona.* Et alibi: *Qui manē vigilant ad me inuenient me.* Et Isaias dulcissima quædam verba ad hoc propositum dicit, loquens cum Deo, anima mea desiderauit te in nocte, sed & spiritu meo, in præcordijs meis manē vigilabo ad te. Et Dauid dicit: *Repleti sumus manē misericordiatua.* In his omnibus nos docet Spiritus sanctus primam diem horam

Iob. 6.

simile.

simile.

simile.

August. lib. 3. confes. c. 9.

Hierem. 20.

Prouer. 12.

Prouer. 8.

Isai. 26.

Psalm. 91.

horam nos in præcipua re, quæq; magis nostra interest, videlicet, animarum nostrarum salute consumere debere nostrum summum bonum, scilicet, Deum diligenter inquirentes. O fratres charissimi, quam sapientes essetis, si primo mane vobiscum cogitaretis? Hic dies ad quid mihi à Deo concessus est? ad animam meam salutem operandam, ad familiam meam gubernandam, ad alimoniam uxori, liberisque meis comparandam. Quid nam igitur horum omnium magis mea refert? Certum utique est animam salutem magis mea interesse. Primam igitur horam in hac operanda volo consumere, postea verò si tempus deerit, desit ad alia facienda, quæ mea non tanti interest, operari. Quem cælestis hæc doctrina non conuincet? si quidem autem hoc iustissimum esse cernitis, quare id non facietis, præsertim cum vestra tanti referat? O Deus infinitæ Maiestatis, per tuam infinitam misericordiam te deprecor, ut his verbis meis efficaciam conferas, quo in horum fratrum meorum cordibus imprimantur, & hoc, quod eorum permagni interest constantissimè facere proponant. Valdè notandum est etiam cum hæc beatæ mulieres maximè sollicitæ essent, & inter se dicerent: Quis nobis reuoluet lapidem monumenti? cum illuc peruenerunt reuolutum lapidem reperisse. O quot peccatoribus hoc accidit quibus ut se ad meliorem frugem recipere proponunt, statim plurimæ difficultates offeruntur, & dicunt illud Apocalypsis: Quis similibus bestiarum, aut quis poterit pugnare cum ea? id est, quis tot difficultatibus resistere valebit? quis reuoluet nobis lapidem? quis pecuniarum, ludi, ac denique meretricis amorem adimit? qui si confortantur, & virtutis viam instanter aggrediuntur, experientia comperient quod hæc mulieres inuenerunt, videlicet, lapidem reuolutum: omnia quippe suauissima reperiunt, quæ illis antea difficillima videbantur. Hoc significant dulcissima illa verba, quæ Dominus dixit: Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Illud, ego, maximam habet emphasis, quam ipse Deus antea per Isaiam Prophetam sic declarauit, dicens: Ego, ego ipse consolabor vos. Voluit utique ut ex hac repetitione verborum consolatoris, & refectoris omnipotentiam intelligeremus. Si vobis imago affertur, & dicitur esse Michaelis, aut Apellis, statim magnum aliquid illud fore speratis. Qualis igitur erit consolatio, quam talis artifex, sicut Deus operatur? Idcirco dicit: Ego reficiam vos. O dulcissimum & ma-

Apoc. 13.

Mat. 11.

Isai. 55.

24. & maximæ indulgentiæ verbum! Ecquis illud audiens amore non conficitur? O pusillanimes, accedite, accedite, & reuolutum lapidem perspicietis? dicitur: Ecclesia ædificabatur ambulans in timore Dei, & consolatione Spiritus sancti replebatur: verbo isto replebatur, voluit sacra scriptura significare abundantiam diuine consolationis, qua illi denuò conuersi in virtutis exercitatione, quam aggressi fuerant, fruebantur, et si plurima reliquerant, quæ maximè diligebant. Hoc significauit Deus per Isaiam, dicens: 25. Transite, transite per portas, præparate viam populo, planum facite iter, & erigite lapides, & eleuate signum ad populos. Hæc omnia diuinæ gratiæ efficaciam significant, quæ iustis vires, atq; animum addit ad maximas quasque difficultates superandas. Significant etiam diuinam prouidentiam, qua Deus offendicula, atque impedimenta aufert, quæ eis obstaculo esse poterant, ut cum facilitate gradientur: & significant etiam Deum signa erigere, qui sunt alij iusti, quibus denuò conuersi gubernentur, ne de via virtutis aberrēt. Hoc idem Deus depinxit in via, qua Hebræi ad promissionem terram perrexerunt; de quibus dicitur: Igitur cum emisisset Pharaon populum, non eos duxit Dominus per viam Philistiim, quæ vicina est, reputans, ne forte poeniteret eum, si vidisset aduersum se bella consurgere: sed circumduxit per viam deserti, quæ est iuxta mare rubrum. Idem nunc facit cum eis, quos educit de captiuitate peccati, quos non permittit, illic grauibus tentationibus oppugnari, nec eis magna infortunia, aut calamitates euenire, ne in virtutis via deficient, & retrorsum regrediatur. Ex ijs omnibus, quæ dixi, aperte colligitur quæ 25. tum factori nostro debeamus, qui nobis præmium, auxilium, gratiam, & facilitatem ad illud promerendum cõcedit. Sicut Ioseph fratribus suis non solum triticum ad vescendum, sed pecunias etiam tribuit, quibus triticum emebatur: sic noster diuinus Ioseph, & Saluator Iesus Christus, non solum panem gloriæ largitur, sed auxilium & gratiam nobis etiam concedit, quæ sunt pecuniæ quibus pretiosus hic panis emitur, sicut dixit David: Gratiam, & gloriam dabit Dominus, id est, panem, & pecunias largietur, panem gloriæ, pecuniasque gratiæ nobis donabit. Illic beatæ mulieres pulcherrimum Angelum inuenerunt sedentem in dextris coopertum stola candida, qui illas consolatus est, dicens: Nolite expauescere, eisque foelices Dominicæ resurrectionis nuncios dedit

Act. 9.

Isai. 6.

Exod. 13.

Gene. 44.

Psal. 83.

dedit præcipiens illis, vt eisdem suo nomine discipulis omnibus, 27  
 præcipuè autem Beato Petro deferrent. Hic voluit Dominus sin-  
 gularem veræ pœnitentiæ prærogatiuam declarare, quæ sæpenu-  
 merò adeò perfecta est, vt animam in sublimiorè meritorum, di-  
 gnitatifq; gradum eleuet, quàm antea erat: quod credibile est di-  
 uo Petro contigisse, & per illas amarissimas lachrymas in maiore  
 gratiam, quàm priùs habebat, ascēdisse: longè aliter Deus, quàm  
 homines iniurias dimittere consuevit. Etenim si quis tibi prodi-  
 tionem fecit, vix in tota vita ei potes confidere. Clementissimus  
 autem Dominus nō sic facit: sicut peccator quidā ei dicebat: Pro-  
 iecisti post tergum tuū omnia peccata mea. Ecce hoc idem ad li-  
 teram. Vix enim triduum præterierat, ex quo Beatus Petrus illū  
 negarat: nunc autem illum cæteris omnibus vult præferri, & pe-  
 culiariter de illo fieri mentionem, dicendo: *Et Petro.* O admirabi-  
 le fiduciæ exemplum! Eia peccatores confortamini, pœnitentiā  
 agite siquidem Deus vobis excipiēdis est paratissimus; vobisq;  
 libentissimè ignoscere; gratiamque suam conferre desiderat: qua  
 cælestis gloria comparatur, Amen.

Isai. 38.

Math. 26.

Marc. 24.

Luc. 22.

Ioan. 18.

### ¶ Feria Secunda in Resurrectione.

*Duo ex discipulis Iesu ibant ipsa die in Castellum,  
 quod erat in spatio stadiorum sex ab Hierusalem,  
 nomine Emaus. Luc. 24.*

**A**LTISSIMUM hodie sacratissimæ Resurrectionis Sal-  
 uatoris nostri Iesu Christi mysterium, à sancta Ecclesia ce-  
 lebratur: vt tam admirabilis beneficii recordatione illius largito-  
 rem laudare non cessemus. Resurgente namq; Christo diuino ca-  
 pite nostro; cum eo, spes, vita, ac deniq; foelicitas nostra resurre-  
 xit. Sic affirmat Beatus Paulus, dicens: Deus autem qui diues est  
 in misericordia propter nimiam charitatem suā, qua dilexit nos,  
 cum essemus mortui peccatis conuiuificauit nos in Christo, cu-  
 ius gratia estis saluati. Et conresuscitauit, & confedere fecit in cæ-  
 lestibus in Christo Iesu, vt ostēderet in seculis superuenientibus  
 abundantes diuitias gratiæ suæ, in bonitate super nos in Christo  
 Iesu

Ephes. 2.

Iesu. O diuina verba locupletissimis, atq; amplissimis repleta be-  
 neficijs per merita Christi filij Dei factis hominibus. Ideo enim  
 S. Apostolus toties hic repetit, dicens: In Christo Iesu. Itaq; non  
 solum iustificationem, resurrectionem, glorificationem, colloca-  
 tionemq; nostrā inter Angelos in cælestibus mansionibus infini-  
 tæ misericordiæ, charitatiq; Dei attribuit, qui quidē totius boni  
 est fons sed etiā meritis Christi Iesu. Et ideò postquā dixit: pro-  
 pter nimiam charitatē suam, subdidit statim, cum beneficia sigil-  
 latim recenseret, dicens sæpius: In Christo Iesu diligenter pensa-  
 te verba illa, vt ostenderet in seculis, &c. In bonitate super nos.  
 Etenim probitatis suæ diuitias super nos effudit: non solum autē  
 ijs, qui tunc erant, sed omnibus etiā, qui vsq; ad seculi consumma-  
 tionē viuunt. Et hoc in Christo, id est per merita Christi. Quis igi-  
 tur hæc attente considerans tā bonū Deū laudare cessabit? Quan-  
 do Dauid de Regis Achis potestate liberatus est, propter maxi-  
 mum illud Dei beneficiū dicitur Psalmum trigelimum tertium  
 composuisse, qui incipit: Benedicam Dominum in omni tempo-  
 re, semper laus eius in ore meo. Vt dicit Beatus Basilius: Totam  
 vitam in Deo laudando cōsumere volebat, qui totam in illo Dei  
 beneficio receperat. Quanto igitur nos magis infinitam Dei Ma-  
 iestatem, pro hoc redēptionis nostræ mysterio, toto vitæ nostræ  
 tempore laudare tenemur?

3

4

Proponit nobis hodie sancta mater Ecclesia hoc Euangelium,  
 quod sic exorditur: *Duo ex discipulis Iesus, &c.* Quandiu hi discipuli  
 suauissima Domini familiaritate, miraculorumq; eius prosperita-  
 te vsi sunt; libenter eū sequuti sunt, in aduersitate verò illum de-  
 serunt. Hi veræ amicitiae leges minimè sequebantur: quas docet  
 Spiritus sanctus dicens: Si possides amicum, intentione possi-  
 de illum: est enim amicus secundum tempus suum, & non perma-  
 nebit in die tribulationis. Est amicus socius mensæ, & non perma-  
 nebit in die necessitatis. Amicus si permanserit, fixus erit tibi,  
 quasi cœqualis. Notate verba illa, secundum tempus suum.  
 Nonnulli enim sunt amici ad suum, non autem ad vestrum tem-  
 pus. Si autem amici sunt vestri, sunt propter suam ipsorum vtili-  
 tatem. Amici huius tempestatis plerunque nihil aliud, quàm vti-  
 litatem suam quærunt. Et ideò in minima quaq; necessitate vos  
 deserunt. Tales fuerunt hi: de quibus loquitur sanctum Euange-  
 lium, qui quasi iam euulsi à fide illius tam fidelis amici, qui que

1. Reg. 22.

Psal. 33.  
Basilius.

Eccle. 6.

tam intimè illos amauit, propter humanum timorem à Hierosolymis discedebant. Attamen sicut ex ipso contextu apparet, non tantum apud eos valuit timor, vt illius amorem penitus expelleret: nam illos de eo loqui, & propter eorum absentiam mœstos discedere, certa signa erant, aliquas in eis amoris reliquias remansisse: & secundum reprehensionem, qua Christus Redemptor noster eos corripuit, dicens: *Nonne hæc oportuit Christum pati, &c.* Videbatur scandalizati esse ob imbecillitatem, quam Dominus ostendit, consentiens mortem suam ad eò ignominiosam esse. Et ideò eis dixit: *Hæc*, id est: *Hæc* de quibus scandalizamini, oportebat Christum pati: & sic scandalizati alter ad alterutrum interrogabant, dicentes: *Quo modo potentiam habebit ad nos redimendos ille, qui tam ignominiosam mortem sibi inferri passus est?* Et ipsimet sibi ad inuicem respondebant, dicentes: *Verum est mortem maximi vituperij fuisse: veruntamen si vitæ eius perfectione considerauerimus, præstantissimaq; miracula, quæ passim operabatur, & quoties mortis suæ modum nobis prædixit, & quomodo sponte sua se illi obtulit, & inimicorum suorum manibus se immisit, cum illos facillimè posset euitare: hæc omnia sunt certissima testimonia veritatis, quam nobis prædicabat.* Hæc omnia mihi placent (diceret aliquis illorum) verum cum in cruce pendens, diceret: *Deus Deus meus, vt quid dereliquisti me?* Siquidem cuiusque iusto in laboribus constituto se Deus socium offert, & per Prophetam dixit: *Cum ipso sum in tribulatione, quare hunc iustum dereliquit?* Has, aut similes his quæstiones peregrini illi inter se disceptarēt. Si autem Beatus Paulus verissimè dixit: *Omni- 7*  
*nibus omnia factus sum, vt omnes facerem saluos. Quanto maiori ratione idem dicere potest Christus Redemptor noster? Siquidem esurientibus, se fecit cibum; & sic dixit: Ego sum panis viuus, qui de celo descendi. Sitientibus factus est aqua; & ita dixit: Si quis sitit, veniat ad me: nudis factus est vestis. Et sic dixit Beatus Paulus: Induimini Dominum Iesum Christum, ignorantibus factus est lux; & sic dixit: Ego sum lux mundi: peregrinis denique se se comitem fidelissimum fecit. O Christe reparator vitæ, benedicta sit tua immensa charitas, quæ in omnibus necessitatibus nostris nobis sufficit auxiliari. O quam meritò dixit Dauid: Diligam te Domine fortitudo mea, Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus. Deus meus adiutor meus,*

Matt. 27.

Marc. 15.

Psal. 90.

1. Cor. 9.

Ioan. 6.

10m. 7.

Roz. 13.

Ioan. 8.

Psal. 17.

meus & sperabo in eum. Protector meus, & cornu salutis meæ, & susceptor meus. Hunc Psalmum composuit Dauid, vt apparet, postquam ab omnibus prælijs, & infortunijs liberum se perspexit, atque ab hostibus suis victoriam reportauit. In quo se ad illū Dominum diligendum incitat, quem omnium victoriarum suarum, foelicissimique status, in quo se cōstitutum videbat, cognoscit autorem: & magnopere vos notare vellem sanctum Prophetam in Hebræo contextu omnium bellicarum munitionum, atque instrumentorum, quibus se defendit, nomina hic Domino imponere. Lapidem protectionis suæ, turrim defensionis suæ, scutum, hastam, & omnia denique arma sua illum appellat: atque hoc significat, cornu salutis meæ: vt significaret corda quæ Deum verè cognoscunt, & ex illo pendent: in eo vno omnia simul inuenire, quæ per creaturas mundus arbitratur esse diuisa. Satis aperte hoc hodie manifestatum est, in misericordia, qua Dominus cū his discipulis vsus est, sicuti dicit sanctum Euangelium: dum hæc secum quærent.

*Et ipse Iesus appropinquans ibat cum illis.* Considerate etiam quam benignè vniciquæ secundum ipsius necessitatem subuenit: sicut apparuit in eo, quo vsus fuit cum Beato Petro. Quando Magdalene nuncios attulit de ijs, quæ in sepulchro inuenerāt, B. Petrus, & B. Ioannes illuc perrexerunt, sepulchrumque vacuum repererunt: cumque Dñm non inuenissent, dicit sacratus textus: *Abierunt discipuli ad semetipsos: in quo videtur significari alterū ad alterutrum fuisse conuersos, quasi admirantes Dñm sibi non apparuisse: & in hac admiratione responderet (credo) Diuus Petrus dicens: Hoc ego cogito frater mi Ioannes: cū ipse diuinæ ipsius Maieitati adeò perfidum me præbuerim, vt Dñm Iesum tribus ante diebus in omniū conspectu cū iuramento denegarim; iustificum esse, ne modo in me perfidum, ac miserum peccatorē oculos conijciat. Te verò frater charissime, qui bonus, ac fidelis perstitisti, eumque in omnibus ipsius laboribus vsque ad sepulturā comitatus fuisti, eo quod mecū infœlice peccatore venis, rationi dissentaneum est, tantum bonum, sicut eius conspectum amittere: ideò enim suspicor Dominum tibi non apparuisse, quia simul venimus. Vterque igitur per viam suam abeat, & statim illum tibi appariturum credo. Quem cum videris terogo, vt ab eo pro me misericordiam petas; veniamque postules, vt ego ad san-*

2. Reg. 22.

Ioan. 20.

Ensisimos eius pedes osculandos, meæ grauissimæ culpæ pœnitenti-<sup>11</sup>  
 tiam recepturus accedam. Vix vnus ab altero discesserat, cū Dñs  
 huic Petro, huic peccatori conuerso apparuit. O ineffabilem Dei  
 misericordiam, atq; probitatem quàm gratæ illi sunt lachrymæ,  
 & quanto perè placatur cognitione, quam peccator de suametip-  
 sius culpa habet. Vnde cum Dauid misericordiam à Dño postu-  
 labat, dicens: Miserere mei Deus secundum magnam misericor-  
 diam tuam, hanc ex parte sui cognitionē allegauit, dicens: Quo-  
 niam iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum con-  
 tra me est semper. In te saluationis nostræ hanc legē Dñs sanxit:  
 videlicet, ne quid nos sine illo, nec ipse (si ita dici potest) sine no-  
 bis valeat operari. Et si quod nos ex nobis possumus modicū qui-  
 dem est (atq; etiam istud modicum est Dei) quod autem ipse ex  
 se ponit, hoc est plus, & quasi totum. Habet se Deus (inquit Be-<sup>12</sup>  
 tus Chrysostrmus) sicut medicus, qui pauperem egrū visens plu-  
 rima medicamenta recensuit, quibus eum curari oportet: at ille  
 respondit, se propter nimiam inopiam, nec illa habere, nec habe-  
 re posse; dicit infirmo: nunquid duotantum ex his poteris obtine-  
 re? cui cum ille respondeat se posse, medicus dicit: Applica igitur  
 hæc duo, ego verò cætera omnia tibi dabo. Sic se habet Deus no-  
 biscum: ipse enim plura ponit, sed vult etiam nos aliquid adhibe-  
 re ab ipso adiuti, scilicet, peccati cognitionem, lachrymas, dolorē  
 firmissimumque propositum habere amplius non peccandi. Et  
 idcirco dicit Dauid: Quoniam iniquitatem meam ego cognosco.  
 Per Isaiam dicit Deus: Narra, si quid habes, vt iustificeris, quasi  
 dicat: si quid ad tui iustificationem ex te allegare potes. Et nihil<sup>13</sup>  
 profecto habet quod allegare possit peccator, nisi culpam suam  
 confiteri, seque venia indignum esse cognoscere, & dolere, quod  
 tam excelsam Maiestatem offenderit, peccatumque maximam  
 in ipsius animo afflictionem gignere: atque hoc est: Pec-  
 catum meum contra me est semper. Hæc omnia habuit Beatus  
 Petrus: Et quia maiori afflictione vexabatur, ei prius quam diuo  
 Ioanni Dominus apparuit. Quod si nos, et si ipsum offenderimus  
 hanc perfectam culpæ cognitionem habuerimus, etiam in affli-  
 ctione nostra consolationem reperimus. Item hac misericordia  
 cum his discipulis vsus est. Etenim in maiori necessitate illis oc-  
 currit, antequam penitus fidē amitterent. Quærit D. Augusti. di-  
 cēs: Vt quid Dñe quærētes te fugis, & fugiētes te quærīs? Quippē  
 cum.

Psalm. 50.

Chry. s. 1.

Isai. 43.

Augusti.

<sup>14</sup> cū hi homines te fugerent, tu eos quæstisti: quærētes autem te  
 sanctas mulieres aufugisti. Egrediūtur beatę mulieres feruore, do-  
 loreq; affectu, & aromatibus onustæ, lachrymis perfusę, per Cal-  
 uariæ viam contemplantes, quomodo sacratissimum Magistrum  
 suum grauissimo crucis pondere fatigatum perspexerant; dice-  
 bātq; adinuicem: hęc conuersus est, vt loqueretur ad filias Hiera-  
 salem: hęc præ nimio ligni pondere defessus in terram corruit: hęc  
 angariatus est Cyrenæus, qui crucem humeris asportaret. Quan-  
 do autem illæ sanctissima hæc mysteria contemplantes propera-  
 bāt, Diuinus Dominus à sepulchro surrexit: ita, vt ipse perueniē-  
 tes ad sepulchrum illic eū non inuenerint. O magne Deus, quare  
 has amicas tuas facis aberrare? nunquid non vides quanta eū cha-  
 ritate te quærunt? quare illas in sepulchro non expectas? eas, quæ  
 te tam fideliter quærunt, effugis, postea verò te fugientes exqui-  
 ris? Dicit Deus: hæ mulieres non me reperiunt, vt plura merean-  
<sup>15</sup> tur: & quia amore plenæ veniunt, inueniunt etiam, qui eis cum  
 amore respondeat: reperiunt Angelum, qui eas charitatiuè conso-  
 latur, dicens, Nolite expauescere, Iesum quærītis Nazarenū, cru-  
 cifixum, surrexit; non est hic. Hos autem discipulos quæro, ne pe-  
 nitūs pereant. O benedictus, & glorificatus sit talis Deus! atten-  
 dite quomodo semper maioribus necessitatibus occurrit. Diligi-  
 te fratres charissimi tam bonum Dominum: in eo enim vniuersis  
 laboribus vestris remedium inuenietis, & quanquam hi non erāt  
 ex Apostolis, nō ideò eorum necessitati desinit subuenire: Deus  
 enim non tam hominum nobilitatem, quàm ipsoꝝ miseriam  
 ad eis auxiliandum cōsiderat. Quemadmodum cor in medio cor-  
<sup>16</sup> poris existens ad sinistrum latus inclinatur, quia imbecillius est,  
 & in eo pulsus melius demonstratur: sic diuitem, potentem, atq;  
 sapientē, qui sunt quasi cor Reipublicæ oportet inclinari, vt pul-  
 sum suum in debilibus partibus ostendant, & pauperibus sub-  
 ueniant; debentque esse sicut sanguis in corpore, qui quia illud  
 maximè diligit, omnibus partibus, in quibus imbecillitatem, de-  
 fectum, necessitatemque reperit, velocissimè occurrit: & quia  
 timor in corde commoratur, illuc sanguis congregatur. Vnde  
 prouenit, quòd quando homo metu percussus est, faciē habet pal-  
 lore coopertā: quia sanguis omnibus corporis partibus derelictis  
 ad cor confugit, & remanens vultus ex sanguis pallore operitur.  
 Cū verò homo erubescit, faciē habet rubicundam: quia enim  
 Tom. j. Iii 3 facies

Marc. 16.

simile.



facies totum pudorem sentit, sanguis eam fulturus occurrit. Hinc 17  
est, quod cum homo venenosa sagitta percussus est, vt cor timet,  
illuc corruptus sanguis occurrit, & vbi primum ad cor peruenit,  
statim hominem interficit. Itaque sanguis veneno infectus, cum  
cordi deberet occurrere, vitamque illius conseruare, illud occidit.  
Tales sunt tyranni, qui cum cupiditatibus suis corrupti sint, cum  
ad pauperes accurere deberent, vt eos a necessitatibus subleua-  
rent, ad eos destruendos adueniunt. Hic diuinus Dominus tan-  
quam cor amoris plenum, & sicut sanguis purissimus semper par-  
tibus magis indigentibus occurrit. Et hoc significauit Dauid  
Deus noster refugium, & virtus, adiutor in tribulationibus. Di-  
scite fratres mei hanc præstantissimam lectionem ab hoc diui-  
no Magistro: siquidem non opere solum illam nos docuit, ve-  
rum (vt supra diximus) in corporibus nostris ascripsit, vt illic eam  
crebrò legamus.

Dum secum quærerent, appropinquans ibat cum illis. Domi-  
ne, si te adeò bona verba attraxerunt, quid de bonis operibus spe-  
rari debet? O quam meritò sperare possunt, se Deum socium esse  
habitueros, quicū vitæ puritate in bonis operibus exercēdis occu-  
pātur. Hoc est, quod ad literā diuina ipsius Maiestas dicit his ver-  
bis: In vijs iustis ambulabo in medio semitarum iudicij, vt ditem  
diligentes me, & thesauros eorum repleam, id est, si Deum inue-  
nire cupis, per eius præcepta gradere: etenim illic eum reperies,  
cupientem eos ditare, a quibus perquiritur, atque diligitur. Et hoc  
est quod dicit etiam Dauid: Intelligam in via immaculata quan-  
do venies ad me, id est, tunc Deus ad hominem veniet, quando ho-  
mo in eius ministerio occupatur.

*Oculi autem eorum tenebantur ne eum agnoscerent.* Corpus gloriosum  
adeò sufficiens est, vt quācunq; figurā eius anima voluerit, in alio-  
rū oculis possit causare: quanto magis illam poterat causare Chri-  
stus Redēptor noster, qui verus est Deus: & sic in forma peregrini  
illis representatus est: in quo significatū est, qualē se homo erga  
Deū præbet, talem se Deū erga hominē exhibere. Hi quippè di-  
scipuli peregrini a fide procedebant, & ita se Deus eis in figuram  
peregrini ostendit. Sic, si tu es ficcus erga Deū, Deus erit ficcus er-  
ga te. Facitis processiones, & dicitis Dño: Dñe plue. Placet mihi,  
(ait Dñs) Pluite vos etiā pauperibus, qui in nomine meo in terra  
cōmofantur. Pluite vos Deo, & Deus vobis pluet. Emitte tu pro-  
pter

20pter peccata tua lachrymarū imbres, & De⁹ super te gratiarū plu-  
uiā effundet. Rupti sunt (ait Moyses) omnes fontes abyssi magnæ  
& cataractæ cæli apertæ sunt, & facta est pluuia super terrā. Prius  
dicitur fontes terræ ruptos; postea vero nubes cæli apertas fuisse.  
Prius tu cordis tui duritiē rûpe, & postea Deus cū donorū suorū  
pluuia occurret. Præcepit Helias famulo suo, vt mare versus aspi-  
ceret, animaduertetq; vtrum ex eo quicquā ascenderet: qui aspi-  
ciens, vidit nubeculā paruā quasi vestigiū hominis ascendentē de  
mari, statimq; Helias certā esse pluiiā prædixit, remediūq; terræ  
aridissimæ citò aduenturū esse prophetauit. Sic vtiq; tibi accidet  
si ex cordis tui mari suspirij, perfectiq; doloris nubes ad Deum af-  
cenderit, statim Deus cælestiū beneficiorū imbres emitter, quib⁹  
tibi remediū possis adhibere: & hic est legitimus sensus illorū ver-

21 borū: Cū sancto sanctus eris; & cō peruerso, peruerteris. Nō ete-  
nim loquitur hic Dauid de malis societatibus, sicut cōmuniter di-  
ci solet: Sed Deū alloquitur, & sic antea dixerat: Et retribuet mihi  
Dñs secundū iustitiā meā, & secundū puritatē manū mearū re-  
tribuet mihi. Et post hæc dixit: Quoniā tu populū humilē saluū  
facies, & oculos superborū humiliabis. In his omnibus vult dice-  
re S. Propheta, quales se homines in Deū ostendunt, talē se Deū  
in illos præbere. Tu mitis erga Deū, Deus lenis erga te: tu durus  
in Deū, Deus seuerus in te. B. Athanasius, & S. Theodoretus hæc  
expositionē supra dicti Psalmi assignant. Hunc stylū à prælatis,  
& dominis oportet obseruari, humiles enim humilibus, seueros  
autem superbis se præbere debent. Attendite qualiter tractabat  
Christus Redēptor noster Scribas & Phariseos, dicens: Væ vo-  
bis Scribæ, & Pharisei hypocritæ. Pauperi autē Paralytico quā-  
ta cum suauitate locutus est, dicens: Confide filii, remittuntur tibi  
peccata tua. Filium eum appellat, ô benedictus sit talis Deus, qui  
sic humilibus fauere nouit. Non modo sic fit. Etenim potentes,  
diuitesq; solum maximi æstimantur; tyrannorumq; & eorū qui  
causam suam propugnare sciunt, ratio habetur.

Et ait ad illos: *Qui sunt hi sermones? &c.* Et respondit vnus ex il-  
lis: *Tu solus peregrinus es in Hierusalem?* Id est, tu solus ab Hierosoly-  
mis absuisti, nec ea, quæ gesta sunt, perspexisti? *Quæ?* (ait Domi-  
nus. *De Iesu Nazareno, &c.* Nos autem sperabamus, quia redempturus esset  
Israel. Quasi dicerent, sperabamus, sed iam non est quid, aut quare  
speremus: de hac tanta infidelitate illos Dominus acerrimè repre-

hendi,

Gene. 7.

3. Reg. 18.

Psalm. 17.

Athana.  
et Theodo

Matth. 23.

Matth. 9.

Psalm. 45.

Prou. 8.

Psalm. 110.

hendit, dicens: O stulti, & tardi corde ad credendum; ô Christe fili Dei, Agne mansuetissime, nunquid Dñe horû discipulorû imbecillitatem ignoras? quare igitur eos tã acriter reprehendis? fortasse enim idcirco penitus fidem amittet. Attendite fratres, in rebus fidei præcipueq; cû hominib<sup>9</sup> duri cordis simulatio non habet locum: sed statim cum medicina diligenter occurrere necesse est. Præcipiebat Deus, dicens: Si tibi voluerit persuadere frater tuus, filius matris tuæ, aut filius tuus, siue vxor tua, quæ est in sinu tuo, aut amicus tuus, quem diligis, vt animã tuã, clam dicens: Eamus & seruiamus Dijs alienis: non acquiescas ei, neq; parcat ei oculus tuus, vt miserearis, & occultes eû; sed statim interficies. Sit primû manus tua super eû: & post te omnis populus mittat manû, lapidibus obrutus necabitur. O stupendû Dei rigorem, etenim præcipit, vt volenti te à fidei veritate peruertere non solum non consentias, verum, ne arcanû ei obserues, nec ei parcas; sed protinus illum mortis accuses: & cum postea vniuersus populus illû voluerit lapidare: tu primus in eû lapidẽ mitte. Vnde quãtũ sit hoc malum apparet. Quapropter quãuis sancta Ecclesia debitã diligentia (sicut re vera adhibet) debeat adhibere in peccatorû fidelium peccatis puniendis: multò tñ diligentius illam perscrutari oportet quomodo fideles credunt, infidelitatisq; supplicium acius punire, licet & facit: & merito quidẽ, quãdiu enim firmũ est fundamentum ceteræ domus partes nõ in tãto discrimine versantur: si enim aliquæ parietû partes prosternantur, facile reficientur, id est, licet diabolus Christianũ in peccatũ aliquod faciat incidere, eiusq; castitatẽ, patientia, sine temperantia deiiciat: facile illi remediũ potest adhiberi: Deũ enim existere, cælestẽ beatitudinẽ sperandã, æternãq; inferni tormẽta timẽda esse cognoscit. Si autẽ diabolus eius fidẽ deturbat, quæ totius spiritualis ædificationis est fundamentum, sicut ait B. Paulus: Fides est sperandarum rerũ substantia, id est, fundamentum. Prostrato in terram hoc fundamentum, tota hæc moles in terram corruit, nec aliquod reparationis eius remedium remanet nisi ipsum fidei fundamentum iterum iaciatur. Hæc autem in sumendo supplicio diligentia, non solum propter damnum, quod sibi metipso, sed etiam, & multo quidem magis propter detrimentum, quod alijs infert, debet adhiberi. Statuamus hic duos peccatores, quorum alter simplicem fornicationẽ peccatũ esse negat: alter verò peccatũ mortale esse credens, simplicẽ ipsam fornicationem

Deuter. 18.

Hebr. 11.

26 tionẽ cõmittit. Vter horũ grauius peccat, maiusq; dñum reipublicæ affert? certum vtrũque est, dicentẽ grauius, quã facientẽ peccare. Verum dicit quispiã: maius malũ esse videtur, facere quãm dicere. Sed iste facit, ille autem dicit: ergo. Respondeo, dictũ istud eo quod sit erroneũ, & ex erroneo iudicio procedat, plurimorumque malorũ sit occasio: multò grauius peccatũ esse, diligentioriq; remedio indigere. Hoc quadã similitudine clarius apparebit. Cũ nauis per medios maris fluctus hominibus onusta progreditur, vter maius malum efficit: qui consultò crura sibi confringit an qui tabulam è nauì conatur euellere, vt illac in nauim aqua introeat, & sic nauis in profundũ pelagus demergatur? A pertẽ profectò responsio innotescit: etenim quãuis prior se ipsum voluit vulnerare, in eadẽ nauì est chirurgus, qui illi medeatur, sunt item 27 & medicamina, atque omnia ad eius salutem necessaria, Qui autẽ tabulam euellit, toti nauì maxime officit. Qui peccat, est qui sibi metipso vulnus infligit, sed in sancta Ecclesia sunt saluberrima medicamenta, hoc est, sanctissima sacramenta, sunt & chirurgi, hoc est, confessarij. Qui autem hæresim prædicat, atque docet, ianuam apertit, vnãq; ex præcipuis tabulis aufert, quæ est fides vt illac in sanctam Ecclesiã mala sine impedimento ingrediatur. Idcirco diligentissimè huic peccato remediũ oportet adhiberi. Et sic Dñs in supradicto capite Deuteronomij rationem assignans quare tali peccatori secretum non debeat obseruari, dicit: quia voluit te abstrahere à Domino Deo tuo, qui eduxit te de terra Aegypti de domo seruitutis: cuius etiã rei aliam causam addidit: vt omnis Israel audiens timeat, & nequaquã vltra faciat quispiã huius 28 rei simile. Ostendit Christus Redemptor noster se iniuria affectũ quia cum ipsam mundũ redemisset, illi tamen hoc non crederent. Hoc enim gloriosissimũ ipse sibi ducit, & sic dicit per Esaiã Deus iustus, & saluans non est præter me: cõuertimini ad me, & salui eritis omnes fines terræ. Et ideo dicit Dñs discipulis illis: O stulti, & tardi, &c. Meritò stulti appellantur, siquidẽ Dñm fuisse perpeissum, stultum esse atque indignũ iudicabant: cum idcirco ab hominibus ardentius esset amandus, atque honorandus. Ita B. Gregorius: tanto (inquit) Deus ab hominibus dignius honorã 30 dus est, quanto pro hominibus indigniora suscepit. Aliter enim esset quod elegãter dixit Gregorius Emissenus: ferina immanitas est Deũ æstimare minorem quia maiora contulit: & ideo à te mi-

simile.

Esai. 45.

Grego.

Gregori  
Emiss.

nus accipiet honoris, quia plus contulit dignitatis. At tamen horū<sup>2</sup> discipulorū patientia cōmendari debet, quia tā acré reprehensionē submissis capitibus, & quo animo pertulerunt: & postea Dñm qui eos reprehenderat ad hospitium suum instantissimè inuitarunt satis apertè in hoc talis magistri se discipulos esse demonstrarūt. Si illi essent sicut homines huius miseræ tempestatis, statim scipiones erigerent, seque iniuria affectos fuisse iudicantes, Dominum percutere conarentur. Quod quidem satis malum signum est, quo circa dicitur, Qui odit correptionē minuetur vita. In hoc detegitur vna ex differentijs, quæ sunt inter prædestinatos, & præscitos. Etenim prædestinatis si quando peccare cōringit, aliquod tamen vestigiū virtutis remanet, ita vt etiā in peccato cōmorantes bonorū hominū habeāt splendorem, sicut hi discipuli qui etsi iam penè à fide recedebant de rebus tamen sanctis loquebantur<sup>30</sup> & reprehensionem patienter audierunt, seque in Dñm misericordes præbuerunt. Reprobi verò quauis aliquando bona operentur, atque in Dei gratiam deueniant: eis tamen virtus non videtur assidere. Contemplamini miserum Iudam, qui etsi in Dei gratia persiltebat, Apostolusque erat: & miracula faciebat, nihil tamen illorum ei coaptatum esse, neque mente confidisse arbitror, illumque diabolicum aspectum habuisse suspicor. Contingit aliquando iuuenem ex patris sui viri nobilis domo proficisci, qui omni urbanitate ab eo fuerat instructus & in tantam calamitatē postea deuenit, vt fabro ferrario seruiturus acquiescat: illic autē horrore coopertus & quasi carbo denigratus tale habet ingenium atque aspectum, quē qui attentè considerauerit, dicit: Non vtiq; es tu filius fabri ferrarij. Sic etiam filius Dei etiam in peccato existens pauperibus subuenit, diuinum verbum gaudet audire, certamque filij Dei habet apparentiam. Homo autem infimæ conditionis etsi plurimas diuitias acquirat, purpuraque ac pretiosis vestibus indaatur, nihil illorum ei assidet: & sic statim dicetis: profecto non es tu vir primarius, sed abiectæ conditionis, nihil enim istorum tibi applicatur. Sic etiam reprobi quauis virtutes operentur, nequaquam tamen eorum animis assidere videntur. De his dicitur, factū est vulnus sæuum, & pessimum in homines, qui habebant characterem bestię: etenim statim quales sint signis ostendunt.

Dicit eis vltorius Dñs: *Nonne hæc oportuit Christū pati, Et ita intrare in gloriā suam?* O quam terribilia hæc verba sunt fratres. Non ani-

maduer-

<sup>32</sup> maduertitis Dñm, vt in suamet gloriā ingrediatur, dicere sibi cōuenire labores perpeti? vos autem voluptates die, noctuque; perquirentes, illisque; fruētes in alienā gloriā intrare conamini: o maximam stultitiā, atque impudētiam! Atque; ideo etiā dicit hoc sibi cōuenire, quia tibi o peccator necessarium erat. Et propter nimiam charitatē, qua te diligit, quod te oportet, dicit sibi cōuenire. Vna autem ex causis, ob quas nos per labores in cælum oportet introire, est, vt postea nobis iucundior sit gloria. Sicut cibus post maximam famem suauior est. Edis triduo perdices, & postea iam videtur tibi non sapere: ieiuna triduo pane, & aqua, & postea videbis quā suauis tibi erit quicunq; cibus. Hac industria vsus est Ioseph cum fratribus suis, qui antequā sese illis fratrem eorum esse reuelaret, eos molestia affecit, volens, vt furti accusarentur, atque ille in cuius sacco scyphus repertus est, vincus remaneret. Hæc autem

<sup>33</sup> omnia fecit, vt cum postea eum fratrem suum esse cognoscerent, maiori lætitia afficerentur. Hoc significauit ad literam Dauid dicens, transiimus per ignem, & aquam, & eduxisti nos in refrigerium, atque; etiam hoc fit ad maiorem glorię coronā. B. Ioannes dicit, se vidisse turbā magnam, quā dinumerare nemo poterat, stantes in circuitu agni, habentesque; palmas in manibus suis: & clamabāt voce magna dicētes: salus Deo nostro. Et accessit ad eū vnus ex illis, & dixit: quid tibi de hac multitudine videtur, nō sunt decori? scito igitur quod hi sunt qui venerūt ex magna tribulatione, & lauerūt stolas suas in sanguine Agni, id est, nullus est hic ex omnibus quos perspicias, qui non magno cū labore gloriā cōpararit. Ecquis est ergo qui arbitretur se in gloriā ascensurū, palmāque; præ manibus esse habiturū, quod est victorię signum, si in hoc sæculo nulli tentationi restitit, nec contradictionē aliquā tolerauit? Cōsolamini ergo fratres charissimi. Cum Dñs aliqua vos tribulatione afflixerit, si quidē vos in via statuit, qua ad cœlestem beatitudinē iter fieri consuevit, & vna ex maximis querelis, quas diuina ipsius Maiestas aduersus homines habet, hæc est, quod ferè omnes perianuā, qua ipse ingressus est, intrare recusant. Et sic dicit per Dauid

<sup>34</sup> veruntamen pretium meum cogitauerunt repellere, ego autē in siti cucurri, & direxi. Præcipua hominum cura est, quomodo famem, sitim, paupertatem, ignominiamque; effugiāt: & quomodo rejiciēt pretiū, quo cœlestis gloria emittitur, quoque; diuinus hic Dñs corporis sui beatitudinem cōparauit. Ea propter mare prætereūt.

mun-

Eccle. 19.

simile.

Apoc. 16.

Gene. 44.

Psalm. 65.

Apoc. 7.

Psalm. 61.

mundumq; euerunt, & ad vltimas vsq; orbis regiones peragrarē 35  
 consuecunt, vt diuitias, honores, tranquillitatemq; adipiscantur.  
 Non sic Dominus, non sic, sed præ ardentissima siti, qua sanctissi-  
 mi corporis sui glorificandi flagrabat, celerrimè cucurrit: nec per-  
 stitit, quousq; ad crucē peruenit. Et ideò dicit: in siti cucurri, & di-  
 rexi. Etiam intelligi potest quòd ad triumphandum de diabolo,  
 & spolia, quæ habebat, ab eo auferēda oportuit illū hæc pati. Præ  
 dixerat David, Deus cōteret dentes eorū in ore ipsorum: molas  
 leonum confringet Dominus. Cū dux violenter in urbem ali-  
 quam conatur introire, ad portas fortissimas confringendas, petrā  
 machina erigi, posteaq; magno impetu illam præcipitari iubet,  
 & sic ostia confringuntur. Per portas inferni difficilis vtiq; erat  
 ingressus, earum enim vestes erant diaboli dentes, quæ sunt eius  
 vires & potentia. Erecta autē fuit Petra, qui est Christus in crucis 36  
 machina, vt per mortem excidens gloriosa eius anima diuinita-  
 tisq; plena ad inferos descenderet, istosq; Sathanæ dentes, atque  
 potentiam confringeret. Et sic de illis triumphauit, & quemad-  
 modū, qui fortes habet dentes omnia potest comedere, quantum  
 cūq; durus sit cibus: postquā autem dentes eius cōfracti sunt nul-  
 lum durum cibum nisi mollem mādere potest. Sic diabolus cū  
 antequā Christus redemptor noster moreretur, fortes haberet  
 dentes omnes edebat, boni, & mali in inferos (et si ad diuersa loca)  
 descendebant: tam duros, quam molles, hoc est tam pœnitentes,  
 quam impœnitentes omnes deuorabat: postquā autem eius den-  
 tes à Domino cōfracti sunt, nequit duros cibos, hoc est viros aspe-  
 ræ vitæ, pœnitentiæq; deditos, & virtute præditos deuorare. Sed  
 molles tantum escas, qui sunt homines voluptatibus indulgētes, 37  
 & carnales, māducat. O infœlices, qui opiparam mensam, mollia  
 lecula, suauiua vestimenta perquiritis, hæc omnia facientes dispo-  
 nimini, vt diabolus vos mandere, & in stomachum suum, qui est  
 infernus, facilius valeat introducere.

*Et incipies à Moysē. Id est, à libris Moysi: Interpretabatur illis in om-  
 nibus scripturis, quæ de ipso erant. Et de se tanquam de tertio loquens  
 diceret (credo) illis quid significauerit Moysen bis petram virga  
 percussisse, & secūdo ictu aquarū fluentia ex illa prorupisse: qua  
 vniuersus populus Israel sitim extinxit. Et quare Deus hoc mo-  
 do eis aquam concesserit? num quod non posset pluendo, non ve-  
 rò petre ictibus eos aquis saturare? quòd si ictibus, quare nō prio-  
 re, sed*

*Psal. 57.  
 simile.*

*simile.*

*Exod. 17.  
 Psal. 77.*

38re, sed posteriore aqua profilijt? Scitote (diceret Dominus) quod  
 hæc omnia significabant quod cum genus humanum per deser-  
 tum huius sæculi magna redemptionis siti fatigatum pergeret  
 (etenim hac siti æstuaus dicebat Esaias: rorate cæli desuper, & nu-  
 bes pluant iustum) ad sitim istam extinguendam populus Mo-  
 saicus per Moysen significatus bis lapidē percussurus erat. Petra  
 enim, qui est Iesus Christus filius Dei, vno ictu percussa fuit, vi-  
 delicet vniuerso genere opprobriorum, quæ illi dicta sunt, cum  
 Samaritanus, dæmoniacus, & incantator appellaretur. Hoc autē  
 priori ictu non profilijt aqua: etenim noluit Dominus sibi illatis  
 ignominijs solum modo mundum redimere. Altero igitur ictu  
 percussus est, quod fuit tormentorum genus, quo sanctissimum  
 eius corpus ictum atque contortum fuit. Et hoc ictu eius sanguis  
 39 effusus est, vitæque illi adempra fuit, & redemptionis aqua deflu-  
 xit. O beatos illos, qui ex tam pretiosa aqua bibūt, & ex tam sin-  
 gulari beneficio fructum percipere norunt. ¶ Præterea (diceret  
 Dñs) quidnam significauit illud Exodi, cum Moyses manum in  
 sinū induxit, lepraque coopertam illam protulit, iterumque il-  
 lam includit, & sanam reduxit? Hæc manus significauit Maximū  
 istum prophetā, de quo loquimini, qui est vnigenitus filius Dei.  
 Hanc manum postulauit David dicens: emitte manū tuam de al-  
 to. Hæc autem manus introiuit primò in sinum purissimorū vis-  
 cerum sacratissimæ genitricis eius, & illinc humanarum pœnali-  
 tatum lepra, id est, humanitate operta produit: & sic lepra, & vul-  
 neribus repleta postremo in sepulchri sinum ingressa fuit cū cor-  
 pore, vnde sana, & gloriosa exiuit, cum mirabiliter resurrexit. Et  
 40 sic eis significationem vitarum, operum, atque verborum San-  
 ctorum Patriarcharum, atque prophetarum declarabat.

Cūque Emaus ab Hierosolymis ferè octo millia passuum  
 abesset, & Dominus resolutè loqueretur, illa solum referens, quæ  
 instituto cōuenirent, satis longum temporis spacium fuit ad plu-  
 rima recensenda. Quod autem efficacius diceret, esset (credo) ad-  
 mirabilis illa obedientia Isaac. Etenim hæc est singularis, & inter  
 ceteras longè pulcherrima Domini figura. Pro quo nota Iose-  
 phum dicere, cum Patriarcha Abraham sacrificium illud voluit  
 immolare, filium eius Isaac triginta annorum fuisse: quod satis  
 ostendit sacratus textus in his verbis: tulit Abraham ligna holo-  
 causti, & imposuit super Isaac filium suum. Et siquidem ligna de-  
 ferre:

*Esai. 45.*

*Ioan. 8.*

*Matth. 12.*

*Luc. 11.*

*Exod. 4.*

*Psal. 134.*

*Gen. 22.*

*Iosephus.*

ferre poterat quæ hominis corpus concremare sufficerent, benè  
colligitur illum iam fuisse virum perfectæ ætatis. Cūque adapta  
tis lignis iam ambo soli in montis fastigio morarentur, dicit Iose-  
phus Abraham decreuisse filio suo loqui: nam videns Isaac patrē  
suum eum iugulandū, aut vincendum apprehendere, posset di-  
cere: delirus, atq; insan⁹ est pater meus. Quis enim pater filio suo  
siue bono, siue malo tale vnquam fecit? fatius vtq; est illū à me tā  
quam amentem alligari. Quamobrem cōpositis iam lignis cum  
maxima cordis amaritudine filium suum alloqui cœpit dicens:  
Fili dulcissime optimè nosti, quē modum in ortu tuo habuerim:  
etenim ego senex eram mater verò tua sterilis, quæque me ætate  
quasi adæquabat: & sic tu verè per miraculum, Deique beneficiū  
natus es nec te latet me esse prophetam, Deum que mihi reuelas-  
se ex te totius mundi Redemptorem esse nasciturum, generatio-  
nesque innumeras, quæ ex te descensuræ sunt, mihi prædixisse.  
Nunc autem fili mi, cum ego Deum tantopere diligam, ipse mi-  
hi præcepit, vt te in hoc monte sibi sacrificem. Ego verò hoc vel-  
le debeo, tuque idē patienter ferre teneris. Nec verò dubito Deū,  
quæ mihi promisit, esse completurum. Mors tua nobilissima exi-  
stet: tu enim primus es, qui vt Deo obtemperes, mortē subis, qui-  
que primus Deo immolatus in altari occumbis. Iuuenis autē cū  
esset deuotus, atque fidelis viriliter patri suo respondit dicens: pa-  
ter mi diuinam voluntatem in omnibus adimpleri, Deoque sem-  
per oportet obediri. Ne verò ego præ mortis rabie stultū aliquid  
faciam me pater mi pedibus, manibusq; vincito, postquam ego  
super ligna confedero. O admirabilem obedientiam, ô singularē  
patientiam, ô mirificam viri sancti charitatem, ô quanta est hæc  
confusio ijs, qui nunc in lege gratiæ viuimus cum maioribus Dei  
beneficijs vinciti teneamur, quibus tamen illi in Dei mini-  
sterio tantopere præstiterunt, Ecce superni Redemptoris obe-  
dientiam, qui grauiſſimo crucis pondere onustus vsq; ad mon-  
tis fastigium perrexit: postea verò super ipsam crucem libenter  
extensus: quoniam oblatus est quia ipse voluit. Illic se vinciri, at-  
que crucifigi ineffabili charitate, & obedientia passus est. In illo  
sacrificio non est occisus Isaac, sed aries, quem vidit Abraham in  
ter vepres. Sic etiam in hoc sacrificio non est mortuus Isaac, qui  
significat risum, quia verbum diuinum est risus, & gaudium An-  
gelorum: non enim mortuum est verbum, quatenus verbum sed  
occisa

Hebr. 9.

44 occisa est humanitas illa, quæ illi inter spinas, clauos,  
mēta morabatur. Hæc omnia dicit S. Euāgelista, *Quæ de  
erant. Et appropinquauerūt Castello quo ibāt, & ipse finxit se longius n.*  
Augustinus dicit, Dñm cum non discederet, taliter se posuisse,  
vt proficisci videretur, hoc autē, vt occasionem haberent miseri-  
cordiæ, gratitudinisq; suæ detegendæ, sicuti fecerunt, quando qui-  
dem coegerunt illum dicētes: *Mane nobiscum, quoniam aduersperascit,  
& inclinata est iam dies.* Sic vos fratres charissimi cū pauperibus fa-  
cere oportet, ne expectetis, quoad usq; vos rogitēt, vos illos rogi-  
tare debetis, vt in domo vestra excipi velint. Hinc etiā orationē  
discite, quā vos assiduò facere oportet in hoc tempore, dicentes  
sicut hi peregrini: mane nobiscum Dñe, quoniam aduersperascit,  
& inclinata est iam dies. Quando dies finiri vult, maximæ fiunt  
45 vmbra: & siquidem nunc vniuersus ferè mundus errorum atq;  
hæresum vmbra coopertus est, signum est diem vitæ nostræ su-  
per terram finiri velle. Dominus enim dixit cū venerit filius *Luc. 18.*  
hominis, putas inueniet fidem super terram? siquidem ergò tam  
prope exitum sumus, ad Deū efficacissimè proclamemus dicen-  
tes: Mane nobiscum Dñe, nunc cum tanta necessitate premimur.  
Idcirco vobis tota hac quadragesima prædicaui, vt per verā po-  
nitentiam ad hunc diuinum hospitē excipiendum disponeremi-  
ni, vt maneat vobiscum in æternum. Ego vos sanctissimæ Trini-  
tatis nomine adiuro, perque sacratissimam huius Dñi, qui tanto-  
pere nos diligit, atq; dilexit, vitā, pretiosissimamq; mortem atq;  
gloriosissimam resurrectionē, ante singulorum pedes prostratus  
exoro, vt in incepta virtute perseueretis, nec retrorsum regredia-  
46 mini, neq; tantam iniuriam inferatis Dño, cui tot tantisq; benefi-  
cij deuinēti estis: nec illū domibus vestris expellatis, nec sitis si-  
cut canes. Est canis vescēs carnibus a sinini cadaueris, cūq; viator  
preterit, eū lapidibus deterret, canis autem illius cruore delibutus  
paulisper ab eo recedit: postquam autem viator longè secessit, si-  
cut antea canis ad cadauer reuertitur. O concubinare, ô turpis sen-  
sualis, ô vsurarie, &c. qui carnalitatibus istis vesceris, animam que  
tuam istis sceleribus coinquinas, proclamauit ad te prædicator,  
lapidesque in te diuinarum comminationum immisit: quibus  
perterritus paulisper à turpi viuendi ratione recessisti, siue, quia  
te conscientia tua remordebat, siue quia erat quadragesima, & ho-  
minum pudore confundebaris: Transacta autem quadragesi-  
ma,

## Feria Secunda

adicationum assiduitate, quasi viatore prætereunte ad  
uorem quasi canis, ad caëuer reuerteris. Ne sic faciatis  
es charissimi, per reuerentiam Dei vos deprecor, nè canibus  
similes efficiamini, siquidem homines rationis participes, &  
Christiani estis, diuinaque præmia speratis. Diuinæ maiestati  
perseueranter inseruite, in vobis per gratiam Dominum excipi-  
te, quò postea cum ipso in perpetuū habitaturi in cœlestem glo-  
riam conscendere mereamini. Amen.

FINIS.

